JAN 21 1921

943.008
M81

94..008
M31
Ser 2

MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EPISTOLARVM TOMI VI PARTIS ALTERIVS FASCICVLVS I

KAROLINI AEVI IV

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MCMXII

38 x

Titel und Register folgen mit dem Schlußheft dieses Bandes.

4

V.

NICOLAI I. PAPAE EPISTOLAE.

Nicolai I. nomen inter illustrissima Romanorum pontificum medii aevi nomina semper habebatur atque habebitur. Cuius res gestae moresque primum in vita Nicolai Libro pontificali inserta[1]*, postea multis in libris*[2] *conscripta et memoriae tradita sunt. Desideramus tamen usque hodie opus aetate nostra studiisque recentioribus dignum, in quo historia gravissimi illius pontificatus accurate ac pleniter tractatur. Ego quidem nuper in libro 'Papst Nikolaus I. und Anastasius Bibliothecarius' inscripto, quem brevissimo temporis spatio in lucem me prolaturum spero, et de ipso Nicolao eiusque pontificatu et de dictatore aliquot epistolarum nomine eius datarum Anastasio nonnulla exponere conatus sum. Cui operi labor huius editionis tamquam fundamenti summo usui fuit. Epistolae enim Nicolai fontes sunt, ex quibus quis fuerit quaeque gesserit praecipue dignoscatur, sicuti iam auctor vitae huius papae olim in Libro pontificali scripsit*[3]*:* Cuius qui sanctum studium vult agnoscere, in epistolis, quas bene libratas per mundi partes direxit, luce clarius invenire valebit.

Patet etiam ex his — id quod et nos cognovimus et omnes istarum litterarum studiosi cognoscent — bonam et utilem editionem universas huius pontificis epistolas complecti debere. Itaque eas quoque epistolas, quae ad res orientales maxime spectant, hoc loco edendas

---

1) *Ed. Duchesne II, 151—167.* 2) *E quibus conferendi sunt praecipue: E. Dümmler, 'Geschichte des ostfränkischen Reiches' II² (Leipzig 1887); R. Parisot, 'Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens' (843—923) (Paris 1898); L. M. Hartmann, 'Geschichte Italiens im Mittelalter' III, 1 (Gotha 1908); H. Schrörs, 'Hinkmar Erzbischof von Reims' (Freiburg i. B. 1884); J. Hergenröther, 'Photius Patriarch von Konstantinopel' I (Regensburg 1867); R. Baxmann, 'Die Politik der Päpste von Gregor I. bis auf Gregor VII.' II (Elberfeld 1869); J. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III (Bonn 1892); C. J. v. Hefele, 'Konziliengeschichte' IV² (Freiburg i. B. 1879); F. Rocquain, 'La papauté au moyen âge' (Paris 1881); B. Niehues, 'Geschichte des Verhältnisses zwischen Kaiserthum und Papstthum im Mittelalter' II (Münster 1887); J. Roy, 'Principes du pape Nicolas Ier sur les rapports des deux puissances' in 'Études d'histoire du moyen âge dédiées à Gabriel Monod' (Paris 1896); J. Roy, 'Saint Nicolas Ier' (Paris 1899); J. Richterich, 'Papst Nikolaus I.' (Bern 1903); A. Greinacher, 'Die Anschauungen des Papstes Nikolaus I. über das Verhältnis von Staat und Kirche' (Berlin und Leipzig 1909); A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II³. ⁴ (Leipzig 1912); A. Thiel, 'De Nicolao papa I. commentationes duae historico-canonicae' (Brunsbergae 1859); F. Rocquain, 'Les lettres de Nicolas Ier' in 'Journal des Savants' 1880 p. 577 sqq., 630 sqq., 676 sqq.; A. Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario sedis apostolicae' (Parisiis 1885). — Cf. etiam H. Böhmer apud Herzog-Hauck, 'Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche' XIV³ (Leipzig 1904) p. 68 sqq.; Wurm apud Wetzer und Welte, 'Kirchenlexikon' IX² (Freiburg i. B. 1895) p. 279 sqq.; U. Chevalier, 'Répertoire des sources historiques du moyen âge, Bio-Bibliographie' II², 3346 sq. (Paris 1907).* 3) *Ed. Duchesne II, 166.*

censuimus, quamquam inter 'Monumenta Germaniae' recipiendae fortasse non omnibus videbuntur. Nos autem fragmentum esse editionem nostram et prioribus editionibus valde postponendam iudicaremus, si clarissimas illas epistolas ad causam Photii pertinentes ab ea seclusissemus.

Quaecumque Nicolaus, quem — a Sergio II. (844—847) papa subdiaconum, a Leone IV. (847—855) diaconum constitutum — apud decessorem suum Benedictum III. (855—858) papam plurimum iam valuisse in regimine administrationis apostolicae et ecclesiasticarum rerum cura ex Libro pontificali docemur[1]*, novem pontificatus sui annis (858 Apr.—867 Nov. 13.) gessit, certa discretione diiudicari possunt. Diversissimas etenim causas ut vere gubernator universalis ecclesiae, quae mundum comprehendat, peregit suaeque diffinitioni reservavit. Satis constat, quot de rebus Franciae praecipueque de causa divortii Lotharii II. regis epistolas destinaverit, quomodo Rothadum Suessionensem episcopum et Wulfadum aliosque clericos Remenses quondam deiectos ab Hincmari Remensis archiepiscopi infestationibus defenderit atque liberaverit, quanto labore et studio pro Ignatio Constantinopolitano patriarcha restituendo contra Photium doctissimum usurpatorem et omnino contra Graecos etiam in causis fidei et dogmatis laboraverit, quot et qualia demum ab eo de variis rebus scripta et praesertim decretalia constituta, quae postea in Gratiani decretum aliasque canonum collectiones recepta sunt, emissa sint.*

Respeximus haec ad diversas res atque regiones directa studia in nostra editione, ita ut in quinque collectiones eam diviserimus, quarum quinta epistolas spurias et dubias amplectitur; quam dispositionem aliis quoque nonnullis causis, ut credimus, non contemnendis iustificari in annalium nostrorum ('Neues Archiv') tomo XXXVIII demonstrare conabimur. Qui vero comperire volunt, quae epistolae uno eodemque tempore — anno, mense, die — datae sint, seriem chronologicam diligenter, licet non sine erroribus quibusdam, digestam in secunda editione Jaffei Romanorum pontificum Regestorum, quam curavit Ewald, invenient[2]*. Ad quam melius conferendam et cognoscendam editioni nostrae concordantias duas numerorum, qui leguntur in Regestis et apud nos, praemittemus, insuper etiam in fine vel in additamento huius operis una cum notitia epistolarum deperditarum tabulam totius seriei illius ordine chronologico addemus, sicuti secundum hanc editionem corrigenda esse nobis videtur. Talem ordinem nostrum omnibus, qui epistolis Nicolai I. utentur, profuturum esse speramus. Quinque ergo collectionum memoratarum prima continet epistolas Nicolai de rebus Franciae, imprimis de divortio Lotharii II. regis scriptas (n. 1—54), secunda epistolas ad causas Rothadi atque Wulfadi pertinentes (n. 55—81), tertia epistolas ad res orientales spectantes (n. 82—102), quarta epistolas varias, praecipue decretales (n. 103—153); in quinta autem parte, ut iam diximus, spuria et dubia dabimus (n. 154—170).*

Sequuntur iam concordantiae numerorum Jaffeanorum et nostrorum.

Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri	
Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri
2674	103	2680*	—	†2686	—	2692	85	2698	6
2675*	—[3]	2681	—	2687*	—	2693	154	2699	5
2676	—	2682	82	2688	104	2694*	—	2700*	—
†2677	—	2683	83	2689*	—	2695*	—	2701	4
†2678	—	2684	1	2690	84	2696*	—	2702	3
2679*	—	2685	2	2691	86	2697	106	2703	7

1) *L. l. II, 151.* 2) *Jaffé, Regesta pontificum Romanorum I², 341—368 (n. 2674—2888*); II², 745 (n. 2798 a*—2856 δ). Cf. etiam II², 703.* 3) *Neque recepimus privilegia vel privilegia spuria in editionem epistolarum neque numeravimus epistolas non iam exstantes inter alias epistolas (cf. infra p. 266).*

Numeri Jaffeani	nostri	Numeri Jaffeani	nostri	Numeri Jaffeani	nostri	Numeri Jaffeani	nostri	Numeri Jaffeani	nostri
2704	8	2745	110	2784	70	2825	81	2864	148
2705	9	2746	111	2785	71	2826	43	2865	149
2706	108	2747	17	2786	72	2827	44	2866	150
2707*	p. 278 n. 1	2748	20	2787	123	2828*	—	2867	151
2708	107	2749	19	2788	38	†2829*	—	2868	152
†2709	156	2750	18	2789	122	2830*	—	†2869	169
†2710	155	2751	20	2790	39	2831	—	2870	45
†2711	157	2752	22	2791	120, 121	2832	54	2871	47
2712	55	2753	23	2793*	—	2833	130	2872	48
2713	56	2754*	—	2794*	—	2834	131	2873	46
†2714	—	2755	25	2795*	—	2835	132	2874	49
2716	—	2756	66	2796	88	2836	147	2875*	—
2717	—	2757	114	2797	89	2837	133	2876	153
2718	—	2758	26	2798	—	2838	128	†2877	170
2719	—	2759	—	2799	40	2839	134	2878	50
2720	59	†2760	—	2800	41	2840	145	2879	100
2721	58	2761	27	2802	74	2841	135	2880*	—
2722	60	2762*	—	2803	75	2842	136	2881*	—
2723	57	2763	28	2804	76	2843	137	2882	101
2725	10	2764	29	2805*	—	2844	146	2883	102
2726	11	2765	117	2806	127	2845	p. 674 n. 2	2884	51
2727	61	2766	24	2807	126	2846	115	2885	52
2728	12	2767	30	2808	42	2847	116	2886	53
2729	16	2768	31	2809	124	2848	—	2887*	—
2730	13	2769*	—	2810	125	2849	138	2888*	—
2731	15	2770*	—	2811	77	2850	139		
2732	14	2771*	—	2812	99	2851	140		
2733	158	2772	118	2813	90	2852	129		
2734*	—	2773	33	2814	92	2853	141		
2735	159	2774	34	2815	93	2854	142		
2736	87	2775*	—	2816	94	2855	144		
2737	62	2776	35	2817	95	2856*	—		
2738	63	2777	36	2818	96	†2857	168		
2739	64	2778	37	2819	91	†2858	—		
2740*	65	2779*	—	2820	97	†2859	165		
2741*	—	2780	119	2821	98	†2860	p. 687 n. 2		
2742	109	2781	68	2822	79	†2861	166		
2743	113	2782	67	2823	80	†2862	167		
2744	112	2783	69	2824	78	†2863	163		

Numeri Jaffeani in supplemento Regestorum (II, 745)	nostri
2798a*	—
2805a*	73
2856a*	—
2856β*	—
2856γ	161
2856δ	162

Numeri nostri	Jaffeani	Numeri nostri	Jaffeani	Numeri nostri	Jaffeani	Numeri nostri	Jaffeani	Numeri nostri	Jaffeani
1	2684	6	2698	11	2726	16	2729	21	2748
2	2685	7	2703	12	2728	17	2747	22	2752
3	2702	8	2704	13	2730	18	2750	23	2753
4	2701	9	2705	14	2732	19	2749	24	2766
5	2699	10	2725	15	2731	20	2751	25	2755

Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani
26	2758	55	2712	82	2682	111*	2746	142	2854
27	2761	56	2713	83	2683	112	2744	143	—
28	2763	57	2723	84	2690	113	2743	144	2855
29	2764	58	2721	85	2692	114	2757	145	2840
30	2767	59	2720	86	2691	115	2846	146	2844
31	2768	59a	2664	87	2736	116	2847	147	2836
32	—	60	2722	88	2796	117	2765	148	2864
33	2773	61	2727	89	2797	118	2772	149	2865
34	2774	62	2737	90	2813	119	2780	150	2866
35	2776	63	2738	91	2819	120	2791	151	2867
36	2777	64	2739	92	2814	121	2791	152	2868
37	2778	65	2740	93	2815	122	2789	153	2876
38	2788	66	2756	94	2816	123	2787		
39	2790	66a	post 2772	95	2817	124	2809	154	2693
40	2799	67	2782	96	2818	125	2810	155	†2710
41	2800	68	2781	97	2820	126	2807	156	†2709
42	2808	69	2783	98	2821	127	2806	157	†2711
43	2826	70	2784	98a	—	128	2838	158	2733
44	2827	71	2785	99	2812	129	2852	159	2735
45	2870	72	2786	100	2879	130	2833	160	—
46	2873	73	2805*a*	101	2882	131	2834	161	2856*γ*
47	2871	74	2802	102	2883	132	2835	162	2856*δ*
48	2872	75	2803			133	2837	163	†2863
49	2874	76	2804	103	2674	134	2839	164	—
50	2878	77	2811	104	2688	135	2841	165	†2859
51	2884	78	2824	105	—	136	2842	166	†2861
52	2885	79	2822	106	2697	137	2843	167	†2862
53	2886	80	2823	107	2708	138	2849	168	†2857
54	2832	81	2825	108	2706	139	2850	169	†2869
				109	2742	140	2851	170	†2877
				110	2745	141	2853		

His praelibatis enumerandi sunt codices, in quibus epistolae Nicolai I. asservantur. Quod antequam aggredimur, memoremus necesse est opera vel studia nonnulla, quae ad novam istarum epistolarum editionem praeparandam multum nos adiuverunt, et imprimis dissertationem, quam ex schedis doctissimi P. Coustantii societatis Maurinorum publicaverunt 'Analecta iuris pontificii' in decima serie p. 47—176 ('Rome—Paris', 1869): 'Lettres du pape Saint Nicolas', in qua etiam codices, in quibus praecipue traditae sunt, nominantur et tractantur (cf. etiam M. Sdralek in 'Tübinger Theologische Quartalschrift' LXII, 222—246 (1880): 'Die Briefe des Papstes Nikolaus I.'). Ceterum conferre potuimus—nonnullis aliis auctoribus, quos infra suo loco laudabimus, hic omissis — W. Gundlach, 'Briefe von 841—911' in 'Neues Archiv' XII, 463—476 (1887); F. Schneider, 'Reise nach Italien' in 'Neues Archiv' XXVIII, 711—726 (1903); M. Sdralek, 'De S. Nicolai PP. I. epistolarum codicibus quibusdam manuscriptis dissertatio' (Wratislaviae 1882); M. Sdralek, 'Handschriftlich-kritische Untersuchungen über eine Gruppe von Briefen Papst Nikolaus I.' in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 177—215 (1882). In annalium nostrorum tomis XXXVII et XXXVIII ipse cum de variis quaestionibus ad Nicolai epistolas pertinentibus, tum maxime de traditionis earum statu uberius sub titulo 'Die Briefe Papst Nikolaus' I.' partim iam disserui, partim mox disseram.

Codices autem, quos ad textum constituendum adhibuimus, sunt hi:

1) Parisiensis lat. 1458 (Colb. 2576, Reg. 3887|1) saec. IX.—XVI., qui olim fuit Nicolai Fabri et adhibitus est quondam a Baronio et Cordesio; de quo codice cf. Analecta iur. pontif. X, 53 sq., V. Wolf von Glanvell, 'Die Kanonessammlung des Kardinals Deusdedit' I p. XXVI sqq., 'Neues Archiv' XXIII, 624 sq. XXXVII, 569 sqq. Epistolae autem ex eo in editionem nostram receptae dividuntur in tres partes diversis temporibus scriptas; quarum prima s. XI. ex. exhibet epistolam n. 107 (fol. 159), secunda s. IX.—X. et vetustissima et gravissima epistolas nn. 73, 74, 75, 81, 43, 78, 40, 49, 44, 4, 5, 6, 7, 8, 10, 15, 108, 12, 28, 16, 63, 11 (sine commonitorio), 113, 38, 110, 1, 2, 106, 129, 55, 80 (fragm.), 55 (fragm.), 103, 112, 111, 109 (fragm.), 58, 61, 14, 117, 29, 109 (fol. 162—200'); ad tertiam vero partem epistolarum Nicolai in hoc codice, 'ex bibliotheca Rothomagensi' haustam, chartaceam s. XVI. (fol. 202 sqq.) nonnisi perraro erat respiciendum, quia ex codice Paris. lat. 3854 infra (cf. p. 262 n. 13) enumerando pro nobis collato descripta videtur esse. Ex his epistolis omnes secundae et illa primae partis collatae vel descriptae sunt, praecipue ab A. V. Müller quondam socio nostro; ad cuius laborem ipse Lutetiae codicem inspiciens pauca addidi.

2) Paris. lat. 1557 (Colb. 1864) s. X. in. De quo cf. 'Neues Archiv' XXIII, 625 sq. XXXVII, 566 sqq., Anal. iur. pontif. X, 55 sq. Hic continet Nicolai epistolas nn. 159, 47, 46, 45, 78, 48, 38, 33, 53, J.-E. n. 2717 (privil.), nn. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 10, 45, 79, 80, 60, 13, 34, 49, 13, 106, 30, 109, 113, 61, 14, 15, 108, 12, 28, 16, 58, 78, 1, 106, 51, 52, 102 (fol. 37'—78'). Sequuntur in fol. 79—93' viginti septem epistolae Hadriani II. papae (867—872) et post has epistolae editionis nostrae nn. 101 et 100 (fol. 93'—96'). Quas exceptis privilegiis contulerunt omnes socii quondam nostri A. de Hirsch-Gereuth et A. V. Müller; ipse codicem Berolini perlustravi.

3) Romanus Vallicellanus C. 15 s. XVI., continens duas collectiones Nicolai epistolarum diversas, quarum alteram ex codice antiquo Achillis Statii exscriptam esse inscriptio in ipso codice indicat. Illum autem Statii codicem fuisse codicem Vallicellanum D. 38 s. XI., de quo etiam infra (p. 265 sq.) loquemur, hodie latentem — quamquam eo ante dimidium saeculum Paulus Hinschius b. m. usus est (cf. Decretales Pseudo-Isidorian. p. XLV) — arbitramur. Cod. Vallic. C. 15 continet in prima parte (fol. 137—166') epistolas nn. 55 (fragm.), 58, 57 (fragm.), 62 (fragm.), 63, 64, 66. Sequuntur sermones Rothadi (Migne, Patr. lat. CXIX, 747) et Nicolai (huius editionis n. 66 a) atque post eos epp. nn. 67, 69, 70, 71, 72, 68. — Altera collectio praecedenti codici Paris. 1557 (v. supra p. 261 n. 2) affinis, non aequalis est. Haec exscripta est, ut iterum ipse indicat codex, 'ex codice antiquo S. Mariae supra Minervam, qui fuerat cardinalis de Turrecremata' (cf. etiam MG. Epist. III, 222), ex quo nunc deperdito pro magna parte editionis suae editores Romani (1591) et Baronius quoque hauserunt epistolas (v. Anal. iur. pontif. X, 90). Insunt secundae huic parti (fol. 168—256') epistolae nn. 159, 47, 46, 45, 78, 48, 38, 33, 53, J.-E. n. 2717 (priv.), nn. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 10, 79, 80, 60, 13, 34, 49, 13, 106, 30, 109, 113, 61, 14, 15, 108, 12, 28, 16, 58, 66, 59, 1, 106, 51, 52, 102, 100. Cf. de hoc codice, quem ipse contuli, praecipue 'Neues Archiv' VII, 363 sqq. XXXVII, 550 sqq. 565 sqq.

4) Paris. lat. 3859 A (Reg. 3896) s. XVII. Hic exhibet easdem omnes epistolas, quas cod. Vallicell. C. 15 iam nominatus (supra n. 3) in secunda parte praebet, et est exscriptus ex eodem codice S. Mariae supra Minervam hodie desiderato, ideoque praeter nonnullos locos textus, qui dubii erant, a me collatos in editione neglectus est. Cf. etiam Anal. iur. pontif. X, 56 sq., MG. Epist. III, 222, 'Neues Archiv' XXIII, 631 sq. XXXVII, 565 sqq.

5) Vatic. Reg. Christinae lat. 566 s. X., qui continet (fol. 51—64') epistolas nn. 32 (fragm.), 25, 118, 147, 74, 76, 79, 39, 18, 153, duabus exceptis omnes ad Adonem Vien-

nensem archiepiscopum directas. Has contulit vel descripsit A. V. Müller. Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 724. XXXVII, 564.

6) Rochellensis 387 s. X., valde affinis praecedenti codici Reg. 566; cui insunt epp. nn. 25, 118, 147, 74, 76 (fragm.), quas contulit, ex parte etiam descripsit v. cl. A. Werminghoff. Cf. 'Catalogue des manuscrits des bibliothèques de France, départements' VIII, 207 sqq., 'Neues Archiv' XXVI, 17. XXXVII, 565.

7) Treverensis 1081 (LXXI) s. XII.—XIII., de quo cf. supra in hoc tomo p. 241 et 'Neues Archiv' XXXVII, 562 sq. Exhibet epistolas huius editionis nn. 19, 37, 49, 53 iam descriptas a G. Waitz b. m., denuo collatas a v. d. F. Schneider quondam s. n.

8) Rom. Vallicellanus J. 76 s. XVI., apographon chartaceum Christophori Broweri ex codice Treverensi hodie deperdito; cf. supra in hoc tomo p. 207 sq. 'Neues Archiv' XXXVII, 563. Epistolae Nicolai in eo exstantes nn. 35, 42, 31 ab A. V. Müller et a me collatae sunt.

9) Venet. Trivisanus (quondam Bernardi Trivisani) s. XVI. in. (cf. MG. Epist. III, 691, 'Neues Archiv' XXXVII, 573) in fol. 51 praebet epist. n. 17, collatam a v. d. O. Cartellieri quondam s. n.

10) Paris. lat. 10402 s. XVII. Hic continet epist. n. 26, quam hausit fortasse 'ex veteri codice ms. S. Remigii Remensis' a Baluzio adhibito, nunc vero latenti. Collationem nobis praebuit v. cl. H. Lebègue Parisiensis. Cf. 'Neues Archiv' XXIII, 635 sq. XXXVII, 573.

11) Vatic. lat. 1344 s. XII.; cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 717 sq. XXXVII, 548. Continet Nicolai epistolas nn. 55, 58, 57, 61, 62, 63, 64, 66. Sequuntur sermones Rothadi et Nicolai (v. supra p. 261 n. 3), post hos nn. 67, 69, 70, 71, 72, 68. Quas contulit A. V. Müller.

12) Vatic. lat. 1343 s. XI.; cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 717. XXXVII, 547 sq. Continet epp. nn. 55, 58, 57, 61, 63, 64, 66. Sequuntur sermones Rothadi et Nicolai (cf. supra p. 261 n. 3), post hos epp. nn. 67, 72, 68. Contulit codicem A. V. Müller.

13) Paris. lat. 3854 (Colb. 1549, olim, ut videtur, Rothomagensis) s. XII.; de quo cf. Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. XLIX, Anal. iur. pontif. X, 54 sq., 'Neues Archiv' XXIII, 631. XXXVII, 547 (cf. etiam supra p. 261 l. 11 sqq. sub n. 1). Insunt ei epistolae nn. 56, 55, 58, 57, 61, 62, 63, 64, 66 et post sermones Rothadi et Nicolai (v. supra p. 261 n. 3) nn. 67, 69, 70, 71, 72, 68. Has quoque una excepta omnes A. V. Müller contulit, ep. n. 68 v. d. M. Krammer s. n.

Tres codices significati sub nn. 11—13 et inter se confines sunt — omnes enim ante Nicolai epistolas praebent decretales Pseudo-Isidorianas vel excerpta ex eis (cf. Hinschius, Decretales Pseudo-Isidorianae XXXVII, XLIX, LXXIII sq.) — et magna ex parte consentiunt cum altera collectione supradicti (v. supra p. 261 n. 3) codicis Vallicell. C. 15: epistolas enim, quae ad causam Rothadi episcopi spectant, et fere easdem continent.

14) Laudunensis 407 (quondam S. Mariae Laudunensis 163 S.T.) s. IX. gravissimus, famosus propter annotationes in margine additas ab ipso fortasse Hincmaro Remensi. De quo codice cf. 'Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements' I, 209 sqq. (Paris 1849), 'Archiv' VII, 865. XI, 493 sqq., Analecta iur. pontif. X, 57, 'Neues Archiv' XXIII, 657. XXXVII, 557 sqq.; v. etiam Schrörs, 'Hinkmar Erzbischof von Reims' p. 252 ann. 57, F. Lot, 'Une année du règne de Charles le Chauve' in 'Le Moyen Age' 2. sér. t. VI, 417 ann. 1, 438 (1902). Nicolai epistolas continet nn. 75 (fragm.), 74, 77, 59, 78, 79, 80, 81, 101, 100 collatas ab A. V. Müller et A. Werminghoff.

15) Paris. lat. 5095 (quondam S. Mariae Laudunensis) s. IX. ex. Continet Nicolai epist. infra n. 71, quam contulerunt A. Werminghoff et H. Lebègue. Cf. de hoc codice 'Neues Archiv' XXIII, 632. XXVI, 20. XXXVII, 556 sq.

16) Vatic. lat. 3789 s. IX.—X. (cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 722 sq. XXXVII, 540 sq.). Inest huic Nicolai epistola n. 98, cui sunt epp. nn. 82, 83, 84, 85, 86, 88 insertae, epp. nn. 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97 adiunctae. Quas fere omnes contulit F. Schneider paucis exceptis et a me collatis.

17) Vatic. lat. 3827 (olim S. Petri Bellovacensis) s. X.—XI. (cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 723. XXXVII, 541 sq.). Hic easdem fere epistolas exhibet atque codex antecedens (n. 16): nn. 88, 98 (cum insertis nn. 82, 83, 84, 85, 86, 88, adiunctis nn. 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97), 99. E quibus plurimae ab A. V. Müller, nonnullae a me, una ab O. Holder-Egger b. m. collatae sunt.

Duo hi codices, quos modo nominavimus (nn. 16, 17), paene omnes epistolas praebent, quas in collectione orientalium, quas dicimus, epistolarum edemus. Pro hac tertia parte editionis subsequentis hi quoque codices octo adhibiti sunt:

18) Vatic. lat. 4965 (olim capituli Veronensis) s. X. in.; cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 724 sqq. XXXVII, 542. Hic continet in synodo octava generali a. 869/870, quam comprehendit, Nicolai epistolas nn. 82, 85, 86, 83, 91. Quas contulit F. Schneider.

19) Vatic. lat. 5749 (olim S. Columbani de Bobio) s. X.; cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 725 sq. XXXVII, 543 sq. Aeque in octavo concilio easdem epistolas praebet ac Vatic. lat. 4965 (supra n. 18) collatusque est et hic a F. Schneider.

20) Casinensis 220 s. XII.; cf. Bibliotheca Casinensis IV, 204 sq., 'Neues Archiv' XXXVII, 544. In hoc codice continentur epp. nn. 88, 89, 87, quas ipse contuli.

21) Valentianensis 160 s. IX.; cf. 'Catalogue des manuscrits des bibliothèques de France, Départements' XXV (1894) p. 255, 'Neues Archiv' XXXVII, 544 sq. Epistolam Nicolai, quam continet, n. 88, contulit A. V. Müller.

22) Vatic. lat. 3554 s. XVI. ex.; cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 545. Continet epistolam n. 99, quam contulit F. Schneider.

23) Paris. lat. 2864 (Colb. 3805) s. IX.—X. Continet epistolas nn. 101, 100, quas contulit A. V. Müller. Cf. 'Neues Archiv' XXIII, 631. XXXVII, 572.

24) Bruxellensis reg. 5413—22 s. IX.—X. (cf. 'Archiv' VII, 866. VIII, 496, 'Neues Archiv' XXIII, 662. XXVI, 15. XXXVII, 572, 'Catalogue des manuscrits de la bibliothèque royale de Belgique' IV, 60 sq. Continet easdem epp., quas praebet cod. Par. lat. 2864 (supra n. 23): nn. 101 et 100. Quas post A. de Hirsch-Gereuth contulit A. Werminghoff.

25) Rom. Vallicell. J. 49 s. XV.—XVII., ex quo adhibuimus fragmentum quod continet epistolae n. 100; cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 574. Contulit F. Schneider.

Enumerentur nunc codices, qui diversas praecipue quartae et quintae partis huius collectionis epistolas vel epistolarum fragmenta exhibent:

26) Mutin. capitul. O. II. 2 s. X.; cf. 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' II, 466, 'Neues Archiv' XXXVII, 573 sq. Inest epistola n. 105, quam contulit v. d. E. Caspar s. n. et in hoc codice et in membrana eiusdem archivi capituli A 6 XIX s. XII. ex.

27) Paris. lat. 5537 (Colb. 5141, Reg. 3989/3; olim fuit Petri Saxii) s. X.—XII.; cf. Maassen, Bibl. Lat. iur. can. manuscr. I, 2 p. 259 sqq., 'Neues Archiv' XIV, 277 sqq. XXIII, 633. XXXVII, 574 sq. Inest ei Nicolai epistola n. 114, quam contulerunt H. Lebègue et A. Werminghoff. Ex quo codice hausit cod. Vallicell. G. 99 s. XVI.—XVII. (fol. 88'); cf. Maassen, l. l. I, 1 p. 409, 'Neues Archiv' XXXVII, 575. Item exhibet eandem epistolam cod. Vallic. C. 27 s. XVI., quem contulit F. Schneider.

28) Paris. lat. 4280 A (olim S. Remigii Remensis, Colb. 3029, Reg. 4240 B) s. X.; cf. 'Neues Archiv' XXIII, 632. XXXVII, 572 sq. Epistolas Nicolai continet nn. 125, 124, quas contulit v. cl. K. Hampe quondam socius noster.

29) Bruxellens. reg. 495—505 s. X.; cf. 'Neues Archiv' XXIII, 660. XXXVII, 573. Continet epistolas nn. 125, 124, 155, item collatas pro nobis a K. Hampe.

30) Paris. lat. 1453 (Reg. 4240) s. X.; cf. Maassen, Bibl. Lat. iur. can. man. I, 2 p. 188 sqq., 'Neues Archiv' XXXVII, 575 sq. Hic exhibet epist. n. 129, quam contulit M. Krammer.

De codicibus, qui nunc proferentur (sub nn. 31—41), omnino conferantur quae docte exposuit M. Sdralek in dissertatione iam laudata in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 177—215, de parte eorum etiam quae disseruit V. Krause, 'Die Akten der Triburer Synode 895' II in 'Neues Archiv' XVII, 281 sqq. Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 576 sqq.

31) Monac. lat. 6241 (Fris. 41) s. X.—XI.; cf. Sdralek, l. c. 184 sqq., 'Neues Archiv' XVII, 292 sqq. XXXVII, 576 sqq. Cui insunt epistolae nn. 138, 156 B. Contulit A. V. Müller.

32) Monac. lat. 6242 (Fris. 42) s. IX.—X.; cf. Sdralek, l. c. 192 sq., 'Neues Archiv' XXXVII, 578. Inest ep. n. 138. Contulit A. V. Müller.

33) Monac. lat. 6245 (Fris. 45) s. X.; cf. Sdralek, l. c. 188 sqq., 'Neues Archiv' XVII, 289 sqq. XXXVII, 576 sqq. Continet epistolas nn. 138, 156 B. Contulit A. V. Müller.

34) Bamberg. P. I. 9 s. X.; cf. Sdralek, l. c. 191 sq., 'Neues Archiv' XVII, 303 sqq. XXXVII, 576 sqq. Exhibet epp. nn. 138, 156 B. Contulit A. V. Müller.

35) Vindobon. 2198 (iur. can. 99) s. X.; cf. Sdralek, l. c. 190 sq., 'Neues Archiv' XVII, 295 sqq. XXXVII, 577 sq. Exhibet easdem epistolas. Contulit A. V. Müller.

36) Monac. lat. 27246 (antea Fris. B. H. 1) s. X.; cf. Sdralek, l. c. 211 sqq., 'Neues Archiv' XXXVII, 578. Inest ep. n. 139 et finis c. III ep. n. 138. Contulerunt K. Hampe et A. de Hirschgereuth.

37) Monac. lat. 5541 (Diess. 41) s. X.—XI. [et XIII.—XIV.]; cf. Sdralek, l. c. 179 sqq., 'Neues Archiv' XVII, 305 sqq. XXXVII, 579. Inest ep. n. 156 A. Contulerunt V. Krause et O. Holder-Egger b. m.

38) Colon. metrop. 120 (olim Darmst. 2119) s. X.; cf. Jaffé-Wattenbach, Ecclesiae metropolitanae Coloniensis codices manuscr. p. 49 sq., Sdralek, l. c. 184, 'Neues Archiv' XXXVII, 579. Inest eadem epistola. Contulit v. d. R. Salomon s. n.

39) Colon. metrop. 118 (olim Darmst. 2117) s. X.; cf. Jaffé-Wattenbach, l. c. p. 48 sq., Sdralek, l. c. 201 sq., 'Neues Archiv' XXXVII, 579 sq. Inest ep. n. 155. Contulit R. Salomon.

40) Salisburg. S. Petri a. IX. 32 s. X.—XI.; cf. Sdralek, l. c. 202, 'Neues Archiv' XXXVII, 580. Inest eadem epistola. Contulit A. Werminghoff v. cl.

41) Vindobon. 354 (Salisb. 282) s. XII.; cf. Sdralek, l. c. 209 sq., 'Neues Archiv' XXXVII, 581. Inest ep. n. 169. Contulit M. Tangl v. cl.

42) Guelferbytan. Helmst. 454 s. X. continet ep. n. 139, quam descripsit A. Werminghoff. Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 578 sq.

43) Monasteriensis msc. VII. 5201 (olim Corbeiensis, tum Patherbrunnensis) s. X. (cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 579); qui exhibet ep. n. 156 A et idem videtur esse, quo quondam usi sunt Maurini (cf. Anal. iur. pontif. X, 86: 'ex ms. Corbiae novae'; Martène et Durand, Veterum scriptorum et monumentorum amplissima collectio I, 149, Proleg. p. XVII (Parisiis 1724): 'e veteri codice Corbeiae novae'; v. etiam Sdralek in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 179). Contulit G. Waitz b. m.

44) Vatic. lat. 466 s. XII., de quo cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 717. XXXII, 478 sq. XXXVII, 580. Exhibet epistolae n. 117 alteram recensionem. Descripsit F. Schneider.

45) Treverensis 1709 (Lib. aureus Prumiensis) s. X.—XII.; cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 580. Continet epist. n. 158, quam contulit v. d. G. Kentenich.

46) Cantabrigiens. Univ. 893 (E e I, 4, olim liber ecclesiae Norwīc.) s. XIV.; exhibet fragmentum ep. n. 130. Contulit v. cl. K. Hampe.

47) Namnetensis 34 s. XVIII., ex quo ad ep. n. 107 nonnullas varias lectiones addidimus secundum R. Merlet, 'La chronique de Nantes' p. 58 sqq.; cf. infra p. 620 et 'Neues Archiv' XXXVII, 580.

Claudunt agmen codices graeci s. XV.—XVI. tres, quibus usi sumus in ep. n. 98a: 48) Monac. graec. 436, quem contulimus R. Salomon s. n. et ego; 49) Vatic. Ottob. graec. 27; 50) Vatic. graec. 1183. Quos contulit F. Schneider. Negleximus cod. Venet. S. Marci graec. 168. Cf. etiam J. S. Assemani, Biblioth. iuris orient. I, 259 sq. 'Neues Archiv' XXXVII, 581.

Praeter codices, in quibus integrae epistolae Nicolai exstant, etiam ad canonum collectiones et codices erat respiciendum, in quibus epistolarum fragmenta servantur. Permulta enim, sicut iam supra memoravimus, huius papae decreta a canonum compilatoribus collectionibus suis inserta sunt. Quae, quantum fieri poterat et editionis interesse videbatur, investigavimus et contulimus. Ubi vero vetustiore vel integriore traditione nobis cognita fuerunt ista fragmenta, canonum traditionem plerumque omisimus. Usi tamen sumus pro textu constituendo collectionibus editis aut partim editis his: Reginone, Burchardo, Deusdedit, Anselmo, Ivonis Decreto et Panormia, Gratiano. Collectionum autem usque hodie non editarum adhibuimus praecipue sequentes:

a) Collectionem dictam 'trium partium' vel 'tripartitam' (de qua cf. imprimis Friedberg, Decretum Gratiani p. LXIII sq., Sdralek, De Nicolai epistolarum codicibus p. 15 sqq., P. Fournier in 'Bibliothèque de l'école des chartes' LVII, 646 sqq.) in codice Berolinensi lat. fol. 197 (olim 'liber monasterii beatae virginis Mariae in lacu', postea Berolin. ms. lat. n. 104) s. XII. Ex hoc codice aliquot epistolarum vel fragmentorum propria vel integra traditione egentium textum contuli vel descripsi. Nonnulla quoque utilia et de codice et de ipsa collectione in schedis Pauli Ewald b. m. (cf. etiam 'Neues Archiv' V, 592 sqq.) repperimus. Similia eis, quae nos afferemus ex hoc codice, in dissertatione Maurinorum de epistolis Nicolai in Analectis iuris pontificii vulgata (cf. supra p. 260) ex codice Iosaphateo (nunc Paris. lat. 13656) pro compluribus epistolis prolata sunt, ita ut P. Ewald ('Neues Archiv' VII, 243; v. etiam Sdralek, l. l. p. 23 ann. 2) hunc codicem Iosaphateum collectionem trium partium continere contenderet, et recte: cf. P. Fournier, l. l. LVII, 647 cum ann. 2.

b) Collectionem vocatam 'Britannicam', quam quondam descriptam v. rev. Edmundus Bishop societati nostrae praebuit, postea v. cl. K. Hampe quondam socius noster contulit, in codice Londiniensi Mus. Brit. addit. 8873 s. XII. De paparum epistolis huic collectioni insertis accuratissime disseruit P. Ewald in 'Neues Archiv' V, 275—414, 505—596.

c) Collectionem, quae vocatur Caesaraugustana (cf. P. Fournier in 'Bibliothèque de l'école des chartes' LVIII, 416 sqq.) in codd. Paris. lat. 3876 (Colb. 4048) s. XII. — quo quondam usus est Baluzius, Miscellan. I, 401 sq. ed. Mansi 1761 — et Paris. lat. 3875 s. XII., auxilium nobis praestante v. cl. H. Omont Parisiensi.

d) Collectionem, quam continet codex Taurinensis 903 (E. V. 44) s. XII. (cf. de Pflugk-Harttung, Iter Italicum p. 160).

Taceo de ceteris canonum codicibus; nam ex lemmate unicuique epistolae editionis nostrae praemisso cognosci poterit, quae singulae canonum collectiones vel codices nobis usui fuerint. De Romanis etiam conferatur registrum a F. Schneider compositum ('Neues Archiv' XXVIII, 717 sqq.). — Qui vero loci ex Nicolai epistolis in Gratiani Decretum recepti sint, suo quoque loco annotabo. De singulis autem canonum collectionibus et de eis, quae sive a Nicolao scripta sive ei adscripta continent, plura in secunda parte dissertationis memoratae in 'Neues Archiv' XXXVIII proponam.

Enumerandi denique nobis sunt codices, quos non adhibuimus, et primum quidem ei, quos latentes vel deperditos investigare nequivimus. Sunt: 1) Remigianus, laudatus in Analectis iur. pontif. X, 57 et saepius. Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 545. 582 sq. Damus in ep. infra n. 99 varias lectiones, quas Analecta inde prompserunt. — 2) S. Mariae supra Minervam, v. supra p. 261 n. 3 et 4. 'Neues Archiv' XXXVII, 550 sqq. 566 sqq. — 3) Vallicell. D. 38 s. XI.; de quo cf. Hinschius, Decr. Pseudo-Isid. p. XLV., 'Neues

Archiv' XXXVII, 548 sqq. V. etiam supra p. 261 n. 3. — 4) Treverensis, v. supra p. 262 n. 8. Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 563. — 5) S. Remigii Remensis, v. supra p. 262 n. 10. Quo et sequenti usus est Baluzius in Miscellaneis I, 400 sqq. (ed. Mansi 1761). Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 573. — 6) Rivipullensis; cf. infra epp. nn. 9, 54. — 7) Turonensis, ex quo edidit epistolas nn. 107, 122, 126, 127 Martène, Veterum scriptorum et monumentorum collectio nova I, 40 sqq. (1700). Cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 581 sq. et infra p. 620. — 8) Autissiodorensis, ex quo edidit D'Achéry, Veterum aliquot scriptorum spicilegium XII, 42, Parisiis 1675, ep. n. 123. — 9) S. Germani, ex quo edidit Sirmond, Concilia Galliae III, 352 ep. n. 133. — Deinde omisimus — praeter canonum codices — codices hos, qui ex veteribus codicibus nobis notis exscripti et nullius momenti esse visi sunt, omnes s. XV.—XVII.: Vat. lat. 1332, 1333, 1334, 4169 (de quibus cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 544), Vat. Ottob. lat. 276 (cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 541), Vallic. C. 23, J. 49, Q. 6 (cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 545), Vallic. G. 99 (v. supra p. 263 n. 27); denique Paris. Coll. Moreau 1231, 1260 s. XVIII. (cf. 'Neues Archiv' XXXVII, 583 sq.).

Restat ut de editionibus Nicolai epistolarum, quarum principes gravioresque textui singularum epistolarum praemittemus, pauca — nam etiam de his in annalibus nostris fusius tractandi locus erit — in fine prooemii adiungamus. Prima Nicolai epistola (infra n. 88) vulgata est a. 1536 a J. Cochlaeo (cf. infra p. 454 l. 19 sqq.), qui etiam 'rescripta Nicolai pape huius nominis primi ex Gratiani volumine in unum collecta et in 20 titulos dispartita' editioni suae addidit; quae ex ea iterum atque iterum repetita sunt. Vera autem collectio Nicolai epistolarum prima Romae apparuit a. 1542 apud Franciscum Priscianensem. Quae inscripta est 'Nicolai primi pont. maximi epistolae' et orientalium, quas dicimus, epistolarum plurimas amplectitur. Sed fundamentum omnium futurarum editionum editio fuit, quae vocatur Romana (Epistolarum decretalium summorum pontificum tomus tertius [ed. Caraffa], Romae in aedibus populi Romani 1591). Haec e nostro epistolarum numero (170) praebet 68; ex quo Sirmondi Concilia antiqua Galliae in tomo III. (Lutetiae Parisiorum 1629) 82, Conciliorum collectio amplissima a Mansi confecta in t. XV. (Venetiis 1770) 120, Migne in Patrologiae latinae t. CXIX 139 epistolas exhibent. Hic iam addendum est numerum epistolarum nostrum eo minui, quod non — sicut in Regestis pontificum factum est — epistolas non iam exstantes numeravimus; secundo quia privilegia omnia ecclesiis vel monasteriis vel singulis personis data necnon et pallii usus concessiones, quae secundum Libri diurni formulam n. 45 (ed. Sickel p. 32 sqq.) conscriptae sunt, ex nostra editione exclusimus, exceptis tamen privilegiis pro Hincmaro (infra n. 59, cui etiam sub n. 59 a Benedicti III. privilegium subiunximus) et pro monachis S. Karilefi (infra n. 159) datis, quae certis de causis huic collectioni addidimus; cui 'sermonem' quoque Nicolai, quem pro Rothado habuit, sub n. 66 a inseruimus.

Editio a me suscepta est anno 1904, postquam vv. dd. A. de Hirsch-Gereuth et A. V. Müller complures codices contulerunt, v. d. F. Schneider et codices contulit et textui constituendo iam manus apposuit. Deinde ego reliquos codices contuli, epistolarum textum et constitui et annotavi, epistolas ipsas disposui. Memini grato animo societatis nostrae aliorumque clarissimorum et doctissimorum virorum, qui huic tomo perficiendo operam suam praestiterunt, et imprimis quidem Ernesti Dümmler b. m.; tum prae ceteris eis, quibus post lugendam mortem eius cura Epistolarum seriei commissa est, M. Tangl et A. Werminghoff, rectori huius editionis providentissimo; denique magnas gratias sive pro codicibus collatis sive pro consiliis fructuosis debeo benignis adiutoribus E. Bishop, O. Cartellieri, E. Caspar, F. Ehrle, K. Hampe, O. Holder-Egger b. m., P. Kehr, G. Kentenich, M. Krammer, V. Krause b. m., H. Lebègue, H. Omont, A. Poncelet, R. Salomon, F. Schneider, E. Seckel, F. Thaner, G. Waitz b. m. Restat ut grates reddam omnibus bibliothecarum praefectis Germaniae, Italiae, Galliae, qui huius operis sublevandi causa me vel antecessores meos in hoc labore benivole receperunt vel codices liberaliter huc mittentes adiuverunt.

Berolini mense Martio 1912. **Ernestus Perels.**

I.

NICOLAI I. PAPAE EPISTOLAE DE REBUS FRANCIAE, PRAECIPUE DE DIVORTIO LOTHARII II. REGIS[1].

1.

Nicolaus I. papa Hincmaro archiepiscopo et omnibus archiepiscopis et episcopis in regno Karoli Calvi constitutis praecipit, ut Ingiltrudem ad Bosonem comitem maritum reverti faciant; si redire noluerit, eam excommunicent. 860. 860

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 186 (B); Par. lat. 1557 fol. 75' (C); Vallic. C 15 fol. 246' (D); Par. lat. 3859a.

Edd. Epistolarum decretalium summorum pontificum tomus III, Romae 1591 (Editio Romana), 204; Sirmond Conc. Gall. III, 159; Mansi, Conc. coll. XV, 326; Migne, Patr. lat. CXIX, 780. — Cf. Jaffé-Ewald, Reg. pont. n. 2684 (2023).

NICHOLAUS[a b] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO[c] HINCMARO[d 2] CONFRATRI NOSTRO[d] ARCHIEPISCOPO ET OMNIBUS ARCHIEPISCOPIS SEU[e] EPISCOPIS IN[f] REGNO KAROLI[3] CONSTITUTIS[4].

Canonica auctoritas hoc omni in loco praedicare non cessat, ut populus divino cultui mancipatus inreprehensibilis existat[g]. Quo enim mediante fieri melius poterit quam illorum sollicitudine, qui pastorum loco curam dominici gregis[h] susceperunt? Quapropter vestram admonemus[i] fraternitatem, immo et sanctitatem, ut[k] vestram diocesim non sinatis pollui fornicariis. Ecce iam pridem direximus[l 5] vobis de uxore[6] Bosonis comitis[7], quae[m] relicto viro fugit, ut eam revocari[n] fecissetis viro suo, sed, quia occasione mergente minime factum conspicimus, unde[o] forsitan[p] vos neglegentes iudicare possumus. Quapropter praecipimus vobis apostolica[q] auctoritate[q] fulti, quatenus eam faciatis ad[r] virum proprium reverti[r], concessa sibi neglegentia, qua in eum deliquit, et, si vobis inoboediens contempserit repedare[s], corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi et societate[t] omnium fidelium citius tam illam[u] quam cunctos[v], qui eius facinori favere videbuntur[w], excommunicare festinetis, ut domus Dei[x] talibus rectoribus dirigatur, quales[y] catholicus ordo delegisse cognoscitur. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.

---

1. a) *praecedunt epistolae scriptura unciali scripta haec:* Dum idem celebraretur concilium in villa Tusiaco *(a. 860 m. Oct.; cf. Mansi, Conc. XV, 557 sqq.)*, he epistolae apostolicae directe sunt causa Bosonis *(lacuna, ut videtur, rasura)* et uxoris eius *B.* b) Nicolaus *C, D.* c) et *add. C, D.* d) confratri nostro Hincmaro *C, D.* e) sive *B.* f) *omitt. B, C.* g) exsistat *B.* h) regis *C.* i) commonemus *D.* k) *ss. ead. m. B.* l) dixerimus *B.* m) qui *C.* n) revocare *D.* o) *sic codd.* p) forsan *corr. ex* forsttan *C;* forstan *D.* q) auctoritate apostolica *C, D.* r) reverti ad proprium virum *C, D.* s) repedire *C.* t) societatem *C.* u) illis *B.* v) cunctis *B;* coeteros *D.* w) videbantur *B.* x) Domini *D.* y) que lex *C.*

1) *Cf. epistolas ad divortium Lotharii II. regis pertinentes supra p. 207—240 editas.* 2) *Remensi a. 845—882.* 3) *Qui dicitur 'Calvus' (840—877).* 4) *Hoc decretum etiam Lothario II. regi episcopisque in regno eius constitutis missum esse ex c. 4 conventus apud Saponarias (a. 862. m. Nov.) discimus, MG. Capit. II, 160. Ex eodem capitulo tempus huius et sequentis epistolae elucet; cf. etiam supra lin. 27 sq., 'Neues Archiv' XXVI, 627 sqq., Dümmler, 'Geschichte des Ostfränkischen Reiches' II², 18.* 5) *Haec epistola non exstat.* 6) *Ingiltrudis nomine.* 7) *Italici; cf. Dümmler, l. c. II², 16 sq.*

2.

860—862 Nov. 23. *Nicolaus Karolum Calvum exhortatur, ut moneat Lotharium regem, ne Ingiltrudem diutius in regno suo remanere sinat; cum in ipsius regnum advenerit, similiter, ut revertatur, curet. De litteris ad episcopos (v. supra n. 1) directis eum certiorem facit. 860.*

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 186—186' (B).

Edd. Baronii Annal. ecclesiastici a. 862 n. 34; Sirmond, Conc. Gall. III, 159; Mansi, Conc. coll. XV, 366; Migne, Patr. lat. CXIX, 781. — Cf. J.-E. Reg. n. 2685 (2024).

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI KAROLO GLORIOSO REGI SPIRITALI FILIO NOSTRO.

Vestram regiam dignitatem condecet de pietatis fonte iustitiae discretionem haurire. Nemo itaque iustius operari debet, quam cui commissa videtur legum ordinabilitas. Ecce etenim reges regibus favere solent. Sed convenit, ut in his, quae ratio docet iustitiae, invicem alternent, quae[b] autem improbitas, vicaria vice se subtrahere non cessent. Unde vestram exortamur regiam magnitudinem, uti corrigatis Hlotharium[1] regem, nepotem vestrum, ne tantum piaculum permittat manere in suo regno, hoc est: non consentiat fugitivam uxorem[2] Bosonis comitis[c] tamdiu remanere, ut non reddatur viro suo, remissa quidem neglegentia, quam ei fecit. Ceterum vos etiam monere[d] volumus, ut, si in vestro regno contigerit devenire, similiter peragatis, quoniam iussimus[3] omnibus archiepiscopis seu episcopis regni vestri, ut eam indulta sibi culpa, si noluerit reverti ad supradictum virum suum, excommunicent a corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi et societate omnium fidelium, quoniam condecet, ut in regno vestro tantum malum non oriatur et, si ortum fuerit, citius extinguatur, adeo ut omnes consentientes malo ipsius supradicta excommunicatione nectamus. Optamus excellentiam vestram in Christo bene valere.

3.

Nicolaus archiepiscopos et episcopos in synodo Mettensi residentes ad causam Theutbergae et Waldradae una cum missis suis iuste iudicandam exhortatur. Acta sibi mitti iubet, ut ipse rem perspiciat. 862 Nov. 23.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 54—55 (B); Vallicell. C 15 fol. 204 (C); Par. lat. 3859a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 123; Sirmond, Conc. Gall. III, 196; Mansi, Conc. coll. XV, 282; Migne, Patr. lat. CXIX, 801. — Cf. J.-E. Reg. n. 2702 (2039).

NICOLAUS[4] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET[a] SANCTISSIMIS[a] ARCHIEPISCOPIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ET EPISCOPIS CONCILIO RESIDENTIBUS, QUOD METTIS CELEBRATUR[5].

Reverentiae sacerdotali tunc debitus[b] honor impenditur, cum eos in omnibus, quae ab illis sub aequitatis libramine[c] geri debentur, trutinam misericordiae cum lance rectitudinis tenere conspicimus, et tenendo nullius favore retenti aut quorumcumque terroribus[d] permoti vel etiam numerosis pecuniis aut honorum amplitudinibus a tramite

---

2. a) *suprascr. scriptura unciali*: Item alia de eadem re *B.* b) quae — improbitas] *intellige*: ab his autem, quae improbitas docet. c) ti *ss. al. m. B.* d) *al. m. ss. B.*

3. a) *om. C.* b) debitis *B.* c) *corr. ex* liberamine *B.* d) temporibus *C.*

1) *II. (855—869).* 2) *Ingiltrudem.* 3) *V. praecedentem epistolam.* 4) *Ordinem epistolarum, quae exstant apud Jaffé-Ewald sub nn. 2698, 2699, 2700*, 2701, 2702 in totum commutandum esse docent et codices et ipsae litterae. De his epistolis cf. Dümmler, 'Geschichte des ostfränkischen Reiches' II², 62 sq.* 5) *Hae litterae, ut sequentes, legatis papae traditae sunt. De synodo Mettensi (863 Iun.) imprimis Nicolai ipsius epistolae conferendae sunt; reliqua acta, quae ad eam pertinent, enumerat A. Werminghoff, 'Neues Archiv' XXVI, 633.*

862
Nov. 23.

iustitiae[a] quoquomodo inclinati permutantur. Sed quantum eis erga proximos in discutiendo cura[b] conceditur, tantum his sine personarum acceptione ad sui custodiam pavor cum zelo rectitudinis procul dubio adhiberi debetur[c], ne immemores illius apostolicae sententiae videantur dicentis: 'Unusquisque propriam mercedem accipiet[d] secundum suum laborem.' Nam cum inter multarum ecclesiasticarum rerum, quae ad salutem et fidei soliditatem populi Dei pertinere videntur, noster apostolicus animus causas extenderetur, de quarundam feminarum controversia, Theutbergae scilicet atque Waldradae, admodum[e], sicut quorundam referentium, quia pastoralis nos cura ad audiendum[f] commoverat, relatio intentos reddidit et, ne aliquo violentiae morbo per desidiam grex fatigetur dominicus[g], ad medelam recuperandae sanitatis ardore caritatis ferventius invitavit. Praedicta quippe Theutberga multis vicibus sedem apostolicam lacrimosis litteris[1] studuit appellare, in quibus affatu flebili puram se quo accusatur crimine inquit atque insontem. Ad quod negotium et iudicii discretionem, sicut iam vestram fraternitatem nuper per apostolicos apices[2] commonere decrevimus, apostolico vos hortamine adesse volumus, quatenus a pontificii nostri latere venientibus missis synodicam illic celebrationem, apostolica fulti auctoritate, cum fraternitate vestra praesidentibus adunare debeatis et una cum eis vigilantius, sine dolositatis macula vel fomento[h] invidiae aut hodii nutrimento, quae possunt[i] homines a via veritatis pervertere et a calle rectitudinis pro dolor! declinare, semper Deum[k] prae oculis habentes, personas principum et terrores, qui ad tempus insurgunt et in tempore finiuntur, contempnentes, quid in his iustius quidve veratius cum fatis missis nostris invenire valueritis, horum consensu[l] diffinire et statuere procul dubio studeatis, caventes hoc, quod per prophetam dicitur: 'Vae his, qui dicunt bonum malum et malum bonum[m], qui ponunt tenebras lucem et[n] lucem tenebras, qui dicunt dulce amarum et amarum dulce.' Nam et evangelica inter cetera, quae nos ad bene vivendum instruit[o], sententia ammonet dicens: 'Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iuditium iudicate;' psalmista quoque ait: 'Si vere utique iustitiam loquimini, iusta iudicate, filii hominum.' Igitur cum multa sint, quibus vestram fraternitatem, non oblivionis aut ignorantiae causa de vobis iudicantes, sed caritatis studium amplectentes, commonere possimus, haec ideo sufficere credimus, quia ad plura vos et evangelicae atque apostolicae propheticaeque[p] lectionis dogmata in talibus memoria transcendere non dubitamus. Tantum est, ut cum aequitatis iusticia in praesenti examinatione sine aliquo dolo vel invidiae macula, sicut praefati sumus, quia Deo praesente adsistitis, proximorum causas cum iam dictis missis nostris ita iuste et inreprehensibiliter cum Dei timore diffinire satagatis, ut illorum in omnibus vestraeque sanctitatis consensus[q] atque iudicium aequitate fulgere videatur. Nam si vos vel illos in aliquam partem pro cuiuscumque[r] favore a canonicis et sanctorum patrum institucionibus, quod non obtamus, declinare perspexerimus[s], arguere[t] non dubitamus. Si vero aliarum ecclesiasticarum utilitatum in eodem concilio res acciderint[u], digno examine pertractantes eas cum Domini timore diffinire satagite. Si autem aliqua in eo fuerit contentio orta, in qua diffinitionis ponere nequiveritis[v] fortasse censuram, nostro eam iuditio reservare sanccimus. Statuimus autem, ut cuncta, quae in eodem concilio peracta fuerint ac diffinita, nostro praesulatui gestorum serie incunctanter[w] significetis[3]: ut, si

cf. 1. Petr. 1, 17.

1. Cor. 3, 8.

Isai. 5, 20.

Ioh. 7, 24.

Ps. 57, 2.

---

a) iustiae *hic et infra B.* b) curare *C.* c) debet *C.* d) accipiaet *B.* e) ammodum *B.* f) adiendum *B.* g) dominicis *B.* h) fomenta *C.* i) *pro* posset *corr. in marg. C.* k) Dominum *C.* l) concensu *B, C.* m) bonunt *B.* n) *suprascr. ead. m. B.* o) instrui *C.* p) profeciaeque *C.* q) *corr. ex* concensus *B.* r) cuiusque *C.* s) -eri *suprascr. ead. m. B.* t) auguere *B.* u) *corr. ex* acciderunt *ras. B.* v) nequeritis *B.* w) incuntanter *B.*

1) *Quarum nullae exstant. Cf. de his etiam, quae dicta sunt in 'commonitorio'; v. infra ep. n. 11 (J.-E. Reg. n. 2726).* 2) *Qui non exstant.* 3) *Ut postea factum est per Guntharium et Theutgaudum archiepiscopos, qui papae acta synodalia obtulerunt, cf. Dümmler, l. c. II², 68.*

862 Nov. 23. ea iustitiae pulchritudine probabilique[a] sanctione diffinita perspexerimus, Deo omnipotenti gratias referamus, si vero iniustitiae, quod nolumus, et contrarietatis fuerint acta intentione, ea renovare summopere iubeamus. Missos quidem nostri pontificii, ut in prima epistola[1] vestrae dilectioni significavimus[b], pro quibusdam ecclesiasticis utilitatibus, quibus fuimus occupati, destinare[c] nequivimus[c]. En Christo iuvante strenuitatis pollentes, scientia atque doctrina reverentissimos nunc dirigere missos[d] decrevimus, Radoaldum[2] scilicet atque Iohannem[3] episcopos, diliciosos et consiliarios nostros, qui praedictum cum vestra sanctitate concilium, ut protulimus[e], studeant celebrare. Omnipotens Deus, qui vos sacri regiminis culmine perornavit, vestrae beatitudinis corda rectitudinis et iustitiae claritate repleat atque decore[f], ut in omnibus vestris actibus aequitatis videamini plenitudine rutilare.

Data VIIII. Kalendas Decembres indictione XI.

4.

Nicolaus a Ludovico II. imperatore petit, ut legatos ob causam Lotharii in Germaniam missos bene suscipiat eisque praesidium praebeat. 862 Nov. 23.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 172' (B); Paris. lat. 1557 fol. 55 (C); Vallicell. C 15 fol. 205' (D); Paris. lat. 3859a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 120; Sirmond, Conc. Gall. III, 193; Mansi, Conc. coll. XV, 279; Migne, Patrol. lat. CXIX, 799. — Cf. J.-E. Reg. n. 2701 (2037).

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI HLUDOWICO IMPERATORI[b][4].

Augustae serenitatis magnitudini vestrae imperiali fulgenti decore his apostolatus nostri litteris innotescimus, quia multis et cotidianis ecclesiarum Dei sollicitudinibus et utilitatibus, quibus nos vigilanter insistere decet, praepediti missos nostros pro[c] perficienda synodo, quam pro[d] causa Hlotharii gloriosi regis, fratris vestri, nostra[e] apostolica fieri auctoritate decrevimus, tam celeriter, ut inter nos statutum est, Franciam[f] destinare nequivimus. Et quoniam ecclesiasticae rectitudinis et utilitatis zelo, quo nos semper fervere oportet, accensi, legatos nunc, sicut diximus, nostros duos venerabiles episcopos, Radoaldum[g] videlicet sanctae Portuensis[5] ecclesiae et Iohannem sanctae Ficoclensis[h 6] ecclesiae antistites, diliciosos[i] nostros, illuc pro eiusdem rei, quam scitis, negotio canonice diffiniendo direximus. Quos clementia vestra benigne suscipiat eisque[k] fidelem atque prudentem tribuat hominem, qui eos usque ad locum, quo a talibus suscipiantur hominibus, quorum comitatu ad praedictum regem Hlotharium, fratrem vestrum, illesi valeant pervenire, securos et quietos omnique suavitate deducat[l]. Cognoscat praeterea clementia vestra, quia pro communi ecclesiae pace atque consensu[m] duos episcopos de regno Karoli regis, patrui vestri, ad ipsam[n] sinodum, quae Domino auxiliante in Mettis civitate congreganda est, sedis apostolicae missa vocatione convenire praecepimus[7],

---

a) probalique *B.* b) significamus *C.* c) nequivimus destinare *C.* d) nunc dirigere missos *in marg. ead. m. scr. B.* e) praetulimus *C.* f) decoret *C.*

4. a) Nicolaus *C, D.* b) pro synodo *(scil. Mettensi) add. B, C, D; cf. infra epp. nn. 5, 6, 10.* c) tam *ante* pro *suprascr. ead. m. B.* d) pro *suprascr. ead. m. B.* e) *corr. pro* nulla *D.* f) Frantiam *B.* g) Rodoaldum *C, D.* h) Fundensis *corr. ex* Ficondensis *D.* i) deliciosos *B, D.* k) -que *suprascr. ead. m. B.* l) *in ras. ead. m. scr. C.* m) con- *suprascr. B.* n) ipsum *B.*

1) *Alludit ad apices deperditos (v. supra p. 269 ann. 2).* 2) *Portuensem, a. 853—864. De quo cf. supra p. 227 ann. 3.* 3) *Ficoclensem, sed. a. 858; quando mortuus vel depositus sit, ignoratur. — De legatis a papa missis cf. etiam Parisot, 'Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens' p. 215 ann. 5.* 4) *A. 850—875.* 5) *Porto; v. ann. 2.* 6) *Ficocle, id est Cervia; v. ann. 3.* 7) *Cf. infra epist. n. 5.*

qui[a] una cum missorum nostrorum praesentia et aliorum sacerdotum Dei conventu quod diffinire oportet iuste[b] canoniceque decernant. 862 Nov. 23.

Data ut supra[c].

5.

Nicolaus Karolum Calvum regem hortatur, ut ad synodum Mettis congregandam duos episcopos de regno suo mittat. 862 Nov. 23.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 173 (B); Paris. lat. 1557 fol. 55 (C); Vallicell. C 15 fol. 206 (D); Par lat. 3859a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 119; Sirmond, Conc. Gall. III, 192; Mansi, Conc. coll. XV, 278; Migne, Patr. lat. CXIX, 799. — Cf. J.-E. Reg. n. 2699 (2036).

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI KAROLO GLORIOSO REGI[b].

Sedes[c] haec sancta atque praecipua, cui dominici gregis[d] est[e] sollicitudo curaque commissa, in omnibus mundi partibus rectitudinis suae dispositione salubri cuncta ordinare perficereque divino freta procurat auxilio et, quod singulari etiam[f] auctoritate perficere valet, multorum saepe sacerdotum decernit diffinire consensu et iustitiae censura ea[g] scilicet[g] emendando deliberare, quae perperam[h] atque inormiter fuerint alicubi commissa. Unde vestrae regali Deoque amabili excellentiae notum esse volumus, quia ad futuram synodum, quae Mettis civitate regni Hlotharii regis, nepotis vestri, pro Theutberga, sorore Hugberti[1] clerici, et Waldrada congreganda[i] est, duos de regno vestro episcopos, quos prudentes atque veraces vos esse cognoscitis, convenire iubemus, qui una cum sanctae sedis nostrae legatis[k], quos illuc Domino auxiliante nunc destinamus, et aliorum venerabilium episcoporum coetu, qui ad eandem synodum conveniendi sunt, subtili[l] cuncta indagatione rectaque[m] valde inquisitione secundum Deum et venerabiles sanctorum patrum institutiones examinare ac[n] diffinire decertent. Nam et Hludowico glorioso regi[2], fratri vestro, simili modo litteris nostris[3] diximus[o] duos regni sui episcopos ad ipsam synodum convocantes[p], quatenus in omnibus, quae ibi statuenda[q] sunt, rectitudo vigeat, iustitia polleat et falsitate fugata veritas splendeat, ut venerabili sacerdotum Dei certamine Christi ecclesia ab omnibus inconcussa consistat adversis. Quos sane in veniendo episcopos et ad iam dictam synodum iussione nostra volentes occurrere[r] vestra non retardet nobilitas, sed pro Dei nostroque[s] amore ipsos absque temporis protelatione ad praefatam synodum sinatis occurrere.

Data ut supra.

6.

Nicolaus Lothario regi roganti nuntiat se Radoaldum et Iohannem episcopos missos e latere ad synodum habendam transmittere; cui binos episcopos de Ludovici patrui, de Karoli fratris, de Karoli patrui regnis adesse iubet. Commendat legatos. 862 Nov. 23.

---

a) quae *D.* b) *corr. ex* iusti *B.* c) *Sequuntur:* Item eiusdem ad eundem pro sinodo *C, D.*

5. a) Nicolaus *C, D.* b) pro synodo *add. B, C, D.* c) *corr. ex* sedis *alia m. B;* sedis *C.* d) *corr. ex* regis *alia m. B;* regis *C.* e) *corr. ex* et *alia m. B;* et *C, D.* f) pro *B.* g) eaṣ licet *(sic!) B.* h) perpere *B, C.* i) *om. C.* k) partis *B.* l) sub subtili *B.* m) recta *B.* n) hac *C.* o) *corr. alia m. in marg.* litteras nostras direximus *D.* p) convocandos *corr. al. m. B.* q) *corr. ex* statuende *B.* r) *Quae sequuntur omisit D excepto:* Dat. ut supra. s) et nostro *(et suprascr. al. m.) B.*

1) *Abbatis S. Mauricii. De quo cf. MG. Epist. V, 612—14 et infra ep. n. 16.* 2) *Germaniae, a. 840—876.* 3) *Non exstant. Cf. J.-E. Reg. n. 2700*.*

862 Nov. 23. *Codd. Paris. lat. 1458 fol. 173—173' (B); Paris. lat. 1557 fol. 55' (C); Vallic. C 15 fol. 206' (D); Par. lat. 3859a.*

Edd. Editio Romana (1591) III, 119; Sirmond, Conc. Gall. III, 191; Mansi, Conc. coll. XV, 278; Migne, Patr. lat. CXIX, 798. — Cf. J.-E. Reg. n. 2698 (2035).

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI HLOTHARIO REGI[b].

Regalis excellentia vestra nuper apostolatui nostro direxit[1], ut pro perficienda synodo missos e latere nostro dirigere[c] dignaremur. Quod nos et ante litterarum vestrarum preces et postmodum facere desiderio ardenti cogitavimus. Sed quia multis sanctarum ecclesiarum Dei utilitatibus actenus[d] fuimus occupati, tam celeriter, ut volebamus, eos destinare nequivimus. Nunc autem domino nostro Iesu Christo favente legatos sanctae nostrae, cui Deo auctore deservimus, ecclesiae duos reverentissimos et sanctissimos[e] episcopos, Radoaldum sanctae Portuensis ecclesiae et Iohannem sanctae Ficoclensis[f] ecclesiae antistites[g], diliciosos[h] nostros, quorum adventu atque praesentia Dei sacerdotum synodus congregetur, transmittimus, sicut nostris vobis iam pridem direximus litteris[2], quibus magnitudini vestrae intimatum est binos episcopos de regno Hludowici regis, patrui vestri, et Karoli regis[3], fratris[i] vestri[i], ad ipsam synodum convenire debere[k]. Nunc autem volumus[l] atque litteris nostris directis iubemus duos[m] similiter[m] de regno Karoli gloriosi regis, patrui vestri, ibidem sine aliqua ambiguitate adesse[n][4]. Quas sane litteras[5] nobilitati vestrae dirigentes petimus, ut eas ipsi Karolo[o] regi de praesenti[p] per vestrum fidelem hominem transmittatis, quatenus et duo regni eius episcopi, ut diximus, ad praefatam[q] synodum, quae auxiliante Domino congreganda est, cum nostris pariter legatis valeant convenire. Quos sane apostolatus nostri legatos excellentia vestra digno honore suscipiat et[r] familiaritatis eis locum concedat, ut Domino auxiliante, cum ad nos fuerint reversi digna nobis de parte vestra nuntiantes, maximas[s] Deo gratias referre et apostolicae vos[t] benedictionis munere ditare possimus congaudentes sane in[u] vestrae humilitatis devotione[v] fideli[v]. Dextera vos supernae maiestatis inlesos conservare per tempora longa dignetur.

Data ut supra[w].

7.

Nicolaus Karolum Calvum rogat, ut Balduino filiae regiae raptori, qui Romam fugerat, ut papae interventionem nancisceretur, ignoscat, ne propter indignationem cum Normannis foedus ineat. *862 Nov. 23.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 173—174 (B); Paris. lat. 1557 fol. 55' (C); Vallicell. C 15 fol. 207 (D); Par. lat. 3859a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 121; Sirmond, Conc. Gall. III, 193; Mansi, Conc. coll. XV, 279 Migne, Patr. lat. CXIX, 803. — Cf. J.-E. Reg. n. 2703 (2040).

---

6. a) Nicolaus *C, D.* b) pro synodo *add. B, C, D.* c) *corr. alia m. ex* dirigimus *B.* d) hactenus *corr. ss. B.* e) reverendos et sanctos *D.* f) Ficolensis *B;* Ficodensis *corr. D.* g) *om. B, C.* h) *corr. alia m. in* deliciosos *B;* deliciosos *D.* i) vestri fratris *D.* k) *suprascr. m. corr. B.* l) *om. B.* m) similiter duos *D.* n) adfaci *B.* o) Karoli *B, C.* p) praesentia *B.* q) praedictam *corr. al. m. ex* praesentem *D.* r) *suprascr. al. m. B.* s) monstras; *suprascr.* multas *B.* t) *corr. ex* vobis *ras. B.* u) ad *B.* v) *alia m. corr.* devotionem fidelem *B.* w) *Sequuntur:* Item eiusdem ad eundem secunda *C, D.*

1) *V. infra ep. n. 53 et conventus apud Saponarias a. 862. c. 6 (MG. Capit. II, 161), ubi huius legationis Lotharii mentio fit. Cf. Dümmler, l. c. II², 32, ibid. ann. 2.* 2) *Non exstant. Cf. Parisot, 'Le royaume de Lorraine sous les Carolingiens (843—923)' p. 212 ann. 2.* 3) *Provinciae, a. 856—863.* 4) *V. supra ep. n. 5.* 5) *Ep. n. 5.*

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI KAROLO GLORIOSO REGI MAIORI[b]. 862 Nov. 23.

Beato ac pretioso Christi[c] Dei nostri cruore ecclesia sancta redempta et sacro ipsius Domini super solidam verae fidei petram fundata elogio[d] pietatis suae[e] viscera omnibus, non solum quos ex aqua regeneravit[f] et spiritu delinquentibus, verum etiam quos[g] sacri necdum lavit unda baptismatis, patet atque gremio gratulatur[h] fovere salubri. Unde ab ipso eius institutionis[i] exordio ad eam omnes velut ad pium carissimae genitricis gremium confugere digna devocione procurant, qui se in aliquo flagitii[k] scelere iacere cognoscunt, ut per spiritalem[l] gratiam, quae rite ignoscit petentibus[m], a peccatorum nexibus absolvantur[n]. Et quoniam[o] ad[p] hanc sanctam Romanam, cui Deo auctore deservimus, ecclesiam, quae ob sui privilegii principatum, quo ceteras Dei ecclesias orbe universo diffusas[q] excellit divinitus, de diversis mundi[r] partibus cotidie multis[s] sceleris[t] mole[u] oppressi confugiunt[v], remissionem scilicet et venialem sibi gratiam tribui[w] supplici[x] et ingenti[y] cordis merore poscentes. A qua vero ob insigne dilectionis[z] meritum et debitae[a] compassionis gratiam recti[b] libraminis auxilium cunctis fida petentibus intentione tribuitur atque largitur. Idcirco ad beatissima[c] sanctorum apostolorum principum Petri ac[d] Pauli confugere[e] limina nostrumque pontificium[f] Balduinus[1], vassallus vester[g], ardenti animo[h] accedere studuit, qui vestram se habere indignationem[i], eo quod Iudith filiam vestram[k], illum[l] prae ceteris diligentem, sine vestrae voluntatis consensu in coniugium elegerit[m] eamque volentem[n] acceperit, ore proprio retulit. Quamobrem praesulatui nostro preces multimodas[o] fudit[l], orans et petens obnixe, ut magnitudinis vestrae per nostram interventionem adipisci gratiam mereretur. Cuius nos crebris petitionibus et misericordiae largitate commoti vestram regalem excellentiam his apostolatus nostri apicibus praesentibusque[p] legatis, Radoaldo[q] videlicet et Iohanne[r] reverentissimis et sanctissimis episcopis, dilitiosis nostris, valde precamur, ut pro Iesu Christi domini nostri amore et sanctorum apostolorum Petri ac[s] Pauli, quorum auxilium ipse Balduinus magis quam regum terrae fide devota quaesivit, nostraque[t] dilectione, quam vos habere[u] luculenter[u] agnoscimus[v], iam dicto Balduino, quia et tale iam olim aliis evenisse regibus scitur[w], indulgentiam pariter et plenariam gratiam largiamini[x], ut[y] vestrae amplitudinis fretus benignitate consistat maneatque inter ceteros vobis fideles securus[z]. Cui sane ideo vestrae sublimitatis gratiam ut tribuatis deposcimus, non solum quia pio amore omnibus, qui aliquo fuerint[a] sceleris contagio maculati, huius apostolicae sedis opem atque misericordiam et praesidium postulantibus humilique[b] devotione quaerentibus pro qualitate facti subvenire debemus[c], verum etiam metuentes, ne propter

---

7. a) Nicolaus *C, D.* b) pro Balduino *add. B, C, D.* c) *deest B.* d) eloquio *D.* e) sua *D.* f) regeneraverit *D.* g) quosquos *D.* h) gratulantur *D.* i) institutionis eius *D.* k) *corr. ex* flagitu *C.* l) spiritualem *D.* m) penitentibus; ni *m. corr. ss. B.* n) absolvant *B.* o) *corr. in marg. pro* quomodo *D.* p) ad *ss. corr. ex* alienam pro *B.* q) diffusum *B.* r) *corr. ex* muldi *ss. B.* s) *om. D.* t) sceleribus; *in marg. del.* sceleris *D.* u) *om. D.* v) *corr. ex* confugiet *ss. B.* w) tribuat *B.* x) secat *corr. pro* sectat, *ut videtur B.* y) ingaudet *B;* s *in fine eras. C.* z) ditionis *B.* a) debitum *B.* b) *ss. in B.* c) beatissimam *B.* d) et *D.* e) contendere *B.* f) pontificum *B.* g) *suprascr. m. corr.; del.* cum *B.* h) *suprascr.* et *B.* i) indicavit *add. al. m. suprascr. B.* k) *suprascr.* vestram *et suprascr. add.* rapuerit *al. m. B.* l) *Locus de* illum prae *usque ad* multimodas fudit *deest B.* m) eligerit *C.* n) *in marg. corr.* voluntarie; *in text.* eam voluntatem *D.* o) multimodis *D.* p) praesentibus *B.* q) Radoaldum *C, D.* r) Iohannem *C;* Ioannem *D.* s) et *D.* t) nostra *corr. ex* nostrę *C.* u) luculenter habere *D.* v) cognoscimus *D.* w) scit *B.* x) *al. m. corr. ex* largitatis *B;* largiatis *C, D, in D corr. ex* largitatis. y) et *D.* z) surrecturus *B.* a) *corr. ex* fuerit *ss. B.* b) humili *B.* c) *al. m. corr. ex* debito *B.*

1) *Comes Flandriae. Cf. — etiam pro sequenti epistola — Dümmler, l. c. II², 63; ib. p. 37 sq., 47. De causa Balduini et Iudith, filiae Karoli Calvi, v. etiam H. Schrörs, 'Hinkmar, Erzbischof von Reims' p. 227 sq.*

862 Nov. 24. iram et[a] indignationem[a] vestram ipse Balduinus se[b] impiis Nortmannis[1] et inimicis ecclesiae[c] sanctae[d] coniungat et in populo Dei, quem prudenti consilio menteque[e] sollicita salvum et incolomem[f] regere et gubernare debetis, aliquod ingerat periculum[g] et scandali fomitem, quo[h] fidelium coetus depopuletur, immittat, et ob hoc animae vestrae, quod absit, contingat discrimen. Dextera vos supernae[i] protegat maiestatis[k] et ab omnibus semper adversitatibus illesos custodire dignetur.

Data ut supra.

8.

Nicolaus Hermintrudem reginam deprecatur, ut Balduinus in gratiam recipiatur.

862 Nov. 24.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 174—174' (B); Paris. lat. 1557 fol. 56' (C); Vallicell. C 15 fol. 208' (D); Par. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 122; Baronius, Ann. eccles. a. 862 n. 54; Sirmond, Conc. Gall. III, 194; Mansi, Conc. coll. XV, 281; Migne, Patr. lat. CXIX, 804. — Cf. J.-E. Reg. n. 2704 (2041).

NICHOLAUS[ab] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI HIRMINTRUDAE[c 2] REGINAE[d].

Fidelium universitas gentium ex variis mundi partibus, cuiuscumque[e] sint ordinis vel aetatis, si qua forte criminis noxa vel seniorum suorum formidine detinentur, ad hanc sanctam omnium terrarum matrem[f] Romanam[g] ecclesiam[g], ut salutare percipiant remedium, recurrunt et ab ea non solum animae, sed et corporis salvationem, ut omnibus patet, humili prece suscipere precantur. Quibus multis divinitus fulta auctoritatibus et sanctorum patrum roborata[h] documentis[h] materno amore[i] solamina sumministrat et sugenda[k] ubera consolationis compatiendo inferre minime recusat. Et quia hic Balduinus[3], qui carissimam filiam vestram contra divinarum[l] legum sancciones rapuit, de his se esse recognovit, liminibus sanctorum apostolorum lacrimosis mestisque precibus lugubriter se obtulit et, ut pro tanto crimine apostolicam[m] opem acciperet, nostro apostolatui nihilominus[n] flendo se praesentari quaesivit. Cuius cum lamentabilem et tanto scelere plenam cognovissemus petitionem, ad mentem rediit[o], quod per prophetam
Osee 6, 6. Dominus dicit: 'Misericordiam volui[p] et non sacrificium'. Miserti fuimus et hos vestrae in Christo dilectae industriae apostolicae sollicitudinis apices fieri statuimus missosque etiam Radoaldum et Iohannem reverentissimos et sanctissimos episcopos, diliciosos[q] nostros, pro eo vestrae claritati[r] direximus, per quos obnixius[s] deprecamur[t], ut praefatus[u] Balduinus, quam[v] apud vestram[w] per apostolorum intercessiones[x] desiderat magnificentiam[y] obtinere, pro Dei amore gratiam percipere valeat et de sui affectione nostri praesulatus oraculis consolationem resumat, quatenus ut, qui se per infelicem[z] culpam a norma aequitatis declinare non ambigit, medelam apostolorum agnoscat et

---

a) indignationemque *D.* b) *hic om. C, D; ss. in B.* c) se *add. hic C.* d) se *add. hic suprascr. D.* e) mentēque *C.* f) incolumen *C.* g) *om. spatio relicto libero B.* h) qui *corr. ex* que *B.* i) *corr. ex* superna *B.* k) mentis *B.*

8. a) *Lemma:* Epistola Nicolai pape ad Irmintrudim reginam prima *C.* b) Nicolaus *C, D.* c) Hermentrudae *C, D.* d) pro Balduino *add. B, C, D.* e) cuiusque *D.* f) *corr. ex* metē *B.* g) ecclesiam Romanam *D.* h) robusta desideriis *B.* i) more *B, C.* k) *corr. ex* suggenda *B;* suggenda *C.* l) -rum *ss. m. corr. B.* m) *corr. in marg. pro* apostolico *D.* n) nihil hominis *C.* o) redito *D.* p) volo; *in marg.* volui *del. D.* q) *corr. in* deliciosos *B.* r) caritati *B.* s) obnoxius *B.* t) deprecamus *C.* u) praedictus *D.* v) quia *D.* w) *al. m. suprascr. add.* clementiam *B.* x) institutionem *B.* y) minatus *B.* z) instruem *B.*

1) *Cf. Dümmler, l. c. II, 47.* 2) *Uxori Karoli Calvi regis.* 3) *Cf. supra ep. n. 7.*

apud[a] seniorem[b] vestrum[a 1] venialem vobis iuvantibus vigorem obtineat. Dextera vos supernae[c] protegat maiestatis et ab omnibus semper adversitatibus[d] maculisque[e] custodire dignetur[2]. 862—863

9.

Fragmenta duo epistolae Nicolai ad Karolum Calvum, qua intercedit pro Karolo filio eius, qui sine patris consensu matrimonium inierat. *862 Nov.*

Cod. Paris. lat. 3876 fol. 65' (B).

Edd. Baluze, Miscellan. (ed. Mansi, 1761) I, 402, qui usus est codice Parisiensi (olim Colbertino 4048) laudato et Rivipullensi; Mansi, Conc. coll. XV, 458; Migne, Patr. lat. CXIX, 1182. — Cf. J.-E. Reg. n. 2705 (2042).

NICOLAUS[a] KAROLO[3] REGI MAIORI[4].

Dilectus filius et coaequivocus[b] vester Karolus[5] ad nostram apostolicam nunc in praesenti destinare studuit paternitatem intimans videlicet, quod pro quadam femina[6] a[c] primo[c] iam matrimonio relicta, quam sine vestro, quod non debuerat, consensu sibi sociavit in coniugium, vestrae paternitatis offensam incurrerit.

Item. De uxore filio vestro coniuncta, si talis contra divinitatem invenitur causa[d], per[e] quam[e] nullo modo eam habere debeat, volumus nobis a vestra dilectione mandari. Quodsi nulla invenitur[d] ex latere alia causa, quod grave pariat[f] peccatum, non reperitur auctoritas, ut eorum scindi debeat coniugium, nec nostrum est eis sine manifesti[g] delicti[h] culpa suae separacionis inferre praeiudicium[7].

10.

Nicolaus omnibus archiepiscopis et episcopis per Galliam et Germaniam constitutis mandat, ut Mettis una cum legatis suis Lotharium, quem legitima uxore repulsa, secunda ascita iudicium sedis apostolicae praevenisse conqueritur, audiant et in eum canonicum iudicium proferant. Si venire distulerit, se illum excommunicaturum esse denuntiat. 863 in.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 174 (B); Par. lat. 1557 fol. 56' (C); Vallicell. C 15 fol. 209 (D); Par. lat. 3859a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 122; Sirmond, Conc. Gall. III, 195; Mansi, Conc. coll. XV, 281; Migne, Patr. lat. CXIX, 800. — Cf. J.-E. Reg. n. 2725 (2038).

NICOLAUS EPISCOPUS[a] SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS ARCHIEPISCOPIS ET[b] EPISCOPIS[b] PER GALLIAM ET GERMANIAM CONSTITUTIS[c 8].

Incognitum vobis esse non credimus, qualiter pro duabus feminis[d] Hlotharii regis ecclesiae Dei facies illiciti conubii nevo aspersa sit vel qualiter una repulsa idem rex

---

a) apreseniorum *C*; apud vestrum seniorem *D*. b) *in marg. D*. c) sempiternę *B*. d) *corr. in* adversitatis *B*. e) maculis *B*.

9. a) Nycholaus *B*. b) quoequivocus *B*. c) *desunt B*. d) causa — invenitur *in infer. marg. script. B*. e) pro qua *Edit.* f) pareat *B*. g) manifesta *Edit.* h) causa *add. B*.

10. a) *om. D*. b) *desunt D*. c) pro synodo *add. B, C, D*. d) *in ras. al. m. B*.

1) *Scil. Karolum regem.* 2) *Datum 24. Nov., quod profert Baronius (Ann. a. 862 n. 54), in codicibus, quos hodie habemus, non invenitur.* 3) *Qui dicitur Calvus.* 4) *Ad haec litterarum fragmenta cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 63 ann. 3; ib. p. 39—41.* 5) *Aquitaniae rex, qui mortuus est a. 866.* 6) *Vidua Humberti Arvernorum comitis; v. Ann. Bertin. a. 862 p. 58 (ed. Waitz).* 7) *Duo haec fragmenta ad eandem rem pertinere perspicuum est; tertium vero et in codicibus et in prioribus editionibus additum, cuius textus est:* Quamquam sciamus et filiam vestram, si libet, posse vos ei legaliter in uxorem dimittere et pietatis vestrae clementer gratiam impertiri, non tamen iussa misimus, sed preces obtulimus. *exstat in epistola n. 60, quam infra edemus, similiter in ep. n. 57; v. etiam J.-E. Reg. l. c.* 8) *Hanc epistolam cum sequenti iungendam esse cum A. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 551 ann. 2, Dümmler, l. c. II², 64, Jaffé-Ewald regestorum 2. editione censeo; de earum tempore cf. praeterea Schrörs, l. c. p. 570 ann. 2, Parisot, l. c. p. 213 et 217; Analecta iur. pontif. X. ser. V, 2 p. 60 sq.*

863 in. alteram sibi sceleratissime copulaverit. Quarum prior, Theutberga nomine, pro sui repudio acriter dolens per emissam legationem super hoc negotio[a] sedis nostrae expetivit[1] iudicium. Ex qua re unius partis causam sine altera[b] iudicare canonicum[c] fore minime duximus. Statuimus[2] ergo[d] fraternitatem vestram Mettis[e] collectam pariter cum nostris[f] legatis[f] eiusdem Hlotharii causam audire[g] et canonice communi sententia diffinire[h]. Itaque iuxta statutum nostrum cum duos illas in partes fratres nostros destinaremus episcopos[3], accidit ad nostram notitiam pervenire[4], quod Hlotharius legitima et prima repulsa muliere secundam sibi adsciverit coniugem[i 5] neque sedis nostrae petitum[k 6] ac promissum[6] iudicium expectans neque canonico iudicio uspiam succumbens. Qua ex re quid aliud datur intelligi, nisi, quia ubi plurimorum iudicium[l] praevenit[m], ibi suo iudicio praevaricatorem se iudicat[n]? Et ideo universaliter hanc fraternitati vestrae apostolicae auctoritatis epistolam destinamus[o], ut Christianae religionis zelo accensi pariter cum missis nostris Metim[p] proficiscamini illucque Hlotharium convocantes audiatis et in[q] eum canonicum iudicium proferatis. Quodsi venire distulerit et a praesentia se synodali praesentibus legatis nostris subduxerit et ad poenitentiam ac[r] satisfactionem repedare minime curaverit, ita ut praesentialiter[s] ad synodum coram missis nostris satisfacturus et a scelere recessurus occurrat, illum de cetero excommunicatum[7] reddemus et, quamdiu in hoc permanserit, a totius ecclesiae consortio faciemus exortem.

11.

Nicolaus legatos in Franciam missos, si Lotharius rex ad synodum Mettensem venire distulerit, ad eum pergere iussaque sua ei nuntiare iubet. De diversis litteris suis in Franciam directis eis praecepta dat. *863 in.*

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 177 (B).

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 862 n. 56; Sirmond, Conc. Gall. III, 197; Mansi, Conc. coll. XV, 367; Migne, Patr. lat. CXIX, 1179. — Cf. J.-E. Reg. n. 2726 (2055).

REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS RADOALDO ET IOHANNI EPISCOPIS[8].

Quemadmodum sanctae Romanae ecclesiae fideles estis et apostolicae sedis columnae existitis, ita custodite, omnia secundum priorem[9] praeceptionem nostram peragere festinate et Mettis[a] apostolica auctoritate synodo evocata nostra iussa perficite. Quodsi synodus episcoporum se illuc minime collegerit[b] aut Hlotharius[c] venire distulerit, tunc vos ad eum pergere studete et nostra iussa atque instituta declarate; et deinde, cum pro causa Balduini ad Karolum[10] perrexeritis, eidem glorioso regi epistolas[11] synodicas et has, quas nunc vobis dirigimus pariter cum[d] commonitorio[12], praesentibus cunctis ostendite[e], et[f] non[f] solum[f] ei, sed et omnibus episcopis et universis fidelibus hoc notum facientes palam legere et denunciare studete. Praeterea scitote a nobis

---

a) legatione sua *add. codd.* b) alterius *C, D.* c) canonice *D.* d) *suprascr. al. m. B; om. C, D.* e) Metti *B, C;* Meti *D.* f) legatis nostris *D.* g) audiri *B, C.* h) diffiniri *B;* difiniri *C.* i) congregem *B.* k) petentibus *B.* l) iuditia *D.* m) pervenit *D.* n) iudicavit *C, D.* o) destinavimus *D.* p) Metti *B, C.* q) ad *B.* r) et *D.* s) praesentaliter *B.*

11. a) Metti *B.* b) collexerit *B.* c) t *suprascr. al. m. B.* d) *suprascr. al. m. B.* e) ostendetis *corr. ex* ostenditis *B.* f) *in ras. B.*

1) *V. infra ep. n. 11 in commonitorio.* 2) *V. supra ep. n. 3.* 3) *Scil. Radoaldum et Iohannem.* 4) *Cf. etiam infra ep. n. 57.* 5) *Scil. Waldradam, quam m. Aug. vel init. Sept. a. 862. a Lothario in matrimonium ductam esse recte adnotat Parisot, l. c. p. 199 sq. ann. 6. Cf. Dümmler, l. c. II², 32.* 6) *V. supra ep. n. 6.* 7) *De Lothario excommunicato an non excommunicato disserui in 'Neues Archiv' XXXII, 143—149.* 8) *Cf. de hac epistola et de addito commonitorio Dümmler, l. c. II², 64.* 9) *Scil. Romae legatis datam.* 10) *Scil. Calvum.* 11) *Supra epp. nn. 3—6.* 12) *Infra p. 277 sq. edito.*

vestrae sanctitati duas dirigi epistolas vice ablatarum[1], unam Karolo[a] regi[b], secundam vero uxori. Episcopis autem Galliae et Germaniae alteram[2] cum hac ipsa ad vos destinata mandamus. 863 in.

Commonitorium[3] *de causa Lotharii II. regis.*

Cod. Berolin. lat. fol. 197 (Collectio trium partium inedita n. 26) fol. 84 (B). — Cf. Ironis Carnotensis Decr. VIII, 334; Decr. Grat. c. 4 C. 31 q. 2.

Edd. V. supra p. 276 l. 23 sq.

Hlotharius[c] rex[d] profitetur Waldradam[e] se a patre accepisse et sororem[4] postmodum admisisse Hucberti[f 5]. Ubi primum diligenti investigatione inquirite et, si eundem gloriosum regem praedictam Waldradam praemissis dotibus coram testibus secundum legem et ritum, quo nuptiae celebrari solent, per omnia inveneritis accepisse, et publica manifestatione eadem Waldrada in matrimonium ipsius admissa est, restat, ut perscrutemini, cur illa repudiata sit vel filia Bosonis[g 6] admissa. Sed quia idem gloriosus rex metu Theutbergam[h] admisisse se dicit, vos illud evangelicum recolite, quod Dominus: 'Nolite', inquit, 'timere eos, qui corpus occidunt', et iterum ait: 'Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?' In quibus dominicis sententiis considerandum est, quod, si occisores[i] corporum[i] timendi non sunt contra iusticiam hominem impellentes, et lucrum totius mundi non prosit homini anima perdita, quanto minus metu unius hominis tantus rex debuit contra divinum praeceptum in immane praecipitium mergi! In hoc certe se magis reprehensibilem ostendit, in quo amori mundi amorem Dei postposuit. Ubi nichil vobis aliud praecipimus, manifestatione sua eodem rege convicto, nisi ut secundum canonicam auctoritatem nostra vice freti causam illius diffiniatis. Si vero minime probatum fuerit Waldradam uxorem fuisse legitimam neque nuptiis secundum morem celebratis per benedictionem scilicet sacerdotis filio nostro Hlothario extitisse coniunctam, suggerite illi, ut non moleste ferat legitimam sibi, si ipsa innocens apparuerit[k], reconciliari uxorem; nec in hoc carnis voci obtemperet, sed potius divinis praeceptis oboediens, pudeat eum, immo pertimescat in luxuriae stercore putrefieri et voluntatem propriam sequendo ante tribunal Christi districtam[l] ponere rationem. Praeterea vos scire volo, quia praefata Theutberga apostolicam sedem bis et ter appellavit[7] et se a praefato[m] glorioso rege questa est iniuste fuisse deiectam et vi coactam falsum contra se composuisse piaculum. Nam eo tempore[8] ad apostolicam sedem libellum[9] appellationis suae misit, in quo non quidem adhuc confessam, sed ut contra se falsum diceret crimen, cogi sese innotuit, insuper subiungens: 'Quodsi amplius compulsa fuero, scitote non veritate, sed timore mortis et evadendi studio, quia aliter non possum, quod voluerint[10] dicam. Vos tamen[n] memores estote mei haec vobis insinuantis.' Unde praecipimus vobis, ut, cum eadem Theutberga ad condictam synodum, sicut statuimus, advenerit, causam eius diligenti examinatione tractetis; et si ei obicitur, quod illa se crimen aliquod admisisse confessa fuisset et econtra

Matth. 10, 28.

Matth. 16, 26.

---

a) *corr. ss. ex* Karoli *B.* b) *corr. ex* regis *B.* c) *Lemma:* Idem Radualdo Portuensi et Iohanni Ficolensi episcopis. De Lothario qui Gualdrada repudiata aliam admiserat. d) in comminitorio *add. B.* e) Gualdradam *e. s. d. B.* f) Hutberti *B.* g) Basonis *B.* h) Thebergam *e. s. d. B.* i) occiso corpore *B.* k) apparuit *B.* l) strictam *Edit.* m) praelato *B.* n) autem *Edit.*

1) *Supra epp. n. 7 et n. 8, pro causa Balduini scriptarum.* 2) *Supra ep. n. 10.* 3) *Duorum commonitoriorum a Nicolao datorum hoc prius esse Parisot, l. c. p. 217 probare vult. — Alterum exemplar praesentis commonitorii in ep. infra n. 57 citatur, in cuius fine omnino agitur de causa Lotharii II. regis.* 4) *Scil. Theutbergam.* 5) *Cf. supra p. 271 ann. 1.* 6) *De hoc Bosone, patre Theutbergae, cf. Dümmler, l. c. II², 5 ann. 2; Parisot, l. c. p. 83.* 7) *Cf. supra ep. n. 10 (p. 276); Dümmler, l. c. II², 10, 19, 61.* 8) *A. 859.; Dümmler, l. c. II², 10.* 9) *Non exstat.* 10) *Scil. accusatores reginae.*

863 illa violentiam se pertulisse proclamaverit vel si inimicos sibi iudices illos fuisse testata fuerit, tunc illud[a] renovetis[b] iudicium secundum aequitatis normam, ut[c] iniusticiae mole non opprimatur[1].

12.

Nicolaus de reconciliatione Ludovici et Karoli cum patre Karolo Calvo gavisus, ut in hoc persistant, reges admonet. In synodo congreganda adesse et canonicis regulis satisfacere eos iubet. *863.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 175'—176 (B); Par. lat. 1557 fol. 73 (C); Vallicell. C 15 fol. 240 (D); Par. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 232; Sirmond, Conc. Gall. III, 220; Mansi Conc. coll. XV, 354; Migne, Patr. lat. CXIX, 839. — Cf. J.-E. Reg. n. 2728 (2059).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[a] HLUDOWICO[2] ET KAROLO[3] FILIIS[b] KAROLI GLORIOSI REGIS.

Pervenit ad apostolatus nostri notitiam, quod malorum hominum callida suggestione[c] decepti a patris gratia et participatione digressi fueritis[4]. Qua ex re nimio merore devicti dispositum habuimus apostolici moderaminis vobis competenter correctionem[d] dirigere, quae vos et ab improbis stultisque libitibus refrenaret et correctos[e] paternae gratiae[f] restitueret. Nunc[g] autem, quia sanctissimus frater et coepiscopus noster Hodo[5] veniens dilectionem vestram paternae gratiae pleniter[g] reformatam[6] esse affatus est, grates domino Deo retulimus. Ideoque devotioni[h] vestrae[h] hortantes sancimus, ut caveatis vos de reliquo a[i] tanti[i] patris unanimitate prorsus divelli, qui vos tamquam evangelicus[k] pater post perpetratos[l] excessus ad se convertentes, benignus suscepit, stola prima
cf. Luc. 15, 22. induit anulumque in manibus et calciamenta in pedibus tribuit, ita ut, sicut erroneus ille filius tandem reversus[m] gratiam promeruit et paternae hereditatis sine margine heres extitit, vos quoque studeatis in[n] eo[n], ad[n] quod[n] ut[o] probatur[o] reversi estis, persistere: quatinus et hereditate patria semper fruamini et a[p] benedictione et gratia atque communione sanctae Romanae ecclesiae, quae vos[q] sublimari[q] gloriosius[r] exobtat, nulla penitus neglegentia decidatis[s]. Sane in[t] synodo[7], quae statuto a nobis loco congreganda

---

a) d *suprascr. m. poster. B.* b) renovantes *B.* c) aut *del. B.*

12. a) Nicolaus — Dei *desunt B.* b) *corr. ex* filios *B; al. m. corr. ex* filio *D.* c) subgestione *B.* d) correptionem *B.* e) correptos *B, C.* f) *bis in D.* g) Nunc autem — gratiae pleniter *al. m. in inferior. marg. scr. B.* h) devotionem vestram *corr. al. m. D.* i) ad tanti *C.* k) *corr. ex* euanclius *B;* euanlicus *C.* l) perpetratus *C.* m) regressus *D.* n) *corr. ex* adeo quod *al. m. B;* in eo quod *C, D.* o) ut *ss. al. m. B;* probere *C;* probe *D.* p) ad *C.* q) *om. C, D.* r) gloriosior *C, D.* s) *corr. ex* deciditis *D.* t) *suprascr. B.*

1) *Hic damus fragmentum valde suspiciosum epistolae Nicolai pro causa Theutbergae, quod primus edidit J. von Pflugk-Harttung (Acta Romanorum pontificum inedita II, 32 n. 61) ex cod. Taurinensi E. V. 44 p. 70[b] (J.-E. Reg. n. 2707*):* Nicholai rescriptum ad episcopos Gallie. Quoniam scimus Thiebirgam reginam versutis argumentis et simulata calliditate perdidisse inique suum maritalem Lotharii thorum, idcirco deinceps statuimus sanctorum regulas quandoque competenter temperari, ita videlicet ut, quoties nova et inconsueta pululaverit versuta iniquitas, toties nova sagaciter inveniantur argumenta, quibus possit amputari et radicitus evelli. Ipse etiam Deus contra nova antichristi pericula nova missurus est argumenta ad subveniendum fidelibus, id est Heliam et Enoch, multo tempore doctos. Iniquum est enim, ut ex regulis sanctorum, quae sunt constitute ad bonos et innocentes tuendos, earum velamento callidi nocentes suam nequitiam occultent et non satisfaciant aecclesie, quam peccando leserunt. 2) *Eo tempore regi Neustriae, qui postea patri successit in regno Franciae (a. 877—879).* 3) *Regi Aquitaniae, mort. a. 866. De quo cf. supra ep. n. 9.* 4) *Cf. Dümmler, l. c. II, 38 sqq.; supra ep. n. 9.* 5) *Bellovacensis episcopus a. 861—881. Cuius legatione tempus et huius epistolae et aliarum complurium epistolarum significatur.* 6) *Haec de Ludovico tantum nuntiare poterat Odo; cf. Dümmler, l. c. II², 41 sq., 65.* 7) *M. Iun. a. 863. Mettensis synodus praesentibus legatis papae celebrata est; nec vero in ea nec in alia synodo huius anni causa filiorum Karoli Calvi tractata videtur esse.*

est, in qua apostolicae auctoritatis legatos[a] credimus adfuturos[b], praesentiam vestram humiliter praesentari iubemus, ut ibi de quibus inpetita[c] fuerit veraci ratione respondeat et plenissime[d] satisfactura canonicis regulis se submittat. Optamus vos in Christo bene valere[e]. 863 Mai.

13.

Nicolaus episcopos regni Lotharii ob desidiam vituperans Lothario regi suggerere iubet, ut Hilduinum clericum ecclesiae Cameracensis pervasorem removeat et alterius episcopi eligendi clero et plebi ipsius ecclesiae licentiam tribuat. *863 Mai.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 67'—68 (B); id. fol. 69' (C); Vallicell. C 15 fol. 228 (D); id. fol. 232' (E); item bis in Cod. Par. lat. 3859a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 227; Sirmond, Conc. Gall. III, 221; Mansi, Conc. coll. XV, 349; Migne, Patr. lat. CXIX, 841. — Cf. J.-E. Reg. n. 2730 (2061).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS[b] SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET CETERIS EPISCOPIS IN REGNO HLOTHARII CONSTITUTIS[1].

Quoties de vestrae dilectionis sanctitate ea percipimus auribus, quae[c] Deo[c] placabilia et grata necnon et[d] accepta esse creduntur, gaudemus in Domino et inmensi tripudii[e] exultatione laetantes grates ei multimodas reddimus. At vero cum vos torporis desidia audimus languescere, praecepta caelestia tamquam[f] leteis[g] quibusdam[h] papaveribus[i] perceptis[k] oblivioni mandare, peccata non premere, sed fovere, non eradicare vitia, sed plantare, ea sacri verbi ligone non recidere[l], sed veluti[m] quarundam[n], ut ita dicamus[o], linguae adulationum ut crescant aquas effundere, immo, quod est scelestius[p], alienis perversitatibus protegendo ac defendendo favere, contristamur et tanto habundantia meroris deficimus, quanto eos, cum quibus putabamus[q] quibuslibet potestatibus[r] ex[s] adverso[s] ascendendo libera pro domo Domini voce contraire vel etiam virgam correptionis[t] ac iustitiam[u] rigoris extendere, illos videmus[v] se sequentibus in baratrum et iniquitatum foveam ducatum praestare[w] eosque, heu pro dolor! caecis oculis anteire. Verum de hoc tacendum parumper, quousque tempus loquendi veniat, ratum ducimus. Ceterum fidelium certa relatione[2] didicimus, quod gloriosus rex[x] Hlotharius filius noster ecclesiam Camaracensem[3] cuidam Hilduino[4] clerico dederit. Quae quidem in regno ipsius consistere dicitur, esse tamen de diocesi confratris nostri Hincmari Remorum[y] archiepiscopi perhibetur[z]. Quo[a] praedictum clericum in multis a sacris canonibus reprehensum iudicante ei, ut alium, qui dignus[b] inveniri[c] posset, consecrandi a rege,

cf. Prov. 29, 15.

cf. Matth. 15, 14.

---

a) *al. m. corr. ex* legalis *B.* b) *al. m. corr. ex* acfuturos *B;* affuturos *C.* c) improbitas *B.* d) *corr. ex* implenissime *B.* e) *Sequuntur:* Item eiusdem *C, D.*

13. a) Nicalaus *B.* b) *om. D.* c) quaedam *E.* d) *deest D.* e) trupudii *C;* tripundii *D.* f) tam *B, C, D, E.* g) *corr. ex* leoteis *B;* loeteis *C;* luteis *D;* letis *E.* h) a *add. D.* i) pauperibus *E.* k) praeceptis *C, D;* peregitis *E.* l) recedere *D, E.* m) veruti *B, C.* n) quorundam *B, C, E; corr. ex* quorundam *D.* o) dicam *E.* p) celestius *E.* q) putabam *E.* r) potantibus *E.* s) exemplo *D.* t) correctionis *D, E.* u) iustitiae *B, C.* v) videamus *D.* w) *suprascr. ead. m. C.* x) *post* rex *ras. trium litterarum B.* y) remotum *D.* z) prohibetur *E.* a) *om. E.* b) dignius *D.* c) *corr. ex* invenire *C.*

1) *Haec epistola laudatur in litteris Hincmari ad Nicolaum directis (apud Flodoardum, Historia Remensis ecclesiae lib. III cap. 12, MG. SS. XIII, 489, Migne, Patr. lat. CXXVI, 25), ubi haec leguntur:* In epistola vestrae sanctitatis per Odonem episcopum episcopis in regno Lotharii pro preiudicio Cameracensis ecclesiae directa, relegi vestram auctoritatem sciscitaturam, cuius neglectu *(v. infra p. 280 l. 18)* eadem ecclesia ultra decimum mensem pastore vacaret, *etc.* 2) *Per Odonem episcopum; cf. Dümmler, l. c. II², 65.* 3) *Hod. 'Cambrai'.* 4) *De causa Hilduini cf. praeter alios Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 201 sqq. 219 sqq., Schrörs, 'Hinkmar' p. 228 sq.*

863 Mai. vobis auctoribus utique, qui hunc[a] non corrigitis, facultas adimitur. Unde eadem ecclesia Camaracensis a iam fato Hilduino pervasa[b] iam ultra decimum mensem[1] contra sacrorum canonum normam viduata consistit iugiterque suis rebus expoliatur[c] et, quae celebrari debentur divina mysteria[d], quia episcopali ministerio caret, in ea minime fiunt. Quapropter praecipimus[e] vobis, ut[f] suggeratis filio nostro Hlothario glorioso regi et ei, ut nullum ecclesiae Camaracensi praeiudicium inferat, summopere suadere curetis; quatenus iam fato Hilduino submoto ex se eligendi iuxta sacros canones episcopum clero et plebi ipsius ecclesiae licentiam tribuat[2]. Nam si hanc nostram praeceptionem apostolicam[g] contempseritis, scitote vos pro inoboedientia et pro consilii pestiferi[h] veneno, quo[i] iam fatum regem saepe inficitis, a nostra communione penitus submovendos. Praeterea epistolam[3], quam[k] saepe dicto Hilduino clerico mittimus, a vobis ei dari[l] praecipimus. Quem nisi ex Dei et beati Petri et nostra auctoritate excommunicaveritis, ut nil de ecclesia Camaracensi sibi vindicet numquamque[m] se in eadem ecclesia ad episcopatum provehi temptet vel postulet, a communione dominici[n] corporis et sanguinis estote divina et nostrae[o] mediocritatis sententia cum eodem longius sequestrati. Siquidem[p] cuius rei gratia ultra decimum mensem contra sanctarum[q] regularum[r] diffinitionem[s] Camaracensem ecclesiam sine rectore episcopo[t] de proprio clero electo viduatam manere[u] permiseritis, nosse procul dubio volumus, ex cuius neglectu[v] omissum sit: sollerti[w] prorsus examine[x] reperire, quam[y] quis[y] sit dignae[z] ultionis poena multare, Deo auctore nulla contenti dilatione studebimus. Optamus fraternitatem vestram in Christo nunc et semper bene valere.

14.

Nicolaus Hilduinum clericum a Cameracensi ecclesia, quam per decem iam menses occupavisset, abscedere ablataque ecclesiae restituere iubet. *863 Mai.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 197—197' (B); Par. lat. 1557 fol. 72 (C); Vallic. C 15 fol. 238 (D); Par. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 229; Sirmond, Conc. Gall. III, 223; Mansi, Conc. coll. XV, 351; Migne, Patr. lat. CXIX, 843. — Cf. J.-E. Reg. n. 2732 (2063).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI HILDUINO[4] CLERICO[a].

Cum nostri voti desiderium de omnibus bona cupiat[b] semper cognoscere, multum nos contristaverunt quae de perversitatibus tuis nostris auribus veracibus quibusdam certa sunt[c] attestatione relata. Diceris enim, quod contra statuta sanctorum[d] canonum ecclesiam Camaracensem[e] invaseris et eius sanctae plebis clericos opprimas ac dehonestes, bona quoque ipsius diripias, metropolitano, id est confratri[f] nostro[g] Remorum episcopo[h 5],

---

a) hoc *D.* b) perversa *C;* ecclesia *add. B, C, D;* ecclesię *E.* c) expoliari *codd.* d) ministeria *D.* e) praecepimus *E.* f) *om. E.* g) *deest E;* apostolicam praeceptionem *C.* h) *corr. ex* pestifero *C.* i) qđ *D.* k) qua *D.* l) dare *D.* m) nunquam *D, E.* n) dominica *D.* o) nostra *D.* p) *Duabus lineis vacuis relictis incip. al. manus (fol. 68) B.* q) sacrarum *D.* r) regulam *B.* s) definitionem *B, E;* diffinionem *C.* t) eo *C.* u) permanere *D.* v) neglectum *B.* w) *Ex parte corruptus esse hic locus videtur.* x) exanime *B.* y) quam quisquis *C;* quamvis qui *E.* z) digne *B, C, D.*

14. a) Nicholaus Hilduino *B.* b) cupio *B; corr. ex* capiat *C.* c) est *D.* d) sacrorum *B.* e) Camarecensem *D.* f) fratri *in ras. C.* g) Hincmaro *add. D.* h) archiepiscopo *D.*

1) *Ex hoc loco et ex legatione Odonis tempus epistolae constat; v. H. Schrörs, l. c. p. 572; cf. etiam Parisot, l. c. p. 201 ann. 1.* 2) *Cf. quae de Nicolao I. et de electione Cameracensi apte exponit Imbart de la Tour in libro suo 'Les élections épiscopales dans l'église de France du IXe au XIIe siècle (Paris' 1891) p. 135 sq.* 3) *Infra ep. n. 14.* 4) *V. quae notavi supra p. 279 in ann. 4; cf. etiam Dümmler, l. c. II², 46, 65. Hilduinus erat frater Guntharii Coloniensis archiepiscopi. — Pro hac et sequenti epistola conferas omnino quae adnotavi ad epistol. n. 13.* 5) *Videlicet Hincmaro.*

nullam debitam subiectionem vel oboedientiam impendas, sed absque eius[a] libitu[a] ecce 863 Mai.
per decem iam menses[b] viduatam eandem ecclesiam occupatam detineas; et cetera detestanda de tuis temeritatibus nostrae apostolicae[c] sollicitudini[d] nuntiantur, quae quidem nunc silemus: tantum hoc tibi praecipiendo[e] iniungimus, ut omnia, quae a praefata ecclesia subtraxisti et ea habere dinosceris, ei reddere ne differas. Et quoniam licet humana[f] quaedam potestas permittat, divina tamen canonicaque censura te[g] in eadem ecclesia in episcopum consecrari nequaquam consentit, immo omnes, qui tui sunt moris atque praesumptionis, a[h] tanta dignitate procul repellit, maxime cum metropolitano Remorum provinciae, cui ipsa Camaracensis ecclesia subiecta est, nullum debeat praeiudicium irrogari[1], praecipimus tibi, ut de eadem ecclesia Camaracensi nil auferens quantotius[i] abscedas, ut is[k] et taliter[k] a clero et plebe ipsius ecclesiae eligi et ab archiepiscopo Remorum consecrari possit, qui in nullo a sanctis canonibus reprehendatur. Quodsi praefatae ecclesiae quae tulisti praeter illa, quae ad victum et potum pertinuerunt, reddere distuleris vel si amplius aliquid[l] inde abstuleris et ab eius potestate ac[m] regimine te minime subduxeris, Dei nostri et sanctorum apostolorum atque sententia auctoritatis nostrae[n] vinculis[o] sis[o] anathematis obligatus, quamdiu huius nostrae diffinitionis epistolae pertinaci animo resultaveris[p].

15.

Nicolaus Lotharium vehementer increpando admonet, ut Hilduinum pervasorem e Cameracensi ecclesia eiciat neve diutius iura Remorum metropolitani laedat.

863 Mai.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 175 (B); Paris. lat. 1557 fol. 72' (C); Vallicell. C 15 fol. 239 (D); Paris. lat. 3859a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 229; Sirmond, Conc. Gall. III, 222; Mansi, Conc. coll. XV, 350; Migne, Patr. lat. CXIX, 842. — Cf. J.-E. Reg. n. 2731 (2062).

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS[b] SERVORUM[b] DEI[b] HLOTHARIO GLORIOSO REGI[2].

Inter innumera, quae de te supra[c] modum[c] sinistra[c] execrabiliaque feruntur[3], unde nos non mediocriter te salvum anima et corpore cupientes tristamur, illud etiam tuis excessibus te adiecisse veraci relatione comperimus, quod sanctae ecclesiae Remorum, in qua venerabilis confrater noster Hincmarus divina dispensatione archiepiscopus praeest, in regni tui finibus facultates ac praedia[d] constituta diripias et adeo illi diocesim suam violenti brachio inhibeas, ut ecclesiae Camaracensi, quae suo ecce per decem mensium[e] spatia est destituta pastore viduata manens, contra venerabilium canonum instituta inibi episcopum consecrandi aut aliquid iuxta suum ministerium disponendi nullam omnino potestatem habere permittas. Quam cunctis Christianis[f] legibus detestandam praesumptionem a gloria tua contra ecclesiasticas institutiones minime perpetrare optamus neque[g] aliquo modo patimur, quoniam, si regum[h] est proprium rebelles corporis motus rationis imperio refrenare ac regere, debuerat utique excellentia tua in

---

a) libitu eius *D.* b) mense *C.* c) apostolici *C.* d) sollicitudi *C.* e) percipiendo *C, D.* f) hamana *C.* g) *suprascr. al. m. B.* h) ad *C.* i) quantotiens *B.* k) *corr. al. m. ss. in* his et talis *B;* is et alr, *in marg.* talis *D.* l) *om. B.* m) et *D.* n) nostri *C.* o) sis vinculis *D.* p) *Sequuntur in eadem linea:* Item eiusdem ad Lotharium regem. *C, D.*

15. a) Nicolaus *C, D.* b) *desunt B.* c) sinistra supra modum *D.* d) plia *C.* e) *corr. ex* mensiuum *B;* mensuum *C.* f) Christi annis *C.* g) -que *suprascr. man. corr. B.* h) *corr. ex* regnum *B, C.*

1) *Cf. Imbart de la Tour, l. c. p. 136.* 2) *V. supra p. 280 ann. 4. — Postponunt codices C, D epistolam J.-E. n. 2731 epistolae J.-E. n. 2732; quos secuti sumus (cf. etiam supra l. 41).* 3) *Scilicet ob eius divortium.*

863 Mai. omnium regni tui ecclesiarum defensione[a] adesse et minime metropolitani Remorum iure soluto[1] in parrochiis[b] regni tui viduatae ecclesiae Hilduinum aliunde constituere pervasorem[2]. Ob hanc rem dilectionem tuam hortamur et[c] monemus atque apostolica auctoritate inhibendo arcemus, ut nullo pacto in his, quae ad Remorum sanctam ecclesiam pertinent, inlicitos appetitus extendens[d] ditioni tuae submittas neque ecclesiae Camaracensi pervasorem diutius inhabitare[e] permittas. Quoniam si feceris et omnia metropolitano Remorum non restitueris, ut ipse iuxta suum illic privilegium[3] disponere queat, quia iam tanta a te horrenda ac[f] detestanda in corpore sanctae Dei ecclesiae commissa diutius aequanimiter ferre nequimus, saltem[g] conpulsus resipisci[h] valeas, noveris te citissime mucrone ecclesiastico feriendum, ita ut ulterius[i] talia in sancta Dei ecclesia perpetrare formides. Pervasorem vero Camaracensis ecclesiae Hilduinum nomine scias a corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi communione penitus segregatum et ab omni Christianorum consortio[k] sequestratum, si post hanc nostri apostolatus interdictionem[l] remorari temptaverit, quousque in nostram[m] praesentiam de his canonice satisfacturus occurrat. Optamus gloriam tuam in Christo bene valere.

16.

Nicolaus respondet litteris Hucberti abbatis; causam eius atque sororis Theutbergae in synodo praesentibus legatis apostolicae auctoritatis diffinitum iri ostendit. 863 Mai.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 176—176' (B); Paris. lat. 1557 fol. 73' (C); Vallicell. C 15 fol. 241 (D); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 232; Sirmond, Conc. Gall. III, 220; Mansi, Conc. coll. XV, 353; Migne, Patr. lat. CXIX, 840. — Cf. J.-E. Reg. n. 2729 (2060).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[a] HUCBERTO[b 4] RELIGIOSO ABBATI[5].

Apices[6] defensionis[c] tuae per Hodonem[d 7] fratrem et coepiscopum nostrum ad sedem apostolicam missos libenter accepimus. Quorum etiam tenorem attentius[e] perpendentes repperimus te conquerentem dura invectione[f] a nobis frustra conventum[g] ac contra spem, dum te cum[h] fratre et sorore iugiter proclamantem[i] consolationis epistolas accipere sperares[k], arguentes te ac corrigentes dure inveneris[l 8]. Quod utique devotio tua moleste ducere non debuerat, quia patris sollers disciplina dilecto[m] filio etiam minime peccanti nonnumquam adhibetur[n], non quo severitate verberum[o] frustra examinetur, sed quo, ne in suspectis facinoribus devolvatur, benivola invectione[p] terreatur[q], ac, cum dira flagella filius molestissime ferat, eo quod sine culpa percutitur, scit tamen pater, quod[r] blando in pectore[s] modum servaverit disciplinae, ut ab imminentibus custo-

---

a) defensioni *D.* b) parroechiis *B.* c) *om. B.* d) ostendens *D.* e) habitare *B.* f) hac *C.* g) ut saltem *Edit.* h) resipicere *corr. ex* rescipicere *D.* i) *corr. ex* alterius *C.* k) consilio *B.* l) intradictionem *D.* m) m *ss. B.*

16. a) Nicolaus — Dei *desunt B, C.* b) Huberto *D.* c) deversionis; *in marg. manu moderna scr.* devotionis *B.* d) Odonem *D.* e) *corr. ex* adtentius *B.* f) *corr. ex* inventione *C.* g) convenientibus *B; corr. al. m. ex* conventis *D.* h) con *C.* i) *corr. ex* proclamentem *B.* k) sperantes *B.* l) eveneris *D.* m) *corr. ex* dilecti *D.* n) *corr. ex* adhibeamus. *Alia manus suprascripsit* increpatio *B.* o) *corr. pro* verborum *D.* p) *corr. ex* inventione *C;* inventione *D.* q) terretur *B, C, D.* r) quid *B.* s) *corr. ex* pastore *B.*

1) *Cf. Imbart de la Tour, l. c. p. 136.* 2) *Lotharius semper episcopos, qui sibi favebant, constituere conabatur; cf. Parisot, l. c. p. 202 ann. 5; infra ep. n. 23 (p. 288).* 3) *V. infra n. 59.* 4) *Fratri Theutbergae reginae. Cf. supra p. 271 ann. 1.* 5) *S. Mauricii.* 6) *Non exstant.* 7) *Ex eius legatione et ex infra nominata synodo tempus huius epistolae, quam epistolis nn. 13, 14, 15 eodem tempore scriptis secundum codices postponimus, apparet; v. etiam supra p. 278 ann. 5.* 8) *Epistola Nicolai ante hanc praesentem Hucberto directa non exstat.*

diret[a]. Quod cum ita esse nullus omnino sciolus dubitat, animadvertendum est et summa circumspectione cavendum[b], ne, cum apostolici moderaminis tibi aliquotiens dura mittuntur, moleste in aliquo feras, quia aut[c] aperta[c] et vera sunt nostrae[d] correptionis[e] verba aut occulta et iusta[f] sunt et aliquam habentia rationem. Porro quia innocentiam tuam in sacerdotum examine expetendo[g] et cotidie proclamando commendare videris, gratum habemus[1] et, ut ita se veritas habeat, Dominum rogitamus. Tamen quia adhuc in acie stare[h] videris, innocentiae tuae perseverantiam[i] adhibe, ut, unde nunc a nonnullis[k] denotaris, perspecta veritate postmodum conlauderis[l]. Ceterum iuxta divinitus nobis creditum ministerium ut a die, qua apostolatui[m] nostro negotium tuum atque sororis[2] relatum est, strenue perstiterimus, nullius[n] sanctae Dei ecclesiae filiorum latere notitiam credimus, et quid[o] de fratre[3] tuo egerimus[4], ipse poterit enarrare[p]. Neque enim in hoc desides neglegentesque[q] poterimus vel suspecti haberi, quia[r] ad[r] diversa quoque negotia dirimenda et examinanda atque[s] ad[s] ultimum[s] iuris silentium perducenda et synodum colligi[t] iussimus et legatos[5] apostolicae auctoritatis illuc direximus, quorum censura in collegio[u] fratrum aut pro culpa canonice puniamini aut pro innocentia iuste[v] a crimine diluamini. Optamus religiositatem tuam in Christo feliciter valere[w]. 863 ante Oct. 30.

17.

Nicolaus Vitalem patriarcham Gradensem ad synodum Romae celebrandam invitat.
863 ante Oct. 30.

Cod. Ven. Trevisan. fol. 51 (B).

Edd. Ughelli, Italia sacra V, 1106; Mansi, Conc. coll. XV, 661; Migne, Patr. lat. CXIX, 867. — Cf. J.-E. Reg. n. 2747 (2074).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO VITALI PATRIARCHAE[6].

Notum fieri religioni[a] tuae summo opere necessario dignum iudicavimus, quia pro diversis utilitatibus sanctae Dei ecclesiae nostram synodum vel concilium[7] una cum ceteris sanctissimis confratribus nostris tertio Kalendarum Novembrium[8] in sancta Romana sede celebrare dispositum[b] habemus. Quapropter apostolica auctoritate et pastorali persuasione tuam monemus fraternitatem, ut ad condictam synodum praesens adesse tua sanctitas omnibus modis studeat, quatenus cum tua pariter ceterorumque sanctorum episcoporum industria de his, quae sanctae Dei ecclesiae valde pertinentia et necessaria satisque habentur utilia, auxiliante divina clementia canonice ac legitime deliberare[c] secundum Deum, immo iuxta illius voluntatem diffinire valeamus. Si autem, quod minime optamus, tua ipsa praesentia nullo modo quiverit per semetipsam praesens adesse, omnimodis decernat sanctitas tua ex suffraganeis[d] episcopis tuis strenuos cum presbitero

---

a) custodirent *B.* b) custodiendum *B.* c) ut aliud aperiam *B.* d) vestrę *D.* e) correctionis *D.* f) *corr. ex* iustitia *B.* g) expectendo *C.* h) starem *C.* i) perseverentiam *C.* k) nullis *D.* l) collaudaris *D.* m) -tu- *suprascr. al. m. B.* n) nullus *C;* nullos *D.* o) quod *D.* p) enumerare *B.* q) *corr. ex* negligentes; -que *erasum, ut videtur B.* r) *emendavi; edd. exhibent:* qui ad diversa, *codd. omnes:* quia diversa *vel* quiadiversa. s) adquirat. Vultis *B.* t) oculi *B.* u) oculos *B.* v) iustitię *B.* w) *Post* valere *in ead. linea:* haƀ, *ut saepius in C.*

17. a) religionis *B.* b) dispositam *B.* c) liberare *B.* d) sufraganeis *B.*

1) *Cf. Dümmler, l. c. II², 66.* 2) *Theutbergae reginae.* 3) *Bosone comite.* 4) *Vide epistolas de causa Bosonis scriptas supra nn. 1, 2.* 5) *Scil. Radoaldum Portuensem et Iohannem Ficoclensem episcopos, quibus praesentibus mense Iunio a. 863. Mettensis synodus celebrata est; cui vero nec Hucbertus nec Theutberga interfuerunt. — Cf. Parisot, l. c. p. 222 ann. 2.* 6) *Gradensi, a. 856—875.* 7) *V. Jaffé-Ewald, Reg. pontif. post n. 2747 (2074), et infra n. 18(—21).* 8) *Id est Oct. 30. Ex hoc tempus epistolae elucet.*

863 c. Oct. 30. pariter et diacono, qui vicem tuae fraternitatis auctoritate tua succincti vigilanter expleant, et cum quibus de his, quae nostro vestroque pertinent ministerio, saluberrime atque canonice instruere vel diffinire Deo praestante possimus. Optamus fraternitatem tuam in Christo bene valere.

18.

Nicolaus Adonem Viennensem archiepiscopum de excommunicatione et depositione Theutgaudi et Guntharii archiepiscoporum certiorem facit. Eos in catalogo sacerdotum recipi vetat. Annectit depositionis sententiam cum ceteris capitulis Romanae synodi.

863 c. Oct. 30.

Cod. Vatic. Reg. Suec. 566 fol. 61—62 (B). — Cum textus huius et trium sequentium epistolarum concordet, adiungimus hic varias lectiones, quas praebet Cod. Trever. 1081 (LXXI) fol. 12'—13' (C), v. infra n. 19. Contulimus etiam Annales Bertinianos (ed. Waitz p. 63 sqq.), qui asservant eandem epistolam (n. 19), et Annales Fuldenses (ed. Kurze p. 58 sqq.), qui exhibent infra n. 20, et editionem Sirmondi, quae continet infra n. 21; quorum vero varias lectiones non addidimus, cum minime differant ab optima Vaticani codicis. — Statuta synodi Romanae etiam in aliis quibusdam codicibus servantur, cf. 'Neues Archiv' XXVI, 634; quibus addendus est Cod. Vat. lat. 3789 fol. 109'.

Ed. von Pflugk-Harttung, Acta pontificum Romanorum ined. II, 28. — Cf. J.-E. Reg. n. 2750.

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADONI VIENNENSI ARCHIEPISCOPO[1].

Scelus, quod Hlotharius[a] rex, si tamen rex veraciter dici possit, qui[b] nullo salubri regimine corporis apetitus refrenat, sed lubrica enervatione magis[c] ipsius inlicitis motibus[d] cedit, in[e] duabus feminis, Theutberga[f] scilicet et Waldrada, commisit, omnibus manifestum est. Sed et dudum[g] episcopos Teutgaudum[h 2] et Guntarium[3] in[i] tali[i] facto eum habuisse tutores[k] atque fautores[l] pene totus nobis[m] orbis undique ad limina seu sedem confluens apostolicam referebat, absentibus quoque id ipsum nostro scribentibus apostolatui. Quod nos tanto credere renuimus, quanto de episcopis tale quid audire nullatenus sperabamus, donec ipsi Romam tempore concilii venientes coram[n] nobis et sancta synhodo[4] tales inventi sunt, quales fuerant a multis saepissime praedicati, ita ut scriptura[5], quam suis stipulaverant manibus quamque volebant, ut nostro roboraremus schirographo[o], caperentur et, dum muscipulam[p] innocentibus obponere satagerent, insidiis[q] suis inlaqueati[r] sint[s]. Sicque completum est Deo auctore, quod in proverbiis legitur:
Prov. 1, 17. 'Frustra iactatur rete ante oculos pennatorum'. Siquidem ipsi obligati sunt et ceciderunt, nos vero, qui in hoc flagitium falso[t] cecidisse dicebamur, favente Domino cum iustitiae[u] propugnatoribus resurreximus[v] et erecti sumus. Igitur decernente[w] nobiscum[x] sancta synhodo[4] in praesentia depositi et[y] ab offitio[z] sacerdotali excommunicati atque a regimine[a] episcopatus alienati indubitanter exsistunt; unde vestra fraternitas canonum[6] normam custodiens et decretorum sanctiones[b] observans caveat, ne hos, quos nos abiecimus, recipere in sacerdotum cathalogo praesumat. Depositionis autem sententia, quam in praedictos[c] Theutgaudum et Guntarium[d] protulimus, cum ceteris capitulis, quae sancto concilio nobiscum sanctiente promulgavimus, inferius adnexa monstrabitur[7].

18. a) Lotharius *B.* b) in *B.* c) *om. C.* d) modis *C.* e) quod in *C.* f) Theothirca *C* g) duos *C.* h) Theotgaudum *hic et infra C.* i) uitali *C.* k) auctores *C.* l) factores *C.* m) *deest C.* n) quoram *B.* o) cirographo *C.* p) mucipulam *C.* q) in insidiis *C.* r) illi queati *C.* s) sunt *C.* t) fasso *C.* u) iustitia *B.* v) resurrexímus *B.* w) delinquentibus *C.* x) nobis cum *C.* y) *om. C.* z) efficio *C.* a) regione *C.* b) scanctiones *B.* c) *incip. al. man. B.* d) Gontarium *B.*

1) *A. 860—875.* 2) *Trevirensem, a. 847—863.* 3) *Coloniensem, a. 850—863.* 4) *Quae habita est ca. d. 30. Octobr. 863, ex quo tempus huius et trium sequentium epistolarum patet. Cf. de ea Lib. pontif. ed. Duchesne II, 160. De aliis nonnullis scriptis ad eam pertinentibus v. 'Neues Archiv' XXVI, 634; cf. imprimis Ann. Bertin. 864 p. 68 sqq., Ann. Fuld. 863 p. 60 sqq.; v. etiam 'Archiv' VIII, 595.* 5) *Sentit papa acta Mettensis synodi mense Iunio 863 celebratae. Cf. Dümmler, l. c. II², 65—69.* 6) *Cf. conc. Antioch. c. 4 (Mansi II, 1322); Nicaen. I. c. 5 (ib. II, 679).* 7) *V. Dümmler, l. c. II², 68 sq.*

Cap. I. De synhodo[a 1] in[a] Metensium[a] urbe[a] a Teutgaudo[b] et Guntario[c] archiepiscopis congregata[d] penitus abolenda. 863 c. Oct. 30.

Synhodum, quae nuper, id est sub piissimo imperatore Hludowico[e 2] per indictionem XI. mense[f] Iunio in Metensium[g] urbe[g] ab episcopis, qui nostrum praevenerunt[h] iudicium, collecta est, quique apostolicae sedis instituta temere violaverunt, et[i] tunc[i] et nunc et[k] in aeternum iudicamus esse cassatam[l] et cum Epheseno[m] latrocinio[3] reputatam[n], apostolica auctoritate in perpetuum sanctimus esse damnandam nec vocari[o] synhodum, sed tamquam adulteris faventem prostibulum appellari decernimus.

Cap. II. Depositio Teutgaudi[p] et Guntarii[q] archiepiscoporum.

Teutgaudum[4] Treverensem, primatem[r] Belgicae provinciae, et Guntharium Agripine Coloniae archiepiscopos nunc coram nobis et sancta synhodo sub gestorum insinuatione, qualiter causam Lotharii[s] regis et duarum mulierum eius, Teutbergae[t] scilicet et Waldradae, recognoverint et[u] iudicaverint[u], scriptum[5] super hoc propriis roboratum manibus offerentes nihilque[6] se plus vel minus aut aliter egisse[v] ore proprio multis coram positis adfirmantes et sententiam[7], quam[w] a sede apostolica[x] in[y] Ingiltrudem[z], uxorem Bosonis[a], sanctissimus frater noster Mediolanensis archiepiscopus Tado[8] et ceteri coepiscopi[b] nostri petiverunt[c] emittendam, et nos divino[d] succensi[d] zelo sub anathematis obtestatione canonice protuleramus, publice viva voce se[e] violasse[e] confitentes — in quibus omnibus invenimus eos apostolicas atque canonicas sanctiones[f] in pluribus excessisse et aequitatis normam nequiter temerasse —, omni iudicamus sacerdotii[g] officio manere[h] penitus alienos Spiritus[i] sancti iudicio et beati Petri per nos auctoritate omni episcopatus exutos regimine consistere diffinientes. Quodsi[9] iuxta praecedentem consuetudinem tamquam episcopi ausi[k] fuerint[k] aliquid[k] de sacro ministerio contingere[l], nullo modo liceat eis nec in alia synhodo restitutionis[m] spem aut locum habere satisfactionis, sed et communicantes eis omnes abici de ecclesia et maxime, si, posteaquam didicerint adversus memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare temptaverint.

Cap. III. De[n] ceteris[n] episcopis[n].

Ceteri autem episcopi, qui complices horum, Teutgaudi scilicet et[o] Guntharii, vel sectatores esse feruntur[p], si cum his coniuncti seditiones, coniurationes vel conspirationes fecerint vel si a capite, id est a sede Petri, illis haerendo dissenserint, pari cum eis damnatione teneantur obstricti[q]. Quodsi cum sede apostolica, unde eos principium[r] episcopatus sumpsisse manifestum est, sapere de cetero per semetipsos vel missis[s] ad nos legatis[t] cum scriptis[u] suis se professi[v] extiterint, noverint sibi a nobis veniam non negandam nec ammissionem honorum suorum pro retroactis praesumptionibus aut subscriptionibus, quas in prophanis fecerunt gestis, per nos ullo modo formidandam[w].

---

a) Metensi sinodo *C.* b) Theogaudo Treverensi *C.* c) Agrippine Colonie *add. C.* d) collecta *C.* e) Hluduuico *C.* f) menso *C.* g) *deest* -ensium urbe *codice laeso B.* h) praevenerant *C.* i) extunc *C.* k) *om. C.* l) caussatam *C.* m) Ephesono *C.* n) reputata *C.* o) vocaris *C.* p) Theogaudi Treverensi *C.* q) Agrippinae Coloniae *add. C.* r) primatum *C.* s) Hlotarii *C.* t) Theothbirgae *C.* u) *desunt B.* v) *om. C.* w) *suprascr. B.* x) apostolice *C.* y) *om. C.* z) Ingultrudem *C.* a) -so- *suprascr. ead. m. B.* b) corepiscopi *C.* c) petierant *C.* d) succensi divino *C.* e) reviolasse *B.* f) sanctiores *C.* g) sacerdotio *B.* h) munere *suprascr. ead. m. B.* i) spiritu *B.* k) aliquid ausi fuerint *C.* l) contingerunt *C.* m) destitutionis *B.* n) *desunt C.* o) atque *C.* p) referuntur *C.* q) abstricti *B.* r) *ras. corr. ex* principatum *C.* s) missi *C.* t) legati *C.* u) scripturis *C.* v) professe *C.* w) formidandum *B.*

1) *V. supra p. 284 ann. 5.* 2) *II. (850—875).* 3) *Id est synodus Ephesina anno 449 habita. Cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' II², 349—386.* 4) *Cf. Decr. Grat. c. 10 C. 11 q. 3.* 5) *Scil. acta synodi Mettensis.* 6) *Cf. simillima verba in Libro pontificali ed. Duchesne II, 160, in quo acta synodi excerpta esse videntur:* dicentes se nihil plus vel minus egisse . . 7) *Cf. etiam infra cap. IV; prior vero sententia deperdita esse videtur. De causa Ingiltrudis v. praeterea supra epp. nn. 1, 2; Ann. Bertin. 862 p. 61 ed. Waitz.* 8) *A. 861—869.* 9) *V. conc. Antioch. c. 4; Mansi II, 1322, cf. Migne, Patr. lat. LXVII, 160.*

863 c. Oct. 30.

Cap. IV. De[a] Ingiltrude[b].

Ingiltrudem, filiam quondam Matfredi[c] comitis, quae Bosone[d] proprio viro relicto ecce iam per VII circiter annos hac atque illac vagabunda discurrit, nuper cum fautoribus suis regulariter anathematizavimus[1], sed propter contumaces[e] eam iterato anathematis duximus vinculis innodandam. Sit igitur a patre et filio et Spiritu sancto, uno et vero Deo, et ab omnibus sanctis patribus et ab universa sancta Dei catholica et apostolica ecclesia et a nobis penitus anathema cum omnibus complicibus, communicatoribus atque auxiliatoribus suis, ita ut, sicut iam decrevimus[2], si quis ei communicare vel favere[f] in aliquo praesumpserit, si quidem clericus fuerit, eodem vinculo constrictus officium clericatus ammittat, monachi vero et layci, si inoboedientes decreto[g] praesenti[g] fuerint, similiter anathematizentur. Sane si eadem mulier ad virum suum reversa[h] fuerit vel ad apostolicam beati Petri sedem Romam[i] properans occurrerit[k], veniam ei post dignam satisfactionem procul dubio non denegabimus[l]. Verumtamen sub priori vinculo anathematis, quo[m] illam prius et nunc obligavimus, interim constricta permaneat. Si quis autem eidem Ingeltrudi[n] ad apostolicam beati Petri sedem Romam specialiter properanti vel occurrenti nescius communicaverit aut sciens[o] opem in veniendo praestiterit, nullo pro hoc vinculo teneatur annexus[p].

Cap. V. De[q] sententiis atque interdictis sedis apostolicae[q].

Si[3] quis dogmata[r], mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro catholica fide, pro[s] ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum vel[t] interdictione[t] imminentium[t] vel futurorum malorum a sedis apostolicae praeside[u] salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

Optamus[v] sanctitatem vestram in Christo bene valere[v].

19.

Nicolaus Hincmaro Remensi et Weniloni Rotomagensi ceterisque archiepiscopis et episcopis in regno Karoli Calvi constitutis easdem (cf. n. 18) litteras mittit.

863 c. Oct. 30.

Cod. Trever. 1081 (LXXI) fol. 12'—13'. — Cf. Ann. Bertin. a. 863. p. 63 sqq. ed. Waitz.

Ed. H. J. Floss, Leonis P. VIII privilegium de investituris etc. (Friburgi Brisigavorum 1858), p. 24. — V. praeterea editiones Annalium Bertinianorum. — Cf. J.-E. Reg. n. 2749 (2076).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS HINCMARO[a 4] REMENSI ET WENELONI[b 5] ROTOMAGENSI SEU OMNIBUS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO KAROLI[c] REGIS CONSISTENTIBUS.

Scelus, quod *etc., ut supra p. 284 l. 19 — p. 286 l. 23.*

---

a) e; *spatium pro littera* D *vacuum relictum C.* b) uxore Bosonis filia Matfridi comitis *add. C.* c) Matfridi *C.* d) Bosono *C.* e) *sic codd. pro* contumaciam; *cf. Ann. Fuld. p. 60 ann. 1.* f) fatere *C.* g) *desunt C.* h) *om. C.* i) omnino *C.* k) accesserit *C.* l) denegamus *C.* m) co *B.* n) Ingiltrude *C.* o) nesciens *C.* p) vel retentus apostolicae sedis *add. C.* q) De — apostolicae *desunt C.* r) docmate *C.* s) *om. C.* t) *desunt C.* u) praesule *C.* v) Optamus — valere *om. C.*

19. a) Hicmaro *Ann. Bertin.* b) Waniloni *Ann. Bertin.* c) gloriosi *add. Ann. Bertin.*

1) *V. supra p. 285 ann. 7.* 2) *Cf. supra cap. II et quae adnotavimus.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 18 C. 25 q. 2.* 4) *A. 845—882.* 5) *A. 856—869.*

20.

Nicolaus archiepiscopis in regno Ludowici Germanici constitutis easdem (cf. n. 18) litteras mittit. *863 c. Oct. 30.* 863 c. Oct. 30.

Codices desunt. — Cf. Ann. Fuld. a. 863. p. 58 sqq. ed. Kurze.

Edd. V. editiones Annalium Fuldensium, ex quibus hausit Baronius, Ann. eccles. a. 863. n. 22—26; Hartzheim, Concilia Germaniae II, 287 (Coloniae Augustae Agrippinensium 1760); cf. Hontheim, Historia Trevirensis diplomatica I, 200 (Augustae Vind. et Herbipoli 1750); Migne, Patr. lat. CXIX, 868. — Cf. J.-E. Reg. n. 2751 (2077).

NICOLAUS [EPISCOPUS[a]] SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS AC SANCTISSIMIS FRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS IN REGNO HLUDOWICI REGIS GERMANIAE CONSTITUTIS.

Scelus, quod *etc., ut supra p. 284 l. 19 — p. 286 l. 23.*

21.

Nicolaus archiepiscopis et episcopis per Galliam, Italiam et Germaniam constitutis easdem (cf. n. 18) litteras mittit. *863 c. Oct. 30.*

Codices desunt. — V. canonum collectiones: Coll. trium part. n. 35—38 (Cod. Berol. fol. 197 f. 85—85' = B); Ivonis Carn. Decr. VIII, 226; Decr. Grat. c. 21 C. 2 q. 1.

Edd. Sirmond, Conc. Gall. III, 228; Mansi, Conc. coll. XV, 649. — Cf. J.-E. Reg. n. 2748 (2075).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS AC SANCTISSIMIS FRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS PER GALLIAM, ITALIAM ET GERMANIAM CONSTITUTIS[a 1].

Scelus, quod *etc., ut supra p. 284 l. 19 — p. 286 l. 23.*

22.

Fragmenta duo epistolae Nicolai ad Lotharium regem, quem ob lasciviam morum reprehendit; Theutgaudi et Guntharii depositionem ei significat. *863 ex.*

Cod. Berolin. fol. 197 (Collectio trium partium inedita n. 40, 41) fol. 85' (B). — Cf. Decr. Grat. c. 96 C. 11 q. 3 et c. 19 C. 24 q. 3; Ivonis Carn. Decr. VIII, 227.

Edd. Cf. Jaffé-Ewald, Reg. pontif. n. 2752 (2078); Migne, Patr. lat. CXIX, 869, 1189.

Ita[a 2] corporis tui cedere motibus[3] consensisti[4] et relaxatis voluptatum habenis temetipsum in lacum miseriae et in lutum faecis prohibitum[b] deiecisti, ut, qui positus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina multorum. Probat hoc Theutgaudi[c] et Guntharii dudum episcoporum legitimus casus[5], qui pro eo, quod te minime competenter erudierunt, quin immo, quia praevaricationem tuam tegere argumentis suis et sub quadam iusticiae specie fucatis quibusdam exquisitis adinventionibus aequitatem obstruere[d] studuerunt, nostra sunt apostolica auctoritate depositi et ab omni episcopatus regimine regulariter sequestrati. —

---

20. a) *deest editionibus.*

21. a) Nicolaus archiepiscopis episcopis per Galliam, Italiam, Germaniam atque per universas provincias constitutis. De duobus episcopis culpam Lotharii regis tutantibus. *B.*

22. a) *Lemma:* Idem Lothario regi de magnitudine sui peccati *B.* b) *pro libitu* Ivo. c) Theugaldi *B.* d) obruere *Grat.*

1) *Hunc titulum Sirmondum ex canonum tantummodo collectionibus sumpsisse, textum epistolae ex alia traditione dedisse suspicamur. Fortasse aliquis canonum compilatorum ipse istam magniloquam inscriptionem finxit et suo textui, quem ex compluribus codicibus cognoverat, suprascripsit.* 2) *De his fragmentis — eodem fere tempore quo supra epp. nn. 18—21 scriptis — cf. M. Sdralek, De Nicolai codicibus ('Breslau' 1882), p. 27 ann. 1. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 69.* 3) *Similia verba leguntur in initio epistolarum supra nn. 18—21, cf. p. 284 l. 20 sq.* 4) *Scilicet rex Lotharius II.* 5) *V. praecedentes iam nominatas epistolas.*

863 ex. An[a] non districta ultione ferendus es, qui in duabus uxoribus adulterium Lamech
cf. Gen. 4, 19. cf. ib. 4, 24. et flagicium imitatus esse dinosceris? Quod Dominus nonnisi[b] post LXXVII genera-
cf. ib. 4, 8. tiones suo salutifero adventu delevit, cum Cain[c] fratricidium septima generatione aquis
cf. Gen. 7. abolitum sit cataclysmi[d 1].

23.

Fragmentum epistolae Nicolai ad Lotharium, in quo vetat in Treverensi urbe et in Colonia Agrippina eligi episcopum, priusquam super hoc ad ipsum relatum fuerit.

863 ex.

Cod. Berolin. fol. 197 (Collectio trium partium inedita n. 62) fol. 87' (B). — Cf. Ivonis Carn. Decr. V, 357; Decr. Grat. c. 4 D. 63.

Ed. Migne, Patr. lat. CXIX, 869 (ex Gratiano). — Cf. J.-E. Reg. n. 2753 (2079).

Porro[a 2] scias, quia relatum est nobis, quod, quicumque ad episcopatum in regno tuo provehendus est, nonnisi faventem tibi permittas eligi[3]. Idcirco[b] apostolica auctoritate sub divini iudicii obtestatione iniungimus tibi, ut in Treverensi urbe et in Agrippina Colonia nullum[4] eligi patiaris, antequam relatum super hoc fiat nostro apostolatui[5].

24.

Fragmenta duo epistolae Nicolai ad omnes archiepiscopos et episcopos per Galliam, Burgundiam atque Germaniam constitutos directae. *864 in.*

Cod. Berolin. fol. 197 (Collectio trium partium inedita n. 42, 39) fol. 85' (B). — Cf. Decr. Grat. c. 10 C. 11 q. 3.

Edd. Sdralek, De Nicolai codicibus (Wratislawiae 1882) p. 38; Jaffé-Ewald, Reg. pontif. n. 2766.

NICOLAUS OMNIBUS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS PER GALLIAM, BURGUNDIAM ATQUE GERMANIAM CONSTITUTIS[6].

cf. Ps. 75, 8. Si[a] unanimes fueritis, quis est, qui vobis resistat? Patres nostri etiam regibus[b] restiterunt[7].

Praedictis[c] autem depositis[8] licentiam concessimus ecclesiam ingrediendi et communicandi sicut laici[9] et loquendi suas utilitates, non autem turbas concitandi vel scandalum sollicitandi illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad episcopale ministerium specialiter pertinet, nulla sit eis licentia contingendi[d], sicut nos cum sancta synodo[10] decrevisse iam constat.

---

a) *Lemma:* LXI. De eodem *B.* b) ñ *suprascr. B.* c) *Sic Grat.; ras.,* eam *suprascr. B.* d) *man. post. suprascr.:* id est diluvii. *B.*

23. a) *Lemma:* Nicolaus Lothario regi. De eo quod non patiebatur in episcopum eligi nisi faventem sibi. *B.* b) Iccirco *B.*

24. a) *Lemma rubr.:* XLII. Quod si episcopi unanimes fuerint, nemo eis resistere valeat. *B.* b) legibus *B.* c) *Lemma rubr.:* XXXVIIII. De licentia ingrediendi ęcclesiam depositis episcopis. *B.* d) contigendi *B.*

1) *Ad haec ultima cf. simillimum finem capituli 51 respons. ad cons. Bulgaror. (infra ep. n. 99).* 2) *Hoc fragmentum ex eadem epistola deperdita ex qua fragmenta ep. n. 22 excerptum esse dicit M. Sdralek, l. c. p. 30 ann. 3; nos praesens fragmentum cum Jaffé-Ewald et collectionibus canonum ab aliis duobus separamus idque paulo post ea scriptum esse putamus. Cf. Dümmler, l. c. II², 77.* 3) *Alludit papa ad Hilduinum, Cameracensem invasorem, v. supra epp. nn. 13—15 et p. 282 ann. 2. Cf. Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 202 ann. 5.* 4) *Scilicet pro depositis Theutgaudo atque Gunthario archiepiscopis.* 5) *Cf. Imbart de la Tour, 'Les élections épiscopales' p. 136, 140.* 6) *De his fragmentis cf. imprimis M. Sdralek, De Nicolai codicibus p. 35—39. Hic, ea inserimus, cum secundum scriptum sit, antequam Nicolaus de Gunthario episcopale ministerium usurpanti certior factus est, ergo ante epp. nn. 26, 29 etc. (Cf. Parisot, l. c. p. 256 ann. 4). Locum apud J.-E. n. 2766 ex Annal. Bertin. laudatum ad ep. infra n. 29 referimus.* 7) *Regibus resisti posse Nicolaus etiam in ep. ad Adventium Mettensem episcopum dicit, cf. infra ep. n. 31 p. 299.* 8) *Gunthario et Theutgaudo.* 9) *Cf. econtra infra ep. n. 26 (p. 291), ep. n. 29 (p. 296); Parisot, l. c. p. 256 ann. 4.* 10) *Romana 863 c. Oct. 30 habita; v. supra ep. n. 18 cap. II (p. 285).*

25.

Nicolaus Adonem Viennensem archiepiscopum de diversis negotiis consulentem propter zelum laudat. Admonet eum, ut Lotharium regem ab incontinentia et iniquitate abstrahat. Aluicum clericum apostolica auctoritate uxorem duxisse miratur; epistolam tale quid continentem a se missam esse negat et rem inquiri iubet. 864 Mart. 30. 864 Mart. 30.

Codd. Vatican. Reg. Suec. 566 fol. 51'—52 (B); Rochellensis 387 fol. 91' (C).

Edd. Labbe, Concil. VIII, 563 (1671); Mansi, Conc. coll. XV, 449; Migne, Patr. lat. CXIX, 869. — Cf. J.-E. Reg. n. 2755 (2081).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADONI SANCTAE VIENNENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO.

Consultationis vestrae ad apostolicam sedem delatos suscepimus apices[1], qui diversitatum negotia continentes de his vestrae fraternitati a nobis rescribi quaerebant et, utrum quaedam in Dei ecclesia provide necne tenenda essent, ut apostolica sanctio decerneret[a], zelo caritatis summopere expetebant. Nempe sollicitudinem vestram in talibus laudamus et gaudentes de vobis magnis sanctitatem vestram praeconiis attollimus, eo quod adeo sollicitiores[b] vos in ecclesiasticis disciplinis reddere volumus, ut unde modo laetamur, verissima et cautissima inde relatione iocundissimi efficiamur. Sed quia litterarum vestrarum latores, ut opportuerat[c], propterea quia, si post suos comites remansissent, per incognita loca pravorum angerentur insidiis hominum, sustinere nequaquam valentes[d], ideo vobis tam subito rescribere non potuimus, praecipue cum haec[e] sancta Romana ecclesia cano exigente more in suis prae ceteris sollicitudinem gerat et eodem tempore propter festi Paschalis[2] dies maior nobis praeter solitam alii temporis consuetudinem incumberet dispensatio ecclesiasticae occupationis[f]. Verumtamen vestra fraternitas congruo tempore taliter dirigere studeat, ut quod nunc flagitat tunc de requisitis tollerabilius consequatur. De cetero monemus, ut, sicut dominici agri[g] cultores[g] estis et pastoris vicem tenetis, pastorali providentia Hlotharium gloriosum regem pro disidio prioris et assumptione alterius feminae interim sanctitatis monitis et divinis increpationibus exortemini, quatinus quod nomine dicitur opere ad exemplum subiectorum veraciter approbetur. Non sit in illo voluptatis iuvenilis incontinentia, pro qua florigerae gloriae regnum ammittat, perhenniter permanens. Desinat, iam desinat calcare semitam iniquitatis et[h] per iustitiae iter incedens ad castra dominica vestris interventionibus sine vi procellarum securus perveniat. Et haec quidem succincte[i] transcurrimus, quia de vobis credimus, ut quae saluti eius conveniant edicatis. cf. Iob 22, 15.

Interea de[3] illo clerico Aluico nomine, quem per ordines ecclesiasticos usque ad subdiaconatum vixisse dicitis, cur nostra auctoritate uxorem duxerit, miramur et eo, quod nulli umquam, exceptis illis, quos ecclesiastica regula habere permittit, uxorem ducendi licentiam dedimus[4]. Nam exemplar epistolae, quod misistis, non recognovimus, sed nec illius stilum a nobis directum fuisse meminimus. Quocirca vestra fraternitas sollicita investigatione perquirat, ut, quis auctor illius epistolae fuerit, valeat inveniri[k], quatinus, cum apostolica auctoritas mittitur, non fuscetur; et si vestros legatos destinaveritis, per eos ut[l] ipsam epistolam nobis dirigatis, optamus, quo, cum illam contemplati fuerimus, vos de hac causa certissimos reddere possimus. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere[m].

Data III. Kalend. Aprilis indictione duodecima.

---

25. a) et *add. C.* b) solliciores *C.* c) si *del. B:* sed *C.* d) *sic codd. pro* valuerunt. e) hac *C.* f) occupationes *B.* g) agricultores *B.* h) ut *C.* i) *corr. ex* subcincte *B.* k) *ead. m. corr. ex* invenire *C.* l) *ras. C.* m) Amen. *add. C.*

1) *Qui non exstant.* 2) *Celebrandi die 2. April. 864.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 4 D. 32.* 4) *Ad haec conferas quae disserui in 'Neues Archiv' XXXII, 138 sq. et infra ep. n. 32 cap. VI.*

26.

864 med. ann. *Nicolaus respondet ad consultationes Ludowici regis Germaniae per Salomonem episcopum Constantiensem translatas. Imprimis agit de causa Lotharii, Ludowicum ob negligentiam vituperans. Deinde de diversis rebus, inter alias de episcopis in compluribus locis quomodo habendum sit, praecepta dat.* *864 med. ann.*

Cod. Paris. lat. 10402 fol. 118—122 (B).

Edd. Baluze, Miscellan. (ed. Mansi 1761) I, 400 ('ex veteri cod. ms. S. Remigii Remensis'); Mansi, Conc. coll. XV, 454; Migne, Patr. lat. CXIX, 872. — Cf. J.-E. n. 2758 (2084).

Fateor[a] [1] veraciter apostolatum nostrum commotum fuisse adversus eum[2], non quia illicitae copulae consensit[3], sed quia, sicut non consensit, sic non prohibuit. Et
cf. Iob 1, 1. non sufficit ad salutem non facere malum, si non faciamus bonum. Iob sancto non sufficeret solum, quia simplex erat per innocentiam, nisi[b] esset et rectus per aequitatem.
cf. Gen. 38, 7. 9. 10. Duo filii Iuda, iniquus scilicet et semen in terram fundens, duo genera hominum significant, unum videlicet per malitiam nocens et alterum per benivolentiam praestare nolens; sed utrumque Dominus iratus occidit. Rursus qui nos vult simplices esse
cf. Matth. 10, 16. sicut columbae admonuit, ut simus prudentes sicut serpentes. Nam et Spiritus sanctus in columba et igne monstratus est, quia omnes, quos repleverit, simplices et ardentes facit, simplices puritate, ardentes aemulatione. Videte ergo, quomodo placere Deo simplicitas sine zelo non possit. Talem igitur se debuit per zelum rectitudinis contra iniustitiam exhibere, ut omnibus palam daretur intellegi iusto regi rectoque principi non placere tam immane piaculum, maxime in suo sanguine et in sua carne. Sed cum simplices ita illum tepere vidissent et forinsecus nulla pro veritate commoveri aemulatione, arbitrati sunt, quod, nisi placeret illi, nullo modo tanto silentio uti potuisset. Unde
cf. 2. Macc. 6, 21—30. seducti secuti sunt nefas sicut nefas. Quod praecavens Eleazar, de quo apud Machabeos legitur, cum iussa prohibita perficere cogeretur, nec saltem[c] aestimari voluit talibus suasionibus annuisse; cui cum placere ob eius reverentiam carnifices voluissent, et ipse posset et mortem evadere et in legitimis Domini non peccare, maluit mortem eligere quam vitam ad infirmorum enervationem diligere. Nam quid prodesset Deum[d] in occulto non abnegare et tamen palam non glorificare? Denique cum Christus sit
cf. Ioh. 14, 6. veritas, quisquis pro veritate palam non certat, Christum coram hominibus procul dubio abnegat.

I. Si voluntas eius nec erat nec est nec erit in illa iniusta copula, Deo gratias agimus, quia valde diligimus illum. Et idcirco plurimum doleremus[e], si, quod absit, aliter esset. Sed quia Deo gratias rex est et in sublimi potestate consistit, palam omnibus innotescat suam non esse in tali copula voluntatem, ut videntes homines eius
cf. Matth. 5, 16. bona opera glorificent patrem nostrum, qui est in caelis. Nemo quippe, sicut veritas
Matth. 5, 15. dicit, accendit lucernam et ponit 'eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt'. Ergo deserat simulationem et arripiat[f] liberam audaciam, quam pro Dei nomine non solum cum est rex, verum etiam, si esset pauperrimus, apprehendere nequaquam formidare[g] debuerat. Quia vero, quando habuerunt synodalem conventum[4], ibi nec ipse fuit nec episcopi de regno ipsius, hoc magnopere laudan-
cf. Ezech. 13, 5. dum non est, eo quod, si essent, forsitan contradixissent, forsitan ascenderent ex adverso

---

26. a) *Lemma:* Capita responsionum Nicolai papae ad legationem Salomonis episcopi[5] missi a rege Hludovico Germanico. *B.* b) *corr. ex* sin *B.* c) *corr. ex* salutem *B.* d) *corr. ex* Dominum *B.* e) *corr. ex* doloremus *B.* f) *corr. man. post. ex* accipiat *B.* g) *add. postea al. m. B.*

1) *De tota hac epistola, de eius tempore, de singulis responsionum capitulis cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 82—85.* 2) *Intellige: Contra Ludovicum regem Germaniae.* 3) *Scilicet: quam inierat Lotharius II. rex cum Waldrada.* 4) *Mettensem mense Iunio 863 habitum.* 5) *Constantiensis a. 839—871.*

et opponerent murum pro domo Domini. Verum melius iudicamus eos ibi non fuisse, quam si essent et vel tacendo consensissent. Quoniam autem propter nostram petitionem et amorem fratris sui[1] familiaritatem habuit cum illo et regnum eius stabilivit et adhuc stabilire vult, si nostrae oboedierit iussioni, bene facit. Sed, proh dolor! quid ei prodest regnum terrenum, qui perdit[a] aetherium? Vel cuius familiaritatis societas haberi[b] potest cum eo, qui dissociatur a Deo et carnem suam odio habens tollit membra Christi et facit ea membra meretricis? Quodsi a[c] via[c] veritatis[d] ille Hlotharius deviaverit et normae iustitiae[e] non oboedierit, et dominus[f] rex Hludovicus[g] postulat nostrum apostolatum, sicut credimus, quia ex cordis postulat simplicitate, et confidimus, quia, postquam nostrum consilium quaerit, non parvipendet, sed oboedienter perficiet, interea disponimus eundem Hlotharium admonere, et iste patruus eius similiter faciat. Quodsi[2] totiens conventus parere nobis distulerit, neminem Christianorum cum eo volumus familiaritatem aliquam habere[h], sed sit[i] ulterius omnibus sicut ethnicus et publicanus cum familiaribus suis. Tu autem, sanctissime[k] episcope, bene nosti, quia saepe nonnulli compulsi redeunt ad viam salutis. Unde si, sicut apud nos nullum potuit habere suae iniquitatis praesidium, ita nullum invenisset apud patruos et fratres suos confugium, iam vel[l] coactus rediret. Sed cum invenit requiem apud hos et tutamentum, reverti contempnit. Quia vero nos[m] cum sancta[n] synodo iuxta canones ea conditione Theodgaudum et Guntharium deposuimus, ut, si[3] iuxta praecedentem consuetudinem aliquid de ministerio sacro auderent contingere, nullo modo liceret eis nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis, sed et communicantes eis omnes abici de ecclesia, et maxime si, posteaquam[o] didicerint adversus memoratos prolatam[p] fuisse sententiam, eisdem communicare temptaverint, et nunc audimus[4] Guntharium interdictum sibi ministerium usurpasse, — quapropter tale[q] consilium damus et per auctoritatem Dei et beatorum[q] Petri[r] et Pauli apostolorum principum et omnium simul sanctorum patrum domino regi Hludovico iniungimus[s], ut ab eiusdem Guntharii vel etiam Theodgaudi communione se suosque omnes et praecipue episcopos subtrahat et a familiaritate eorum, qui illis communicant vel quoquo modo favent, se et suos, quotquot potest, contineat, ita tamen si verum est, quod interdictum sibi episcopale officium peragant vel si conventicula contra diffinitionem nostram in ipsos prolatam[t] congregare temptaverint; similiter[5] et a Hlotharii communione se omnino suspendat, ita dumtaxat, si idem Hlotharius monita nostra neglegens in copula Waldradae[u] permanere delegerit vel si cuilibet damnatorum praefatorum contra decreta nostra renitenti communicare vel favere praesumpserit[v]. Alioquin nec Dei nec beatorum apostolorum Petri et Pauli nec sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae communionem habere procul dubio poterit. 864 med. ann. cf. Eph. 5, 29. cf. 1. Cor. 6, 15. cf. Matth. 18, 17.

II. Piae memoriae Hludovici imperatoris[6] studium collaudamus praedecessorisque nostri sanctae memoriae Gregorii[7] vestigia sequi parati sumus. Ut episcopus Bremonensis[8], licet a Gunthario haec non potuerit dari licentia nec ab eo tale quid peti debuerit, tamen pro amore domni regis, quia pia est eius petitio, cum nostra auctoritate[w] in praedicto loco Bremon[x 9] potestatem et honorem archiepiscopatus super Danos

---

a) *corr. ex* prodit *B.* b) *corr. post. man. ex* habere *B.* c) *corr. postea ex* auia *B.* d) *corr. ex* veritati, *ut videtur B.* e) *corr. ex* iniustitiae *B.* f) *secunda man.:* domnus *B.* g) Hloduicus *B.* h) habeat *B.* i) *corr. ex* sic *B.* k) *corr. secunda m. ex* tu scientissime *B.* l) *corr. ex* uult *B.* m) uos *B.* n) *corr. al. m. ex* secunda *B.* o) *corr. al. m. ex* plus ea quam *B.* p) *corr. ex* perlatam *B.* q) tale — beatorum *desunt B.* r) *post. add. B.* s) *corr. ex* iniungemus *B.* t) *corr. ex* perlatam *B.* u) *corr. ex* Waldreidae *B.* v) persumpserit *B.* w) authoritate *B.* x) *corr. al. m. ex* Brenon *B.*

1) *Lotharii I. imperatoris, mortui a. 855.* 2) *Cf. 'Neues Archiv' XXXII, 146.* 3) *Haec excerpta sunt ex synodo Romana die 30. Oct. 863 celebrata; v. supra p. 285 c. II (ep. n. 18). Cf. conc. Antioch. c. 4; Mansi II, 1322.* 4) *Cf. Dümmler, l. c. II², 82 ann. 3; v. supra p. 288 ep. n. 24 et ann. 6, infra epp. nn. 29, 66.* 5) *Cf. 'Neues Archiv' XXXII, 146. 148 ann. 4.* 6) *Qui dicitur 'Pius', a. 814—840.* 7) *IV., a. 827—844; cf. J.-E. n. 2574.* 8) *Anscarius, a. 831—865.* 9) *Id est 'Bremen'.*

864 med. ann. et Swevos habeat et simili modo sui successores per tempora futura perpetualiter teneant atque possideant[1].

III. De episcopo[2] Radasbonensis[3] civitatis, si adeo, sicut dicis, infirmatur, ut de ovibus[a] sibi commissis nullam curam habere possit, ne sine sollicitudine pastorali degentes oves Christi depereant, profiteatur scripto et propriae manus subscriptione suo metropolitano[4] se nil lucri plebi sibi commissae posse pro sua gravi aegrotatione conferre. Sed et simili modo numquam se deinceps episcopale officium repetiturum polliceatur, si tamen eius in hoc tota voluntas est et de sanitate ipsius modis omnibus desperatur. His ita gestis non talis, qualem ipse elegerit[b], ne contra canones[5] successorem sibi ipse elegisse[c] videatur, sed quem cleri et plebis cum consensu metropolitani voluntas elegerit[6], is loco ipsius episcopus modis omnibus consecretur, de ipsa ecclesia superstiti episcopo stipendiis, quamdiu vixerit, sufficientibus per successorem suum episcopum subrogandis.

IV. De Hartwigo Pazzowensis[d 7] civitatis episcopo[8], quem asseritis ante annos quatuor paralysi[e] percussum, ita ut nil valeat loqui et ecclesia sibi commissa dissipetur et ad nihilum redigatur, dum et omni pastorali cura destituta et nulla episcopali providentia circumsepta, si ita est, debet idem episcopus saltem scripto profiteri se officium illud non posse peragere. Quodsi hoc agere non potest, quomodo possumus viventi episcopo propriam ecclesiam auferre, dum divitias misericordiae Dei nullus comprehendere possit et dum ipsi[f] quae minus putamus ipsius dispensatione occurrant? Sit ergo cura rerum ecclesiasticarum oeconomo electo de proprio clero iuxta sacros canones[9] commissa; et quae ad episcopum agere pertinent, per episcopum, quem metropolitanus[10] antistes ad hoc opus agendum elegerit, interim gerantur[11]. Aliter autem de hoc quam de superiore[12] diximus, quia illius affectum[g] scire possumus, istius vero voluntatem nosse nequimus.

V. De episcopo iuveni[13] facimus, quod pie a nobis rex voluit postulare.

VI. Similiter de Liudberto archiepiscopo[14] facimus quod poposcit.

VII. Hymnus angelicus, id est 'Gloria in excelsis Deo', non[h] est[h] a presbiteris nisi in Pascali festivitate dicendus[i], quod et liber sacramentorum demonstrat[15] et consuetudo in Romana ecclesia antiquitus observata patenter ostendit, quam debere omnes in ordinibus ecclesiasticis sequi beatus Innocentius in principio decretorum suorum luculenter exponit[16].

VIII. Pro rege Danorum[17], qui vovit[k] votum Deo et sancto Petro, gratias agimus
cf. Act. 10. eidem Deo, deprecantes pariter, ut quod nobis de Cornelio centurione refertur faciat quoque clementer de hoc in proximo nos audire. Cui orationes et elemosinae, etsi[l] ante baptismum non profuerunt ad diluendam impietatem, profuerunt tamen ad cognoscendam veracissimam pietatem.

---

a) *corr. ex* omnibus *B.* b) legerit *B.* c) *corr. ex* elegisset *B.* d) *in marg. manu posteriore* Poetouiensis *B.* e) passione paralisi *B.* f) ipse; *in marg. secunda m.:* ae, *i. e.* ipsae *B.* g) *corr. ex* affectu *B.* h) *in marg. manu secunda B.* i) dicenda *B.* k) *corr. ex* nouit *B.* l) et si *B.*

1) *De his cf. Dümmler, l. c. II², 83 et J.-E. n. 2759; Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 682.* 2) *Erchanfrido, a. 848—864.* 3) *Hod. 'Regensburg'.* 4) *Salisburgensi archiepiscopo.* 5) *V. concil. Antioch. c. 23; Mansi II, 1326.* 6) *Cf. Imbart de la Tour, 'Les élections episcopales' p. 136.* 7) *Hod. 'Passau'.* 8) *A. 840—866.* 9) *V. concil. Chalcedonense c. 26; Mansi VII, 380.* 10) *Item Salisburgensis archiepiscopus.* 11) *Cf. Dümmler, l. c. II², 84.* 12) *Scil. de Erchanfrido Ratisbonensi episcopo (v. c. III).* 13) *Nescimus, quem sentiat papa. Cf. Dümmler, l. c. II², 84 ann. 3.* 14) *Moguntinensi (863—889); cui pallium tunc datum est. Cf. Dümmler, l. c. II², 84; J.-E. n. 2762*.* 15) *Opp. Gregorii M. (ed. Maurinensis) X, 118, Migne, Patr. lat. LXXVIII, 25:* Item dicitur 'Gloria in excelsis Deo', si episcopus fuerit, tantummodo die dominico sive diebus festis. A presbyteris autem minime dicitur nisi solo in Pascha. *Cf. MG. Capit. II, 497 sq.* 16) *Epist. ad Decentium Eugubin. episc., Mansi III, 1028 (J.-K. n. 311).* 17) *Horico. Cf. Dümmler, l. c. II², 84 et infra ep. n. 27.*

IX. Quoniam[1] nuntias, quod fidelis rex dispositum habeat venire Tullinam[2] et deinde pacem cum rege[3] Vulgarorum confirmare et Rastitium[4] aut volendo aut nolendo sibi oboedientem facere, oramus omnipotentem Dominum, ut angelus, qui fuit cum Iacob patriarcha, sit quoque cum ipso et cum omnibus suis et bene disponat iter eius, et cum pace et gaudio revertatur ad propria. Quia[5] vero dicis, quod Christianissimus rex speret, quod ipse rex Vulgarorum ad fidem velit converti et iam multi ex ipsis Christiani facti sint[a], gratias agimus Deo, quem precamur, ut abundare faciat incrementa frugum in horreo suo. Ieiunium vero pro[b] eis[b] et orationes, sicut per te hortatur, Deo propitio faciemus. 864 med. ann. cf. Gen. 31, 11. 48, 16. cf. 2. Cor. 9, 10.

X. Praeterea fateris[c], quod devotissimus princeps deprecetur nos, ut, si aliquis sinistrum quippiam de illo nobis per[d] missum[d] seu per epistolam intimaverit, non ei credamus, priusquam ipse venire praesens vel suos idoneos legatos ad nos possit transmittere. Cui renuntiamus, quia nos pignus repromissionis dilectionis et devotionis suae retinemus, cuius memores, si quid de ipso saevum forte audierimus, tamquam sirenarum[e 6] cantus declinare studebimus. Verum ipse semper operetur, unde tripudiantes[f] laetemur et ob id Deo gratias debitas persolvamus.

XI. Porro asseverasti, quod dominus rex nobis ita deinceps oboediens per omnia fieri velit ad nostram mutuam sanctaeque Dei ecclesiae exaltationem sicut filius patri et iunior magistro, si spem firmam habere in nobis potest, sicut habuit, postquam nos Deus in sancta hac sede constituit. Cui intimamus, uti post[g] Deum[g] talem in nobis spem habeat, ut nullus sit, cui ille credat, quod nos illi et suis non omne gaudium et omnem velimus evenire laetitiam, optantes[h] scilicet et Deum[i] omnipotentem incessanter flagitantes, ut non solum in praesenti seculo prospere regnet atque per multa temporum curricula vigeat, verum etiam in futuro cum Christo sine fine beate vivat Deum[i], sicuti est, contemplans. cf. 1. Ioh. 3, 2.

27.

Nicolaus Horicum Danorum regem, pro muneribus oblatis ei gratias agens, hortatur, ut idola colere desinat, Deum adoret. *864 med. ann.*

Cod. deperiit.

Edd. Phil. C. Caesar, Triapostolatus septentrionis (Coloniae Agripp. 1642), p. 189; Lappenberg, Hamb. Urkk.-Buch I, 24; Acta Sanctorum 3. Febr. T. I (Parisiis 1863), 412; Migne, Patr. lat. CXIX, 879. — Cf. J.-E. Reg. n. 2761 (2087).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI HORICO[7] REGI DANORUM.

Multas omnipotenti Deo gratias egimus in adventu fratris et coepiscopi nostri Salomonis[8], qui missus a filio nostro glorioso rege Hludowico[a 9] et munera tua obtulit et de fide tua, quam etiam ante baptismi gratiam per praevenientem Dei misericordiam iam habere dinosceris, nos plurimum exhilaravit[10]. Et ideo levantes oculos ad eum, cf. Ps. 120, 1. 122, 1.

---

a) sunt *B.* b) *suprascr. B.* c) *post. corr. ex* fratres *B.* d) promissum *B.* e) *corr. post. ex* si renarum *B.* f) *corr. in* tripudientes, *ut videtur B.* g) *corr. ex* potest Dominum *B.* h) *corr. ex* operantes *B.* i) *corr. ex* Dominum *B.*

27. a) Ludowico *Caes.*

1) *De his cf. Dümmler, l. c. II², 85 sq.* 2) *Hod. 'Tuln'.* 3) *Bogoris nomine.* 4) *Ducem Moraviae.* 5) *Cf. Ann. Bertin. a. 866 p. 85 sq. ed. Waitz et infra ep. n. 99 cap. 17.* 6) *Sic legendum esse pro 'si ranarum', quod habent priores editiones, et codex et ratio docet. V. Dümmler, l. c. II², 85, ubi loco verborum: 'gleich Froschgequake achten' vertendum est: 'als Sirenengesang meiden'.* 7) *Iuniori, qui accepit regnum a. 854; cf. de eo W. Vogel, 'Die Normannen und das fränkische Reich' (1906), p. 404 sq. 193 sq. V. etiam supra p. 292 cap. VIII (ep. n. 26). Cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 84.* 8) *Constantiensis episcopi (839—871); cf. praecedentes litteras (n. 26) capitula responsionum ei datarum continentes.* 9) *Germanico.* 10) *V. ep. n. 26 cap. VIII (p. 292).*

qui solus est verus et unicus atque omnipotens, incessanter pro salute tua clementiam
cf. 2. Cor. 4, 6. eius suppliciter exoramus, ut, qui dixit de tenebris lucem splendescere et sancti sui Spiritus illustratione caliginem ignorantiae vel infidelitatis e cordibus illorum, qui crediturі erant in nomine ipsius, sua praeveniente gratia dissipavit iamque in te miserationis suae opus ostendere solita pietate curavit, ipse quoque oculos tuos ad cognoscendam veritatem aperiat, e pectore tuo ignorantiae tenebras abigat, duritiam et velamentum cordis tui removeat lumenque tibi verae fidei ac religionis ostendat atque te ad suam attrahat cognitionem et ad salutarem fontem et ad perenne regnum et ad vitam perducat aeternam, ubi est gaudium sine merore, satietas sine fastidio, salus continua, vita indeficiens, pax non habens finem et summa manet securitas ac sempiterna gloria,
cf. 1. Ioh. 3, 2. ubi videbitur Deus, sicuti est, et omnes iusti cum illo regnabunt et regnum ipsorum nec terminis angustiatur nec praeliis agitatur nec fine concluditur nec consummatione finitur. Quod agnoscentes nos, qui fidem Christi tenemus et Christiani vocamur, credimus in ipsum, qui talem nobis vitam et regnum promisit, ac multo amplius illi servimus et colimus pro illa vita quam pro ista, quae tota misera est, tota plena periculis, ubi est meror continuus, satietas cum dolore, sanitas brevis, vita mortalis, iurgia ac suspecta
Iob 7, 1. securitas et cito deficiens gloria, ubi scriptum est: 'Militia est vita hominis super terram et quasi dies mercenarii dies eius': ubi, inquam, regnum breve est et iugibus bellis concutitur et post paululum de manu possidentis adimitur, dum, etsi non virtute hominis, tamen conditione mortis aufertur. Desine ergo idola colere et daemonibus iam servire
Ps. 95, 5. desiste; 'omnes enim dii gentium' dicente psalmista 'daemonia: Dominus autem caelos fecit.' Itaque qui fecit et non, qui factus est, creator et non creatura colendus est. Ecce enim idola tua manu facta, surda, muta et caeca sunt; et quam tibi salutem possunt conferre, ipse quaeso perpende, cum sibimet nullum auxilium, cum sint sine sensu, valeant omnino praestare. Deum igitur cole, ipsum adora, ipsi soli singularem servitutem impende, qui est omnipotens, omnitenens, inenarrabilis, immensus, infinitus, simplex, incommutabilis, incircumscriptus, immortalis, totus bonus, totus misericors, totus sanctus, qui tibi et in hoc seculo auxiliari potest et in futuro beatificare, qui tibi post mortem vitam dabit, quae non finitur, et regnum tribuet, si eum perfecte colueris et amaveris, quod nesciat prorsus occasum nec sentiat ullum sui status aliquando decrementum. Illuminator omnium Deus omnipotens illuminet cor tuum et ad agnitionem suam perducere dignetur.

28.

Nicolaus Hermentrudi reginae pro muneribus missis copiosas gratias agit. 864.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 176 (B); Paris. lat. 1557 fol. 73' (C); Vallicell. C. 15 fol. 241 (D); Paris. lat. 3859a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 231; Sirmond, Conc. Gall. III, 231; Mansi, Conc. coll. XV, 353; Migne, Patr. lat. CXIX, 880. — Cf. J.-E. Reg. n. 2763 (2089).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[a] HYRMINTRUDI[b] [1] GLORIOSAE REGINAE.

Devotionem tuam et fidem[c], quam sublimitatem tuam circa beatorum apostolorum reverentiam habere perspicimus, agnoscentes[d] dignas domino Iesu Christo referimus[e] gratias. Nam et munerum vestrorum diversis speciebus oblatis non tam censum quam
cf. Matth. 12, 42. Luc. 11, 31. pium considerantes affectum reginae Austri[2] industriam tuam praetulimus[f]. Siquidem[g]

---

28. [a]) Nicolaus — Dei *desunt B.* [b]) Hirmentrudi *D.* [c]) tuam *add. D.* [d]) exigentes *B.* [e]) retulimus *C, D.* [f]) -tuli- *in ras. m. corr. B.* [g]) si quid *D.*

1) *Cf. supra p. 274 ep. n. 8.* 2) *I. e. reginae Saba, cf. 3. Reg. 10, 1–13. — De dono pretioso a Karolo rege eo tempore apostolo Petro oblato refert Liber pontificalis ed. Duchesne II, 161.*

tanto coram nobis gratius[a] quam praefatae reginae vestra munera suscepta sunt, quanto illa[b] mortali, tu vero, filia karissima, immortali regi et ecclesiae eius[c] principibus, qui cum eo feliciter regnant et vobis intercessionum[d] suorum[e] solatia conferunt[f], dona non tam corruptibilia quam semper mansura et ante Deum iugiter florentia obtulistis. Et revera, si illius, quae duo[g] tantum minuta in gazofilacium misit, tanto[h] est munus coram Deo acceptum[i], quantum putas vestra fore grata, quae plurima contulistis, immo, quod est maius, temetipsam devotione et fide Domino eiusque[k] servis totis affectibus exhibetis? Omnipotens Deus te incolomem custodiat, dilectissima filia. 864 med. ann. cf. Marc. 12, 41—44. Luc. 21, 1—4.

29.

Nicolaus Rodulfo Bituricensi archiepiscopo eiusque suffraganeis denuo scribit de excommunicatione Guntharii et Theutgaudi, quam iure factam esse contendit. Defendit apostolicae sedis iura. Cum illis communicare sub excommunicationis poena eos vetat; legatos circa Kalendas Novembris Romam mitti iubet ad illorum praesumptionem radicitus amputandam. *864 med. ann.*

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 198'—200.

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 866 n. 67—71; Sirmond, Conc. Gall. III, 237; Mansi, Conc. coll. XV, 382; Migne, Patr. lat. CXIX, 881. — Cf. J.-E. Reg. n. 2764 (2090).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO RODULFO[1] BITURICENSI[2] ARCHIEPISCOPO SEU OMNIBUS VENERABILIBUS FRATRIBUS NOSTRIS EPISCOPIS DIOCESEOS TUAE[3].

Nuper, fratres carissimi, vobis scripta[4], quibus dampnationem[b] Teutgaudi[c] et Guntarii dudum archiepiscoporum vestrae notam fecimus sanctitati, transmisimus, sed utrum ad vos usque perlata sint, penitus ignoramus. Quapropter quae habentur in subditis vobis mittenda decrevimus, ut, quae sit apostolica censura et quam iuste in fautores adulterorum commota nostra fuerit auctoritas, experientiam vestram non lateat, quatinus cum apostolica sede de his zelo zelati pro domo Domini sentiatis, quos etiam ante nostram sententiam dampnatione dignos nullo modo dubitaveratis. Ipsi quippe more[d] pseudoprophetarum, de quibus scriptum est, quod viderint et prophetaverint falsa, terreno regi[5] et post concupiscentias suas eunti favere studentes contempserunt caelestem regem, ante cuius oculos omne versutiarum patet argumentum et quasi aranearum tela omnis callida dissipatur astutia. Insuper ad maiorem suae cumulum dampnationis Ingiltrudim[6], uxorem Bosonis, quae relicto viro proprio cum adultero adultera[e] in eorum diocesibus commorabatur[7], non solum ad virum suum repedare minime fecerunt vel ab omni Christianitatis nomine vinculis illam anathematis innodandam sequestraverunt, iuxta quod a sanctae memoriae decessore nostro Benedicto papa[8] et a nobis per multa fuerant iam tempora monitis et terroribus conventi[9], verum etiam a nobis cum suis complicibus et fautoribus iam anathematizatae adeo post sibi intimatam sententiam in ipsam a nobis prolatam favere consenserunt, ut in suis illam diocesibus degere et cf. 3. Reg. 19, 10. 14. cf. Thren. 2, 14. cf. Eccli. 18, 30. cf. Iob 8, 14.

---

a) *corr. ex* gratus *C.* b) illius *B.* c) ipsius *D.* d) intercessoribus *D.* e) *sic codd.* f) -nt *post. add. B.* g) *corr. ex* duos *B.* h) tantum *B.* i) audientibus collaudatum; collaudatum *ss. al. m. B.* k) eius *B.*

29. a) *Lemma script. unciali:* Hec recitata est apud Suessionis synodum[10] *B.* b) dapnationem *B.* c) Teotgaudi *B.* d) *al. m. corr. ex* mores *B.* e) *al. m. post. corr. B.*

1) *A. 845—866.* 2) *Hod. 'Bourges'.* 3) *De tempore huius epistolae, quam anno 864. medio adscribimus, cf. 'Neues Archiv' XXXII, 141 ann. 4. — Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 99 sq.; v. etiam Ann. Bertin. a. 864 p. 73.* 4) *Supra epp. nn. 19 et 21.* 5) *Scilicet Lothario II.* 6) *V. ad haec supra p. 285 sq. c. II et c. IV (ep. n. 18).* 7) *Cf. supra p. 268 ep. n. 2.* 8) *III. (855—858); v. J.-E. Reg. n. 2673 (2015)* et infra ep. n. 53.* 9) *Cf. supra epp. nn. 1, 2 (p. 267 sq.).* 10) *Anni 866?; v. 'Neues Archiv' XXVI, 636 sq.*

864 med. ann. ecclesias intrare et cum fidelibus in locutione et cibo ac potu communicare permiserint, immo, ut ipsi coram nobis et sancta synodo sunt professi[1], licentiam ei copiamque taliter con[ver]sandi[a] tribuerint et contra ipsos Nicenos canones[2] quam nos abiecimus ips[i[a] re]ceperint[a]. Quae nimirum omnia constat illis fuisse prohibita, sicut ad praefatos nostra indicat super hac re missa praeceptio. Itane, fratres, debuit tam inmane sine vindicta exilire flagitium? Vel debuit apostolica sedes sollicitudinem habens omnium ecclesiarum Dei tanti auctores piaculi ad subversionem fidelium immunes deserere? Et
Ioh. 21, 17. ubi erit, quod primus eius sessor tertio a legislatore summo audivit: 'Pasce oves meas', si tanta desidia easdem oves nullo zelo accensi, nulla utentes virga a tam voracibus
cf. Ps. 44, 17. lupis permiserimus discerpi, cum, licet indigni, pro patribus nati filii vicem eius agentes Dei sumus gratia constituti in domo ipsius principes super omnem terram[3]?

Igitur quia unum dampnatorum, Guntharium scilicet, crebrescens fama divulgat imperatoris[4] et regum auribus contra statuta canonica[5] molestiam inferre et quorundam fratrum corda fallacibus et suasoriis decipere verbis et contra id, quod adversus se actum[b] est, velle impudenti fronte consurgere[6], nos ei, quia ita est ab apostolatu[c] nostro et a sancta sede diffinitum, nullo modo communicavimus, quin potius ab omni eum communione fidelium cum participibus et fautoribus suis Dei auctoritate iudicavimus penitus esse alienum. Oportet ergo fraternitatem vestram summopere praecavere adtentiusque fore sollicitam, ne forte, quod absit, homini haerentes perverso ab illa petra
cf. Luc. 6, 48. decidatis, super quam[d] verus architectus totius domus suae voluit fundamentum[e] construere et auctorem pravitatis sequentes amittatis communionem ipsius, a quo et episcopatus et apostolatus sumpsit initium, per quem etiam vos per gratiam Dei non solum episcopi, verum et Christiani estis effecti. Capiti ergo religionis, id est sanctae apostolicae sedi,
cf. Gen. 3, 14. 15. haerete, caput autem serpentis, pravae videlicet suggestionis, antequam cor penetret, in
cf. Cant. 2, 15. prima fronte conterite. Cepimus enim vobis, dilectissimi, vulpes, sicut quidam nos patrum[f] nostrorum hortatus est, qui demoliebantur[g] in vineis; videte, ne vos dormientes reperiat[h]
cf. Isai. 3, 14. et pro depasta vinea sua is[i], qui[k] in ea vos custodes posuit, desidiam vestram iratus percutiat. Quam[7] rogo validitatem vestra[l] poterunt habere iudicia, si nostra quomodolibet infirmantur[m], de quibus nec retractari[n] licet, vel quod robur concilia vestra optinere valebunt, si suam perdiderit sedes apostolica firmitatem, sine cuius consensu nulla concilia vel accepta esse leguntur[o]? Aut legite sacros [can]ones et sinodalia gesta revolvite et videte, quod sedi[p] apostolicae [non] solum quoslibet metropolitanos, quorum causa eidem est sedi semper servanda, verum etiam patriarchas moris fuisse pro emergentium qualitate damnasse vel etiam absolvisse iusque semper et fas habuisse de omnibus sacerdotibus iudicare, utpote cui facultas est in tota Christi ecclesia leges[q] speciali praerogativa ponere ac decreta statuere atque sententias promulgare. Quod vestra reverentia non nos existimet, quia nostra dicimus, in hoc quicquam praeter[r] veritatem edicere, cum Dei potius quam nostra sint beati Petri meritis Romanae sedi collata[s], et arbitremur quod nos hinc asserimus etiam vos nullatenus[t] ignorare et quae in praesenti pagina scribimus vos affatim in archivis vestris recondita possidere.

---

a) *perg. partim del. saepius in hac epistola B.* b) -tum *ss. B.* c) *corr. ex* apostolato *B.* d) *al. m. ss. B.* e) fundamentā *B.* f) fratrum *B.* g) de- *al. m. ss. B.* h) *corr. ex* repperiat *B.* i) his *B.* k) *corr. ex* quis *B.* l) vestram *B.* m) infirmatur *B.* n) *ead. m. corr. ex* tractari *B.* o) *sequitur* in *del. B.* p) *corr. ex* sede *ead. m. B.* q) lege *B.* r) propter *B.* s) collecta *B.* t) *al. m. corr. ex* ullatenus *B.*

1) *V. supra n. 18 c. II (p. 285).* 2) *C. 5; Mansi II, 679.* 3) *Cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 540 sq.; similia invenies in epp. infra nn. 71, 88.* 4) *Ludovici II.* 5) *Cf. conc. Antioch. c. 11; Mansi II, 1323 sq.* 6) *Cf. Dümmler, l. c. II², 69—75; v. etiam supra ep. n. 24 (p. 288) cum ann. 6, 9, ep. n. 26 (p. 291) cum ann. 4.* 7) *Ad sequentia cf. Dümmler, l. c. II², 99 sq., qui in his iam effectum falsorum decretalium eo ipso tempore Romam allatorum conspicit; v. etiam Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 147 ann. 1.*

His ita praelibatis stilum nostrae prosecutionis ad fraternitatem vestram reflectimus, quam utique nisi tanto amoris cultu diligeremus, nequaquam tanto affectu ad declinandum a pravis ad sectandam aequitatem incitaremus. Unde sub divinae maiestatis[a] vos intuitu convenimus et coram sanctis angelis et beatis apostolis eius merito interdicimus et contestamur, ut sinceritatem communionis vestrae nulla praefatorum, Teutgaudi scilicet et Guntarii, vel faventium illis contagione polluatis nec societate ipsorum vel eis communicantium vestram innocentiam corrumpatis, si tamen nostrae communionis et caritatis participes, sicut[b] usque[b] nunc[b], inveniri per gratiam Dei[c] desideratis vel si ipsi resultare vel minime adquiescere his, quae a nobis contra se promulgata sunt, forte praesumpserint. Alioquin scitote vos ab apostolicae sedis communione, gratia et pace perpetua nostrae auctoritatis sententia sequestrandos, immo quod illi experti[d] sunt, sicut olim decrevimus, vos quoque fore, quod non optamus, penitus incursuros. Verum ut unum vos nobiscum sapere et velle liquidius ostendatis, hortamur[1], quatinus binos de collegio sacerdotali vestrae sanctitatis legatos omnium vestrorum vices agentes circa Kalendas[e] Novembres[f] ad apostolicam sedem destinare[g] curetis, quo temeratorum semelque damnatorum et totius mali auctorum recidiva radicitus amputata praesumptione sanctae ecclesiae ex hoc[h] [u]nitas[h] generetur et divinae trinitati debita laus et gratiarum actionum[i] sempiterna gloria referatur. 864 Sept. 17.

30.

Nicolaus Franconi Tungrensi episcopo litteris excusationis ab eo acceptis, quod intererat synodo Mettensi, indulget. Ut Lotharium ad iustitiam erga legitimam uxorem reducat, hortatur. *864 Sept. 17.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 70′—71 (B); Vallicell. C 15 fol. 234 (C); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 174; Sirmond, Conc. Gall. III, 245; Mansi, Conc. coll. XV, 311; Migne, Patr. lat. CXIX, 885. — Cf. J.-E. Reg. n. 2767 (2092).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRANCONI[2] EPISCOPO TUNGRENSI[3].

Excusationis tuae litteris[4] per Richardum[a] venerabilem diaconum tuum susceptis professio sanctitatis tuae, qua te in nullo a sede apostolica dissentire manifestas quamque[b] nobis a te minus quam a nullis aliis sperabamus[5] offerendam, nos plurimum exhilaravit. Sed confessio nihilominus[c] in Domino exultare fecit. Eo[d] enim, quo veniam petitis, deliquisse vos procul dubio demonstratis. Et revera qualiter sine delicto evadere poteratis, qui sedentes in concilio vanitatis et, si non favendo[e], certe tacendo, si non scribendo, profecto non resistendo, profanis gestis declaramini consensisse[6]? Ecce enim Dominus per prophetam dicit: 'Quasi tuba exalta vocem tuam et adnuncia populo meo scelera eorum.' Ergo, quia[f] non adnunciasti, peccasti et, quoniam vidisti et tacuisti, procul dubio consensisti[g]. Verumtamen postquam vivificante gratia te fore[h] vivificatum

cf. 1. Reg. 2, 1.

cf. Ps. 25, 4.

Isai. 58, 1.

---

a) magestatis *B.* b) sicut *et* nunc *suprascr. al. m. B.* c) *deest B.* d) expertiti *B.* e) s *ss. al. m. B.* f) novembrias *B.* g) *corr. ex* destinate *ss. al. m. B.* h) *sic conicio; locus est partim corruptus in B:* ex h[ ]nitas *(fortasse etiam* sanitas *vel* incolumitas*?), lacuna post* h. *Editiones inepte* ex se bonitas *exhibent.* i) act[ ]um *B.*

30. a) Ricardum *C.* b) quacunque *C.* c) *corr. ex* nihil omnibus *B.* d) *corr. al. m. ex* et *C.* e) faciendo *C.* f) qui *C.* g) consentisti *B.* h) foras *B.*

1) *De his cf. 'Neues Archiv' XXXII, 135 sq.* 2) *A. 852/56—901/4; cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 790.* 3) *Hod. 'Tongern' ('Lüttich').* 4) *Quae non exstant. V. sequentem epistolam verbis simillimam et quae ad eam adnotabimus. — Cf. Dümmler, l. c. II², 79; Parisot, l. c. p. 255 sq.* 5) *Eadem fere dicit Nicolaus in epistola ad Adventium directa (infra p. 299 l. 12); cf. Parisot, l. c. p. 256 ann. 1; Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 54 ann. 3.* 6) *In Mettensi synodo a. 863. — Cf. etiam supra ep. n. 18 cap. III (p. 285), ep. n. 26 cap. I (p. 291 l. 2).*

864 Sept. 17. per confessionem exeuntem aspicimus, quem introrsus labe mortuum putabamus, incomparabiliter exultamus et gratias auctori omnium bonorum inmensas exsolvimus; et hoc iam tibi divinitus non inputari optamus[a], quod tibi, quomodocumque excesseris, remitti a Domino postulamus et, quantum in nobis est, ex corde tibi ignoscimus, qui[b] beatum Leonem[1] omnibus, qui in Efeseno latrocinio[2] consentiendo errori deliquerant[c], amputato[d] totius auctore scandali, solo videlicet Alexandrino Dioscoro[3], pepercisse non ignoramus. Quid[e] autem mirum, si Guntharius[4], quem dicitis uti vetito sibi offitio, apostolicam floccipendere sententiam non metuit, qui divina praecepta totiens parvipendisse[f] convincitur. Claret vero[g] et cunctis manifeste datur intellegi, etiamsi nulla alia pravitatis suae praestitissent inditia, qualis ante poenam extitit[h], qui se[i] post[i] poenam talem exhibuit, et quam[k] debite percussionem promeruit, qui etiam post, unde magis percuti debeat, admittere minime recusavit. Eo[l] igitur[m] suadente nunc[n] apostolicis institutis inoboediens errat[o], quo nuper caelestibus oraculis semper obviasse repertus dicitur,
1. Petr. 5, 8. antiquo videlicet adversario, qui sicut 'leo rugiens' iuxta primum apostolum 'circuit, quaerens quem devoret'. Sed tamen ad propositum redeamus et votis tuis, quantum possumus, Deo praestante misericorditer annuamus. Itaque si Theutgaudum episcopum, sicut profiteris[p 5], in catalogo episcoporum non recipis, quousque de eo humanius tractaremus, et si Guntharium ministerium sibi vetitum usurpantem non solum inter episcopos non[q] receperis, sed nec ipsi nec fautoribus eius communicaveris et regi[r 6] in scelere permanenti[s] episcopaliter contradixeris et secundum vires in nullo a constitutis et sententiis ab apostolicae sedis praesule[t] prolatis deviaveris, sed de cetero pro fide catholica et correctione fidelium ac pro conservandis pontificis[u] sedis apostolicae privilegiis nobiscum[v] senseris[v], nobiscum pro viribus decertaveris, fratres quoque[w] et proximos tuos nobiscum sapere hortatus fueris, Deus omnipotens intercessione apostolorum principum Petri ac[x] Pauli vincula omnium peccatorum tuorum absolvat et quicquid humanitus, quod in oculis maiestatis eius displicuit, egisti, tibi miseratus indulgeat et te benedictionis suae gratia replens ad beatitudinem visionis suae perducat.

Ceterum admonemus te, ut, si vere episcopus es[y], vere te ordina, te salva, in te gloriam regis Hlotharii exquiras, ita[7] ut vestra[z] unanimitas[a] nobis artius herens vulnus ipsius admonendo, blandiendo, suadendo, in reliquo autem et brevitatem[b] praesentis temporis exponendo[c], poenas inferni et[d] caelestia regna ante oculos praeponendo[e] curetis.
cf. Eph. 5, 29. Quod agere nullatenus potestis, nisi carnem suam[8], quam odio[f] habens contra[g] apostolum a[h] se[h] proicit[i], reciso membro meretricis[9] nostro et vestro iuditio hortatus[k] etsi non sponte, saltem[l] invitus receperit. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere.

Data XV. Kalendas Octobris indictione XIII[m].

---

a) optavimus; -us *add. al. m. C.* b) quod *C.* c) delinquerant *C.* d) amputate *C.* e) quod *C.* f) parva pendisse *B.* g) omnino *C.* h) existit *B.* i) septus *C.* k) quoniam *C.* l) Ego *B, C.* m) autem *C.* n) *om. C.* o) et erratus *B, C.* p) *al. m. corr. pro* poteris *C.* q) *deest C.* r) re *B, C*; ei *Edit.*; regi *legendum esse apparet ex epistola infra n. 31 p. 300 l. 27.* s) permanente *B, C.* t) prę̨sulae *B.* u) pontificiis *C.* v) nobis consenseris *C.* w) quosque *B, C.* x) et *C.* y) est *B.* z) *corr. ex* nostra *B.* a) hunanimitas *B.* b) brevitati *C.* c) periendo *add. C.* d) ei *C.* e) proponendo *C.* f) hodie *B.* g) circa *corr. al. m. C.* h) asse *B.* i) proiecit *C.* k) artatus *B.* l) saltim *B.* m) *Sequuntur script. uncial.*: Item eiusdem ad eundem. *B.*

1) *I. (440—461).* 2) *Cf. supra p. 285 ann. 3.* 3) *Patriarcha a. 444—451, † 454; cf. de eo Wetzer und Welte, 'Kirchenlexikon' III², 1808 sqq. (1884).* 4) *V. infra ep. n. 31, p. 299 l. 26 sq. et ann. 8. — Cf. ad haec praeterea supra ep. n. 26 c. 1 (p. 291); n. 29 (p. 296).* 5) *Etiam ad hunc locum cf. simillimum sequentis epistolae (p. 300 l. 24 sq.) ex epistola Adventii laudatum.* 6) *Lothario II.* 7) *Cf. simile sequenti loco initium (cap. IV.) ep. n. 32 (p. 301).* 8) *Theutbergam.* 9) *Waldradae.*

31.

Nicolaus Adventio episcopo Mettensi similibus verbis ac Franconi Tungrensi episcopo (cf. ep. n. 30) veniam praebet. 864 Sept. 17. 864 Sept. 17.

Cod. Vallicell. I 76 (Broweri apogr. cod. Trevir.) fol. 3—4 (B).

Edd. Baronii Annal. eccles. a. 863 n. 59; Sirmond, Conc. Gall. III, 244; Mansi, Conc. coll. XV, 372; Migne, Patr. lat. CXIX, 887. — Cf. J.-E. Reg. n. 2768 (2093).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ADVENTIO[1] EPISCOPO METTENSI[2].

Excusationis tuae litteras[3] per Theudericum[a 4] religiosum presbyterum tuum suscipientes, quoniam his te in extremitate vitae positum indicasti[5], meror nos continuo ingens obtinuit. Sed professio tua, qua te in nullo a sede apostolica dissentire manifestas quamque nobis a te minus quam ab aliis sperabamus[6] offerendam, inter mestitiam merito laeticiam miscuit, quoniam, licet de exteriori homine, cum ipsius privamur[b] fraterno solatio, doleamus, de interiori tamen, quem extinctum putabamus, nunc vero per gratiam Dei vivificatum audimus, incomparabiliter exultamus. Quamvis autem probabilem tua videatur habere excusatio rationem teque innocentem comprobetur ostendere, sufficeret tamen, etiamsi qua praeteritorum noxa tenereris excessuum, satisfactio, quam in articulo mortis, sicut ipse fateris, positus litteris datis apostolatui nostro, ut decreveramus[7], ostendis. Cuius rei testis est latro, qui in cruce pendens in ipso momento mortis iam iamque constitutus confessus est et: 'Hodie mecum eris in paradiso' Luc. 23, 43. a Iesu audire promeruit, et propheta subitaneam gementis salutem demonstrans: Cum cf. Isai. 45, 22. conversus, inquit, ingemueris, tunc salvus eris. Verumtamen potens est Deus misericorditer operari, ut[c], qui[c] excusationes tuas et oboedientiae promissa suscipientes de immortali vita tua per id fiduciam sumpsimus, percipiamus etiam in hoc temporali cursu longaevitate divinitus tibi concessa, unde et verbi Dei fructibus multipliciter perfruamur ac per hoc in Domino gloriemur. Quid autem mirum, si Guntharius[8] dudum archiepiscopus apostolicam floccipendere sententiam non metuit, qui divina praecepta totiens parvipendisse convincitur? Claret vero et cunctis manifeste datur intellegi, etiamsi nulla alia pravitatis suae praecessissent indicia, qualis ante poenam extitit, qui se post poenam talem exhibuit, et quam debite percussionem promeruit, qui etiam post, unde magis percuti debeat, minime admittere recusavit. Eo igitur suadente nunc apostolicis institutis inoboediens effectus est, quo nuper caelestibus oraculis semper obviasse repertus est, antiquo videlicet adversario, qui sicut 'leo rugiens' iuxta primum apostolum 'circuit, 1. Petr. 5, 8. quaerens quem devoret'. Illud vero quod dicitis regibus et principibus vos esse subiectos, eo quod dicat apostolus: 'Sive[d] regi tamquam praecellenti[d]', placet. Verum- ib. 2, 13. tamen videte, utrum reges isti et principes, quibus vos subiectos esse dicitis, veraciter reges et principes sint[9]. Videte, si primum se bene regunt, deinde subditum populum; nam qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? Videte, si iure principantur: alioquin potius tyranni credendi sunt quam reges habendi; quibus magis resistere et ex adverso cf. Ezech. 13, 5. ascendere quam subdi debemus. Alioquin si talibus subditi et non praelati fuerimus nos[e], necesse est eorum vitiis faveamus. Ergo 'regi quasi praecellenti', virtutibus scilicet

---

31. a) Teuthericum *B.* b) *corr. ex* privamus *B.* c) *corr. B.* d) Sive — praecellenti *spatio vacuo relicto postea add.; similiter saepius in hac epistola B.* e) non *B.*

1) *A. 858—875.* 2) *Tempus huius epistolae ex antecedentis (n. 30) tempore apparet. Cf. etiam Ann. Bertin. a. 864 p. 73 ed. Waitz.* 3) *Quae exstant supra p. 219 n. 8. De quibus et de praesenti epistola cf. Parisot, l. c. p. 254 sqq.; Dümmler, l. c. II², 78 sq.* 4) *Cf. supra p. 224 l. 28, p. 234 l. 19.* 5) *V. supra p. 220 l. 12 sqq., p. 224 l. 7. 28, p. 233 l. 36 sqq. Vixit tamen Adventius usque ad annum 875.* 6) *Cf. supra p. 297 ann. 5.* 7) *Cf. supra ep. n. 18 c. III (p. 285).* 8) *V. supra p. 220 cap. II. — Cf. p. 298 l. 7 sq. et ann. 4.* 9) *De his cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 540.*

1. Petr. 2, 13. et non[a] vitiis[a], subditi estote, sed, sicut apostolus ait, 'propter Deum' et non contra Deum. Superfluum autem iudico, quod in conventu episcoporum capitula sancti Leonis papae ac Antiocheni concilii quidam, ut asseris, legerint[1]. Quoniam si sanctus vir metropolitanos[2] singularum provinciarum episcopos ius traditae sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decrevit, privilegia tamen huius sedis non abstulit et huic divinitus iura concessa non minuit; quia, sicut ipse scribit ad Anastasium Thessalonicensem ac per eum ad omnes[b], inter[3] beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis, et, cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris praeemineret. De qua forma episcoporum quoque est orta distinctio et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent[c], sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter[d] fratres haberetur prima sententia, et rursus quidam in maioribus urbibus constituti sollicitudinem[e] susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis ecclesiae cura conflueret et nihil usquam[f] a suo capite dissideret. Itidem ipse[g] alibi[4], ut de componendis atque compositis relatio sibi plena mittatur, praecipit. Rursus si fatetur Antiochenum concilium[5]: Per singulas regiones episcopos[h] convenit nosse metropolitanum episcopum sollicitudinem totius provinciae gerere[i], quid praeiudicat sedi apostolicae sollicitudinem habenti non solum unius provinciae[i], sed et totius ecclesiae, cum idem concilium magis metropolitas coerceat, refrenet et artet, dum eos non amplius quam suarum provinciarum dicat[6] sollicitudinem gerere? Quorum enim quis sollicitudinem gerit, et iudicium praetendere necesse est, ut beatus papa Innocentius ad Maximum[7] Antiochenum scribens: Quorum enim, inquit[8], te[k] maxima[l] expectat cura, praecipue tuum debent mereri iudicium. Ergo quia totius nos ecclesiae maxima cura praestolatur, nostrum praecipue debet ecclesia tota procul dubio iudicium promereri.

Sed tandem ad propositum redeamus et votis tuis, quantum possumus, Deo praestante misericorditer annuamus. Itaque si Theutgaudum dudum episcopum, sicut profiteris[9], in catalogo episcoporum non recipis, quousque de eo humanius tractemus, et si Guntharium ministerium[m] sibi vetitum usurpantem non solum inter episcopos non susceperis, sed nec ipsi nec fautoribus eius communicaveris et regi[10] in scelere permanenti episcopaliter contradixeris et secundum vires in nullo a constitutis et sententiis ab apostolicae sedis praesule prolatis deviaveris, sed de cetero pro fide catholica et correctione fidelium ac pro conservandis pontificis[n] sedis apostolicae privilegiis nobiscum senseris, nobiscum pro viribus decertaveris, fratres quoque[o] et proximos tuos nobiscum sapere hortatus fueris, Deus omnipotens intercessione apostolorum principum Petri ac Pauli vincula omnium peccatorum absolvat et quicquid humanitus, quod in oculis maiestatis eius displicuit, egisti, tibi miseratus indulgeat et te benedictionis suae gratia replens ad beatitudinem visionis suae perducat.

864 Sept. 17.

32.

Fragmentum epistolae Nicolai Adoni Viennensi archiepiscopo directae, quem ad synodum Romae pro causa Lotharii regis aliisque necessitatibus celebrandam invitat.

864 Sept. 17.

Cod. Vatic. Reg. Suec. 566 fol. 51—51' (B).

Ed. 'Neues Archiv' XXXII, 137 sq. — J.-E. Reg. deest.

a) vitiis non *B.* b) *part. in ras. B.* c) vendicarent *B.* d) *in ras. B.* e) eius *add. B.* f) *om. B.* g) *corr. ex* ipsi *B.* h) *om. B.* i) gerere — unius provinciae *manu corrig. in margine additum B.* k) et *B.* l) maxime *B.* m) *in marg. corr. pro* missterium *B.* n) *in marg. al. m. scr.* pontificiae *B.* o) quosque *B.*

1) *V. supra p. 220 sq. cap. III.* 2) *Epist. ad Anastas. Thessalonic. episc. c. 2 (Mansi, Conc. coll. V, 1281; J.-K. n. 411).* 3) *Ibidem c. 11; Mansi V, 1285.* 4) *In epist. ad episc. per Caesar. Mauritaniam constit. (Mansi, Conc. coll. V, 1266; J.-K. n. 410).* 5) *C. 9; Mansi, Conc. coll. II, 1323.* 6) *Idem cap. 9 papa sentire videtur, cuius vero verba hic mutata allegantur.* 7) *Immo ad Alexandrum Antiochenum.* 8) *C. 1 (Mansi, Conc. coll. III, 1055; J.-K. n. 310).* 9) *V. supra p. 220 cap. I. II; cf. p. 298 l. 16 sq.* 10) *Lothario II.*

Kap. IV. Quia[1] vero Hlotharium[2] cum suis fautoribus excommunicatum[3] esse superius intimavimus, ne ob id reverentia[4] vestra[4] ab illo monendo cessandum existimet: ortamur quantum ad ea, quae ad salutem attinent[a] mentis[a], cum eo loqui ne dubitetis. Vigeat[5] itaque in vos pastoralis circa illum sollicitudo et nunc vitae praesentis brevitatem atque miseriam exponendo, nunc ei aeternae felicitatis gaudia praedicando, nunc tantum et tale flagitium, quo tenetur asstrictus, inculcando[b], nunc Dei timorem pariter et amorem ante oculos eius praeponendo ad ipsius praecepta eum convertere et ad eius mandata studetote et, quicquid in hoc faciendo proficeritis, nobis intimare sanctitas vestra ne differat. Sin autem nil salutis ipsius optinere apud eum valuerit, id ipsum quoque pontificio nostro referre pariter et, quibus inpedientibus fructum labor noster non capiat, indicare durum non iudicet. 865 in.

Kap. V. Praeterea fraternitas vestra noverit Deo auctore pro hoc et pro communibus ecclesiasticis et innumeris necessitatibus plebis Dei quinta decima Kalendas Iunii[6] synhodum[7] nos Romae celebraturos. Ad quam sanctitas vestra, si possibile illi fuerit, venire ne utcumque detrectet; sin autem, duos fratrum et coepiscoporum nostrorum, suffraganeorum scilicet vestrorum, praesignato tempore pro sua vice tenenda omni remota occasione transmittat.

Kap. VI. Porro de epistola[8], quam Aluicum quendam clericum detulisse perhibetis et, utrum a nobis missa fuerit, vobis per nos patefieri flagitastis, noveritis iam sanctitati vestrae pridem scripsisse[9], sed fortasse ad vos delata non est. Fraternitati vestrae idcirco nunc exemplar illius duximus per harum latorem mittendum.

Kap. VII. Ad extremum[10] autem vestrae notum facimus sanctitati fratres et coepiscopos nostros, qui in Gallicanis provintiis sunt, non minus dira vel gravia de suis provintiis[c] quam vestra fraternitas detulisse[d] ideoque petisse ab apostolatu nostro synhodum aut per nos aut per missos nostros apud se pro repellendis talibus fieri. Sed quia hostium sanctae Dei ecclesiae iniquitas non permittit et multifariae oppressiones, quas indesinenter fortasse maiores quam vos perpetimur, id nos perficere non sinit[e], Romae tempore, quo praemisimus, multarum provintiarum convocatis episcopis synhodum celebrare disponimus. Cuius rei gratia ad eosdem fratres et coepiscopos nostros metropolitas epistolas[11], sicut et vobis, direximus, ut, quia penes illos hanc, causis quas superius meminimus obsistentibus, cumvocare[f] non possumus, ipsi ad nos venire vel binos suffraganeorum suorum transmittere studeant. Quas rogo sanctitas vestra recipiens singulas quasque, quibus a nobis missae sunt, per idoneum missum destinare sine mora procuret. Optamus fraternitatem vestram in Christo nunc et semper bene valere.

33.

Nicolaus Karolum Calvum regem ad pacem cum imperatore Ludovico II. nepote tenendam commonet. De Arsenii episcopi apostolicae sedis legati mandatis addit. 865 in.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 47'—48 (B); Vallicell. C 15 fol. 188 (C); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 128; Sirmond, Conc. Gall. III, 266; Mansi, Conc. coll. XV, 287; Migne, Patr. lat. CXIX, 911. — Cf. J.-E. Reg. n. 2773 (2103).

---

32. a) *corr. ex* attinentnentis *B.* b) *coniecit v. cl. O. Holder-Egger; verbum non certe cognosci potest B.* c) *suprascr. corr. ex* provintis *B.* d) d *corr. B.* e) *Sic B.* f) cūuocare *B.*

1) *De hac epistola conferantur, quae primae eius editioni in 'Neues Archiv' XXXII, 133—149 ('Ein Berufungsschreiben Papst Nikolaus' I. zur fränkischen Reichssynode in Rom') addidi; ibi etiam de eius tempore disserui.* 2) *II. regem.* 3) *Cf. l. c. p. 143—149.* 4) *Id est Ado Viennensis archiepiscopus.* 5) *Cf. similem admonitionem ad Franconem episcopum directam in ep. n. 30, supra p. 298.* 6) *I. e. 865 Mai. 18.* 7) *Cf. 'Neues Archiv' XXXII, 136 sq. 140 sqq. — V. etiam epistolam Adventii Mettensis supra p. 224. Haec synodus numquam celebrata est.* 8) *Vide 'Neues Archiv' XXXII, 138 sq.* 9) *In epist. supra n. 25 p. 289.* 10) *Cf. 'Neues Archiv' XXXII, 141 sq.* 11) *Quae non exstant. Cf. 'Neues Archiv' XXXII, 136, 140 cum ann. 5; J.-E. Reg. nn. 2769*, 2770*.*

865 in. NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[1].

Inicium locutionis meae, quam ad vos nunc habeo, carissimi[2], ecce cum apostolo
Gal. 4, 19. Paulo sumit exordium et vox mea vox illius est, dicens: 'Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.' Quo autem modo Christus formari melius in cordibus vestris poterit, quam[a] si evulsis[b] e[c] praecordiis vestris odiorum[d] et simultatum vepribus pacem in visceribus vestris concipiatis, quae Christus est, sicut per
Eph. 2, 14. eundem apostolum de eo dicitur: 'Ipse est pax nostra[e], qui fecit utraque unum', et
1. Ioh. 4, 16. caritatem in invicem observetis, quae Deus est, veluti a Iohanne discribitur[f]: 'Deus[g] caritas est.' Nulli ergo dubium est, quod qui caritatem et pacem in se non habet, Christum dominum[h] Deum nostrum, qui per haec vocabula designatur, e corde suo proiecerit et quasi non[i] formatum[i] ex intimis uteri sui pepulerit. Quamobrem necesse est, ut, sicut sancta mater ecclesia, cui mea humilitas per habundantiam divinae miserationis praeest, ut habitaret Christus per fidem in cordibus vestris, olim vos per evange-
cf. Eph. 3, 17.
cf. 1. Cor. 4, 15. lium genuit, ita quoque, ut[k] per ministerium[l] apostolatus mei in praecordiis[m] vestris
cf. Gal. 4, 19. per[n] pacem et dilectionem idem[o] formetur Christus, nunc vos iterum parturiens gignat
cf. Eph. 4, 13. et, ut in virum perfectum occurratis, informet. Quomodo autem Christus in vobis formari potest, qui in scissis mentibus non habitat, qui totus est pax, totus iustitia, totus est
cf. Ioh. 14, 6. veritas? Vel in vobis quomodo formatur, qui licet in pectore vestro per fidem sanam solidus et integer habitet, per discordiam tamen minus in vobis perfectus et velut
cf. Ps. 7, 15. informis habetur? Concipite itaque filii pacem, parturite iustitiam et alternam amplec-
Hebr. 12, 14. timini caritatem. Audite quid dicat apostolus: 'Pacem sequimini cum omnibus'; et
Rom. 12, 18. rursus: 'Quod', inquit[p], 'ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.' Unde intimo mentis intuitu et summa est diligentia perpendendum, quoniam, si tantus apostolus cum omnibus hominibus[q] pacem sequi et cum omnibus pacem habere commonuit, quanto potius quantoque salubrius cum his sequenda et[r] cum illis habenda est pax, quibus consanguinitate propinquiores et materia carnis proximiores ac iuramento[s] servandae vicariae pacis connexi[t] artius esse ferimini. Qua de re nunc[u] mihi[u] sermo est et ad regium culmen vestrum[v] meum tendit eloquium, ad ea videlicet vos dirigens, per quae non solum terrena regna debito iure possidendo dies vestros in quiete maxima transeatis, verum etiam beatitudinis hereditatem capessentes filiorum quoque Dei vocabula sorcia-
Matth. 5, 9. mini. Scriptum quippe est: 'Beati pacifici, quoniam[w] filii Dei vocabuntur.' Igitur memores estote[x], filii[x][3] dilecti[x], memores estote nominis domini Dei nostri, cuius mentionem coram nonnullis testibus facientes terribili estis alternam pacem invicem
cf. Exod. 20, 7. pacto[4] polliciti, et pertimescentes tantum nomen in vanum accipere reddite Domino
cf. Matth. 5, 33. iuramenta vestra. Foedus, quod ad alterutrum pepigistis, inviolabili maneat apud vos veritate repostum et inmaculate[y] vigeat vestra sublimitas insignia fidei cunctis circumquaque nationibus repraesentans. Parcite gladio et humanum fundere sanguinem formi-

---

33. a) Qam *B.* b) evulsiss *B.* c) est *C.* d) odiosum *B.* e) vestra *C.* f) describitur *C.* g) dominus *C.* h) *om. C.* i) conformatum *C.* k) *deest C.* l) misterium *C.* m) praecordibus *C.* n) *deest C.* o) *corr. al. m. in* idest *C.* p) inquid *B.* q) *deest B.* r) *om. C.* s) iuramend; *finis del. C.* t) quonexi *B;* annexi *corr. C.* u) mihi nuc *C.* v) esse *add. C.* w) *suprascr. ead. m., ut vid.* ipsi *B.* x) filii dilecti estote *C.* y) inmaculata *C.*

1) *Cf. de hac epistola, quam sicut quattuor sequentes initio anni 865. propter legationem Arsenii adscribo, Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 128 sq.* 2) *Hic et in tota epistola — excepto fine — non solum Karolum Calvum, sed etiam Ludovicum Germanicum papa sentire et alloqui videtur. V. infra (l. 31 sqq.):* Igitur memores estote, filii dilecti, *etc.* 3) *Cf. ann. praecedentem.* 4) *Apud Confluentiam anno 860. inter Karolum Calvum, Ludovicum Germanicum, Hlotharium II. pax iuramentis firmata erat; MG. Capit. II, 152 sqq. Cf. Dümmler, l. c. I², 456 sqq.; v. etiam conventum apud Saponarias, MG. Capit. II, 159 sqq. Verisimilius autem est significari conventus apud Marsnam anni 851. (MG. Capit. II, 72 sqq.); v. infra ep. n. 34 p. 304 l. 34 sq.*

dolosius exhorrescite. Cesset ira, sedentur odia, sopiantur iurgia, et omnis ex vobis 865 in.
simultas radicitus extirpetur. Unusquisque vestrum sua sit sorte contentus et funiculo cf. Deut. 32, 9.
hereditatis divinitus sibi collato pacifice perfruatur, aliena iura non invadens, non subtrahens, non conturbans. Liceat dilectissimo filio nostro, vestro autem nepoti[1], a Deo conservandum imperium suum cum regno proprii germani[2] quieta possidere tranquillitate et statui eius summa securitate[a] consulere et gubernacula ditione debita moderari, ad salutem videlicet ac[b] defensionem populi Christiani[3] et ad sanctae matris suae, Romanae scilicet insignis ecclesiae, libertatem et sublimitatem. Non autem in vobis vanae gloriae typus, non supercilii fastus, non alterius usurpandi terminos ambitio, sed iustitia, caritas et concordia regnet ac summum pax inter vos teneat omnino fastigium. Sane cum pro concordia scribimus, cum pacem praedicamus, de ea nos concordia vel pace non opinemini agere, quam solet mundus diligere ac reprobi adinvicem observare. Denique illi[c], ut[c] liberius et audatius possint mala perpetrare, quae cupiunt, et plures ac validiores ad quae gestiunt repperiri, unanimitatem student et pacem inter se irrefragabiliter[d] et inpraetermisse tenere. Quam Dominus sciens et hanc a sua pace secernens dilectoribus suis aiebat: 'Pacem', inquiens[e], 'relinquo vobis, pacem meam do Ioh. 14, 27.
vobis'; 'meam[f]' inquit, non dilectorum mundi. Unde apte subdidit[g]: 'Non quomodo ib. 14, 27.
mundus dat, ego do vobis[f].' Quod[h] qualiter accipiendum sit, sanctus Augustinus[4] salubriter et luculenter exponit.

Cetera vero, quae, ne modum excederemus epistolarem, huic paginae inserenda non duximus, Arsenio reverentissimo et sanctissimo episcopo[5], apocrisiario[i] et misso apostolicae sedis et consiliario nostro, defecatissime[k] prosequenda non[l] indecenter, ut credimus, scriptis et dictis iniunximus, cui bene faciet gloria vestra in cunctis adtendens et in his, quae sibi ex nostri apostolatus auctoritate de pace sanctae[m] ecclesiae[m] perhibuerit, non inmerito credula vel inambigua fidem certam accomodans. Incolumem excellentiam[n] vestram gratia superna custodiat, dilectissime fili.

34.

Nicolaus archiepiscopos et episcopos in regno Karoli Calvi hortatur, ut regem ad pacem cum Ludovico II. imperatore servandam commoveant. Arsenium legatum commendat.
865 in.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 68—69 (B); Vall icell. C 15 fol. 229 (C); Paris. lat. 3859 a.
Edd. Editio Romana (1591) III, 129; Sirmond, Conc. Gall. III, 268; Mansi, Conc. coll. XV, 288; Migne, Patr. lat. CXIX, 913. — Cf. J.-E. Reg. n. 2774 (2104).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO KAROLI GLORIOSI REGIS CONSTITUTIS[a 6].

Studio[b] nostro[b] semper fuit et est, fratres dilectissimi[c], [d] pro aedificando mutuae caritatis et pacis bono non solum his, qui prope, sed et his, qui longe sunt, offitii nostri velle iugem[e] et impigrum[f] extendere famulatum, ad id quoque inter cetera, quae suggestionibus vestris inter vos a nobis disponenda crebrius exegistis, hortatu vestro pluri-

---

a) se caritate *B, C.* b) et *C.* c) ut illi *C.* d) issefragabiliter *B.* e) inquens *B.* f) meam — vobis *om. C.* g) sobdidit *B.* h) d *ss. B.* i) apocrissiario *B.* k) *sic B, C.* l) ne *C.* m) ecclesię sanctae *B.* n) excelentiam *B.*

34. a) constituti sunt *B.* b) studium nostri *C.* c) *corr. in marg. pro* carissimi *C.* d) ut *add. C.* e) uigere *C.* f) imprigrum *B.*

1) *Ludovico II. imperatori.* 2) *Karoli regis Provinciae mortui a. 863. regnum significari videtur.* 3) *Adversus Sarracenos.* 4) *S. Augustini in Iohannis evangelium Tractatus LXXVII cap. 14; Migne, Patr. lat. XXXV, 1835.* 5) *Ortensi (sed. 855, † 868). De eius legatione cf. Dümmler, l. c. II², 127—137. Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 274 sqq. Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 92 sqq.* 6) *De hac epistola cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 129.*

865 in. mum invitati. Sed innumeris undique Christi domini nostri ecclesiae, cuius principaliter curam gerimus, laboribus impediti haec, ut obtabamus, hactenus agere[a] profecto nequivimus. At[b] nunc postquam totiens, ut ita dicamus, ille vir Macedo, qui olim
Act. 16, 9. apparuit Paulo, 'Transi et adiuva nos', per[c] pias[c] nobis sanctitatis vestrae voces[d] exclamavit, et nostro[e] apostolatui ostium per gratas[f] Deo vestras, ut credimus, orationes
cf. Act. 16, 26. sicut ipsi egregio tunc apostolo tandem apertum est, nil desidiae, nil tanto volumus operi tarditatis afferre[g], sed potius coeptis aliis negotiis ecclesiasticis et pernecessariis
Ps. 121, 6. parumper omissis rogabimus, 'quae ad pacem sunt Hierusalem', illius scilicet, quae partim in caelo iam cum sponso[h] regnet[i], partim adhuc in terris incolatur[k] et premitur, quatinus
cf. Ps. 121, 7. concordiae ac dilectionis fundamentis in aedificatione ipsius positis fiat etiam consequenter pax in virtute illius et habundantia in turribus eius. Huius rei[l] gratia[l] praesentia fraternitati vestrae scripta direximus, quibus admoniti sicut boni cummilitones et quasi
cf. Luc. 13, 7. dominicae vineae cultores vitia nobiscum expugnate, virtutum charismata praedicate, discordiam destruite, unanimitatem aedificate, odia extirpate, karitatem plantate, rixas
cf. Eph. 2, 17. dissipate, pacem evangelizate; haud[m] talem, quod absit, unanimitatem vel pacem, quali Iudeorum usa est in Domini salvatoris nece conspirans factiosa[n] caterva[o] vel Herodes[p] et Pilatus ex inimicis[q] eodem tempore adinvicem pepigerunt, sed talem, qualem audierunt pastores caelestem militiam in nativitate nostri canere[rs] redemptoris[r],
Luc. 2, 14. cum diceret[t]: 'Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis'; intonans enim 'pax hominibus' subdidit 'bonae voluntatis', ut malivolae voluntatis[u] homines a pace huiuscemodi[v] sequestraret. Nam perversi quique, quo pacatiores[w] invicem[x] sunt[x], eo procul dubio ad agendum perperam validiores existunt. Unde et
Rom. 10, 15. apostolus non solum 'evangelizantium pacem[y]', sed[z] et 'evangelizantium bona[z]' speciosos pedes admiratur, nulla bona sine pace nec rursus pacem sine ceteris bonis innuit fore
Hebr. 12, 14. sequendam et alias 'pacem cum omnibus et sanctimoniam' sectandam praecipit, 'sine qua nemo videbit Deum'. Quas ita conectens unam sine altera minus ostendit esse
Hebr. 12, 14. proficuam. Habentes ergo, carissimi, dilectionem in vobis 'pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam'; non pacem, qua[a] etiam corvi potiuntur in invicem, sed quam simplex
cf. Matth. 10, 16. et a laniatu prorsus extorris columbarum possidet miranda concordia. Non solum autem
Phil. 4, 7. vos[b] 'pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, custodiat', sed et per[c] vos omnes, qui[d] sub vestro moderantur regimine, coadunet et vinciat[e]. Praecipue regem vestrum[1] quantotius[f] informare satagite ad ea[g], quae illi scripsimus[2], et iuxta quod eum instruximus, exortantes[h] videlicet[i], ut memor sit memoriae districti iudicis[k], cuius nomen multis audientibus nominans iureiurando conservandam fratribus eorumque liberis inviolabilem
cf. Exod. 20, 7. pacem spopondit[3], et pertimescens tam tremendum nomen in vanum assummere reddat
cf. Matth. 5, 33. Domino iuramenta sua, cui solum vota ultro Domino[1] promissa non reddere impium est. Commonete itaque eum, uti[m] foedus, quod cum fratribus pepigit, perpetua[n] unitate conservet et id inmaculate custodiens cunctis de se imitabile praestet exemplum. Parcat bello et Christi sanguine sanguinem emptum fundere magnopere perorrescat; scriptum
Ps. 5, 7. quippe est: 'Virum sanguinum et dolosum abhominabitur Dominus.' Unde sua[4] sit sorte
cf. Deut. 32, 9. contentus et funiculo hereditatis caelitus sibi datae pacifice perfruatur, aliena iura

---

a) *om. B.* b) Ad *B.* c) proprias *C.* d) vocis *C.* e) nostra *C.* f) *corr. ex* gratis *B.* g) afserre *B.* h) spon *(finis columnae) B.* i) regnat *C.* k) *corr. al. m. ex* incolitur *C.* l) gratia rei *C.* m) Aut *B.* n) factiora *B.* o) cantica *C.* p) Erodes *B.* q) imicis *B.* r) salvatoris canere *C.* s) kanere *B.* t) dicerent *C.* u) voluntati *B.* v) huiusmodi *C.* w) a *prim. in ras. B*; pecatores *C.* x) sunt invicem *C.* y) bona *C.* z) *desunt C.* a) quam *C.* b) vox *B.* c) super *B.* d) quae *C.* e) vinciet *corr. ex* viveret *C.* f) quem totius *C.* g) *om. C.* h) hexortantes *B.* i) *deest C.* k) iudicii *C.* l) *om. B.* m) eum *add. C.* n) *corr. ex* perpecunia *B.*

1) *Scil. Karolum Calvum.* 2) *V. ep. n. 33.* 3) *Cf. conventum apud Marsnam (anni 851.), MG. Capit. II, 72 sqq.; Dümmler, l. c. I², 347 sqq. V. supra p. 302 ann. 4.* 4) *Cf. supra p. 303 l. 2 sq.*

usurpare non temptans, non ambiens. Cesset temeraria praesumptio et avidi anhelitus 865 in.
medullitus comprimantur[a], maxime a finibus dilectissimi[b] filii nostri excellentissimi
Augusti[1] vel a metis regni[c] uterini[2] eius longe distans. Permittatur[d] ergo praelato
pio[e] imperatori quietam[f] ducere vitam atque tranquillam et patruis suis[3] nullam prae-
sumptionem[g] monstrantibus macherae[h 4] usum, quem primum a Petri principis aposto-
lorum vicario contra infideles[5] accepit, non cogatur in Christi fideles convertere. Liceat,
inquam, ei regna[i] sibi[i] per hereditarium[k] ius dirivata et apostolicae sedis auctoritate
firmata et summi pontificis manu capiti superposito diademate augustissime decorata
cum suis fidelibus pie ac iustissime gubernare. Sinatur[l] omnino[m] a Deo protectum
imperium suum, quod cum benedictione et sacratissimi olei unctione sedis apostolicae
praesule ministrante percepit[n], ad exaltationem et quietem matris suae, huius[o] sanctae[p]
catholicae et apostolicae ecclesiae, licenter ac rectissime moderari. Alioquin quisquis[q]
contra huius nostrae salutiferae commonitionis paginam[r] agere forte[s] praesumpserit et
adversus iam fatum filium nostrum Augustum referre temptaverit, noverit[t] sibi et Deum
omnipotentem, cuius imperium terminum nescit, refragaturum et apostolatum nostrum
iuxta competens sibi ministerium procul dubio reluctaturum[u].

Porro scitote nos tam ad gloriosum regem vestrum quam ad vos Arsenium[v 6] virum[w]
venerabilem[w], episcopum[x] Ortensem[7], apocrisiarium et missum apostolicae sedis et dilec-
tum consiliarium nostrum, cuius apud nos approbata est fides et comperta devotio et
vobis[8] quoque persona vel est forte non omnibus ignota prudentia, destinasse. Quem
tanto debetis et vos et admonitione vestra filius noster[y] rex benigne suscipere[9], quanto
scitis, quia pro cunctis laborat, dum pro communibus ecclesiae negotiis, quae omnium
mater est, tantum fastigium[z] non recusavit assummere, immo quanto portando pacem
Christum, qui est pax vera, in se longe lateque gestare dinoscitur. Ad quem vestra etiam cf. Eph. 2, 14.
sanctitas iungi et[a], cum sibi quoquomodo adventus illius innotuerit, accelerare non ren-
nuat[b], quatenus alterna[c] visione atque[d] colloquio fruiti[e], quae[e] circa veram[f] pacem[f] sunt,
liquidius agnoscatis; agnoscatis[g] ita[h] et vos legationis eius tenorem, et ille, quae[i] per tot
curricula temporum anhelastis, evidentius[k] conprehendat. Tumque demum, si qua sunt,
quae per se corrigere possit, auctoritate nostra corrigat, reliqua[l] vero, quae forte difficili-
liora[m] sunt, apostolatui nostro diffinienda reservet. Optamus fraternitatem et sanctitatem
vestram in Christo bene valere.

35.

Nicolaus archiepiscopos regni Lotharii propter desidiam reprehendens obsecrat atque instigat, ut regem, quomodo possint, ad adulteram proiciendam permoveant. Arsenium reverenter recipi iubet. *865 in.*

Cod. Vallicell. I 76 fol. 1—1' (B).

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 865 n. 54; Sirmond, Conc. Gall. III, 269; Mansi, Conc. coll. XV, 379; Migne, Patr. lat. CXIX, 915. — Cf. J.-E. Reg. n. 2776 (2105).

---

a) *corr. ex* comprimatur *B;* comprimatur *C.* b) dilecti *C.* c) regno *C.* d) permitteatur *B* praemittatur *C.* e) *om. C.* f) qui etiam *B.* g) praesumptione *B.* h) macerat *B;* maioratis *C.* i) *desunt hic C.* k) regna sibi *hic add. C.* l) Sinatu *B.* m) *deest B.* n) per caput *C.* o) ecclesiae *add. C.* p) scę *B.* q) quis *C.* r) *deest B, C.* s) fortasse *C.* t) noviter *C.* u) reluctarum *B.* v) episcopum *hic add. C.* w) venerabilem virum *C.* x) *om. hoc loco C.* y) vester *corr. C.* z) fatigium *B;* fastidium *C.* a) ut *C.* b) *corr. ex* regnat *B.* c) *ras. post* alterna *B.* d) et *C.* e) fruitique *B;* fruetis quę *C.* f) veramque parte *B.* g) *deest C.* h) ut *add. C.* i) qui *B.* k) *corr. ex* evidentibus *B.* l) Reliquia *B.* m) difficialia *B.*

1) *Ludowici II. imperatoris.* 2) *Lotharii II. regis.* 3) *Karolo Calvo atque Ludowico Germanico.* 4) *Graece: μάχαιρα.* 5) *V. supra p. 303 ann. 3.* 6) *Cf. ad ep. n. 33 p. 303 ann. 5.* 7) *Hod. 'Orte'.* 8) *Haec ad priorem Arsenii legationem pertinere censuit Lapôtre ['De Anastasio bibliothecario'] p. 90 n. 4; cf. Hincmari Ann. 865 p. 78 ed. Waitz:* ante hos annos. *[Adnotavit haec E. Dümmler b. m.]* 9) *Quantum haec commendatio Arsenii differat ab illa epistolae n. 33, manifestum est.*

865 in. NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO HLOTHARII REGIS ECCLESIAM DEI GUBERNANTIBUS[1].

Saepe, fratres carissimi, apostolatus nostri pro causa — si tamen causa dicenda[a] erit — regis Hlotharii, sed utinam regis, sollicitudinem cognovistis. Quippe et frequentia super hoc negotio scripta nostra vidistis et in fautoribus[2] ipsius tantum flagitium nos iam vindicasse manifestissime nostis. Sed pro dolor! nobis irremotis laboribus desudantibus vos, licet scripto nobiscum sentire tenereque profiteamini[3], utrum tamen laboretis necne iam apud virum fatum et si labor vester aliquid penes illum proficiat vel cuius culpa, si non proficit, impediatur, nihil nobis omnino significastis. Quamobrem datur intellegi huiusmodi taciturnitate ideo vos usos, quoniam quippiam utilitatis, quod intimare valeatis, penitus non habetis. Quapropter obsecro vos per adventum domini nostri Iesu Christi, ante cuius conspectum vel pro legitimis certaminibus coronam vel pro desidia, quod absit, poenam percipietis, ut tandem aliquando recogitetis ministerium, quod accepistis, proiciatis desidiam, pellatis a vobis servilem timorem[b], resumatis episcopalem libertatem, corripiatis speculatorum et pastorum officium et precando[4], obsecrando, suadendo, modo caduca huius mundi prospera[c] exponendo, modo in aeternum mansura gaudia praedicando iam nominatum regem frequentius adeatis et tam ex auctoritate Dei quam etiam ex nostri apostolatus iniuncta vobis praeceptione, quousque, si non oboedierit hanc, quam nunc habet is, adulteram mulierem[5] proiciens, finitivam permansoriamque demus super eam sententiam[6], et exhortari eum et admonere omni[d] torpore ac metu repulso curetis et segnitia vel taedio deposito, quibus actenus eratis depressi, hunc constanter arguere et decenter corripere studeatis, praenunciantes pariter et quae illi ventura sunt, immo iam imminent, videlicet quia[e] post nostram ac sanctae ecclesiae in ipsum prolatam manifestam sententiam nulla cum eo eritis communione potituri. Nam[7], ut e diverso colligitur, nostrae communionis cum moecha sibi sociata et fautoribus suis ipse iam dudum factus est exors; quod[8] in epistola et commonitorio, quod[f] Radoaldo tunc[9] episcopo[10] et Iohanni dederamus episcopo[11] legatione fungentibus in eundem ipsum Hlotharium[12], liquido poterit inveniri. Ergo, fratres, estote ut fortissimi milites,
cf. Joh. 10, 12. ut pervigiles pastores et venientem lupum a longe inspicite ac perituro imminentem gladium enuntiate. Eruite hunc virum, qui ducitur ad mortem, qui trahitur ad interi-
cf. Isai. 58, 1. tum, liberare ne cessetis. Clamate, quasi tuba exaltate voces vestras et annunciate
cf. Ez. 33, 9. illi scelera sua, quibus peccat et peccare facit Israel. Quodsi ille non audierit, ipse
cf. Ez. 33, 4. 9. iniquitate sua morietur; sanguis eius super caput eius erit, vos autem animas vestras liberastis[g]. Tantum ut memores semper illius sententiae sitis, quam vobis ex apostolo
2. Thess. 3, 14. memoriae commendandam nunc apostolatus noster diffloratam[h] annotat: 'Si quis', inquit, 'non oboedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate et non commisceamini cum eo.'

---

35. a) dictanda *B*. b) amorem *B*. c) prospere *B*. d) *corr. ras., in marg. al. manu* omnino *B*. e) qui *B*. f) *deest B (cf. p. 308 l. 27)*. g) *in marg. add. B*. h) *in marg.* defloratam *B*.

1) *De hac epistola cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 131. Quam sicut duas praecedentes et duas sequentes initio anni 865 scriptam esse — non, ut antea ipse post Jaffé-Ewald n. 2776 in 'Neues Archiv' XXXII, 146 dixi, exeunte anno 864 — nunc censeo; cf. supra p. 302 ann. 1.* 2) *Videlicet in Gunthario et Theutgaudo archiepiscopis.* 3) *In* litteris excusationis *(cf. Adventii epistolam supra p. 219 ep. n. 8), quas se accepisse Nicolaus iam in epistolis supra n. 30 et n. 31 dixit.* 4) *Similia habes in epistolis supra n. 30 (p. 298) et n. 32 (p. 301); cf. 'Neues Archiv' XXXII, 146 ann. 3.* 5) *Waldradam.* 6) *Excommunicata est Waldrada 2. Febr. 866.* 7) *De hoc loco conferas 'Neues Archiv' XXXII, 146 sqq.* 8) *Hic papa significare videtur epistolam supra n. 10, cum, quae dicit, in ep. n. 11 inveniri non possint, sicut l. l. p. 144 ann. 1 exposui. Cf. etiam Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 277 ann. 3.* 9) *Radoaldus ca. 1. Nov. 864 in synodo depositus et excommunicatus erat; cf. J.-E. post n. 2771.* 10) *Portuensi.* 11) *Ficoclensi.* 12) *Anno 863. Cf. supra p. 270 cum ann. 2, 3 et saepius in Nicolai epistolis.*

Porro haec[a] et cetera, quae huic paginae inseruimus, Arsenio[1] sanctissimo episcopo, 865 in.
apocrisiario et misso apostolicae sedis, consiliario nostro, vobiscum secundum voluntatem Dei exequenda commisimus, cui et benignitatem vestram monstrare et dignam reverentiam pro amore beati Petri apostoli, a cuius sede profectus est, exhibere satagite. Optamus fraternitatem seu sanctitatem vestram in Christo bene valere.

36.

Fragmentum litterarum Nicolai ad Lotharium regem, in quibus propter receptionem missorum sedis apostolicae indignatur. *865 in.*

Damus hoc fragmentum ex epistola supra p. 230 n. 14, ubi codicem et editiones eius habes. — Cf. J.-E. Reg. n. 2777.

Missos[2] autem nostros, fili, quomodo tractavisti aut quomodo in adventu ipsorum beati Petri reverentiam, a cuius sede profecti fuerant, prae oculis habuisti, quandoquidem priores[3] tuae favere intentioni diversis argumentis fecisti, ut iniunctae sibi legationis non executores, sed impugnatores inventi sint et non bene tractati sint[4], qui in praevaricationis barathrum sunt demersi[5].

37.

Nicolaus Lothario regi, vehementer eum arguens, finitivam sententiam iudiciumque gravissimum, quae hactenus dilectione fratris augustissimi retentus distulerit, denuntiat, nisi usque ad reditum Arsenii legati tanta flagitia emendaverit. *865 in.*

Cod. Trever. 1081 (LXXI) fol. 13'—14' (B).

Ed. Floss, Leonis P. VIII. privilegium de investituris (Friburgi Brisigavorum 1858), p. 30—33. — Cf. J.-E. Reg. n. 2778.

NICOLAUS[a] SERVUS SERVORUM DEI DILECTO HLOTHARIO[b] GLORIOSO REGI[6].

Quid dicam vel quid loquar, cum diutino tempore videam iuventutem tuam tanto facinore praegravari nullaque correctione subsequente salutis viam sectari, nimirum cf. Act. 16, 17.
qui baratri lapsus in ima[c] aethera non suspicis nec praecordia sursum adtollis eligisque pro dolor! in voluptatibus retorpere ceni quam intuitu pio miserationum Domini considerare profunda. O quam celsa te prosapia et Dei cultrix origo depromisit. Sed heu! quam foeda conversacio et probrosa vita petulanter[d] enervat. O quanto decore celitus comptus, sed quanto[e] dedecore pressus humi, o[f] hactenus ecce prosterneris. O quam pie summeque divinitus honoratus, sed quam saeve quamque praesumptuose[g] proprii iuris libertate dehonestatus et dehonoratus existis. Non hoc voluit Christus, non plane hoc voluit, cum pro te sanguinem fudit et[h] te[h] caro precio comparavit,

---

a) adhaec *B.*

37. a) Nikolaus *B.* b) Hlotario *B.* c) ema *B.* d) petulantem *Floss.* e) quando *B.* f) O *B.* g) *apte coniecit v. d. F. Schneider;* p̄sūmisse *B.* h) *emend. Floss;* ecce *B.*

1) *Cf. supra p. 303 ann. 5.* 2) *De hoc fragmento, quod exstat tantum in supra (p. 230 sqq.) edita epistola Lotharii regis ad Nicolaum (Mühlbacher Reg.² 1313 [1278]), cf. istas litteras. Fragmentum hic inserimus sequentes Jaffé-Ewald Reg. n. 2777, Hefele, 'Conciliengeschichte' IV², 296, Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 277, quamquam tempus eius non satis constare videtur.* 3) *Radoaldum et Iohannem.* — Posterior, *a Lothario memoratus supra p. 231 l. 34, Arsenius fuit; de quo quae continuerit praesens epistola, ignoramus.* 4) *V. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 66.* 5) *Cf. p. 306 ann. 9; de Iohanne Ficoclensi episcopo nihil certum invenimus, quando damnatus sit.* 6) *Cf. de hac epistola Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 131. Ann. Bertin. a. 865. ed. Waitz p. 76, qui eam laudant, Arsenium Karolo Calvo* uniformes sicuti Hludowico et Hlothario regibus epistolas *tradidisse enarrant. Cf. ibidem ann. 2, Dümmler, l. c. II², 131 ann. 4; Jaffé-Ewald Reg. n. 2779*.*

865 in. videlicet ut iterum venundareris[a] sub peccato et mancipium[b] efficereris diabolo. Sed ideo totum se neci tradidit, ut totum redimeret, ideo emit, ut solus possideat. Nec amittere te ergo debet nec cum alio frui. Totum igitur possideat, qui totum sibi creavit et recreavit et fecit, formavit, sicut praetulimus, caro precio comparavit. Quam-
cf. Isai. 46, 8. obrem redi ad cor, fili, et cogita creatorem[c] tuum, recognosce creatorem tuum, audi,
1. Cor. 6, 20. quid apostolus fidelibus clamet: 'Empti', inquiens, 'estis precio magno. Glorificate et
cf. 1. Thess. 4, 4. portate Deum in corpore vestro[d]' et sciendo vas suum, sicut idem alias dicit apostolus,
cf. 1. Cor. 3, 16. in sanctificatione et purificatione possidete[e], ut templum Dei efficiatur et Spiritus sanctus habitet in eo. Sed videamus post haec, quid egregius praedicator repente subiungat[f];
1. Cor. 3, 17. nam ait: 'Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.' O quam formidolosa sentencia, o quam tremenda condicio. Et quis est, qui violat templum Dei? Utique profanus, utique sacrilegus, qui peccando pellit a se patrem et filium, qui dixit de
Ioh. 14, 23. oboediente: Ego et pater 'veniemus et mansionem apud eum faciemus'. Quis est, qui violat templum Dei? Utique qui Spiritu sancto habitatore suo iniquitatem sectando
Sap. 1, 5. ex[g] se proiecto ipse vacuus inanisque remanet. 'Sanctus enim Spiritus', sicut scriptum est, 'disciplinae effugiet fictum et abstrahet[h] se a cogitacionibus, quae sunt sine intel-
Sap. 1, 4. lectu, nec habitabit in corpore subdito peccatis.' Revera quia, sicut ex apostoli sermone
1. Cor. 3, 17. supra meminimus, qui 'templum Dei violaverit, disperdet illum Deus'. En pater cum filio apud[i] te mansionem non facit. En Spiritus sanctus in tuo corpore subdito peccatis non habitat. En Dominum iam in corpore tuo non portas. En templum Dei, quod tu
1. Cor. 3, 17. eras, per omnia violasti. Superest, ut illud[k] etiam subsequatur, quod subditur: 'Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.' Sed hoc utinam coram oculis Dei iam et apud summi provisoris iudicium factum non habeatur. Quod tamen ne nos etiam coram hominibus monstraremus, apostolica moderacio ac desiderabilis[l] filii nostri germani tui[1] — corpore, non corde —, piissimi Augusti, dilectio revocavit. Et ut iam tibi scripsimus[2], ne in te finitivam iacularemus sententiam[3], amore illius actenus dilati sumus. Alias autem, sicut in commonitorio, quod Radoaldo dudum[4] episcopo[5] et Iohanni aeque[m] dedimus episcopo[6] quodque ipse apud Mettensium urbem vidisti, ex[n] diverso[n] colligi potest et[7] in epistola[o] eisdem tunc[p] transmissa legatis repperire non[q] nequis[q][8], iam factum est, quod, nisi resipiscas et antequam Arsenius venerabilis episcopus[9], apocrisiarius[r] et missus apostolicae sedis et fidelis consiliarius noster, quem te monendi gratia illas[s] in partes direximus, nobis rediens praesentatus extiterit, a tanto flagitio temet removens corrigas et prorsus emendes[t], coram tota et cum tota ecclesia luce clarius peremtorio Dei[u] iudicio[u] tota producta spicula patieris et procul dubio cunctis videntibus praecipitaberis. Unde quid prodest considera, si sententia differtur[v]? Quae tamen, nisi nobis oboedieris, ante penitus non aufertur[w]. Quanto[x] enim flagicium protelatur, tanto vindicta multiplicatur. Et eo extemplo[y] superveniet in te poena gravior, quo a te de die in diem fit scelus prolixius. Quam licet differas, minime tamen evades; expectacio enim nostra ex Dei profecto pendet arbitrio, cuius nos super hoc tuo negotio voluntatem sequimur et ipsius favente gratia quantum possumus imitamur.

---

a) *corr. ex* venunderis *B.* b) mancipuum *B.* c) craeatorem *B.* d) suo *B.* e) possidere *B.* f) *corr. ex* subiungit *B.* g) *emend. Floss;* et *B.* h) *corr.* abstraet *B.* i) aput *B.* k) illut *B.* l) dedesirabilis *B.* m) *coniec. Floss;* atque *B.* n) exdiversa *B.* o) eple *B.* p) trunc *B.* q) n̄ equis *B; emend. Floss.* r) apocrisianus *B.* s) illis *B.* t) emundes *B.* u) deiudicii *B.* v) diffetur *B.* w) *post* non aufertur *spatium 11 litterarum rasum; scriptum extitit:* Et ex eo extīplo *(vide l. 37) B.* x) Quanta *B.* y) extimplo *B.*

1) *Ludovici II. imperatoris.* 2) *Nescimus, ubi haec Lothario scripserit Nicolaus; fortasse in epistolis, quarum fragmenta sunt supra nn. 22 et 23.* 3) *De his et sequentibus cf.* '*Neues Archiv*' *XXXII, 143 sq.* 4) *V. supra p. 306 ann. 9.* 5) *Portuensi.* 6) *Ficoclensi.* 7) *Suppleas:* sicut. 8) *V. supra p. 306 ann. 8.* 9) *Ortensis. Cf. supra p. 303 ann. 5.*

A quo per apostolum suum, quod saepius replicandum est, tibi cotidie dicitur: 'An ignoras, quod patientia Dei ad poenitenciam te adducit? Tu autem secundum duriciam tuam et cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iuditii Dei, qui reddit[a] unicuique iuxta opera sua.' Deus omnipotens gloriam tuam ad sua cito praecepta convertens ad veram gloriam quandoque perducat. 865 c. April. 22. Rom. 2, 4—6.

38.

Nicolaus reprehendit Ludovicum et Karolum reges, quod episcopos ad synodum Romanam delegare praetermiserint. Quae in rebus Lotharii agunt partim indigne fert, partim probat. Addit quaedam de Arsenio legato et de Rothado episcopo Suessionensi. Ut in Coloniensi et in Cameracensi ecclesiis episcopi consecrentur, praecipit. Ad finem rogat, ut hanc epistolam non solito more conscriptam esse excusent; interiora eius tantum, non exteriora considerent. *865 c. April. 22.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 178—180 (B); Paris. lat. 1557 fol. 46 (C); Vallicell. C 15 fol. 185 (D); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 132; Sirmond, Conc. Gall. III, 270; Mansi, Conc. coll. XV, 290; Migne, Patr. lat. CXIX, 921. — Cf. J.-E. Reg. n. 2788 (2108).

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTISSIMIS FILIIS HLUDOWICO[1] ET KAROLO[2] GLORIOSISSIMIS REGIBUS[3].

Credimus ex Dei dono, filii karissimi, processisse, quod[b] unanimes effecti vos de corde puro et conscientia bona et fide non ficta iunxistis[4]. Unde fit, ut uno animo et uno ore per vos glorificetur Deus[c] et pater domini nostri Iesu Christi, et ad sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae regnique vestri decus coniunctio vestra proficiat et salutem. De epistolis autem nostris[5], quas suscipientes archiepiscopis et episcopis regnorum vestrorum, immo et Hlotharii regni pariter archiepiscopis et episcopis[6] secundum tenorem illarum dedistis, grates excellentiae[d] vestrae retulimus. Sed quia eos ad synodum nostram et pro angustia temporis et pro iniuria transitus occurrere non[e] valere[e] dixistis[7], merito dure tulimus, cum tanta temporis angustia non immineret, ut saltem de vobiscum conversantibus binos mittere nequivissetis, praecipue tu, fili mi[f] Karole rex, qui regnum tuum permaximo[g] spatio[g] longius quam fratris tui Hludowici[h] dilecti filii nostri gloriosi[i] regis ab hac sancta sede in occidentalibus partibus secus mare Oceanum disparari fateris. Non enim credibile potest existere, ut adeo longius disparetur regnum tuum, ut, sicut supra meminimus, cis[k] illius cor vel binos unius aut duarum metropoleon legatos omnium vices agentes dirigere non valuisses. Reprehensibile[8] denique valde esse constat, quod subintulisti dicendo maiorem partem episcoporum omnium[l] die noctuque cum aliis fidelibus tuis contra piratas[m] maritimos[9] invigilare, ob idque episcopi inpediuntur[n] venire, cum militibus[o] Christi sit Christo servire, militibus[o] vero saeculi saeculo, sicut scriptum est: 'Nemo militans Deo implicat se 2. Tim. 2, 4.

cf. Isai. 66, 5.

---

a) *corr. ex* reddet *B.*

38. a) Nicolaus *C, D.* b) per *D.* c) Dominus *D.* d) excelencię *C.* e) *m. corr. ss. B.* f) *om. D.* g) *contraxi* per maximo *(B, C)*; per maximum spatium *D.* h) Hludouuico *C; add.* gloriosissimi *D.* i) *om. D.* k) scis *D.* l) hominum *B, C; in marg. corr. D.* m) pyratas *C.* n) *corr., ut videtur, ead. m. ss. ex* interpretantur *B;* impediantur *C, D.* o) *al. m. corr.* militum *D.*

1) *Germanico.* 2) *Qui dicitur Calvus.* 3) *Cf. de hac epistola Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 115 sq. 129 sq.; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 270. 274 sqq.; 'Neues Archiv' XXXII, 135—143.* 4) *V. Pactum Tusiacense (865 Febr. 19), MG. Capit. II, 165.* 5) *Pro synodo Romae celebranda; quae omnes sunt deperditae praeter unam supra editam Adoni directam (ep. n. 32 p. 300 sq.), quam his de rebus conferas.* 6) *Haec confirmantur epistola Adventii Mettensis episcopi supra p. 224 edita.* 7) *Epistola regum non exstat.* 8) *Cf. Decr. Grat. c. 19 C. 23 q. 8.* 9) *Scil. Normannos. Cf. W. Vogel, 'Die Normannen und das fränkische Reich (Heidelberg' 1906), p. 210.*

865 c. April. 22. negotiis secularibus[a]'. Quodsi saeculi milites saeculari militiae student, quid ad episcopos et milites Christi, nisi ut vacent orationi? Sperabamus te, fili karissime, in talia non prorumpere, qui Deo gratias clarus in cunctis haberis. Aditus autem veniendi ad tantum negotium antistitibus illis denegari non debuit et, si forte denegari[b] vellet[b], quoquomodo, si monitis nostris parere delegissent[c], aditus illis et[d] transitus patefieret. Si[e] venissent collectis operariis, hoc utique ne fieret, melius corrigeremus[e], quia illis inde et nobis hinc Deus[f] in conventu nostro melius tribuerat[g], ut et nostris et vestris deinceps aditus denegari non posset. Nam nec de nostris melius dicere possumus nec peius de vestris, quia quid nobis impediat longum est enarrare. Quodsi intercapedine temporis ad[h] clusas[h] pro Deo aliquid tolerassent, lucrum pro temptationibus et laboribus a Domino magnum reciperent. Sed quia occasione transitus suffugiunt, nos licet coacti adhuc heu! gravamina sustinebimus: vos tamen videbitis.

Sed intelligi datur eos monitis nostris non velle parere propter illud, quod in litteris vestris subditur. Dicunt enim[i] post aliquanta, ut episcopos de regnis vestris ad synodum Romam mittendi necessitas[k] non postulet. Unde si vos fortasse aliter dicitis, nos illud
cf. 1. Macc. 1, 10. dicimus, quod divinitus revelatur, quia, cum novitatum mala multiplicari videamus, si ex diversis provinciis fratres in invicem convenissent iuxta priscum morem, et nos consensu illorum revelante Domino quae decernenda sunt decerneremus[l] et ipsi necessitates suas referentes et nos nostras exponentes quae decreta fuissent melius in omnium notitiam facerent pervenire, qui semper synodalem conventum a nobis aggregari petierunt[1]; sicque[m] fieret, ut secundum qualitatem morbi medicina conficeretur et ad sananda vulnera
Prov. 11, 14. longe lateque effunderetur. Salomon quidem verbis nostris consentit, cum dicat: 'Salus, ubi multa consilia.' An nescitis nonnullos[n] ex nonnullis provinciis praesules ita fecisse? Quod facilius scire potestis, si vultis; licet vos, si vultis, minime lateat. Denique tam prudentes[o] tamque praecipuos et praeclaros ac quos Deus in caritate vera[p] coniunxit viros reprehendere nolumus, quin potius ut dilectissimos filios paterno more[q] excolimus et, ut[r] in unitate fidei permaneatis, cunctipotentis clementiam exoramus. Quodsi[s] ex confratribus nostris episcopis talia nobis misissent, habueramus, qualiter illos reprehendere et redarguere deberemus, excepto si regalem magnitudinem vestram sibi impedire dixissent, in vobis[t] hoc pendere[u] et[u] corrigi debere videretur. Ecce episcopis regnorum vestrorum impedimentum praeparatur, ne veniant; Hlotharii autem episcopis, qui frater istius[2] est, quid[v] obsistit, nisi quia de vestris sumunt[w] occasionem et sicut vestri ita et illius neglegentes apparent? Nam inter cetera plurimum nunc in causa eiusdem Hlotharii, de quo subinferemus, profuerat[x], si venissent, quia auditis decretis et institutis lucidius cuncta referrent, ita ut[y] nubilum aliquid minime remaneret. Fortasse etenim haec illorum dilatio et absentia magis offuit in eius emendatione quam obstinatio, quia, si absentia et dilatio non esset, obstinatio utique iam saltem coacta cessaret.

Sed his omissis ad vestra consulta stilum nostrum reflectamus. Dicitis enim vos praefatum[z] commonuisse Hlotharium, sicut in commonitorio[a] nobis a vobis directo legere[b] praevaluissemus, et eundem saepe vobis mandasse asseveratis, quod Romam pergere velit[c] et per nostram dispositionem de causa sui coniugii facere. Sed heu[d]!

---

a) -bu- *ss. ead. m. B.* b) denegare vellent *D.* c) delegisse *C.* d) *ss. m. corr. B.* e) si — corrigeremus *suprascr. al. m.;* melius corrigeremus *iam in textu D.* f) Dominus *D.* g) tribueret *D.* h) adclusas *C;* ad clausas *D.* i) *deest D.* k) -s *in fine ss. ead. m. B.* l) decernemus *D.* m) sique *C.* n) nonnollos *C.* o) *corr. ss. ead. m. ex* prudens *B.* p) *corr.* nostra *in marg. pro* vestra *D.* q) *corr. pro* amore *in marg. D.* r) *deest D.* s) *suprascr. al. m.* qui *B.* t) *corr. in marg. pro* nobis *D.* u) *desunt D.* v) quod *D.* w) sumant *C, D.* x) profuerant *D.* y) uti *C, D.* z) praedictum *D.* a) commonito *B, C.* b) legem *D.* c) *corr. in* velitis *D.* d) his *D.*

1) *Cf.* 'Neues Archiv' *XXXII, 141 ann. 5; v. etiam infra ep. n. 57.* 2) *Ludowici II. imperatoris. Cf. Dümmler, l. c. II², 116 ann. 3.*

dictis opus non accommodastis[a], quia saepius de directione commonitorii mentione facta idem commonitorium abfuit et nobis frustratis nequaquam comparuit. Quod si habuissemus, certamen vestrum super his cognosceremus, sed, cum illud defuerit, nescimus, si labor vester fructuosus fuit. Ipse quidem Hlotharius nobis vel[b] duabus[b] vicibus[c] per imperiales legatos[1] mandavit, quod Romam vellet venire[2]. Cui interdiximus et omnino interdicimus, ut iter talis, qualis nunc est, non arripiat, eo quod sancta Romana ecclesia talem respuat et contempnat et in hoc perseveret, quod[d] late[d] in toto diffusum est orbe. Nam verso diu lumine per apices vestros anhelando[e] praestolabamur locum attingere, qui nos vel verbo aliquo modo opis annueret, quo possemus aliquam laetitiam resumere[f]. Sed perscrutatis omnibus ac ad calcem usque relectis[g] post lectionem ipsa, quae inerat, laetitia abscessit, et nos dolor continuus ilico possedit, quia in cunctis sumus frustrati et, quod non optabamus, derelicti. Verumtamen quoniam circa missam sancti Iohannis[3], de quo diximus, Hlotharium dispositum[h] habetis denuo commonere, non moleste tulimus. Forsan omnipotens Deus cor eius ad sibi placita inclinare dignabitur et de praevaricatore tandem faciet convertendo dilectum. Si autem subdole Theutbergam, ut eam perdat, velle repetere dicitur, si ipsa tales elegerit, per quos sibi securitas certissima fiat, ecce bene; sin autem, idem Hlotharius praebeat sacramentum, quo polliceatur eam digno matrimonio retinere[i] et ut uxorem legittimam decenter venerari et colere ac deinceps incolumen conservare. De poenitentia autem eius nostro iudicio reservantes statuimus, ut, si praedictae Theutbergae captiose aliqua alia[k] crimina[k], postquam eam a se repulit[l], obicere voluerit, hoc expurgetur sacramento, si ita necessitas compulerit. Quodsi innupta manere decreverit et viro suo reconciliari noluerit, sancimus, ut cogatur in amplexus uxoreos redire, quia utriusque se[m] separandi non fuit voluntas. Nam si utrique in divortio consenserint et Hlotharius iam omnino[n] copulam concubitus non repetierit[o], hoc fieri non prohibemus: quia Dominus de dimittenda uxore causam tantum fornicationis excepit. Igitur si Hlotharius, quem actenus converti praestolati sumus et vindictam in eum, ne sanguis effunderetur et ne bella excitarentur, propalare distulimus[4], cornu extulerit et nostris vestrisque monitis oboedire neglexerit, de[p] cetero[p] talis habendus est, qualem[q] illum[r] per epistolam[5] nostram Radoaldo[s] dudum episcopo[6] et Iohanni episcopo[7] missam nos habere iam cognovistis.

865 c. April. 22.

cf. 3. Reg. 8, 58.

cf. Matth. 5, 32.

Sed, filii dilectissimi et singulariter a nobis diligendi, ecce Arsenium venerabilem episcopum[8] ad hoc vobiscum pertractandum et monitionibus corrigendum cum apostolicis epistolis[9] illuc destinavimus. Quarum[t] exemplaria, ne authenticae istorum aut interceptae aut aquis[u] fortasse dehonestatae aut perditae aut etiam, propter quod vobis dubietas credendi generaretur, pro libitu aliter habitae fuissent, magnitudini vestrae per hunc gerulum transmisimus. Tunc si autenticas ita se habere reppereritis[v], assensus vester[w] eidem Arsenio praebeatur; sin autem, excepto de Rothado[10] et Albuino[11] illi vos credere non oportet. Et quicquid illis in partibus actum fuerit, sub[x] gestorum[x] insinua-

---

a) accommodatis *D.* b) *corr. ss. pro* ut vobis *m. corr. B;* ut vobis *C, D.* c) *deest D.* d) collate *C.* e) anhelandi *D.* f) praesummere *C;* presumere *D.* g) *corr. ex* relictis *B, C;* relictis *D.* h) depositum *D.* i) *corr. pro* recipere *in marg. D.* k) crimina alia *D.* l) *corr. ex* reppulit *B;* reppulit *C.* m) *om. D.* n) ab hac hora; ab hac *ss. ead. m. B;* omnino *deest B.* o) repetigerit *C.* p) *corr. al. m. ss. ex* decreto *B.* q) *corr. ex* quale *ss. ead. m. B;* quale *D.* r) *corr. ex* illo *ead. m. B.* s) Radualdo *C, D.* t) *corr. ex* quorum *m. corr. B.* u) a quibus *Edd.; num* a quibuslibet (quibusdam) *corrigendum est?* v) *corr. ex* reppereretis *ead. m. B;* reperitis *D.* w) cum *m. corr. B.* x) suggestorum *B.*

1) *Cf. Dümmler, l. c. II², 128 sqq.; v. Sdralek, 'De Nicolai codicibus' p. 34 sq.* 2) *Cf. etiam infra ep. n. 51 et epistolam Lotharii supra p. 231.* 3) *Id est die 24. mens. Iunii.* 4) *Cf. 'Neues Archiv' XXXII, 144.* 5) *Cf. supra n. 10 (p. 276) et epp. n. 35 (p. 306), n. 37 (p. 308).* 6) *Portuensi.* 7) *Ficoclensi.* 8) *Ortensem. V. p. 303 ann. 5.* 9) *Cf. supra epp. nn. 33—37.* 10) *Suessionensi episcopo (ca. 832—ca. 869).* 11) *Comite; cf. MG. Epist. V, 532. Dümmler, l. c. II², 103.*

865 Iun. 9. tione nobis, antequam illud per alios cognoscamus[a], optime munitum, ut melius laborare possimus, dirigere petimus nequaquam omittite. Sunt[b] et alia quam plurima, quae vobis nos mandare valide oportuerat, sed quia tam clarissimis et prudentissimis pauca sufficiunt, et hic gerulus nobis erat incognitus atque hoc eum latebat, praeter haec scribere desiimus[c]. Porro de ecclesia Colonensi[1], de qua nos consuluistis[d], decernimus, ut ibi consecretur antistes. De Camaracensi[2] vero quod statutum habemus volumus observari, videlicet ut, si ibi electio canonica fuerit, consecrari debeat in ea episcopus[3]. Ad extremum, quod silere non possumus, quin[e] immo super dictis vestris obstupescimus, de Suessonica[4] scilicet ecclesia, de qua, fili mi Karole, quod loquimini, per os[f] alterius[5] loquimini, quam[g] etiam[g] per triginta circiter annos ab infructuosa ficulnea Rothado inutiliter occupatam excepto solo[h] nomine pastorali dicitis vacasse sollicitudine: miramur cur[i] tantus rex suasoriis verbis cedit et non magis nos, qualiter de Rothado oboediat, laetificare[k] procurat. Desine ergo, fili, et deceptoria verba pelle e[l] corde incipeque monitis[m] nostris[m] parere, ut excellentissima gloria vestra cum exultatione
cf. Ps. 128, 7. fructificet et cum gaudio manipulos colligat. Tamen qualiter de illo sublimitatem vestram oporteat facere, aliis[6] litteris nostris liquidius cognoscere valebitis. Quibus cognitis credimus, ut quod petimus obtineamus[n] et quod decrevimus ratum coram Dei[o] oculis[o] et coram vobis esse videatur. Apud nos namque idem Rothadus fructuosa ficulnea manet; tamen post renovatum iudicium eius, si fructuosa est[p] an[qr] infructuosa[qs], patenter declarabitur habitis omnibus secundum quod de illo statuimus.

Hanc autem epistolam ideo more solito scribi non fecimus, quia et legatus vester sustinere non poterat et ob festa Paschalia[t7] scriniarios nostros, eo quod debitis vacabant occupationibus, habere ut debuimus non valuimus[8]. Rogamus praeterea et expresse vos adiuramus, ut quae superius exarata sunt non simplicitate sermonis, sed ex quanta mestitia et compunctione processerint[u], interiori oculo, non exteriori tantum adtendatis et omnes necessitates nostras[v] in his consideretis, dolore patris miserabiliter[w] moti ut filii karissimi. Divina[x] maiestas[y] ad exaltationem sanctae suae ecclesiae vos conservet incolumes.

39.

Nicolaus Adoni Viennensi archiepiscopo respondet, cur synodus Romana habita non fuerit. Arsenium commendat. Famam de restitutione Guntharii et Theutgaudi stultam esse exponit. Adoni obicit ridiculum esse, quod gerulum epistolae 'presbyterum Gerardi comitis' titulaverit. *865 Iun. 9.*

Cod. Vatic. Reg. lat. 566 fol. 60'—61 (B).

Edd. Labbe, Concilia VIII, 565 (1671); Mansi, Conc. coll. XV, 450; Migne, Patr. lat. CXIX, 917. — Cf. J.-E. Reg. n. 2790 (2106).

---

a) agnoscamus *C.* b) Sed *D.* c) *in marg. corr.* desiuimus *pro* desumus *D.* d) contulistis *D.* e) cum *D.* f) *corr. ex* hos *ras. B.* g) quia est *D.* h) sole *C.* i) quur *B.* k) *om. D.* l) a *C, D.* m) nostris monitis *D.* n) obtineat *B.* o) oculis dei *D.* p) *deest C.* q) *desunt D.* r) *corr. ead. m. ex* in *C.* s) est *add. hic C.* t) pascalia *C.* u) *corr. al. m. ex* processisse *B;* processise *C,* processisse *D.* v) *suprascr. m. corr. B.* w) mirabiliter *C, D.* x) *ras. inter* di *et* uina *B.* y) *corr. ex* magestas *B.*

1) *Cf. supra ep. n. 23 (p. 288). Parisot, l. c. p. 282 sq.* 2) *Hod. 'Cambrai'. V. supra epp. nn. 13—15.* 3) *Cf. Imbart de la Tour, 'Les élections épiscopales dans l'église de France' p. 137.* 4) *Hod. 'Soissons'.* 5) *Hincmari Remensis; cf. Schrörs, 'Hinkmar' p. 268 ann. 114.* 6) *Cf. infra ep. n. 69.* 7) *Anno 865. die 22. mens. April.; ex quo tempus huius epistolae elucet.* 8) *Ad hunc locum adnotavit v. b. m. E. Dümmler sua manu: Hanc epistolam non a dictatore ordinario, Anastasio, compositam esse recte adnotavit Lapôtre ['De Anastasio bibliothecario'] (p. 123—125), unde Arsenius episcopus hic non ut aliis locis laudibus extollatur.*

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADONI ARCHIEPISCOPO VIENNENSI[1]. 863 Iun. 9.

Miraris, frater, cur synhodum dispositam[2] non celebraverimus, cum in ea inter cetera, quae nunc incongruum et longum est narrare, de negotiis, quae apud vos geruntur, Deo auctore praecipue ventilare ac una vobiscum, tecum scilicet et ceteris fratribus nostris, decernere proposuerimus et vos, per quos res illarum regionum, quae vobis magis pro[a] vicinitate quam nobis notae consistunt[b], liquidius et suffitientius agnoscere sperabamus et rursus quicquid Deo revelante statuendum erat illis arbitrabamur partibus innotescendum, defueritis; praesertim cum vobis et omnibus pene[c] ultra Alpes exsistentibus ecclesiarum Dei praesulibus ad synhodum Romae celebrandam et ad hanc se convocandos fuerimus frequentius provocati[3] et pro his, quae illicine[d] perperam aguntur, potissimum exsistamus salubriter agitati. Alias autem misimus Arsenium venerabilem episcopum[4], apocrysiarium et missum apostolicae sedis et consiliarium nostrum, Galliarum et Germaniae partibus de negotiis instantis temporis quaedam vobiscum rimaturum ac inventurum et ideo non putavimus vos debere deesse illis regionibus, quamdiu ipsum illicine demorari constaret. Unde bene faciet[e] beatitudo tua, si illi adhaeserit et in his, quae ex nostra delegatione agenda sunt, eius laboribus fraterne communicaverit. Asserit[5] autem sanctitas tua, quod fama ubique spargatur Teutgaudum[6] et Guntarium[7] dudum episcopos per nos pristino gradui restitutos; quod qualiter agi poterat, dum scelus[f], tam[f] quod rex Hlotharius[g] in repulsione Theutbergae reginae et admissione[h] scorti[8] commisit, quam quod Ingiltrudis[9] apostatrix et adultera perpetravit, adhuc vigeat, cuius fautores fuere, nescimus, si ipse aliquatinus animadvertis: praecipue in Guntario, qui contra sacros canones decreta nostra postponens ministerium sibi vetitum iuxta praecedentem consuetudinem contingere ausus est[10]. Quamvis ergo hinc nil usque adhuc in corde nostro teneatur, tamen si de restituendo quoquam eorum aliquid egissemus, consequenter sicut de casu[11], ita quoque omnibus vobis de restitutione scribere curaremus.

Illud[12] autem, frater carissime, ridiculose sonuit, quod apicum tuorum gerulum nobis commendans hunc presbyterum Gerardi inlustris comitis[i 13] esse perhibueris. Vere quid hoc scribens prudentia tua dicere voluerit vel quid super huiuscemodi verbo intellexeris, nos, fateor, ignoramus. Numquid Gerardus comes illum presbyterum consecravit, numquid de ipsius est diocesi? Ubi hoc legisti, ubi hoc didicisti, nisi quia presbyteri non specialiter ecclesiae civitatis[k] aut ecclesiae possessionis[l] aut martirii aut monasterii secundum sacras regulas ordinantur, sed in domibus laycorum constituuntur et cum secularibus adeo conversantur, ut non iam Dei, non ecclesiae cuiuslibet, sed illius comitis atque illius ducis esse dicantur?[14] Ita ut impletum sit, quod per prophetam

39. a) prę *B.* b) *corr. ex* consistent *B.* c) poene *B.* d) illicite *Edit.* e) fatiet *B.* f) scelestam *corr. ex* scelestem *B.* g) lottharius *B.* h) a̅missione *B.* i) commitis *hic et infra B.* k) cuiatis *B.* l) posessionis *B.*

1) *De hac epistola cf.* 'Neues Archiv' *XXXII, 136. 142 sq.* 2) *In diem 19. mens. Mai. 865.* 3) *Cf.* 'Neues Archiv' *XXXII, 141 ann. 5.* 4) *Ortensem. V. supra p. 303 ann. 5.* 5) *Cf. de his* Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' *II², 140.* 6) *Trevirensem.* 7) *Coloniensem.* 8) *Waldradae scilicet.* 9) *Cf. supra p. 225 epist. Arsenii; supra ep. n. 18 c. IV (p. 286).* 10) *Cf. supra ep. n. 26 (p. 291); ep. n. 18 c. II cum ann. 9 (p. 285).* 11) *V. epistolas supra nn. 18—21.* 12) *Dehinc finis huius epistolae exstat etiam in Hugonis Flaviniac. Chronic. l. I, MG. SS. VIII, 354. Cf.* Dümmler, *l. c. II², 215.* 13) *Provinciae; cuius eo tempore saepius mentio fit, cf. Analecta iur. pontif. X, 87. V. etiam J.-E. Reg. nn. 2830*. 2831. — Analecta X, 131 ad hunc locum adnotant: Vide Agobardum conquerentem, quod pene nullus inveniatur laicus* quantulumcumque proficiens ad honorem et gloriam temporalem, qui non domesticum habeat sacerdotem, non cui oboediat, sed a quo incessanter exigat licitam simul atque inlicitam oboedientiam *(MG. Epist. V, 203; v. etiam U. Stutz,* 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens' *I, 237 sqq.).* 14) *Cf. Stutz, l. l. I, 295 ann. 50. — Cf. econtra conc. Roman. a. 826 c. 21 (MG. Conc. II, 576). Stutz, l. l. I, 259 sqq.*

865 dicitur: 'Et erit sicut populus sic sacerdos.' Quod fortasse unum est eorum, quae, cum
Osee 4, 9. in nomine Domini convenerimus unanimiter in id ipsum, oportebit decentius emendari et tamquam venenatum elleborum amputari. Optamus fraternitatem vestram in Christo bene valere.

Data V. Idus Iunias indictione XIII.

40.

Fragmentum epistolae Nicolai ad Bernardum, filium Bernardi comitis, quem propter depraedationem populi Christiani et propter numerosa mala in regno Karoli perpetrata corripit. *865.*

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 171' (B).

Edd. Baluze, Miscellan. (ed. Mansi 1761) I, 402; Mansi, Conc. coll. XV, 458; Migne, Patr. lat. CXIX, 964. — Cf. J.-E. Reg. n. 2799 (2113).

BERNARDO[1] ILLUSTRI VIRO FILIO QUONDAM BERNARDI GLORIOSI COMITIS[2].

Curae, quam[3] pro cunctis Dei ecclesiis circumducimus, offitium nos cogit pro universorum Christianorum salute fore sollicitos. Quamobrem et de te quoque providentiam agentes audimus, quod non optabamus, te ita contra Deum efferri, ut Christianum populum depraedans in regno filii nostri gloriosi[a] Karoli[a 4] regis numerosa mala exerceas, adeo . . .

41.

Nicolaus Karolo rege consulente Hincmaro scribit, quid agendum sit de eis, qui communicent cum communicatoribus Ingiltrudis feminae saepe damnatae. *865 ex.*

Cod. Berolin. fol. 197 (Collectio trium partium inedita n. 34) fol. 85 (B). — Cf. Ivonis Carn. Decr. XIV c. 46, pan. V c. 106; Decr. Grat. c. 102 C. 11 q. 3.

Edd. Labbe, Concilia VIII, 504 (1671); Mansi, Conc. coll. XV, 389; Migne, Patr. lat. CXIX, 1135.— Cf. J.-E. Reg. n. 2800 (2171).

NICOLAUS[a] HINCMARO REMORUM ARCHIEPISCOPO[a].

Excellentissimus[5] rex Karolus[6] apostolatum nostrum consuluit, quid agendum sit de his, qui communicant cum his, qui cum Ingeltrude saepe dampnata communicant femina, quoniam eam cum communicatoribus suis et fautoribus pari vinculo anathematis[b] retineri constat astrictam[7]. Quapropter nunc beatitudini tuae iniungimus, ut super hoc nostra auctoritate freta curam de his sumere studeat. Et quia docta divinitus sanctitas tua valde novit[8] aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia atque aliud, quod studio delinquitur, istudque posterius duobus prioribus strictius esse puniendum, idcirco[c] sollerter invigilet et cauta discretione singulorum modos diiudicet, quatinus hi[d], qui ex necessitate vel ignorantia delinquunt[e], auctoritate nostra per te absolvantur, si tamen ipsa eorum ignorantia vel necessitas vera et non simulata vel non ex voluntate processerit, quia, ut bene nosti[8], sunt plerique, qui possunt quidem, sed nolunt recta nosse.

---

40. a) *corr. pro* Karoli gloriosi *B.*

41. a) *desunt B. Lemma:* XXXIIII. Idem eidem. De his, qui cum excommunicatis necessitate vel ignorantia vel studio communicant. *B.* b) anathemate *B.* c) iccirco *B.* d) hii *B.* e) delinqunt *B.*

1) *Cf. de eo Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 106 sq. cum ann. 4; Ann. Bertin. a. 864 p. 72 sq. ed. Waitz.* 2) *Marchiae Hispanicae, ducis Septimaniae, qui a. 844. a Karolo Calvo occisus est; cf. Ann. Bertin. a. 868 p. 97 ann. 1.* 3) *Cf. persimile initium ep. infra n. 43 (p. 317).* 4) *Scil. Calvi.* 5) *De hac epistola eiusque tempore cf. Analecta iur. pontif. X, 133. Sdralek, De Nicolai codicibus p. 26 ann. 1. V. etiam supra p. 225 epistolam Arsenii de excommunicatione Ingiltrudis, Ann. Bertin. a. 865 p. 78 ed. Waitz, J.-E. Reg. n. 2794*.* 6) *Qui dicitur Calvus.* 7) *Cf. supra ep. n. 18 cap. IV (p. 286).* 8) *Unde quae sequuntur sumpta sint, non invenimus.*

Unde psalmista de huiusmodi: 'Noluit', inquit, 'intelligere, ut bene ageret'. Illos autem, qui studio suo obligantur et contemptu interdicta nostra postponunt, non nisi digna satisfactione praeveniente volumus a te prorsus absolvi. 865 Iun. 13. Ps. 35, 4.

42.

Nicolaus archiepiscopis et episcopis per Italiam, Germaniam, Neustriam et Gallias constitutis denuo scribit de excommunicatione Waldradae, die 2. mens. Februarii promulgata. *866 Iun. 13.*

Cod. Vallicell. I 76 fol. 1'—3 (B).

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 866 n. 25—28; Sirmond, Conc. Gall. III, 277; Mansi, Conc. coll. XV, 380; Migne, Patr. lat. CXIX, 971. — Cf. J.-E. Reg. n. 2808 (2119).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS PER ITALIAM, GERMANIAM, NEUSTRIAM[a] ET GALLIAS CONSTITUTIS[1].

Decreveramus quidem circa Waldradam moecham et pertinaciter in inpoenitentia permanentem vindictae modum minus districte quam misericorditer temperare et iuxta quod merebatur non ita pro tanto scelere sententiam in eam iustae punitionis proferre, nisi obstinato animo perenniter in moechiae volutabro permanere proposuisset et nullis sacris monitis, nullis nostris seu vestris tam crebris exhortationibus se paratam exhibere[b]. Quia tamen non sua voluntate factum sit, Deo, qui cor considerat, et fidelibus eius per omnia manet certissimum, cum sua sponte hactenus, si potuisset, immo perpetuo in tanto flagitio permansisset, nisi nostra super hoc abolendo fuisset cum virtute summi opificis[c] incessabilis diligentia, et socii eius[2] pro nefas scilicet secum admittentis[d] quomodocumque inclinatior extitisset oboedientia. Patet profecto ita esse quae dicimus, cum hactenus culpam suam necdum cognoverit nec confessa sit, iuxta quod scriptum est: Dic tu iniquitates tuas, ut iustificeris, nec missa nobis, qui causam ipsius exequendam coepimus, lamentationum legatione veniam postulaverit praemissoque[e] poenitentiae remedio congruam meruerit indulgentiam, Salomone dicente: 'Qui celat delicta, non dirigetur; qui autem confessus fuerit et dimiserit ea, misericordiam consequetur.' Postremo cum recto itinere nos illi fuerat adeundum et sedis beati Petri suffragia requirenda, quatenus iuxta quod statutum fuerat nos de eius negotio Deo placita consideratione diffiniremus, postea[3] retro est[f] conversa post Satanam et in provinciam, ut principaretur in ea, iter reflexit; licet industria legati nostri[4] ad Italiam denuo revocata sit et, quasi nihil fuerit operata, unde in Christi sit ecclesia non modicum scandalum generatum, gloriam mundi sectatur reique publicae dominatur ac, quod est gravius, etiam piis locis atque religiosis personis praeesse dinoscitur[5] et a Theutbergae reginae coepta interitus meditatione, sicut nonnulli testantur, minime cessat, dum ea nimirum loca repetere affectat, in quibus facilis ipsius ad regem Hlotharium et eiusdem regis ad eam[g] esse possit accessus. Et, ut breviter cuncta complectar, de die in diem, qualiter ad pristinas voluptates redeat, variis argumentis exquirit.

cf. 1. Reg. 16, 7. cf. Isai. 43, 25. 26. Prov. 28, 13. cf. 1. Tim. 5, 15.

---

42. a) Nustriam; *in marg.* Niustriam uł Neustriam *B.* b) *corr. in marg. pro* existere *B.* c) *corr. ex* Pontificis *B.* d) amittentis *B.* e) praemisso quae; *in marg.* quod *B.* f) *ss. post. add. B.* g) eum *B.*

1) *Cf. excerptum, quod praebet ex hac epistola Reginonis Chronic. a. 866 ed. Kurze p. 87 sq.*, cuius sensum quam verborum seriem causa brevitatis potius ponere *ei* placuit. 2) *Scil. Lotharii II. regis.* 3) *V. etiam de his infra epp. nn. 47, 51 (p. 326); cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 136. 138; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 285 sq. 292.* 4) *Arsenii.* 5) *Cf. Vitam s. Deicoli c. 13:* [Lotharius], quia in palatio cum illa versari nequivit, abbatiam sancti Deicoli illi tradidit atque infernali dote ditavit *(MG. SS. XV, 678).*

866 Iun. 13. cf. Rom. 2, 5. Verumtamen, ut cum egregio apostolo summatim dicamus, quod contra eam contraque eius similes saepius replicandum est, quia secundum duritiam suam et cor inpoenitens thesaurizat sibi iram in die irae: idcirco nos eam, quousque de factis suis ecclesiae Christi nobisque praecipue, qui eius principaliter curam gerimus quique causam ipsius exequi ac investigare coepimus, satisfecerit, donec etiam omnem a se sinistram suspicionem consilium[a] nostrum suscipiens adimat, a[b] pretiosi corporis et sanguinis Domini perceptione atque ab omnimodo sanctae ecclesiae consortio sancti Spiritus beatorum apostolorum Petri et Pauli iudicio et nostrae mediocritatis auctoritate fecimus prorsus cum universis complicibus et communicatoribus fautoribusque suis[c] extorrem[1]. Hanc autem sententiam quarto Nonas Februarias[2] a nobis promulgatam meminimus eamque[d] scripto vobis destinavimus[3]. Sed quia ignoramus, utrum ad vestram notitiam pervenerit, idcirco reverentiae vestrae iterato illam pandere procuravimus. Nam dum adhuc negotium pendeat et coeptum bonum perfectionem non habeat, immo[e] dum[e] diversis indiciis detur intelligi, quod anhelitus pravorum ad[f] priora[f] nequitiae semper intendat, procurare magnopere necesse est, ne novissimus error nobis torpentibus peior priore succedat. Siquidem et frustra speculatores dicimur, si venientem lupum a longe non cernimus. Frustra enim episcopi, id est superinspectores, vocamur, si futurum exitum per antecedentia signa minime contemplamur, praecipue cum[g] iam quod videmus experti simus et futurarum certitudinem praeteritarum gignat exhibitio rerum. Unde saltem de Theutbergae reginae illatis cotidianis insidiis vestra caritas doleat et etiam[h] cum[h] dominici corporis membro totius mentis affectu compatiatur; et ne labor noster inanis constituatur, spiritalia nobiscum vestra fraternitas adversus iam fatam moecham[4] et communicatores eius arma sustollat et in parochia sua, ubi plebem dominicam gubernat vel ubi eam fore contigerit, excommunicatam hanc[i] fautores suos viva voce subsistere[k], donec nostro speciali iudicio dignae se poenitentiae submittat, publice ac[l] audacter asseveret. Porro si cuiusquam fortassis adinventionis intentionisque fuerit dicere, quod non solum illa mulier, sed et Hlotharius rex in hoc deliquisset ideoque simili poenitentia deberet artari[5], utrum instruendo se an exprobrando nobis talia loquatur, licet nulli iactanter[m] haec proferenti nobis necesse sit respondere: congruit tamen, ut a cuius auctoritate sanctio ista digreditur, in eius praerogativae affluentia, quisquis ille est, huius rei solutionem quaerat, eo quod auctoritas apostolica, ad quam universarum cura confluit ecclesiarum, idonea quibus omnibus consulat moderamina satis habeat, per quae et indoctos quosque disciplina salutis instruat et exprobratoribus dispensatorie modum dignae discretionis imponat.

Interim vero, quisquis vestrum huius sanctionis epistolam susceperit, ad ceteros episcopos metropolitanos destinare summopere studeat et exemplaria eius per vicinas regiones dispergat et talem se in omnibus his exhibeat, ut alterius zelo Phinees[n] iram Domini mitigantis non in defensione scorti, sed in ultione stupri se fervere cunctis ostendat. Optamus fraternitatem vestram in Christo nunc et semper bene valere.

cf. Num. 25, 7.

Data Idibus[o] Iuniis[o] indictione XIV.

---

42. a) concilium *B.* b) ac *B.* c) prorsus *hic del. B.* d) eumque *B.* e) in modum *B.* f) *in marg. add. m. corr. B.* g) *supra lin. post. add. B.* h) eximio *Edit.* i) *Fortasse pro* hac (= ac)? *B.* k) *in marg. scr. m. corr.:* deest forte: prohibeat *B.* l) haec *B.* m) *corr. ex* iactantur *B.* n) *suprascr. corr. pro* Finees *B.* o) Id. Iunias *B.*

1) *Cf. Dümmler, l. l. II², 138.* 2) *866 Febr. 2.* 3) *Hae litterae deperditae sunt. Cf. etiam Analecta iuris pontificii X, 73 sq.* 4) *Scilicet Waldradam.* 5) *Cf. 'Neues Archiv' XXXII, 144.*

43.

Nicolaus nobiles atque primores seu cunctos Aquitaniae habitatores sub excommunicationis denuntiatione adhortatur, ut ecclesiarum res iniuste ablatas reddant. 866 Dec.

866 Dec.

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 170—170' (B).

Edd. Baronii ann. eccles. a. 866 n. 89. 90; Sirmond, Conc. Gall. III, 319; Mansi, Conc. coll. XV, 386; Migne, Patr. lat. CXIX, 1114. — Cf. J.-E. Reg. n. 2826 (2137).

[NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[a]] DILECTIS OMNIBUS NOBILIBUS ATQUE PRIMORIBUS SEU CUNCTIS AQUITANIAE[b] HABITATORIBUS[b].

Sollicitudinis, quam[1] pro universis ecclesiis Domini circumducimus[c], necessitas nos compellit de omnium fidelium statu impigram gerere providentiam. Quapropter de vobis etiam sollertem curam circumferentes audivimus quosdam vestrorum, quod non optabamus, ita contra Deum efferri, ut ecclesias eius et diversa pia loca depraedari non timeant et res eis[d] pertinentes distrahere non recusent. Quae res valde nos contristavit et ultra quam dici possit menti nostrae mestitiam generavit. Et ideo, filii karissimi, curae nobis fuit, ut his vos nostri pontificatus hortaremur affatibus, ut saluti vestrae providentes sollerter a tanta crudelitate cessetis, quin immo, quae violenter aut quoquomodo sine lege tulistis, reddentes tantum corrigere procuretis. Nam quamvis Domini sit terra et plenitudo eius, illae tamen res[2], quae a piis principibus atque fidelibus quibusque hominibus sacratis locis collatae sunt, specialiter esse Domini sine cunctatione creduntur, dum divinis cultibus dicatae ac Deo famulantium usibus existere deputatae cernuntur. Unde in Deum procul dubio committunt et ipsi praeiudicium inferre probantur, quicumque has usurpare et sibi non legitime vindicare non metuunt; nimirum quoniam, cum a piis quibusque locis res auferunt, Deo militantium stipendia subtrahunt et, dum subsidium[e] divino[f] cultui iugiter famulantibus adimunt, laudes dominicas quodammodo[g] ab ipsis hominum faucibus abstrahunt. cf. Ps. 23, 1. cf. 2 Tim. 2, 4.

Quamobrem vos rogamus et obtestamur, ut ab ista tyrannide remoti sua singulis Deo sacratis locis sine dilatione reddatis, ita ut nihil ex his apud vos retineatis, nisi quae forte per propriam voluntatem rectorum quorundam[h] sacrorum locorum legaliter adquisistis, ita ut etiam illa sub omni integritate restituatis, quae simplicitate vel desidia faciente rectorum venerabilium locorum de salariis, quae sunt semper in usu et iure perenni sacratis locis collata, vos constat ordine non bono tulisse et hactenus[i] contra Dei leges illa possidere probamini. Similiter[3] autem et de his hortamur a vobis fieri, quae reges quandoque[k] a sanctis locis aliquo tempore abstulerunt et vobis in benefitium contulerunt. Quod iustum non fuit nec est; et quisquis haec sibi vindicat, Deum inde sine dubio habebit[l] iudicem et ultorem. Quoniam si qualescumque rapaces et violenti nisi corrigantur, si non humano nunc, certe quandoque divino iudicio districtissime punientur, qua putatis poena multandi sunt, qui contra Deum ipsum[m] rapinam et violentiam perpetrare manifestissime comprobantur? Denique[n] praedecessores vestri, antiqui principes adhuc[o] et[p] moderni, non solum minime a piis et Deo dicatis locis diripiebant, verum

---

43. a) *desunt B.* b) *locus partim del. B. Ad varias lectiones huius epistolae in aliquot locis corruptae cf. etiam notas, quas proferunt Analecta iur. pontif. X, 147 sq.* c) *legi potest tantum* circu *B. Emendavi secundum epist. supra n. 40 (p. 314 l. 12).* d) eius *B.* e) *corr. ex* subsilium *ss. m. corr. B.* f) di- *ss. m. corr. B.* g) quędammodo *B.* h) *corr. ex* quorundem *al. m. B.* i) *corr. ex* hactenas *ss. B.* k) *coniecit v. d. A. V. Müller;* quāq. *B.* l) *corr. ex* habebat *ss. m. corr. B.* m) ipsam *B.* n) *sequitur* no, *cetera del. B. Damus hunc locum valde corruptum secundum priorem editionem.* o) -huc *ss. B.* p) *om. B.*

1) *V. supra p. 314 ep. n. 40 cum ann. 3.* 2) *Cf. epistolam synodi Aquisgranensis a. 836 vel 837 Pippino regi Aquitaniae directam, quae copiosissime easdem res tractat (MG. Conc. II, 725—767).* 3) *Cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 543.*

865—866. etiam ex suis propriis innumera conferebant, adeo ut[a] eadem sancta loca eorum sumptibus cum Dei auxilio dedicata[b] sint et eorum opibus ampliata; quos si in largitionibus imitari non vultis, saltem, quae Dei sunt[a] ipsius, violenter auferre nolite[c]. Si enim, qui[d] de palatio regis aliquid ademit, non evadet legaliter impunitus, quanto minus qui ab
cf. 1. Tim. 6, 15. aedibus Dei, qui[d] est rex regum et dominus dominantium, ea, quae ipsius sunt, violenter usurpat, eius valet effugere non subsequente correctione iudicium vel sine poena poterit
Hebr. 10, 31. exilire[a]? Itaque quoniam 'horrendum est incidere in manus Dei viventis', admonemus vos et hortamur et tamquam divina praesentia protestamur, ut res ecclesiarum, quas iniuste retinetis, eisdem sanctis locis sine procurata[e] mora reddatis et deinceps nec eas nec alias a piis locis subripere praesumatis.

Si quis autem vestrum nos audire contempserit et quae salubriter suadere vobis nitimur oboedienter perficere ac sine dilationis studio minime observare[f] curaverit, omnipotentis Dei et beatorum apostolorum principum Petri ac Pauli auctoritate, quos in nobis contempnit, simul per eos et nostrae mediocritatis sententia venerandi corporis et pretiosi sanguinis domini nostri Iesu Christi communione penitus privatus existat. Si autem resipuerit et his, quae per huius epistolae textum dicimus, oboedire studuerit, et communionem Christi misteriorum et benedictionis gratiam et salutem consequatur aeternam. Optamus vos in Christo bene valere.

Data mense Decembri[g] indictione quintadecima.

44.

Nicolaus Karolum Calvum admonet, ut una cum Ludovico fratre suo Lotharium II. regem, cui ipse quasi excommunicato scribere nequiverit, ad res Helletrudi sorori iniuste ablatas restituendas commoveat. *865—866.*

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 172—172' (B).

Edd. Baronii ann. eccles. a. 867 n. 128—130 (ex codice biblioth. S. Mariae super Minervam, hodie deperdito); Sirmond, Conc. Gall. III, 330; Mansi, Conc. coll. XV, 387; Migne, Patr. lat. CXIX, 1115. — Cf. J.-E. Reg. n. 2827 (2138).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[1].

Litteris scilicet suis se[a] Belledrudis, Berregarii comitis quondam relicta, nobis pernotuit Hlotharii videlicet regis pressuris adnihilatam eiusdemque praeiudicia fore perpessam; apostolatui nostro haec atque alia[b] suggessit, quo eidem Hlothario apostolicis exinde mitteremus litteris monita et vobis, dilectissime fili, fratrique vestro Hludowico[2] excellentissimo regi nostram dirigeremus[c] epistolam, quatinus vobis succurrentibus atque foventibus ipsa procul dubio vidua ad perfectam de suis rebus perveniret iustitiam; quoniam non solum praedia a genitore suo Hlothario imperatore[3] per praeceptum[d 4] largita sustulit, sed etiam[e] proprietates eius a parentibus suis sibi, praefatae Belledrudi, dimissas[f] colludiose subripuit eisdemque sanctae Dei ecclesiae infideles Nordemannos[5] paganos beneficiali more sane donavit. Nos vero iam dicto Hlothario nepoti vestro apostolicas litteras mittere nequivimus, quia pro nefariis et illicitis[g] negotiis ab illo

---

a) *deest hic vocabulum; cf. Anal. iur. pont. l. l. ann. 5, 6, 7.* b) *ss. corr. ex* dedicati *B.* c) *ss. corr. ex* helate *B.* d) *ss. corr. ex* quę *B.* e) percunctatione et *Baron.* f) *al. m. ss. B.* g) decembrio *B.*

44. a) de *B; emendavi sequens Analecta iur. pontif. X, 162, quorum notae ad textum praesentis epistolae conferantur.* b) *om. B.* c) *m. corr. ss. pro* direximus *B.* d) testamentum *hic et infra Baron.* e) *m. corr. ss. B.* f) dimissa *B.* g) incertis *B; v. Analecta iur. pont. l. l. p. 163 ann. 6.*

1) *Cf. de hac epistola Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 171 sq.; quem et Regesta sequens hic eam insero, cum accurate dici non possit, quo tempore scripta sit. V. etiam Mühlbacher, Reg.² n. 1315a (p. 549); Anal. iur. pontif. X, 162.* 2) *Germanico.* 3) *A. 817—855.* 4) *Cf. Mühlbacher, Reg.² inter deperdita n. 212 (p. 852).* 5) *Cf. W. Vogel, 'Die Normannen und das fränkische Reich (799—911)' p. 194.*

abolendis[a], vobis plane auditis, excommunicatum habemus[1]. Sed excellentiae vestrae ineffabili dilectione colendae poscendo, dilectissime fili, dirigimus, ut pro reverentia apostolorum principum, ad quos quasi refugium faciens rogavit ipsa scriptis iustitiam, et pro eo, quod iure agnationis[b] sive maioris natu[c] vos a talibus illum[d] decet coercere illicitis, super his per vestrum missum aut epistolam tam ex nostra sanctione iubendo quam ex vestra parte rogando seu legum auctoritate monendo iam saepedicto regi mittere studetote. Et si vos forte una cum fratre vestro Hludowico glorioso rege coniuncti eundem nepotem vestrum quaqua pro causa sororis[e] suae[e], ut credimus, fueritis allocuturi[f], quaesumus affatim, ut huius crebro fatae viduae Belledrudis causam tam de propriis quamque de beneficiis per praeceptum a iam dicto Hlothario Augusto quondam concessis nulla officiente occasionis ratione usque ad finem perducatis: ut, cum Deo favente a priore[g] nevo fuerit correctus, illius feminae causas restituat et, ut ne adiciat iniquitatem super iniquitatem in regno suo, sed[h] faciat iustitiam[i] habundare; cf. Ps. 68, 28. cf. Matth. 5, 20. quoniam quidem regum examina decet omnibus subvenire, praecipue viduis, quarum cf. Ps. 67, 6. iudex Christus est. Itaque huius instar epistolae epistolam[2] de hac causa nunc[k], ceu vobis, haud[l] secus Hludowico fratri vestro[m] direximus. Dolemus oppido pro[n] talibus, eminentissime rex, praedia Christi fidelium quoquomodo tollentibus, Christi regis infideles[o] eisdem[o] beneficiali more donantibus. Interea rogamus, quicquid perfectionis consulta[p] super his vestra perfecerit excellentia, scriptis per singula apostolatui nostro non dedignetur vestra intimare regalis magnitudo[3]. Excellentiam vestram nunc et semper bene valere optamus in Christo.

867 Ian. 24.

45.

Nicolaus Theutbergam reginam vituperat, quod confessionem vi extortam, ut multi personae insignes frequenti relatione testentur, sibi miserit. Constanter perseverare eam iubet, Romam venire vetat, priusquam Waldrada Romam mittatur. 867 Ian. 24.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 42—43 (B); id. fol. 57—58 (B'); Vallicell. C 15 fol. 178 (C); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 190; Sirmond, Conc. Gall. III, 320; Mansi, Conc. coll. XV, 312: Migne, Patr. lat. CXIX, 1136. — Cf. J.-E. Reg. 2870 (2172).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTAE FILIAE THEUTBERGAE GLORIOSAE[a] REGINAE[4].

Epistolam[5] suggestionis tuae praesulatui nostro deferentibus legatis tuis missam suscepimus et, quod nihil[b] ipsa litteris quam quod illi verbis indicaverit[c], evidenter agnovimus. Verum in utroque obstupefacti pariter et mirati[d] sumus atque tam[e] repente stili et petitionis[f] mutatae[g] verba considerantes nihil tale te nobis intimasse quoquo tempore recoluimus[h]. Sed quid[i] nobis talia scribis et suggeris, cum nos te nobis haec

---

a) *corr. al. m. ex* aboletis *B.* b) agnitionis *B.* c) natis *B.* d) *deest B.* e) forte de sua *B.* f) *corr. ss. ex* allocturi *B.* g) *corr. in* priori *B.* h) *ss. m. corr. B.* i) suam *add. Baron.* k) c *ss. m. corr. B.* l) aut *B.* m) immo *add. B et Baron.* n) ut *B.* o) infidelibus *Baron.*, infideles eidem *B; cum Sirmondo legendum esse* eisdem *apte docent Anal. iur. pont. l. l. p. 163 ann. 15 (cf. supra p. 318 l. 34 sq.).* p) consulti *B.*

45. a) gloriosissimae *C.* b) *om. C.* c) indicaverint *C.* d) mariti *B.* e) *corr. ex* tum *B.* f) petionis *B'.* g) multate *B'.* h) recolimus *B.* i) *corr. ex* quod *B'.*

1) *V. 'Neues Archiv' XXXII, 147; Dümmler, l. c. ann. 3; Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 97 ann. 2; Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 308.* 2) *Non exstat; v. J.-E. Reg. n. 2828*.* 3) *Quid reges de hac causa fecerint vel perfecerint, ignoramus.* 4) *Haec epistola cum tribus sequentibus (n. 46—48) per Egilonem Senonensem archiepiscopum translata est, v. Ann. Bertin. a. 867 p. 86 sq. ed. Waitz. Cf. de ea Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 157 sq.; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 293 sqq.*
5) *Quae est deperdita.*

867 Ian. 24. et scripturam et suggessuram[a] longe ante praescierimus[b]? Verum cum ad relationem omnium pene[c] insignium[d] personarum, quae in Gallicanis[e] et Germanicis regionibus consistunt, mentis inflectimus oculos, multum inter se distare conspicimus, quod ipsa nunc dumtaxat significas et quod illae cotidie propemodum verbis et apicibus innuunt. Omnes enim te irremotam afflictionem, intolerabilem oppressionem nimiamque violentiam pati testantur. Tu autem his contraria suggerens nullo cogente sponte ac libenter a regia dignitate exui te velle ac optare fateris et cetera, quae illi[f] quidem aliter, tu[g] vero[g] aliter[g] prosecuta esse dinosceris; ita ut omnium assertionibus legitime a Hlothario rege admissa, inique[h] deinde accusata, post haec purgata, deinceps denuo repulsa, postremo decreto nostro iure recepta dicaris. Tu autem his[i] omnibus contraria nunc effecta et tuae ipsius oblita professionis[k] nescio quae fribola fatearis, quae videlicet nolumus exaggerare, quia nolumus supervacue laborare. Intelleximus[l] tamen eum[1], qui nocuit sanctae Dei ecclesiae, nocere adhuc et, qui in sordibus erat, sordescere adhuc[l]. Intelleximus, inquam, iumenta in stercore suo proposuisse putrescere et, cui non suffecit[m] solum adulterium perpetrasse et falsitatis praestigia ac iniquitatis adinventiones in funiculo vanitatis contraxisse, apposuit, ut etiam animas hominum periurii[n] laqueis irretitas in extremum praecipitaret exicium[o]. Sed quid mirum, si paucorum animabus per periurium[p] adquisivit[q] interitum, quando in sublimi positus per exemplum suae moechiae tot hominum milia in perditionis chaos dimerserit? Illud tamen, quod Waldradae perhibes testimonium dicens[r] eam fuisse legitimam uxorem Hlotharii, frustra conaris astruere, quandoquidem tuo nullo prorsus hinc testimonio quis indigeat[s]: cum[2] magis[t] nos ita sentiamus quod iustum est et ita intelligamus quod aequum existit, ut te etiam reprobata, etiam mortua, Hlotharius nullis[u] legibus, nullis sine sui discrimine regulis Waldradam moecham in uxorem umquam permitteretur assumere[v]. Utrum ergo Waldrada legitima fuerit aliquando Hlotharii coniux, ecclesia Dei satisfactione tua non eget[w]. Unum tamen scito, quoniam nec[x] nos nec eadem sancta ecclesia Deo auctore, qui adulteros iudicabit, Hlotharium, si Waldradam quandocumque resumpserit, etiam te ut praetulimus[y] decedente[z], dimittet modis[a] omnibus[a] inpunitum. Illud vero, quod dicis, Romam te velle venire nobisque passiones et quaedam secreta tui pectoris reserare, fieri non convenit, quoniam et securitas itineris, quam praetendis, nulla est et, quamdiu Waldrada ita Hlothario iuxta posita est, ab illo te[b] quoquam[b] discedere[c] non permittimus. Dum enim tu discesseris, illa recipi procul dubio[d] creditur et in longinquitate tua ipsa confestim admittitur. Quod autem sterelis, ut[e f] asseris[e], permanere[e] dinosceris, non hoc corporis infecunditas, sed viri[g] facit iniquitas; quamvis Deo fecundante legamus, quoniam 'sterelis peperit plurimos et, quae multos habebat filios, infirmata est'. Perhibes etiam, quod matrimonium inter vos non divinitus fuerit ordinatum et idcirco permanere non posse, quoniam 'omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus caelestis, eradicabitur'. Sed recole, quia[h] vineam Deus[i] plantavit, quam expectavit iuxta Esaiam[k], ut faceret uvas, fecit autem labruscas, et quae secundum Hieremiam conversa est in amaritudinem vitis alienae. Deus ergo plantavit matrimonium vestrum,

cf. Apoc. 22, 11. cf. Joel 1, 17. cf. Isai. 5, 18. cf. Hebr. 13, 4. 1. Reg. 2, 5. Matth. 15, 13. cf. Isai. 5, 4. cf. Ier. 2, 21.

---

a) suggesturam *C.* b) praesierimus *B'.* c) poene *B.* d) insignum *B.* e) Gallicis *C.* f) illis *C.* g) *desunt C.* h) iniqua *C.* i) *in ras. B'.* k) *ras. post* professionis *B.* l) Intelleximus — sordescere adhuc *desunt C.* m) sufficit *C.* n) peiurii *B.* o) *corr. ex* exitum *post., ut videtur. B.* p) peiurium *B, B'.* q) acquisierit *C.* r) *om. C.* s) indegeat *B.* t) magnis *B'.* u) s *in ras. B.* v) assummere *B.* w) neget *B'.* x) donec *C.* y) protulimus *C.* z) decente *B.* a) omnibus modis *C.* b) quoquam te *C.* c) discere *B.* d) dubi *B'.* e) permanere (ut asseris) *[sic!] C.* f) aut *B'.* g) iuri *corr. ead. m. ex* uiri *B.* h) quod *C.* i) *om. C.* k) Isaiam *C.*

1) *Scilicet Lotharium II.* 2) *Ad haec cf. M. Sdralek, 'Hinkmars von Rheims kanonistisches Gutachten über die Ehescheidung des Königs Lothar II.' (1881), p. 152 sq.*

sed coniugis tui vitio conversum[a] est in amaritudinem et, dum expectatum[b] est, ut faceret uvas, fecit, eheu! labruscas vel etiam spinas. 867 Ian. 24.

Sed haec quidem ex innumeris epistolae tuae sola commemorare libuit. Ceterum quis ignorat haec te multis pressuris subactam depromere ac innumeris malis adtritam proferre, cum etiam, ut praediximus[1], omnes religiosi et clari Galliarum et Germaniae viri haec ita se habere frequenti relatione testentur, adeo ut haec te nobis scripturam fore ante multum temporis agnoverimus? Sed his omissis hortamur te ac[c] vehementer admonemus, ut ipsa tibimet manum non inferas nec mortis fomitem generes. Melius quippe tibi est, ut veritatem loquentem alius te occidat[d], quam tu te ipsam mendatium dicens interimas. Sta igitur intrepida atque[e] constans et mortem, quam quoquomodo[f] semel experiri debes, praecipue pro veritate sustinere ne paveas. Quoniam cum Christus sit veritas, quisquis pro veritate moritur, pro[g] Christo[g] procul[g] dubio[g] moritur, pro qua videlicet Iohannes occisus baptista martyrium sumpsisse dinoscitur. Quodsi ille proximi iustitiam loquens interficitur, quanto potius tu Dei iustitiam loquens et de veritate tua testificans nullius mortis formidare[h] debes exitium! Beati enim, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, non solum alterius, sed et[i] suam. Verum nos hanc confessionem tuam, quam non voluntas, sed vis extorsit, nequaquam pro confessione recipimus nec permittimus tantum vitium radices extendere, quod, nisi evulsum intime[k] fuerit, ad multorum perniciem potest accrescere. Denique si hoc licet, omnes viri possunt, quas[l] iure sortiti sunt feminas, si has odio habuerint, diversis afflictionibus macerare et, quod legittime non fuerint assumptae, fateri cogere, quin etiam, ut mortale crimen contra se dicant, illatis intollerabilibus poenis compellere. Quis enim magis nocere valet quam civilis hostis vel quis amplius laedere[m] poterit quam uxorem maritus? Sed nos tales fraudes praecavere debemus et, ne proficiant, in ipso novitatis earum principio detruncare. Nec tamen putamus Hlotharium, virum videlicet tuum, in tantam sui pernitiem devolvendum, ut vitae tuae insidiari quocumque modo consentiat, cum non sibi vel regno suo minus quam tibi, si ad hoc tam inmane piaculum dilapsus esset, adquireret omnino dispendium. Siquidem tu, quantum humanus intellectus sufficit invenire, non solum innoxia saepe comprobata es, verum et ecclesiae semper auxilium provocasse dinosceris; insuper et sancti apostolorum principis Petri[n] praesidium refugiumque petisti. Unde sedes apostolica tuam causam coepit discutere et spetiali, quicquid quaestionis emersisset, iuditio suo reservare proposuit. Quamobrem quisquis contra te agit, non solum ecclesiam Dei graviter laedit, verum etiam sedem apostolicam, de[2] cuius iuditio non licet retractari, vehementer adversus se commovere convincitur. Sane si tu Romam venire disponis et licentiam proficiscendi[o] a coniuge tuo adipisci vis, nos econtra multo magis exhortamur, ut suadere modis omnibus eidem viro tuo procures, quatinus prius securitatem tibi certissimam tribuat, qua freta nusquam metuas te per hominem aliquid incidere laesionis. Quod omnino non provenire poterit, nisi Waldrada Romam[p] prius[p] mittatur et de ea quod conveniens sit diffiniatur, et ita demum talis[q] immunitatis certitudo subsequatur, ut tu nec veniens nec commorans nec hinc rediens aliquod patiaris incommodum. Quodsi rennuit ad repellendam a se sinistram suspitionem agere, cessa et, ne talibus fraudis insidiis adquiescas, omnino praecave. Callide quippe tam ille quam satellites eius te decipere moliuntur et versutae suae tergiversationis[r] pedicis supplantare procul dubio machinantur. Porro si amore pudicitiae[s],

cf. 1. Ioh. 5, 6. cf. Matth. 14, 10. cf. Ioh. 14, 6. cf. Matth. 5, 10.

a) *corr. ex* conversus *B'*. b) spectatum *C*. c) hac *B'*. d) hoccidat *B'*. e) et *C*. f) quomodo *C*. g) procul dubio pro Christo *C*. h) formidari *C*. i) *om. C*. k) utime *B*, *B'*. l) qua si *B*. m) lęde *B*. n) *om. C*. o) proficiendi *C*. p) prius Romam *C*. q) alia *add. B*, *B'*. r) tergaversationis *B'*. s) pudititiae *B*, *B'*.

1) *V. supra p. 320 l. 1sqq.* 2) *Cf. Bonifatii I. epistolam Rufo et aliis episcopis directam, Mansi VIII, 757 (J.-K. Reg. n. 365).*

867 Ian. 24. vel 25. ut asseris, solutionem[a] matrimonii quaeris, hanc tibi nullo pacto noveris tribuendam, nisi vir tuus eandem pudicitiam non ficte sectatus extiterit. Denique, ut cum beato Gregorio papa dicatur, si[1] continentiam, quam vir appetit, uxor non sequitur aut, quam uxor
1. Cor. 7, 4. appetit[b], vir[b] recusat[b], dividi coniugium non licet, quia[c] scriptum est[d]: 'Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier'. Optamus gloriam[e] tuam[e] in Christo nunc et semper bene valere, dilectissima filia[f].

Data VIIII. Kalendas Februarii indictione XV.

46.

Nicolaus Lotharium graviter reprehendens hortatur, ut tandem a pravitate mentem declinet, Theutbergam decenter tractet, Waldradam oblivioni tradat.

867 Ian. 24. vel 25.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 40'—42 (B); Vallicell. C 15 fol. 174' (C); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 198; Sirmond, Conc. Gall. III, 327; Mansi, Conc. coll. XV, 321; Migne, Patr. lat. CXIX, 1146. — Cf. J.-E. Reg. n. 2873 (2175).

HLOTHARIO GLORIOSO[a] REGI[2].

Audito revertente misso nostro[3] correctionis tuae, ut ita dicamus, initio, gratias Deo condignas[b] egimus[b] et, ut tibi quoque grates competibiles referremus, animum praeparavimus. Sed, eheu[c]! adversa nuntia venientia huius intentionis nostrae proposito[d] celeriter obviarunt. Quapropter compulsi sumus mutare vocem et, qui ad gratiarum actiones os aperire disposueramus, in luctus et increpationes adhuc offitium linguae coacti dirigimus. Siquidem epistolam[4] nunc suggestionis Theutbergae gloriosae reginae missam deferentibus legatis eius suscepimus, quam nihil intimare repperimus litteris, nisi quod illi verbis[e] asserere[e] videbantur[e]. Verum in utroque obstupefacti[f] pariter[f] et mirati sumus atque tam repente stili et petitionis mutatae sensus perpendentes nihil tale illam nobis intimasse quoquo tempore recoluimus. Siquidem cum ad relationem omnium pene, qui ex Gallicanis et Germanicis regionibus Romam orationis[g] gratia veniunt, vel multorum illic degentium oculos mentis inflectimus, plurimum distare conspicimus, quod ipsa nunc dumtaxat significat et quod hi[h] omnes[i] cotidie propemodum verbis et apicibus innuunt: quippe quam cuncti[k] irremotam[k] afflictionem ac intolerabilem pressuram nimiamque violentiam pati testantur, quamvis illa contra sponte ac libenter a regia dignitate exui se velle ac optare fateatur et cetera, quae illi quidem aliter, haec[l] vero[l] aliter[l] prosequi cernitur, ita ut omnium assertionibus[m] legaliter a[n] te admissa, inique deinde accusata, post[o] haec[o] iuditio, quod[p] tibi et omnibus subiectis tuis necnon et episcopis placuit, evidenter purificata, deinde secundo repulsa, postremo monitis et decreto nostro, pariter et hortatu filii nostri excellentis[q] Augusti[5] iure[r] recepta dicatur. Ipsa autem his omnibus contraria[s] nunc effecta et suae[t] ipsius oblita professionis nescimus quae frivola fateatur; quae videlicet nolumus exaggerare, quia nolumus supervacue laborare. Didicimus[u] tamen multorum relatu ac multis indiciis

---

a) *corr. ex* solutionum *B'*. b) appetitu irrecusat *B*. c) quare *C*. d) *om. B*. e) tuam gloriam *C*. f) felicitate; *in marg., sed del.* filia *C*.

46. a) gloriosissimo *C*. b) egimus condignas *C*. c) heu *C*. d) prępositio *B*. e) asserere videbantur verbis *C*. f) pariter obstupefacti *C*. g) orationibus *B*. h) hic *C*. i) *corr. pro* homines *B*. k) inremotam cuncti *C*. l) *desunt C*. m) assensionibus *C*. n) ad *C*. o) posthac *C*. p) quo *C*. q) excelentis *B*. r) iura *C*. s) *deest C*. t) sui *C*. u) dicimus *C*.

1) *Registr. XI, 27 ad Theoctistam patriciam, MG. Epist. II, 295 (J.-E. Reg. n. 1817).* 2) *Has litteras eiusdem temporis esse ac praecedentes ex textu earum apparet. Cf. de eis* Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 159. *Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 293 sqq. V. etiam supra p. 319 ann. 4. — Reginonis Chronic. a. 866 p. 88 sq. ed. Kurze hanc epistolam magna ex parte refert.* 3) *Arsenio episcopo.* 4) *Quae non exstat; cf. p. 319 ann. 5. — Cf. ad haec et sequentia simillimum antecedentis epistolae (n. 45) textum.* 5) *Ludovici II. imperatoris.*

te ad[a] imitationem[a] eorum conversum, de quibus apostolorum princeps dicit: 'Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitionem domini nostri et salvatoris Iesu Christi his rursus impliciti superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum converti[b] ab eo, quod illis traditum est[c] sancto[c] mandato[d]. Contigit[e] enim illis illud veri proverbii: canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti.' Didicimus, inquam[f], te, qui prolixo tempore in scelere permanens ecclesiae Dei non modicum nocuisti, nocere adhuc et, qui in sordibus eras, sordescere adhuc. Et certe in reversione legati[1] nostri te correptum[g] audientes ultra quam dici valeat exultavimus et omnipotenti Domino gratias inmensas retulimus, putantes videlicet de apprehensis a[h] te honestis moribus tandem aliquando flagrantiam[i] in odorem suavitatis ad Dominum dirigi, non foetorem[k] de iteratae nequitiae tuae colluvione per mundum ultra dispergi. Sed, eheu[l]! e contrario pro suavi odore foetor, non in quo[m] currendum sit, sed qui tota velocitate fugiendus existat, ecce hac illacque[n] diffunditur. Siquidem, ut opinamur, tibi non sufficit solum adulterium perpetrasse, nisi apponas, ut etiam animas hominum periurii[o] laqueis irretitas in extremum dimergas interitum. Sed quid mirum, si paucorum animabus per periurium exitium adquisisti, quando in tanta sublimitate positus per exemplum tuae moechiae tot hominum milia in perditionis chaos[p] praecipitaveris? Nam maiora facit crimina sublimitas dignitatum. Illud autem, quod praenominata regina quasi Waldradae testimonium perhibet, dicens eam fuisse tuam uxorem legitimam, aut invita[q] aut[r] frustra conatur astruere, quandoquidem illius nullo prorsus hinc testimonio quis indigeat; cum magis nos ita sentiamus quod iustum et ita intellegamus quod aequum est, ut etiam Theutberga mortua tu nullis legibus, nullis regulis umquam Waldradam[s] in uxorem possis aut permittaris assumere[t]. Utrum ergo Waldrada legitima tua fuerit aliquando coniux, ecclesia[u] Dei satisfactione Theutbergae non eget. Unum tamen scimus, quoniam nec nos nec eadem sancta ecclesia auctore Deo, qui adulteros iudicabit, te, si Waldradam quandocumque resumpseris, etiam Theutberga decedente dimittet modis omnibus impunitum. Illud[v] vero, quod dicit Romam[w] se[w] velle[w] venire nobisque passiones et quaedam secreta sui pectoris reserare, fieri non convenit, quoniam et securitas itineris, quam praetendit, nulla est et, quamdiu Waldrada ita tibi iuxta posita est, diaboli versutia non abesse convincitur. Dum enim Theutberga discedit, Waldrada incunctanter accedit, nimirum[x] quia[x], dum lex repellitur, praevaricatio confestim inducitur.

2. Petr. 2, 20–22. 867 Ian. 24. vel 25. cf. Prov. 26, 11. cf. Apoc. 22, 11. cf. Eph. 5, 2. cf. Isai. 3, 24. cf. Hebr. 13, 4.

Ceterum quis ignorat Theutbergam haec contra se multis pressuris subactam depromere ac innumeris[y] malis attritam, immo mortis periculum formidantem, quod solo Deo custode frequenter evasit, asserere? Cum etiam, ut[z] praediximus[2], pene omnes religiosi et[a] clari viri Galliarum et Germaniae haec ita se habere crebra relatione testentur, adeo ut haec eam, quae nunc[b] scripsit, nobis scripturam fore ante multum temporis praescierimus. Verum nos talem confessionem eius, quam non voluntas, sed vis extorsit, nequaquam pro confessione recipimus. Quamobrem quisquis contra Theutbergam agit, non solum ecclesiam Dei graviter laedit, verum etiam sedem apostolicam, cuius[3] iudicium non licet retractari, vehementer adversus se commovere convincitur, quoniam[c] illa ex utraque parte provocata, id est[d] tam a te quam a Theutberga, huius[e] vestri negotii executrix et interemptrix effecta est. Iam vero, si eadem Theutberga

---

a) admiratione *C.* b) reverti *C.* c) secundo *C.* d) mandata *C.* e) contingit *C.* f) inquan *B.* g) correctum *C.* h) ad *B.* i) fraglantiam *B;* flagrantia *corr. C.* k) fętorem *(sic saepius) B.* l) heu *C.* m) quem *C.* n) illaque *B.* o) peiurii *(sic saepius) B.* p) cahos *B.* q) invitis *B.* r) *deest C.* s) Vualdridam *C.* t) assummere *B.* u) ecclesię *B.* v) llud *B.* w) se Romam velle *C.* x) nimirumque *C.* y) innumerabilibus *C.* z) aut *B.* a) *deest C.* b) non *scr. al. m. C.* c) *in marg. al. m.* quo modo *C.* d) *deest C.* e) cuius *B, C.*

1) *Arsenii.* 2) *V. supra p. 322 l. 24 sqq.* 3) *V. supra p. 321 ann. 1.*

867 Ian. 24. vel 25. Romam venire disponit et licentiam a te, coniuge videlicet suo, proficiscendi adepta fuerit, securitas est ei prorsus[a] certissima tribuenda, qua freta nusquam[b] metuat se per hominem aliquid incidere laesionis. Quod omnino non provenire[c] poterit, nisi Waldrada Romam prius mittatur et de ea quod conveniens sit diffiniatur, et ita demum talis[d] immunitatis certitudo subsequatur, ut saepedicta Theutberga nec veniens nec commorans[e] nec rediens aliquod patiatur incommodum. Quodsi minime pro repellenda a te sinistra suspitione permiseris agere, cessandum est et, ne talibus fraudis insidiis adquiescamus, omnimodis praecavendum. Tuque summo studio praefatam Theutbergam con-
cf. Eph. 5, 29. iugem tuam tamquam propriam carnem fovere ac diligere procurato et, ne illam separari a te ullo pacto consentias, vigilanter attende. Unde si vult a te discedere, corripe, immo corrige eam[f] et a[g] tali intentione per omnia satage revocare. Iam vero, si amore pudicitiae[h] separationem quaerit et coniugalis conubii solutionem efflagitat, certum[i] est
1. Cor. 7, 4. apostolo praedicante[k], quoniam 'mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir'. Verum si et ipse pudicitiam sectatus religionis obtentu copulam dissolvere vis, tantum
Matth. 19, 16. ne simulate fiat, concedimus. Nam[1] licet scriptum sit[l]: 'Quod Deus coniunxit[m], homo non separet', Deus tamen et non homo separat, quando divini amoris intuitu ex consensu utriusque coniugis matrimonia dissolvuntur. Si ergo hoc modo vis, nos grato permittimus animo celeremque praebemus assensum. Aliter autem fieri mutuam vestram
Gen. 2, 24. separationem prohibemus; siquidem scriptum legimus: 'Erunt duo in carne una.' Quod
Matth. 19, 5. Eph. 5, 31. sanctus papa[n] Gregorius exponit dicens: Si[2] igitur vir et uxor una caro sunt et religionis causa vir dimittit uxorem vel mulier virum in hoc mundo remanentem vel fortasse ad illicita migrantem, quae est ista conversatio[o], in qua una eademque caro et ex parte transit ad continentiam et ex parte remanet in pollutione? Si vero utrisque conveniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare, quando[p] certum est, quia omnipotens Deus[q], qui minora concessit,
cf. Gen. 17, 17. maiora non prohibuit? Porro si sterelitas[r] accusatur, cogita Saram[s] nonagenariam, Annam
cf. 1. Reg. 1; Luc. 1. quoque simul et Elisabeth[t]; quam tamen sterelitatem fortasse non facit infecunditas, sed iniquitas. De aliis postremo vitiis audi, quid caelestis bibliothecae cultor dicat
cf. Matth. 5, 32; 19, 9. Hieronimus: Grave[3], inquit[u], pondus[v] uxoris[v] est, si excepta causa[w] fornicationis[w] eas[w] dimittere non licet. Quid enim, si temulenta fuerit, si iracunda, si malis moribus, si luxuriosa[x], si gulosa, si vaga, si iurgatrix et maledica, tenenda erit istiusmodi? Volumus[y] nolumus[z], sustinenda est. Cum enim essemus liberi voluntate, nos subiecimus servituti, et revera, ut verbis
1. Cor. 7, 27. utamur apostoli: 'Alligatus es uxori? Noli quaerere sollutionem'. Ergo[a], gloriosissime rex, esto[b] propria contentus uxore et praeter illius alterius umquam ne quaeras consortium. Et certe, quantum humanus invenire sufficit intellectus, eadem crebro memorata mulier non solum insons saepe comprobata est, verum et ecclesiae auxilium atque iudicium provocasse dinoscitur; insuper[c] et sancti apostolorum principis Petri praesidium expetivit. Unde sedes apostolica causam vestram per ipsam[d] coepit discutere et quicquid quaestionis emersisset speciali iudicio suo reservare proposuit. Qua de re non putamus te in tantam tui perniciem devolvendum, ut contra nostras diffinitiones vel adversus crebro dictam feminam beati Petri confugio prorsus innixam agere quocumque modo consentias, cum tibi potius et regno tuo quam Theutbergae, si ad hoc tam immane piaculum dilapsus fueris, adquiras omnino dispendium.

---

a) *deest C.* b) nunquam *C.* c) praeterire *C.* d) tale *C.* e) commemorans *B.* f) illam *C.* g) *deest C.* h) puticitiae *B.* i) certus *C.* k) dicante *C.* l) *om. C.* m) coniuncxit *B;* iunxit *C.* n) *om. C.* o) conversio *C.* p) quod *C.* q) dominus *C.* r) sterilitas *hic et saepius C.* s) Sarram *B.* t) Elizabet *C.* u) inquid *B.* v) uxorum pondus *C.* w) iam fornicationis caussa; caussa *corr. pro* eam *C.* x) luxoriosa *B.* y) uelimus *C.* z) nolimus *C.* a) *deest hic C.* b) ergo *hic add. C.* c) nisi *C.* d) ipse *B.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 26 C. 27 q. 2.* 2) *Registr. XI, 27 ad Theoctistam patriciam, MG. Epist. II, 294 (J.-E. Reg. n. 1817); v. supra p. 322 ann. 1.* 3) *Commentar. in Evang. Matthaei lib. III c. 19, Migne, Patr. lat. XXVI, 140.*

Igitur consilium nostrum accipe et monita nostra tamquam affectuosi[a] patris[a] 867
amplectere atque ab omni pravitate mentem, linguam corpusque refrena, praecipue[1] Ian. 25.
Waldradae pellicis tuae et dudum[b] a te repudiatae communionem declinans et eius consortium perpetuae oblivioni contradens. Excommunicata[2] est enim et usque ad praesentiam nostram ab omni Christianorum contubernio sequestrata, sicut totus[c] iam[c] novit Occidens et[d] iam[d] iamque[d] per missos nostros[3] minime cum plagis ceteris Oriens ignorabit. Quamobrem[4] cavendum est, ne[e] cum ea pari mucrone percellaris sententiae ac pro unius mulierculae passione et brevissimi[f] temporis desiderio vinctus et obligatus ad sulfureos foetores[g] et ad perhenne[g] traharis exitium[h]. Deterius quippe in populis praelati delinquunt ac per hoc ipsi crudelius quam ceteri puniuntur; sed, ut manifestius vera nos dicere scias, beatum papam Gregorium audi, qui ait: Scire[5] etenim praelati debent, quia, si perversa umquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot[i] ad subditos suos perditionis[k] exempla transmittunt. Unde necesse est, ut tanto se cautius a culpa custodiant, quanto per prava, quae faciunt, non soli moriuntur. Haec autem nos tibi nunc scripsisse et quasi inter nos et te verba nostra excessus tuos corripientia discurrisse sufficiat. Ceterum praecave, ne quando nobis secundum Domini praeceptum duos aut tres testes adhibeamus, immo cf. Matth. 18, 16. 17.
vero, ne hoc ecclesiae sanctae dicamus et, quod non obtamus, de cetero fias cunctis sicut ethnicus[l] et publicanus[6].

47.

Nicolaus archiepiscopos et episcopos regni Lotharii vehementer propter desidiam in causa Waldradae, cuius excommunicationem iam tertio eis significat, arguit. Admonet eos sub poena excommunicationis, ut tandem praeceptis suis obtemperent, tenorem excommunicationis Waldradae proclament sibique per legatos vel epistolas renuntient, qualiter res Lotharii et Theutbergae se habeant; solus episcopus Virdunensis et litteras et personam de proprio clero mittat. *867 Ian. 25.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 39—40' (B); Vallicell. C 15 fol. 171 (C); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 192; Sirmond, Conc. Gall. III, 322; Mansi, Conc. coll. XV, 315; Migne, Patr. lat. CXIX, 1139. — Cf. J.-E. Reg. n. 2871 (2173).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO HLOTHARII REGIS ECCLESIAM DOMINI[a] GUBERNANTIBUS[7].

Optaremus tandem aliquando securi de correctione Hlotharii regis effecti ad alia ecclesiasticarum[b] dispositionum negotia stilum protendere; sed nec peccata consumata cf. Iac. 1, 15.
ipsius, quae mortem generant, utcumque permittunt nec studium vestrum, quo finem tantum scelus accipiat, ita vigilanter ac episcopaliter[c] adversus id saltem[d] nobiscum decertando fervorem iustitiae demonstrat[e]. Quapropter attonite[f] satis cor[g] vestrum non solum miramur, sed et deflemus. Quis enim[h] non[h] lugeat tantam linguae desidiam,

---

a) effectuosus patri *B.* b) iam dudum *suprascr. al. m. C.* c) iam totus *C.* d) etiam eamque *in marg. C.* e) nec *B.* f) i *in fine corr. ex* e *B.* g) *deest B.* h) exitum *B.* i) quod *C.* k) perditionibus *B.* l) ethincus *B.*

47. a) Dei *C.* b) ecclesiarum *C.* c) specialiter *C.* d) salutem *B; in marg.* salutem *C.* e) monstrat *B.* f) attonitum *C.* g) corporum *B.* h) non enim *C.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 3 C. 11 q. 3.* 2) *V. supra ep. n. 42 (p. 315 sq.).* 3) *De legatione hic significata cf. Dümmler, l. c. II², 194.* 4) *Cf. 'Neues Archiv' XXXII, 145.* 5) *Regul. pastor. III c. 4, Migne, Patr. lat. LXXVII, 54.* 6) *Quae hic sequuntur in codicibus verba:* Porro excellentiam — dispergat *(in cod. Paris. sub inscriptione* Embolim*) referenda sunt ad epistolam tunc Karolo Calvo regi missam (infra n. 48), ut ex ipsis istis verbis apparet (cf. p. 332). Cf. Jaffé-Ewald Reg. n. 2873 (2175).* 7) *De hac epistola cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 159. Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 295.*

867 Ian. 25. tam[a] remissas neglegentiae manus, quando inter tot pastorum custodias nec lupi gregi
cf. 1. Petr. 5, 8. non parcentis insidiae praecaventur nec leonis aditus quaerentis quem devoret excluduntur? Et certe, cum unumquemque Christianum zelus Dei commedere debeat, multo magis vos eodem zelo uri[b] oportuit, qui eiusdem sanctae domus, utinam non ad maius periculum vestrum[c], eminentiorem gradum estis et ordinem consecuti.

Sed his praelibatis ecce tertio[1] nunc vobis omni esse Waldradam, filiae nostrae Theutbergae reginae iniquissimam aemulam, consortio Christianorum et communione privatam nostris epistolis indicamus. Denique postquam imminentia[d] missi nostri[2], sicut ipsi nostis, Hlotharius Waldrada repulsa Theutbergae reginae coniugi suae oboedienter sese restituit et praestiti[e] iuramenti[f] satisfactione certissima finem sceleri dedisse[g] merito[h] credi poterat, statutum est, ut tanto fieret ab eodem rege Waldrada remotior, quanto antiqui hostis calliditas talibus non deesse convincitur. Statutum est etiam, ut ipsa mulier in Italia interim remorata nostrae praestolaretur censurae tenorem et, si hanc Romam venire necessarium duceremus, incunctanter occurreret, quatinus coram nobis consistens aut se, si posset, innoxiam exhiberet aut commissum confessa misericordiam impetraret. At illa in Italiam[i] quidem licet coacta venit; Romam vero mentis obstina-
cf. 1. Tim. 5, 15. tione victa proficisci dispexit[k], immo tamquam inreprehensibilis conscientiae retro[3] conversa in provintiam properandi gressum protendit. Quo audito intelleximus eam flagicium suum nulla velle correctione terminari nec proprium vulnus ulla desiderare subsequente medela curari. Quapropter sententiam in eam excommunicationis usque ad correctionem et idoneam nostram et totius ecclesiae satisfactionem protulimus. Nam[4] quantum sit ipsa cunctis severius punienda, in hoc certum est demonstrari, quod rex quidem Hlotharius adeo iniquitatem suam agnovit, ut hanc[l] etiam[l] et corrigeret[m]; ipsa vero nec agnovit nec confessa est nec venenum suae mentis deseruit. Verumtamen ab itinere coepto reducta nec percussa doluit nec attrita voluit recipere disciplinam, quippe quae[n] nec reversa est ad percutientem se nec etiam duriora vulnera sensit. Merito ergo ea inter mortuos reputata, quae nimirum neque ut viva vocem[o] praedicantium audit neque in suis penetrabilibus[p] occultata, immo iam foetida iacens, per confessionem foras egreditur.

Vobis eiusdem in iam fatam[q] moecham sententiae prolatae notionem duximus nostris litteris exaratam[r] denuo destinandam, admonentes videlicet, ut saltem vos et subiectos
cf. Isai. 52, 11. vestros ab operibus eius mortuis observaretis et, ut praeceptum est, pollutum minime tangeretis; quamvis easdem litteras, ut[s] relatione nonnullorum audivimus, immo, ut lucri nullius effectu didicimus, recipere fraternitas vestra rennuerit nec in hoc, pro quo missae[t] sunt, vel a nobis excitata vigilare sive quamlibet operam dare curaverit. Quae res, si veritate[u] minime fulciretur[v], profecto quantum proficeret[w] aut non proficeret[w], pontifitio nostro sollertia vestra iamdudum congruo retulisset. At vero cum nil ex hoc nobis retulerit[x], patenter datur intellegi nihil hinc studii[y], ut admonita fuerat, eam penitus habuisse; in quo liquido patet, quid ageretis nullis hortatibus nostris pulsati, qui nullum in ecclesiasticis correctionibus laborem geritis[z] etiam a nobis totiens incitati. Sed saltem nunc quod actenus omisistis incipite, ita ut unusquisque vestrum veraciter
Ps. 76, 11. dicere cum psalmista valeat: 'Nunc coepi' et novissime cum apostolo securus ac laeta-
2. Tim. 4, 7. 8. bundus fateri: 'Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, et de cetero

---

a) atque *C.* b) urī *B.* c) *om. B.* d) iminentia *B.* e) praestitit *C.* f) sacramenti *C.* g) dedidisse *C.* h) *om. C.* i) Italia *B.* k) despexit *C.* l) etiam hanc *C.* m) corriget *C.* n) qui *B.* o) voce *C.* p) penitrabilibus *B;* penetralibus *C.* q) factam *B; corr. ex* factam *C.* r) exeratam *B.* s) ex *C.* t) minus *B.* u) veritatem *C.* v) fulcirentur *C.* w) *corr. post. in* proficeretur *C.* x) retulitur *C.* y) *corr. ras. B.* z) geritur *B.*

1) *V. epistolam supra n. 42 et p. 316 ann. 3.* 2) *Arsenii episcopi.* 3) *Cf. ep. n. 42 p. 315 l. 30 sq. cum ann. 3.* 4) *De his cf. 'Neues Archiv' XXXII, 144 sq.*

reposita est mihi corona iustitiae.' Verum iam fortasse malitiae[a] sibi finem inponeret, nisi quidam vestrum magis sua quam quae Iesu Christi sunt quaererent. Quidam sibi peritura seu toxicata benefitia subtrahi metuunt, pro iustitia quidem loqui rennuunt, favere autem moechis tota virtute contendunt ac per hoc aeternis beneficiis iusto iudice decernente privantur, quamquam meminisse[b] nihilominus debeant[c] nos[d] penitus[e] non[e] latere, quantum ipsi[f] favorem moechis praestiterint[g], nimirum qui subreptiones[h] suas in profanis gestis nos dudum repperisse non nesciunt[1]. Quibus etsi forte apostolica moderatione ignovimus[2], qualiter tamen his, quibus pepercimus, fuerit ignotum, recolimus; denique sic praeterita dimisimus, ut futuris congruam adhiberemus cautelam, et sic se nossent illi provisum iuditium evasuros, si se scirent in idem flagitium favendo numquam penitus incursuros. Nunc[i] ergo, quoniam minus sese[k] caute ab eo munierunt, iuditium, quod dilatum est, inciderunt, quamvis et illis et his, qui mittere pro impetranda[l] venia contempserunt[3], valde providendum est, ne a communione nostra ac[m] per hoc ab universalis[n] ecclesiae compage ruant sicque demum[o] de gradibus suis minus in finem quam volunt exultent. Praeterea si quis, ut fama mentitur, aestimat[p] nos Waldradae in Galliam remeandi licentiam dedisse[q] vel si qui sunt, ad quorum[r] notitiam epistolae nostrae propter occultationem earum non pervenerunt[s], si scire non recusant[t], quae super huiusmodi negotio nostra fuerit immota semper intentio, Christianum[4] et Waltarium[4] comites interrogent, quos Romam, licet non uno eodemque, tamen[u] continuato[u] tempore[u] venientes non solum, ut Hlotharius[v], quatinus a pravitate tandem cessaret, iugiter admoneretur[w], hortati sumus[5], verum etiam eis, quia Waldrada erat excommunicata, multipliciter intimavimus, pro eo scilicet, quia inpenitens permanere proponens a nobis salutis suae remedium ad limina veniens apostolorum, ut statutum fuerat, minime postulaverit. In quo considerandum est, quia, si idcirco potissimum per nos Waldrada multata est, quoniam ceptum salutiferum iter non perfecit, quomodo, ut retro rediret, nostram licentiam habere valuerit, ignoramus.

867 Ian. 25.

cf. Phil. 2, 21.

Sed ad[x] vos nunc nobis, fratres karissimi,[y] sermo est et ad beatitudinis[z] vestrae[z] reverentiam noster stilus dirigitur, quatenus, si adeo zelus vester non accenditur[a], ut Finees imitari videatur[b], videlicet ut quod ille materiali, vos exerceatis gladio spiritali, saltem Nathan, Heliam ceterosque prophetas, qui[c] delinquentes reges salubriter corripuerunt, aemulatione sacerdotali seu pastorali sollicitudine revocare[d] non rennuatis[e]. Nam etsi quondam[f] Helias infirmitate victus humana furorem[g] principis fugit[h], sed et[i] scelera[i] eius[i] saepe redarguit et inpavidus[k] exprobravit. Similiter et iste beatus pastor ecclesiae Petrus, qui prius quidem ad unius mulierculae vocem[l] fragilitate superatus[m] et ipse humana — quod autem[n] divina gestum dispensatione — dum mori timuit, auctorem vitae negavit: post acceptum sancti Spiritus donum, cuius partem et vobis inesse[o] non[o] inmerito[o] credimus, adeo etiam post minas, post caedes, vires principum pressit, ut merito in igneis linguis Spiritum sanctum accepisse probetur; nimirum qui, quos replevit

cf. Num. 25, 7. 8.

cf. 3. Reg. 19, 3.

cf. Matth. 26, 69.

cf. Act. 2, 3.

---

a) malitia *B.* b) reminisci *C.* c) *in marg.* litterae *C.* d) non *suprascr. C.* e) *suprascr. C.* f) ipsis *C.* g) *corr. ex* praestiterunt *C.* h) subiectiones *C.* i) ne *C.* k) esse *B.* l) impetrando *C.* m) hac *B.* n) universali *C.* o) demun *B.* p) existimat *C.* q) *deest B, C.* r) corum *B.* s) pervenerint *C.* t) -nt *in ras. B.* u) tempore tamen continuato *C.* v) Hlotharium *B.* w) admonerent *corr. C.* x) et *B.* y) *suprascr. al. m.* noster *C.* z) vestrae beatitudinis *C.* a) accedentur *B.* b) videat *corr. pro* valeat *in marg. C.* c) quid *B.* d) revocari *B.* e) rennuunt *B; corr. ex* renuant *C.* f) quando *C.* g) furore *C.* h) fuit *B.* i) sceleratius *B.* k) inpavidis *B.* l) voces *C.* m) seperatus *B.* n) *in marg. pro* est *C.* o) non immerito inesse *C.*

1) *Nicolaus alludit ad synodum Mettensem anni 863.* 2) *Cf. supra epp. nn. 30, 31 (p. 297 sqq.); Dümmler, l. c. II², 79.* 3) *Cf. Dümmler, l. c. II², 78 ann. 6.* 4) *De his legatis regis Lotharii II. et eorum legatione cf. Parisot, l. c. p. 290—293; de Waltario etiam ibid. p. 182 ann. 2 et Dümmler, l. c. II², 33.* 5) *V. Parisot, l. c. p. 293.*

867 Ian. 25. ardentes, fecit pariter et loquentes necnon et flamma divini zeli atque[a] suorum mirabilium verborum facibus[b] corda principum mundi accendentes. Et revera quis infirmabatur et illi non infirmabantur? Quis[c] scandalizabatur[c] et illi non urebantur? Sed ne diutius immoremur[d], verbis vos solum iam nunc ipsius apostolorum principis convenire curamus et, quod ille presbyteros alloquens prosecutus est, ad vos multo magis pertinere colligite et, quale malum sit adulterium[e] vel quid vos maneat, si studiosi vel si desides fueritis inventi, ex[f] sermone illius, qui nobis per beatum Clementem recitatur, adtendite[g]. Ait enim: Et[1] quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Secundum namque in poenis obtinet locum, quoniam quidem primum habent illi, qui aberrant a Deo, etiamsi sobrie vixerint. Propter quod vos, o presbyteri, ecclesiam excolite et adornate sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico omnem ecclesiae[h] congregationem, quae, si pudica[i] fuerit inventa ab ipso sponso suo, ingentibus ab eo donis et muneribus honorabitur et vos[k], velut ministri sponsae et amici sponsi, ingenti gaudio et laetitia[l] perfruemini. Si vero sponsa haec reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem tamquam[m] indigna trudetur regalibus thoris, vos autem poenas dabitis, si forte per vestram neglegentiam vel desidiam obrepserit[n] contagio seva peccati. Ecce[o] audistis praemium, studiosi; ecce audistis discrimen vestrum, inertes.

His itaque decursis sanctimoniam vestram[p] hortamur et per inseparabilem[q] sanctam[r] Trinitatem vos omnes pariter obsecramus, ut litteris[2] vestris sine mora per legatos vestros idoneos directis nobis veraciter indicetis, si secundum iuramentum praestitum coram misso nostro[3] Hlotharius cum Theutberga conversetur et[s] si ita illam tractat, quemadmodum rex legitime sibi coniunctam debet tractare reginam, et qui sint illi, qui nullo pacto a nobis dissidentes adulteris nullum consentiunt praestare favorem; necnon et hanc nostram[t] epistolam[t] ostendatis et excommunicationis Waldradae tenorem manifestum facere studeatis. Iam vero qui haec vestrum agere et intimare quae diximus postposuerit, ipse se obnoxium et fautorem adulterorum palam ostendet[u]. Et hoc nobis erit signum eum tanto consensisse facinori, si oboedire huic instituto nostro neglexerit, ac per hoc tamquam conventum a nobis et[v] admonitum ac[w] salubri monimini satisfacere nolentem, sed per omnia nobis inoboedientem nostra[x] seu totius ecclesiae hunc communione constituimus esse remotum, in promptu[y] videlicet secundum apostolum habentes omnem ulcisci inoboedientiam. Sane cui personam dirigendi nulla facultas subpeditat[z], saltem scripta eadem indicantia mittere minime parvipendat[a]. A qua indulgentia Viridunensem[b 4] antistitem[5] non inconvenienter excipimus[6]; quem omnino praecipimus non solum litteras[c] ad nos, verum et personam de proprio clero mittere sine qualibet mora vel excusatione prorsus idoneam. Obtamus sanctitatem vestram nunc et semper in Christo bene valere.

cf. 2. Cor. 11, 29.

cf. 2. Cor. 10, 6.

Data VIII. Kalendas Februarias[d] indictione XV.

---

a) a quo *B.* b) fascibus *C.* c) qui scandelizabantur *C.* d) immemoremur *corr. C.* e) adulatorium *B, C.* f) et *B.* g) *om. C.* h) ecclesiam *B.* i) pudicam *B.* k) *om. C.* l) lętitię *C.* m) *bis in cod., sed semel del. B.* n) *in marg.* oppresserit *pro* obrescrescerit *C.* o) Ece *B.* p) *om. C.* q) inreparabilem *B;* inconprehensibilem *C.* r) sanctissimam *suprascr. C.* s) *emend. secundum supra p. 234 l. 49 textum;* aut *B, C.* t) epistolam nostram *C.* u) ostendit *C.* v) *om. C.* w) a quo *B.* x) nostram *B.* y) impromptu *B.* z) subpetitat *B.* a) parvipendant *C.* b) *pro* Virdunensem *al. m. corr. in marg.* Viridinensem *C.* c) literis *C.* d) februarii *C.*

1) *Epist. Clementis ad Iacobum, Mansi I, 94, Hinschius, Decretales Pseudo-Isidorianae p. 32 (J.-K. Reg. n. † 10).* 2) *V. epistol. Adventii supra p. 233—236 editam, in qua ille episcopus ad praesentem epistolam, ipsius verbis interdum utens, respondet. Cf. Dümmler, l. c. II², 163 sq. Parisot, l. c. p. 302 sq.* 3) *Arsenio. — Cf. Ann. Bertin. a. 865 p. 76—78 ed. Waitz. Dümmler, l. c. II², 133 sq.* 4) *Hod. 'Verdun'.* 5) *Hattonem, a. 847—870.* 6) *Cf. Dümmler, l. c. II², 159 ann. 5.*

48.

Nicolaus aegre ferens, quod Karolus Calvus cum Lothario foedus iniisse videatur, regem adhortatur, ut quoquo modo possit Theutbergae assistat. Monomachia causam eius atque Lotharii decerni vetat; quae quibus conditionibus retractari possit, exponit. Addit de litteris ad Lotharium et episcopos regni eius directis (supra nn. 46, 47). 867 Ian. 25.

867 Ian. 25.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 44—46 (B); Vallicell. C 15 fol. 181' (C); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 195; Sirmond, Conc. Gall. III, 324; Mansi, Conc. coll. XV, 318; Migne, Patr. lat. CXIX, 1142. — Cf. J.-E. Reg. n. 2872 (2174).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[1].

Numquam[a] dolorem generat sicut spes frustrata numquamque[b] mentem vulnerat ut molestum nuntium veniens insperatum[c]. Sed quod dicimus aperiamus. Denique inter alios sanctae Dei[d] ecclesiae religiosos propugnatores atque veritatis strenuos defensores neminem magis super Theutbergae gloriosae reginae contritione sollicitum, neminem magis ipsius incommoditatibus[e] condoluisse quam vestrae pietatis affectum recolimus, adeo ut in vita fratris eius[2] causam ipsius sedi apostolicae retuleritis et eam[f] largitate munificentiae vestrae non pauco tempore sustentaveritis nosque frequenter ad auxilium illius exhortari studueritis. Quocirca sedes[g] apostolica tantam[h] vestrae caritatis circa eam intuens habundantiam, quoniam celeri executione pertinatia perversitatis obstante causam eius perficere non praevaluit, vestrae hanc tamquam Deo contemplante atque beato secum Petro apostolorum principe contradente tuitioni seu clementi munitioni commisit. Nunc autem, sicut audivimus, Hlotharius rex adversus eandem Theutbergam rursus armatus, ut assensum quoque vestrum huic nefariae intentioni suae copulare potuisset, foedera vobiscum iniisse[i] dicitur[3] et quodam regni sui collato monasterio[4] pro perdenda praefata Theutberga nutum sibi vestrum univisse[k] diffusa[l] longe lateque fama praetenditur. Quod si[m], ut multi ferunt, verum est[n], vehementer extitit dolendum et amarissime deplorandum, videlicet ut pro[o] consilio pietatis nunc retro, quod absit, conversi consilium detis impietatis et qui hactenus favorem praestabatis aequitati nunc assensum praebeatis iniquitati. O inconparabile detrimentum! O inenarrabile pii regis compassionis dispendium! Sed absit hoc a tanto principe, absit a fidelium cordibus de tanto Christi cultore tale quid facile credere, cum potius credendum est eos, qui Balaam imitantur[p], merito reprehendere, qui contra eorum vitam, quibus se similem fieri etiam[q] moriendo poposcerat, consilium praebuit et, cum occasionem de avaritia repperit, illico oblitus est quicquid sibi de innocentia optavit. Sed quia de[r] praebendo[r] nequitiae consensu vestro nondum[s] ex toto credere[t] patimur, restat, ut ad[u] exortandos vos, quo circa iam fatam[v] reginam pium ac inchoatum opus consummetis, interim calamum temperemus. Ecce enim veritas dicit[w]: 'Qui perseveraverit usque[x] in finem, hic salvus erit.' Ecce de offerente iuge[y] sacrificium beato Iob legitur:

cf. 1. Tim. 5, 15.

cf. Num. 22—24.

Matth. 10, 22.

---

48. a) *corr. in marg. pro* nil aeque *C.* b) *in marg. corr. pro* sic *C.* c) inspiratum *B, C.* d) *deest B.* e) commoditatibus *B, C.* f) tam *B, C.* g) sede *B.* h) tantum *B.* i) iniisset *B.* k) unius se *B; iniisse C.* l) difusa *B.* m) forsan *add. C.* n) esse *C.* o) priori *C.* p) immitantur *B.* q) et *C.* r) dēphendo *B;* deprẹhenso *C.* s) nedum *C.* t) crede *C.* u) *deest C.* v) factam *B.* w) dixit *C.* x) *om. B.* y) *incipit fol. 45, vacuo relicto fol. 44' et fine columnae in fol. 44 B.*

1) *Cf. de hac epistola Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 158; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 295. V. etiam Reginonis chron. a. 866 ed. Kurze p. 86—87, in quo excerpta aliqua ex hac epistola inepte ibi* collaudatoria *titulata praebentur.* 2) *Hucberti abbatis mortui a. 864.* 3) *V. Ann. Bertin. ed. Waitz p. 78. 82; cf. Dümmler, l. c. II², 142. 145 sq. 149. 154; Parisot, l. c. p. 289 sqq.* 4) *Ann. Bertin. a. 866 p. 82:* Karolus — — pro quibusdam convenientiis, ut dicebatur, firmitatibus inter se factis, abbatiam Sancti Vedasti, donante sibi Hlothario, suscipit. *Cf. Dümmler, l. c. II², 145; Parisot, l. c. p. 290.*

Iob 1, 5. 867 Ian. 25. 'Sic faciebat Iob[a] cunctis diebus.' Quod beatus papa Gregorius exponens ait[1]: In sacrifitio igitur sancta actio, in cunctis autem diebus sacrifitii constantia actionis ostenditur. Sed his ita praemissis excellentiam vestram nolumus ignorare adeo Hlotharium regem Theutbergam coniugem suam diversis afflictionibus subdidisse et innumeris pressuris contra praestita iuramenta subegisse, ut nobis coacta nunc scriberet[2] regia se velle exui dignitate seu copula[b] et[b] sola privata vita fore contentam[c] desiderare. Cui nos scripsimus[3] non hoc[d] aliter fieri posse, nisi eandem vitam coniux eius Hlotharius elegisset. Verum, sicut multorum relatu didicimus, ipse Hlotharius conventum celebrare disponit[4] et eandem Theutbergam examini proprio et iudicio subicere meditatur et, siquidem eam praestigiis falsitatis suae vel argumentosis ambagibus[e] potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua uxor, vult eam a se penitus sequestrare; sin autem, vult eam tamquam propriam quidem uxorem[f] admittere, sed deinde, quasi mechata fuerit, insimulare atque pro[g] hoc[h] hominem Theutbergae ad monomachiam impellere et, si homo reginae[i] ipsius[i] ceciderit, disponit hanc sine dilatione perimere. Quae quantum sint omni divinae vel sanctorum patrum[k] legi contraria, magnitudo quidem prudentiae vestrae dignius[l] iam advertit. Sed et nos hinc aliquid strictim volumus demonstrare, prius asserentes, quia de retroacta controversia Theutberga non debet ulterius ad iteratam responsionem provocari, quoniam quod[5] bene semel diffinitum est et interpositis iuramentis deliberatum nulla debet iteratione, nisi fortassis[m] ubi fuerit maior auctoritas, retractari; deinde[n] quia ecclesiae refugium quaerens et ecclesiasticum iudicium semper expetens[o] saeculare[p] non debet summitti iudicio. Post haec vero, cum[q] nos ex utraque parte, id est tam[r] a Theutberga quam a Hlothario, fuerimus provocati iudices nosque amborum controversiam executi simus[s], ad nullos alios convenit super hoc negotio iudices convolare, cum secundum sacros canones a iudicibus, quos communis consensus[t] elegerit, non liceat provocare[6]; et ubi concessa est provocatio, nonnisi ubi est maior auctoritas, liceat provocare. Itaque cum non sit apostolicae sedis auctoritate, quae amborum negotium executa est, usquam maior auctoritas, nescimus, si alicui liceat de eius iudicare iudicio vel eius retractare sententiam[7]. Siquidem iuxta quod et[u] ecclesiastica lex et mos antiquitus observatus dictat[v], ad illam quidem provocatum et aliorum ipsam dissolvisse iudicium novimus; ab ipsa vero provocatum vel sententiam eius quosquam violasse non novimus. Illud vero, quod Hlotharius Theutbergam de adulterio criminatur, quis non videat dolo esse plenum et omni iniquitate? Denique si uxor eius, ut ipse iactat, non est, quid[w] pertinet ad eum de adulterio illi calumniam texere, cum nec moechari potuerit, si alicuius uxor non extitit? Porro si[x] a[x] Hlothario[x] de[x] adulterio[x] accusatur et, si[y] convicta fuerit, ultio praeparatur, necesse est, ut fateatur uxorem. Quid ergo incassum laborat, anxiatur et, quod sua non fuerit uxor, quibuscumque modis et qualibuscumque[z] argumentis satagit invenire? Necesse, inquam, est, ut ante omnem controversiam uxorem confiteatur, si hanc ut moechatam impetendam existimat. Sed de hoc illa[a] coram missi nostri[8] praesentia[b] purgare se voluit, sed ipse non annuit.

---

a) *deest C.* b) copulate *B.* c) contentiam *B.* d) *deest C.* e) ambigibus *B.* f) uxore *B.* g) per *B.* h) hominem suum et *add. Edit.* i) ipsius reginae *C.* k) patruum *C.* l) di nus *B.* m) fortasis *B.* n) demum *C.* o) etpetens *B.* p) seculari *C.* q) cur *C.* r) *deest C.* s) sumus *C.* t) consensis *B.* u) *deest C.* v) dicat *B, C.* w) qui *B.* x) de adulterio si a Hlothario *C.* y) *om. C.* z) modis et qualibuscunque *repetit C.* a) illam *B.* b) pręsentiam *B.*

1) *Moral. lib. I c. 10; Migne, Patr. lat. LXXV, 533.* 2) *Cf. Decr. Grat. c. 26 C. 27 q. 2.* 3) *Cf. supra ep. n. 45 (p. 321 sq.).* 4) *Cf. Ann. Bertin. a. 866 ed. Waitz p. 85; Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 155. V. etiam de his et de sequentibus M. Sdralek, 'Hinkmars von Rheims kanonistisches Gutachten über die Ehescheidung des Königs Lothar II.' (Freiburg i. B. 1881), p. 120 sqq.* 5) *Cf. Decr. Grat. c. 6 C. 6 q. 4.* 6) *V. conc. African. c. 63 (Mansi III, 802). Sdralek, l. l. p. 121.* 7) *Similia invenies infra in ep. n. 88 (ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 954 sq.). Cf. ep. Bonifatii I. ap. Mansi VIII, 757 (J.-K. Reg. n. 365), epp. Gelasii ap. Mansi VIII, 17, 66 (J.-K. Reg. nn. 622, 664).* 8) *Arsenii episcopi.*

867
Ian. 25.

Monomachiam[1] vero in legem[a] assumi nusquam praeceptum fuisse repperimus; quam[b] licet quosdam iniisse legerimus, sicuti sanctum David et Goliam sacra prodit historia, cf. 1. Reg. 17. numquam tamen, ut pro lege teneatur, alicubi divina sancit auctoritas, cum hoc et huiusmodi sectantes Deum solummodo temptare videantur[c].

His ita praelibatis dilectionem vestram obnixe deposcimus, ut cura et sollicitudo atque omne omnino studium seu auxilium, quod circa eandem feminam semper fervidum[d] habuistis, nullo tenore[e] frigescat, immo nullo pacto tepescat, sed potius, quantum vires caelitus collatae ministrant, nullatenus ei nocere quocumque gemina caritas vestra permittat ingenio, ne, si forte quicquam laesionis inciderit, ipsi pro illa in terribili divino iudicio cogamini reddere rationem, cuius nos tamquam Deo, sicuti praediximus, contemplante cf. Matth. 12, 36. illam vice principis apostolorum, cuius praesidium ascivit, salvandam tuitioni commisimus. Ad extremum vero et quando iam nulla securitatis et inmunitatis eius, quod gementes dicimus, inveniri[f] poterit remedium atque imminens sibi certissime praevidetur[g] interitus, recipite illam ad vos et, quousque de ea quod Dominus revelaverit ordinetur, in regno vestro fovete[h] ac ei solita pietatis vestrae beneficia ministrate et ita demum, si quid illi obicitur, auctoritate[i] nostra praeveniente ipsius emuli prosequantur. Sed notate, quoniam tunc haec fieri permittimus, cum a[k] prudencia vestra vel eorum, qui[l] nobiscum sapiunt, nulla spes salutis Theutbergae remanere praescitur[m]. Praeterea[2] sive[3] de coniugii foedere sive de adulterii crimine iudicium sit agendum, nulla ratione[n] patet[n] Theutbergam cum Hlothario posse legalem inire conflictum vel legitimum controversiae subire certamen, nisi prius ad tempus fuerit suae potestati reddita et consanguineis propriis libere sociata. Inter quos etiam locus providendus est, in quo nulla sit vis multitudinis formidanda et non sit difficile testes producere vel ceteras personas, quae tam a sanctis canonibus quam a venerandis Romanis legibus in huiusmodi controversiis requiruntur[4]. Verum haec non ut fiant dicimus, quae sine decreto vel ordinatione nostra fieri non posse supra docuimus, sed ut ostendamus, quem legum conflictum Hlotharius congredi posse autumat, cum personam[o], quam in suis penetralibus[p] cotidie[q] fatigat, cotidie conterit, quando vult ad iudicium educit, quando vult ad claustra reducit et, cum educta fuerit, nisi ea profiteatur, quae ipse praeceperat, quis est qui dicere possit, quantis malis introducta submittitur? Propriae igitur libertati committi et ab omni oppressione ac potestate illius[r], cum quo initur conflictus, oportet liberari atque in suis licenter uti et suspectas personas convenit declinare, quae se ab obiectis ostendere cupit inmunem. Sed iam, ut, fili carissime, epistolae[s] finem[s] ponamus, semper vos illud, quod de bene operante beato[t] Iob supra commemoravimus, recolere, semper in cf. Iob 1, 5. causa saepe dictae reginae habere prae oculis ammonemus, quia frustra laudabile quid[u] geritur, si cunctis diebus, quibus vivit, hoc non exequitur operator, atque incassum in stadio currit, qui[v], antequam ad designatum perveniat locum, succumbit. Scriptum quippe est: 'Vae qui perdiderunt[w] sustinentiam.' 'Vos autem sic currite, ut conprehendatis.' Quae praeterea de Waldrada moecha et excommunicata decreverimus, vos non latet. Quae vero, quoniam nobis non annuentibus in Galliam habitatura[x] repedavit, super ea episcopis regni Hlotharii scripserimus[y], in epistola[5], quam eis misimus[z], Eccli. 2, 16. 1. Cor. 9, 24.

a) lege *C.* b) quia *C.* c) *post. corr. ex* videatur *B.* d) *corr. m. post. ex* servidum *B.* e) tempore *Edit.* f) invenire *B.* g) providetur *C.* h) favete *C.* i) aut toritate *B.* k) ad *B.* l) quę *B.* m) pręscipitur *B;* p̄citur *C.* n) ratio patitur *in marg. (e Gratiano) C.* o) persona *B, C.* p) penetrabilibus *B.* q) cottidie *B.* r) ipsius *C.* s) finem epistolae *C.* t) sancto *B.* u) quod *C.* v) quia *C.* w) perdiderit *C.* x) habitaria *B; corr. C.* y) scripsimus *C.* z) missimus *B.*

1) *Cf. Regino, De synodalibus causis l. II c. 76; Ivonis Carn. Decr. VIII, 187; Decr. Grat. c. 22 C. 2 q. 5. — V. Sdralek, l. l. p. 124. Cf. etiam ad haec Agobardi Lugdunensis epistola MG. Epist. V, 158—164. H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' II, 401 sq.* 2) *Exceptio spolii, quae dicitur, hoc loco postulatur; cf. F. Ruffini, 'L'Actio spolii' (Torino 1889), p. 220 sq. V. etiam Sdralek, l. l. p. 123.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 4 C. 33 q. 2.* 4) *Cf. Langen 'Geschichte der römischen Kirche' III, 96.* 5) *Supra n. 47.*

867 Mart. 7. potestis agnoscere, cuius[a], quaesumus[a], transscriptum exemplar venerandis antistitibus in regno vestro ecclesiam Domini[b] gubernantibus vestra tribui gloria faciat. Praeterea rogamus, ut vestra sublimitas sine omni dilatione praesentem crebro dicti[c] regis[c] Hlotharii nomine titulatam per fidelem ac prudentem virum eidem destinare maturet epistolam[1], cuius[d] exemplar ecce dilectioni vestrae transmisimus. Id ipsum etiam vos de illa[2] rogamus agere, quam praesulibus eius regni transmisimus. Sed sciendum est, quoniam eorum quidam timoris aut favoris causa nostram suscipere parvipendunt[e] epistolam[d], quidam vero suscipiunt quidem, sed palam demonstrare formidant vel etiam Hlothario placere volentes hanc aliorum visione[f] perniciosissime privant. Quapropter obnixe precamur, ut per talem eandem epistolam nostram virum iam designatis antistitibus vestra sapientia mittat, qui prudenter incedens nullum prorsus eorum praetereat, cui hanc non tradidisse quocumque modo clarescat. Quo caute ac indifferenter acto, qui hanc susceperit vel non susceperit, per caritatis vestrae legatum vel litteras protinus ac certissime seu pleniter nobis poscimus[g] intimari. Nam licet omnes arguendi sint ob nimiae soporem desidiae[3], multo[h] tamen illi severius increpandi vel percuciendi consistunt, qui[i] totiens etiam a nobis moti excitari, pestifero torporis[k] somno depressi, refugiunt. Sed priusquam veraciter hos agnoscamus, nihil de his diffinitivum deliberare prorsus absentia seu potius ignorantia iustitia dictante permittit[l]. Optamus gloriam vestram in Christo nunc et semper bene valere, dilectissime[m] fili.

Data VIII. Kalendas Februarias[n] indictione XV.

Embolim[o][4].

Porro excellentiam[p] vestram[p] hortamur, ut hoc exemplar epistolae ad Hlotharium[q] missae[5], quousque illum nostris monitis oboedire perfecte cognoveritis, apud vos nemine[r] alio sciente retineatis. Si autem suae obstinationi non cesserit et, quae ei ad praesens dirigimus, perficere distulerit vel si Theutbergam[s] reginam debito honore non retinuerit, vestra ad omnium notitiam quae de eo statuimus faciat venire sublimitas et iuxta nostrae censurae modum ad gloriam vestram transmissum huc illucque dispergat.

49.

Nicolaus Ludovicum Germaniae regem precatur, ut Lotharium ad debitam dilectionem uxori Theutbergae impendendam admoneat. Item studeat, ut Ingiltrudem, Bosonis comitis uxorem, ad tramitem iustitiae revocet, ita ut ad proprium virum revertatur.

867 Mart. 7.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 171'—172 (B); Paris. lat. 1557 fol. 69 (C); Trever. 1081 (LXXI) fol. 14 (D); Vallicell. C 15 fol. 231' (E); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 203; Sirmond, Conc. Gall. III, 329; Mansi, Conc. coll. XV, 324; Migne, Patr. lat. CXIX, 1150; Floss, Leonis papae VIII. privilegium de investituris (Friburgi Brisigavorum 1858), p. 34. — Cf. J.-E. Reg. n. 2874 (2176).

---

a) cuiusque *C.* b) Dei *C.* c) dicto rege *B, C.* d) cuius — epistolam *desunt C.* e) pravipendunt *B.* f) visionem *C.* g) possimus *C.* h) multe *B.* i) quę *B.* k) corporis *C.* l) *post. corr. in* permittitur *C.* m) dilectissimi *B.* n) febrarii *C.* o) *om. C.* p) vestram excellentiam *C.* q) Lodharium *B;* Lotharium *C.* r) neminem *C.* s) Tęobergam *B;* Theupergam *C.*

1) *Supra n. 46 (p. 322 sqq.).* 2) *Supra n. 47 (p. 325 sqq.).* 3) *V. initium ep. n. 47 (p. 325 sq.).* 4) *De sequentibus (l. 21—27), quae hoc loco et in codicibus et in prioribus editionibus desunt, cf. quae adnotavi ad ep. n. 46 supra p. 325 in ann. 6. Exstant haec in cod. Paris. 1557 fol. 42 (B), in Cod. Vallicell. C 15 fol. 177' (C).* 5) *Ep. n. 46 (p. 322 sqq.); cf. etiam supra p. 332 lin. 5:* . . . epistolam, cuius exemplar ecce dilectioni vestrae transmisimus.

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS[b] SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO HLUDOWICO GLORIOSO REGI[1]. 867 Mart. 7.

Precamur amabilem dilectionem vestram, ut regem Hlotharium monere nullo pacto desistatis, ut debitam dilectionem Teutbergae[c] reginae, uxori suae, semper impendat nec sibi blandiatur, quasi studeat eam cogere, ut aliquod[d] sibi crimen impingat et per hoc valeat illam a suo consortio sequestrare[2], quoniam hoc nec ipse legaliter agere praevalet nec nos talibus praestigiis et[e] tam fraudulentae calliditati locum dare permittimus. Sed etiamsi abundante iniquitate qualibet astutia, potius autem[f] violentia, cf. Matth. 24, 12. tale[g] quid[h] machinari potuisset, Waldradam ei moecham, cuius[i] inmundo desiderio ad ista intendit[k], anhelat et pervenire dementer[l] affectat, nullus coniugali foedere sociari[m] permitteret[m], nisi forte quis[n] omnium legum, nisi cunctarum regularum temerator et infractor inveniri voluisset. Agite igitur circa eum benigne et[o], quoniam filius germani vestri[3] est, tamquam os[p] vestrum et carnem monere, increpare, immo vero etiam severius[q] corripere, quin et quoquo modo corrigere studeatis, mentis scilicet eius salutem magis quam corporis anhelantes. cf. Gen. 29, 14.

Postremo, fili karissime, non vos latere credimus, quot[r] et quantos labores pro refuga illa[s] Bosonis uxore[4] saepe pertulimus et quotiens eam, ut ad iustitiae tramitem remearet, salubriter[t] admonuerimus et qualiter etiam non resipiscentem, sed in nequitia sua pertinaciter[u] persistentem gladio anathematis percusserimus[5]. Quae[v] nec percussa doluit nec adtrita voluit recipere disciplinam; vir autem eius[w], innocens videlicet, in illius[x] absentia hinc[y] inde[y] labore non modico[z] fatigatur, quoniam[a] nec ipsi reconciliari absenti praevalet nec alterius illa vivente consortium ei coniugale conceditur. Qua de re quoniam improbitatem et insolentiam eiusdem viri continuam patimur, volentis scilicet ardenter ad secundum, immo illicitum convolare conubium, obnixe dilectionem vestram deposcimus, ut pro revocanda ea omne studium pro Dei amore sumatis, quin immo et[b] eandem perditam atque saepe dampnatam feminam lucrari Domino valeatis, ita ut, si monitis provocata viam suae salutis non arripit, saltem pressuris per vestram industriam angustata[c] resipiscat et quae ad dominicam cenam sponte intrare noluit, dum tantum intret, vel compellatur[d] cf. Luc. 14, 23. invita[e]. Nam forte de[f] huiusmodi Dominus per prophetam dicit: 'Ecce ego sepiam viam Osee 2, 6. 7. tuam spinis et sepiam eam maceria[g] et semitas suas non inveniet; et sequetur amatores suos et non apprehendet eos, quaeret et non inveniet eos et dicet: Vadam et revertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.' Quod venerandum oraculum[h], si[i] tropice disseratur, non parvam utilitatem generat. Verum nunc breviter dicendum est, quoniam, si eadem femina, sicut[k] nec debet, nullius communione frueretur et non exquisitis voluptatibus potiretur[l], si[m] denique vias suas spinis septas pateretur, cf. Osee 2, 6. si in[n] terrenis desideriis de impossibilitate lassaretur, iam Deum profecto ad mentem reduceret et ad amorem viri proprii vel invita rediret. Sic[o] ergo pervicax illa et impenitens anima, quae diu est adultera conata persistere, sic fortasse, si tamen necessitas

---

49. a) Nicolaus *C, E;* Nikolaus *D.* b) *deest; ras. 3 litterarum D.* c) Theutpergę *C;* Theuperge *E.* d) aliquid *B.* e) *ras. post* et *B.* f) aut *B.* g) tali *E.* h) quod *E.* i) cuus *D.* k) et *add. D.* l) clementer *D.* m) permittere sociare *E.* n) quod *B.* o) ut *D.* p) ōs *B, C.* q) severis *D.* r) *ss. corr. ex* quod *alia m. B;* quod *D.* s) illius *B.* t) et *add. C.* u) *om. D.* v) qui *D.* w) *deest D.* x) eius *E.* y) de *D.* z) modica *D;* modocico *E.* a) quō *C;* quomodo *E.* b) *om. D.* c) *deest D.* d) compellatis *E.* e) *ras. corr. ex* invitia *C; al. m. corr. in* invitam *E.* f) *om. D.* g) macerie *corr. al. m. pro* materia *E.* h) oraculis *E.* i) si si *E.* k) sic *E.* l) potieretur *E.* m) sed *E.* n) enim *E.* o) Si *D.*

1) *Germaniae († 876). — Cf. de hac epistola Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 159 sq.; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 299 sq.* 2) *Cf. supra epp. nn. 45. 46 (p. 319 sqq. 322 sqq.).* 3) *Scil. Lotharii I. imperatoris († 855).* 4) *Ingiltrudi. V. Dümmler, l. c. II², 136.* 5) *V. supra p. 314 ann. 5 et ep. n. 18 cap. IV (p. 286).*

867 Oct. 7. ei per vos rerum interim[a] titulatarum imponeretur, fidelis iam decerneret esse coniunx,
Osee 2, 7. quae et merito ac veraciter dein[b] dicere posset: 'Revertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.' Optamus gloriam vestram bene valere, dilectissime fili[c].

Data Nonas Martias indictione XV[d].

50.

Fragmentum epistolae Nicolai, in quo Lotharium regem hortatur, ut Treverensis et Coloniensis ecclesiae clericos ad eligendum sibi canonice praesules commoneat.

867 Oct. 7.

Damus hoc fragmentum ex litteris supra p. 246—48 et p. 251—53 editis, in quibus exstat p. 247 (B) et p. 252 (B'). — De codice Treverensi 1081 (LXXI), ex quo (fol. 23—24 et fol. 26—27') hae epistolae et supra in hoc tomo et primum ab H. I. Floss (Leonis papae VIII. privilegium de investituris p. 69—74 et p. 84—88) prolatae sunt, cf. supra p. 241. — Cf. J.-E. Reg. n. 2878.

Ceterum[1] monemus dilectionem tuam et coram Deo[a] protestamur, ut Treverensis atque Agrippinensis ecclesiae ac dioceseon[b] clericos ad eligendum sibi canonice praesules convenire rite commoneas[2], ita ut ab ipsis ecclesiis personae eligantur, qui nec in aliquo sacris regulis obvient nec per Waldradae aut[c] Theutgaudi vel Guntharii dudum episcoporum favorem regimen Christi ovium obtinuisse probentur, ne, quod absit, illis[d] quiddam prioribus consimile forte contingat. Cum electi fuerint ab episcopis earundem dioceseon, si sunt digni, secundum antiquam consuetudinem consecrentur a nobisque, claros ac prudentes legatos mittentes, pallia sollempniter impetrare contendant. Non enim dignum est, o praestantissime rex, ut tanto tempore[3] ipsae iam nominatae ecclesiae viduatae consistant[e] et dominicus grex, non habens pastorem, lupinis dentibus laniandus existat, praecipue cum sacri canones[4], ne id fieri debeat, consulte proibere[f] monstrentur.

51.

Nicolaus Ludovicum Germanicum hortatur ad Lotharium regem commovendum, ut Waldradam Romam mittat, ut Theutbergam uxorem secundum iuramenta tractet, ut in Coloniensi et Treverensi ecclesia episcopi regulariter eligantur. Antea illum Romam venire vetat. Addit quaedam de reditibus S. Petri ex regno Ludovici recipiendis.

867 Oct. 30.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 76—78' (B); Vallicell. C 15 fol. 248' (C); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 205; Sirmond, Conc. Gall. III, 339; Mansi, Conc. coll. XV, 327; Migne, Patr. lat. CXIX, 1174. — Cf. J.-E. Reg. n. 2884 (2183).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO HLUDOWICO GLORIOSO REGI[5].

Syllabarum vestrarum tenore pandistis[6] vos cum dilecto filio nostro Karolo glorioso rege, fratre videlicet vestro, ad commune colloquium venisse[7], cui[a], quia[a] defuit Hlotha-

---

a) utiterim *D.* b) deinde *C, E.* c) filii *E.* d) XV. *B;* XI. *E.*

50. a) Domino *B'.* b) diocesium *B.* c) nec *B'.* d) ipsis *B'.* e) consisterent *B.* f) prohibere *B'.*

51. a) cuius *C.*

1) *Continetur hoc fragmentum tantummodo in epistolis Hadriano II. papae scriptis supra p. 246—248 et 251—253 editis, quae de eius tenore conferantur. Tempus quoque, quo scriptum est, ibi significatur:* ... beatissimus memoratus papa *[scil. Nicolaus]* quondam Lothario regi ex hoc inter alia Non. Oct. indictione I. hoc modo scripsit ad locum *(p. 247) et:* Nikolaus — — — quondam nepoti nostro Hlotario ad locum Non. Octobr. indictione I. inter alia ita scripsit *(p. 252). — V. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 171; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 304; Jaffé-Ewald Reg. n. 2878.* 2) *Cf. supra ep. n. 23 (p. 288) et ep. n. 38 (p. 312).* 3) *Inde ab anno 863.* 4) *Cf. conc. Chalcedonense c. 25 (Mansi VII, 380).* 5) *Germaniae. — Cf. de hac epistola Dümmler, l. c. II², 169 sq.; Parisot, l. c. p. 304.* 6) *Hae litterae deperditae sunt.* 7) *Cf. Pactiones Mettenses a. 867, MG. Capit. II, 167 sq. Dümmler, l. c. II², 160 sq.; Parisot, l. c. p. 296—299.*

rius rex, nepos scilicet vester, perhibetis vos ad eum iam dictum fratrem vestrum Karolum regem adiuncto sibi quodam ex episcopis regni vestri misisse[1], quatenus, prout vobis per epistolas[2] nostras ad vos directas iniunximus, ab illis admoneretur, ut in omnibus iussionibus nostris oboediens existeret. Quod quia tam utpote pii principes iustitiam diligentes quam proximi salutem[a] per caritatem quaerentes nostrisque[b] nihilominus[c] adhortationibus[d] obsecundantes[e] egistis, debitas gratias agimus; quam[f] tamen[f] lucri[g] efficatiam[h] vestra vel nostra monita penes eundem regem Hlotharium impetrarint, fateor, actenus[i] non elucet. Sed dicitis eum tam absentem quam postea praesentem[3] a vobis ipsam admonicionem[k] benigne suscepisse deindeque professum fuisse in omnibus se nostris praeceptionibus pariturum. Quod[l] quia[l] saepe audivimus, non tamen hinc effectum percepimus, satis ingemiscimus et huius rei gratia ultra quam dici possit affligimur; nimirum qui etiam pro sua ipsius salute cotidie laborantes apud ipsum nihil omnino proficimus, dum quod sermone dicit, facto non perficit et praecipue, cum verba eius ut arborum folia sonare[m] quidem possint, saturare vero[n], cum sint sine fructu, non possint. Quamobrem, dum quaerimus, cui huiusmodi vir valeat comparari, nullus menti convenientius occurrit quam ille filius, cui apud Mattheum pater dixisse legitur: 'Fili, vade hodie, operare[o] in vineam meam.' At ille respondens ait: 'Eo, Domine, et non ivit.' Unde et merito figuram Iudaici populi exprimit. Ipse quippe repromittebat Moysi dicens: 'Cuncta, quae locutus est Dominus, fatiemus'; non[p] tamen quae verbis repromittebat rerum effectibus adimplebat. Ita pro dolor! et iste nepos[q] vester semper quidem nostra monita velle audire, semper adimplere cupere protestatur; non tamen quod ore, quod scriptis[4] oportune inportune saepissime profitetur, operibus exercere vel factis exhibere contendit et paternis monitis nostris non tamquam filius[r] oboediens[r] paret, sed tamquam ingratus[s] post[s] tergum[s] repedavit[t]. Siquidem in quo aliquando apparuit rex Hlotharius nobis oboediens? Aut quid ab illo exegimus nisi salutem suam? Nisi curationem[u] quam laesit ecclesiae? Nisi Theutbergae reginae coniugis eius apud sanctum Petrum praesidium requirentis[v] securitatem? Nisi nostram etiam post tot[w] labores aliquando requiem? Nam hinc inter[x] innumeras alias curas praecipue laboramus, hinc omnimodam de Waldrada[y] moecha et excommunicata suspitionem adimendam saepe decrevimus. Hinc etiam ut novi Treverensi et Coloniensi ecclesiis antistites darentur iniunximus[z 5], videlicet qui nec per Theutgaudi et Guntharii dudum episcoporum nec per iam fatae Waldradae favorem proveherentur, sed canonice a filiis et de filiis iam nominatarum ecclesiarum electi ab his, qui earundem ecclesiarum antistites soliti[a] sunt[a] consecrare, regulariter ordinarentur[6]. Sed cum haec omnia nos oportuna esse ac necessaria prospitientes ipsi regi Hlothario crebro mandassemus, quo[b] nostrae institutionis[c] exequutor effectus, ut haec consummarentur, annueret, immo, ut sua prorsus exequutione perpetrentur, insisteret[d], aliquid horum effectum quemlibet accepisse nos profecto nondum cognovimus. Et[e] tamen[e] ille nostra[f] se[f] velle perficere in omnibus monita profitetur! Denique Waldradam ad nos non solum non misit, sicuti saepius

867 Oct. 30.

cf. Sap. 1, 1.

Matth. 21, 28. 30.

Exod. 19, 8.

a) sal *B.* b) nostrique *C.* c) nihilhominus *B.* d) adhortantibus *C.* e) obfoecundantes *B.* f) *legi tantum potest* Quan ... men *B.* g) lucem; -em *ss. al. m. C.* h) efficacia *C.* i) -tenus *legi non potest, sicut nonnulla in hac epistola B.* k) amonicionem *B.* l) Quodque *B, C.* m) sanare *C.* n) eum *add. C.* o) operari *C.* p) cuncta *add. C.* q) nepus *B.* r) obediens filius *C.* s) post ergum ingratus *C.* t) repedivit *B.* u) iurationem *Edit.* v) *corr. ex* requirendis *B.* w) hos *C.* x) interim *C.* y) una Idra *C.* z) inunximus *B;* et iunximus *C.* a) solitis *B.* b) quod *C.* c) constitutionis *C.* d) insistere *B, C.* e) attamen *C.* f) se nostra *C.*

1) *Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 161; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 300.* 2) *Supra ep. n. 49.* 3) *Franconofurti. Cf. Dümmler, l. c. II², 162 sq.; Parisot, l. c. p. 300 sq.* 4) *Cf. epistolam Lotharii, supra p. 236—238.* 5) *V. praecedentes litteras (n. 50).* 6) *Cf. Imbart de la Tour, 'Les élections épiscopales dans l'église de France' p. 138. V. etiam hic infra p. 336 sq.*

867 Oct. 30. illum hortati sumus, verum etiam Ticinum, dum ad nos tendere crederetur, iam profectam in Gallias reducere procuravit[1]. Filiam vero nostram Theutbergam reginam, quae beati Petri se tegmine semper muniri[a] poposcit, non solum sicut reginam secundum praestitum iuramentum[2] non tractat, verum etiam nec pro timore Dei nec pro sancti Petri reverentia nec pro coniugali foedere nec etiam pro eodem collato iuramento saltem in minimis quibusque negotiis suam hanc esse participem recognoscit; quippe quam omni egestati[b], omni obprobrio, omni prorsus abiectioni[c] summittit. Porro de praememoratis[d] ecclesiis ordinandis non solum mandata nostra contempnit, sed et sacrorum canonum[3] praecepta conculcat, dum videlicet viduatis ecclesiis non compatitur, sed has tanto tempore sine rectore manere permittit. Ecce, fili karissime, quomodo Hlotharius rex instituta nostra custodit, ecce quomodo verum est, quod dicit nostra se velle in omnibus observare decreta. Et adhuc ad nos se properare velle demonstrat[e][4], cum id ne sine nostra[f] licentia praesumeret, nos ei saepe[5] districtius iniunxerimus et prohibuerimus. Verum quam ob rem Hlotharius Romam proficisci[g] gestiat, miramur, si vestram potuit latere prudentiam. Itaque impleat prius cuncta, quae praemisimus, totius occasionis vel sinistrae suspitionis fomitem a se procul abiciat, immo vero a nostris mentibus amputet et tunc, si ei sit huc veniendum, a nobis est sollicite providendum. Siquidem etiamsi cuncta, quae nos ei supra commemoravimus[h] iniunxisse, penitus[i] adimpleta potuisset ostendere, nec sic[k] ei contra[l] interdictum[l] nostrum[m] Romam fuerat properandum: quanto minus nunc, quando totiens a nobis ammonitus nihil de his[n] consummasse convincitur? Igitur dilectio vestra illum nunc Romam[o] venire[o] quaeso prohibeat; alioquin, mihi credite, si contra propositum nostrum forte praesumpserit, minime cum[p] qua cupit honestate vel hic suscipietur vel hinc profecto regredietur.

cf. Luc. 8, 43—48. Nam sicut mulier Domino fide proximans tangit, turba[q] vero licet tangit, tamen comprimit, sic pro dolor! isto in tempore quidam etsi tangere, etsi aproximare videntur, tactus tamen eorum, quia[r] non ex fide, pressuram gignit et aproximatio[s] turbationem adducit. Ergo necesse est, ut talem se in cunctis exhibeat[t] rex Hlotharius, ut nos[u] eum[u] gratanti animo primitus suscipere delectemur et ita demum venientem expansis brachiis amplectamur[v]. Quod aliter fieri non poterit, nisi Waldrada Romam, sicuti coeptum fuerat[6], dirigatur, ut videlicet nos causam[w] eius ad finem legittimum perducamus[x], qui de ipsius praevaricatione semel initium iudicandi suscepimus; et nisi reginam Theutbergam secundum tenorem iuramenti ab ipso audiamus rege Hlothario coniuge suo tractari[y], videlicet ut talem se circa illam mente demonstret et opere, qualem diligens rex erga dilectam coniugem suam se debet demonstrare reginam; et nisi de proprio clero in Agripinensi colonia atque Treverensi ecclesiis episcopos ordinari permiserit, eos scilicet, qui nec[z] Waldradae nec Guntharii nec Theutgaudi favore vel eligantur vel etiam consecrentur.

Haec sunt, karissime[a], quae, si Hlotharius nepos vester callide non perfecerit, hunc[b] veraciter nos audire velle[c] procul dubio poterunt indicare; atque, si saluti eius vestra caritas consulit, eum magnopere suadeat incitare et[d] non[d] eius[d] foris perstrepentibus verbis

---

a) munire *C.* b) aegestati *B.* c) abiectione *B; corr. ex* abiectione *C.* d) premoratis *B.* e) demonstret *C.* f) vestra *C.* g) perficisci *B.* h) memoravimus *C.* i) si penitus *C.* k) *ss. corr. ex* si *B;* sit *C.* l) condictum *C.* m) iter *add. C.* n) eis *C.* o) venire Romam *C.* p) eum *C.* q) turbatis *C.* r) qui *C.* s) adproximatio *C.* t) se *add. C.* u) eum nos *C.* v) amplexemur *B.* w) causa *B.* x) producamus *C.* y) retractari *C.* z) de *add. C.* a) karissimae *B.* b) hęc *C.* c) nolle *secundum sensum fortasse recte emend. Edit.* d) *in marg. add. B.*

1) *Cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 136 et supra epp. nn. 42 et 47 (p. 315, 326).* 2) *V. supra p. 328 cum ann. 3.* 3) *Cf. conc. Chalcedonense c. 25 (Mansi VII, 380).* 4) *Cf. epistolam Lotharii laudatam, supra p. 237.* 5) *Cf. supra ep. n. 38 (p. 311).* 6) *Anno 865. cura Arsenii legati apostolicae sedis; v. supra l. 1 sq. cum ann. 1.*

867 Oct. 30.

facile credat, sed operum facta secundum perspicacissimam proprii affluentiam sensus consideret. Dicit enim Iohannes apostolus: 'Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate.' Nam si nosse libet excellentiae vestrae, quid sit, unde Hlotharius iactat se nostram in omnibus adimplere voluntatem, nos evidenter aperiemus. Videlicet quia nobis, immo Deo nostro oboediens Theutbergam coniugem suam recepit, Waldradam vero utpote adulteram[a] merito sequestravit nec ad illam post reversionem legati nostri[1] accessit. Sed prudentia[b] gloriae vestrae iam valet advertere, quid[c] prosit, si ad eam[d] non pedibus corporis et[e] tamen[e] passibus mentis accedit. Quid prodest[f], quia[g] forinsecus ab illa sequestratus cernitur, qui tamen ei valde conglutinatus intrinsecus intelligitur? Quid autem proficit dilectae filiae nostrae Theutbergae reginae, quia non ex toto ab illa videtur corpore prolongatus, dum tamen esse cum ea mente minime probatur annexus? Quid ei proficit coniugalis foederis vel regiae dignitatis nomine solo frui[h], quae caret omnibus, quae ad perfectae dilectionis et consimilis ditionis pertinere videntur insignia? Nam quis nisi emula eius, Waldrada videlicet[i], quae non solum pro adulterio commisso, sed et[k] pro impenitenti[l] corde vinculis est excommunicationis innexa[m], regni cum Hlothario culmina[n] possidet, gloria fruitur, iura tenet et omnia suo disponit arbitrio? Quae licet a[o] colloquio eius seiuncta spetie tenus videatur existere, per internuntios tamen et diversos satellites tantundem penes ipsum vel etiam magis valet, quam si legittima coniux haberi[p] quoquomodo potuisset. Nam nemo apud regium apicem est[q] adiutus nisi per illam; vix[r] usquequaque laesus nisi propter illam[r] quisquam esse refertur. Illa quippe penes eum gratiam[s] poscentibus impetrare, ipsa sola quibus mavult benefitia praestare[t] consuevit. Iam vero, si ita non est, ut dicimus, id est, si vel Theutberga regina tantam[u] apud ipsum incommoditatem et dehonestatem non patitur nec Waldrada moecha gloria tanta non fruitur: quare nobis scribens vel aliis satisfatiens, sicut indicat[2] de Waldrada, quod[v] post missi nostri[1] reversionem non ad eam accesserit, ita non de[w] coniuge sua Theutberga, quod eam[x] secundum datorum tenorem iuramentorum tractet atque retineat, nisi quia[y] non habet unde glorietur? Nec agit sic erga eam, ut nobis id veraciter referens gratiarum a nobis inde percipere valeat actiones? Dum non solum illa nulla munificentia ipso largiente potitur, verum etiam omnibus obprobriis et, ut praetulimus, egestate[z] summa tabescit? Dicite illi[a] ergo[a] vos, carissime, et vestra sagaci conventione suadere contendite, ut, quando nobis mittit: ad Waldradam post reditum[b] missi nostri contra interdictum nostrum se nullatenus accessisse, mittat etiam, quod Theutbergam uxorem suam iuxta praestita iuramenta benigne tractet et secundum regiam dignitatem retineat; ita dumtaxat, ut quod mittit veritate fulciri[c] aliis etiam adtestantibus agnoscamus[d]. Mittat nihilominus nobis, quod[e] in praefatis ecclesiis ordine[f], quem supra dictavimus, episcopi sint regulariter ordinati, et tunc perhibenti se nostra velle iussa perficere credemus et condignas Deo[g] gratias referemus. Nam quamdiu Theutbergam regio cultu[h] et coniugali dilectione non retinet et Theutgaudum vel Guntharium ecclesias dudum[3] sibi cum sacerdotio ablatas obtinere permiserit[i] occupatas, licet Waldradam non videat, hi[k] tamen gradus sunt, quamvis ad ima mergentes, per quos illum sensim ad ipsam[l] tendere prudens quisque patenter agnoscit, dum et illos fovet, quos ad pronefas ductores habuisse claret, et eam affligit, quam debita correctione

1. Ioh. 3, 18.

---

a) adultera *B.* b) *corr. ex* prudentiae *B.* c) quis *C.* d) *corr. ex* eādem *B.* e) *al. m. corr.* attamen *C.* f) prodesse *C.* g) quod *C.* h) r *suprascr. B.* i) *suprascr. B.* k) *om. C.* l) *corr. ex* impenitendi *B.* m) innixa *C.* n) l *suprascr. B.* o) ad *B.* p) habere *C.* q) eius *B.* r) vix — illam *al. m. suprascr. C.* s) -atiam *in ras. B.* t) pstare *B;* parare *corr. C.* u) tanquam *C.* v) quę *C.* w) inde *B.* x) ea *C.* y) *al. m. corr.* qui *C.* z) aegestate *B.* a) ergo illi *C.* b) redditum *C.* c) fulcire *C.* d) cognoscamus *C.* e) quę *C.* f) ordini *B.* g) *deest B.* h) cultui *B.* i) permisit *C.* k) haec *B, C.* l) ipsum *B.*

1) *Arsenii episcopi.* 2) *Cf. Lotharii epist. laud., supra p. 238.* 3) *Anno 863; v. supra p. 285 c. II.*

867 Oct. 30. praemissa[a] Christo iuvante[b] recepit. Accusatores[c] [1] autem habere Hlotharium nonnisi
cf. Apoc. 12, 10. illum, qui accusator[2] fratrum in apocalipsi Iohannis appellatur, et opera[d] eius[d], quae et ipsa eiusdem antiqui hostis instinctu patrantur, profecto comperimus. Quae[3] vero Hlotharius rex, vester nepos, operatur accusatore non indigent. Manifesta quippe
cf. Gal. 5, 19. apostolo teste sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, inmunditia, luxuria et reliqua[e]. Optamus gloriam vestram nunc et semper bene valere, dilectissime fili.

Data III.[f] Kalendas[f] Novembris indictione prima.

Statuit praeterea nobiscum excellentiae vestrae legatus[4], ut mediante Maio[g] mense huius primae indictionis[5] pro unius anni reditibus rerum sancti Petri in vestro[h] regno[h] sitarum[i] [6] recipiendis nostros missos direxissemus, cum duorum annorum iam tempora praeterierint, ex quo reditus ex illis debuerunt esse collecti et nos ex eis nihil recepimus. Porro si, sicut per multos et hunc eundem vestrum legatum cognovimus, Arsenius inde[k] aliquid collegit, licet nobis aliquid non detulerit[7], de praeteritis annis collegit, non de futuris. Unde rogamus gloriam vestram, ut pro mercedis vestrae cumulis, collectis omnibus illis, per vestri[l] culminis viros ad apostolorum limina orationis gratia venientes, antequam de finibus regni vestri foras ea duci iubeatis, nobis significetis, ut his interim in tutissimo a prudentia vestra statuto loco reconditis, si a spiritali filio nostro Augusto[8] optinere potuerimus[m], ut cum ipsius homine nostrum illuc dirigamus[n], et ea, ut nobis sine aliquo dispendio deferantur, recipiamus, gratiarum actiones Domino rependendae sunt; sin autem, missum nostrum Deo opifice destinabimus, qui, qualiter in vestro[o] regno sint recondita[p] ac custodita[q], cum vestro misso praevideat[r] et his nihilominus interim in vestro[o] regno bene salvatis aut nobis renuntiet aut certe, quicquid praeviderimus vel sanxerimus, facere non omittat[s]. Aut si[t] gloria[t] vestra quaeque illa fuerint infra territorium ditionis vestrae, videlicet usque Bononiam[u] [9] aut Ravennam perduci fecerit, tantum ut secura sint, hoc multo amplius utile et gratum habebimus, quoniam et nos deinde modo, quo valuerimus[v], usque Romam[w] ea[w] ferri[w] iubebimus.

52.

Nicolaus Ludovico Germanico scribit, ut pro Guntharii et Theutgaudi restitutione intercedere desinat. *867 Oct. 30.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 78—78' (B); Vallicell. C 15 fol. 251' (C); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 209; Sirmond, Conc. Gall. III, 342; Mansi, Conc. coll. XV, 331; Migne, Patr. lat. CXIX, 1161. — Cf. J.-E. Reg. n. 2885 (2184).

---

a) permissa *C.* b) uiuente *C.* c) Accusatorem *C.* d) operarius *B; corr. in marg. pro* operarius *C.* e) *om. C.* f) IIII Kal. *C.* g) *om. C.* h) regno vestro *C.* i) *corr.* sitatum *C.* k) idem *C.* l) nostri *C.* m) poterimus *C.* n) dirigam *C.* o) uro *B.* p) *corr. B.* q) *corr. ex* custodia *suprascr. B.* r) provideat *C.* s) amittat *B.* t) singula *C.* u) Boloniam *B.* v) *ss. corr. ex* valerimus *B;* voluerimus *C.* w) Roma me adferre *B.*

1) *Cf. Coll. trium partium in cod. Berol. fol. 197 fol. 83 cap. XII (v. Sdralek, De Nicolai codicibus, Wratislaviae 1882, p. 22); Deusdedit lib. IV c. 100; Anselm. l. XII c. 35.* 2) *Cf. litteras Lotharii ad Nicolaum directas, supra p. 232:* De nostris igitur accusatoribus et inimicis luculenter rescribentes, qui penes vos famam nostram acriter et mendose laesere, super malignos spiritus interpretari libuit, quorum caput accusator fratrum appellatur. 3) *Cf. Decr. Grat. c. 16 C. 2 q. 1.* 4) *Quis fuerit legatus Ludovici Germanici, ignoramus.* 5) *Id est mense Maio a. 868.* 6) *Cf. Ann. Bertin. ann. 865 ed. Waitz p. 78:* Inde [Arsenius] per Alamanniam et Baioariam pro recipiendis patrimoniis ecclesiae sancti Petri in eisdem regionibus coniacentibus Romam redit. *Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 136 ann. 2.* 7) *Arsenii furta in ipsa hac epistola ex industria relata non esse adnotat Lapôtre, De Anastasio bibliothecario p. 125.* 8) *Scil. a Ludovico II. imperatore.* 9) *Hod. 'Bologna'.*

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO HLUDOWICO[1] GLORIOSO REGI[2]. 867

Epistolam[3] serenitatis[a] vestrae pro Theutgaudo[4] et Gunthario[5] dudum episcopis nos obnixe precantis accepimus et, quamobrem pro illis tot vestra celsitudo labores assumat, admodum, fateor, miramur et obstupescimus. Quanta nempe nos[b] mala[b] peti, quanta incommoda sustinere saepe audistis et liquido non cognovistis? Nusquam tamen, quia causa nostri doluistis, apparuit et, quod cum caritate vestra dicimus, sic ecclesiae matris vestrae semper dampna duxistis, tamquam si nil ad vos inde quoquomodo pertineret et veluti eius non esse filii per omnia videremini. Quantos autem sudores quantaque certamina pro recidendo[c] malo[6], cuius Guntharius et Theutgaudus auctores et conflatores inventi sunt, pertulimus, immo vero indesinenter[d] perferimus et, ne rediviva iterum radice succrescat, incessabilibus laboribus fatigamur? Numquam tamen vos in his omnibus concertantes aut collaborantes nobis clarescere[e] consensistis. Sed nunc pro reconciliandis Theutgaudo et Gunthario, totius huius mali fabricatoribus, satagitis, curritis, anxiamini et nobis crebro id ipsum mittere minime recusatis; quosque nescio quomodo amaricatos appelletis, dum certe illi pene cotidie potum amaritudinis propinare nobis non desinunt; nam quotiens eorum facti memoria inter aliorum dura quaeque nobis ingerentium infert, totiens nos absque multi meroris amaritudine remanere nequimus. Cesset itaque vestrae gloriae iam nos super hoc pulsare sublimitas et quod fieri non potest tandem aliquando praetermittat. Dum enim non possumus adipisci quod volumus, necesse est, ut hoc omnino[f] velimus[f] consequi[f], quod possumus et debemus. Nam sedis[7] apostolicae sententia tanta semper consilii[g] moderatione concipitur, tanta[g] patientiae[h] maturitate decoquitur[i] tantaque deliberationis gravitate profertur, ut retractatione[k] non egeat nec immutari[l] necessarium ducat, nisi forte sic[m] prolata[m] sit[m], ut retractari possit vel inmutanda secundum praemissae[n] tenorem conditionis existat. Theutgaudus igitur et Guntharius, huius sanctae et apostolicae sedis sententia perculsi[8], si patienter egerint et malorum[o], quorum plantatores fuerunt, eradicatores extiterint atque si haec perfecta in se humilitate dignisque poenitentiae fletibus abluere[p] studuerint, poterunt utique alia miserationis ecclesiasticae benefitia praestolari; prioris tamen ministerii aut cuiuscumque sacerdotalis officii dignitatem frustra quidem sperare poterunt, resumere autem[q] in sempiternum non poterunt. Sed, quia caritas excellentiae vestrae pro his dolet, laudamus, quia et nos, sicut ad eorum detrimentum tunc[9] zelo et iustitia Dei[r] commoti gementes devenimus, ita et nunc, quotiens eorum reminiscimur, totiens ingenti cruciatu mentis accendimur[s] atque de ipsorum discrimine illis valde compatimur et condolemus; secundum apostolum namque, 'si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra'. Verum si de his 1. Cor. 12, 26.
vel de actibus eorum vel, quae[t] sit penes[u] nos de ipsis fixa sententia, pleniter, ut[v] innuitis[w], cognitum vobis fieri cupitis, ad epistolae[x 10] tenorem, quam ad venerabiles episcopos regni vestri transmisimus, si placet, industria sublimitatis vestrae recurrat[y]. Optamus gloriam vestram in Christo nunc et semper bene valere, o dilectissime fili[z].

Data III.[a] Kalendas Novembris indictione prima. Oct. 30.

---

52. a) sanctitatis *B.* b) mala nos *C.* c) rescindendo *C.* d) indesidenter *C.* e) *corr. ex* clarescerer *B;* adhaerescere *Edit.* f) velimus consequi omnino *C.* g) *marg. laeso nonnulla verba sunt part. del. B.* h) patientia *C.* i) dequoquitur *B.* k) retractationi *C.* l) imitari *C.* m) prolata sit sic *C.* n) promisse *C.* o) mala *B, C.* p) abdere *B.* q) *suprascr. B.* r) *ss. B.* s) ascendimur *C.* t) quod *C.* u) poenes *B.* v) et *add. C.* w) inuitis *C.* x) epistolam *C.* y) recurratur *C.* z) *corr. B.* a) quarto *C.*

1) *Germanico.* 2) *Cf. de hac epistola Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 170; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 304.* 3) *Quae non exstat.* 4) *Treverensi.* 5) *Coloniensi.* 6) *Alludit papa ad divortium Lotharii II. regis.* 7) *Cf. Decr. Grat. c. 4 C. 35 q. 9; v. etiam infra ep. n. 53 p. 348 cum ann. 2.* 8) *V. supra p. 284 sqq. epp. nn. 18—21.* 9) *Anno 863.* 10) *Est sequens epistola (n. 53).*

53.

867 Oct. 31. *Nicolaus archiepiscopis et episcopis in regno Ludovici Germanici constitutis de causa Theutgaudi et Guntharii, quam copiose per singulos annos enarrat, itemque de causa Lotharii regis eadem respondet, quae in duobus antecedentibus litteris (nn. 51, 52) ipsi Ludovico scripserat. Lotharium ad correctionem et oboedientiam diligentius admoneant, Ludovicum ad illum incitandum cohortentur.* *867 Oct. 31.*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 48—52' (B); Trever. 1081 (LXXI) fol. 15 (C); Vallicell. C 15 fol. 190 (D); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 211; Sirmond, Conc. Gall. III, 343; Mansi, Conc. coll. XV, 333; Migne, Patr. lat. CXIX, 1163; Floss, Leonis papae VIII. privilegium de investituris p. 37. — Cf. J.-E. Reg. n. 2886 (2185).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO HLUDOWICI[1] GLORIOSI REGIS CONSTITUTIS[2].

Gaudemus quidem, fratres, et[a] plane vobis non inmerito congaudemus, quoniam[a] per caritatem vos Theutgaudo[3] et Gunthario[4] dudum[5] dampnatis compati et condolere[b] conspicientes etiam pro recuperandis his in pristinum dignitatis gradum non modice satagere contemplamur. Sed tristamur et valde tristamur, carissimi, quia sic pro duorum hominum deiectione satagitis, ut plurimae multitudini Christianae plebis per eos lesae minime consulatis, sic pro duorum hominum restaurando[c] statu pro criminibus manifestis eliso[d] certatis, ut[e] tot fidelium casum, qui eos per praecipitia[f] sunt secuti, nullo modo perpendatis. Sed quid mirum, quando[g] etiam[h], cum[h] essetis[h] vicini[hi] locis[hk] illis[h], in quibus Theutgaudus et Guntharius ecclesias Christi sibi commissas videbantur quidem regere, non autem regebant, in quibus etiam licenter atque[l] sine quavis[m] prohibitione tam Waldrada quam Ingiltrudis, uxor Bosonis, prostitutionis suae sibi lupanaria quodammodo praeparaverant, nec contra insurgentem morbum medicinale ferrum exacuistis nec ad excitandos sopore noxio[n] oppressos[o] eosdem tunc fratres caritatis pedibus
Prov. 6, 3. cucurristis[p], sapientissimo Salomone de talibus admonente atque dicente: 'Discurre, festina, suscita amicum tuum.' Quod non solum tunc[q] minime vos egisse liquet, verum etiam nec, postquam[r] nos erecti sagittas divinae pharetrae iaculare adversus huiusmodi pronefas longe lateque coepimus, nobis collaborare sollicite procurastis. Denique ubi super hoc labor vester apparuit? Ubi concursus[s] vel ubi sacerdotale studium claruit? Quando[t]
cf. Isai. 40, 9. ascendistis super montem excelsum? Quando evangelizastis Sion? Quando quasi tuba
cf. Isai. 58, 1. exaltastis vocem? Quando annuntiastis cuilibet[u] in hac culpa detento scelera sua? Quando
cf. Ezech. 13, 5. ascendistis ex adverso et opposuistis murum pro domo Domini? Quando[v] pro ea latratus
cf. Num. 25, 7. 8. dedistis? Quando Finees, ut cessaret quassatio, imitati estis? Quando Danielem[w] in
cf. Dan. 13, 45–62. puniendis adulteris presbyteris sectati[x] estis? Vel quando nobiscum ut castrorum acies[y]
cf. Cant. 6, 3. 9.

---

53. a) et — quoniam *desunt C.* b) condolore *B.* c) restaurandorum *C.* d) elisis *C.* e) et; *ss.* vel ut *C.* f) p̄tipitia *B.* g) quoniam *D.* h) etiam vicinis locis illis essetis *C.* i) vicinis *C, D.* k) loci *B.* l) ac *D.* m) quamvis *B.* n) noxi *B.* o) pressus *C.* p) concurristis *D.* q) tum *D.* r) priusquam *D.* s) conūsus *C.* t) quasi *add. C.* u) quilibet *C.* v) quos *B, C.* w) Danihelem *C, D.* x) sestati *B.* y) aties *B.*

1) *Germanici.* 2) *Regestum ex hac epistola praebent Ann. Fuld. a. 868 p. 66 sq. ed. Kurze:* Nicolaus pontifex Romanus episcopis Germaniae duas destinavit epistolas, unam *(v. infra ep. n. 102)* quidem de factionibus Grecorum, alteram vero de Theotgaudi et Guntharii episcoporum depositione, in qua refert eos septem capitalia crimina commisisse et ob hoc pristinae dignitatis restitutionem nequaquam eos in sempiternum recipere posse commemorat. *In multis etiam hac epistola Regino fonte utebatur; cf. Chronicon eius ed. Kurze a. 864 p. 81 cum ann. 2 et ibid. sqq. paginas. — Cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 170 sq.; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 304.* 3) *Treverensi archiepiscopo (847—863).* 4) *Coloniensi archiepiscopo (850—863).* 5) *In synodo Romana a. 863. c. Oct. 30. celebrata; v. supra p. 285 c. II.*

ordinati[a] stetistis? Quando nobiscum Dominum in choro laudastis? Vel quando columbas imitati gregatim contra milvos incedere studuistis? Quando cantavimus simul: 'Deus in loco sancto suo, Deus, qui inhabitare facit unanimes in domo', et rursus: 'Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum', in unum scilicet mente magis quam corpore? Quodsi nihil horum egistis nec in nullo[b] nobiscum convenire voluistis, sed sicut laboribus nostris diverso tempore pro destruendis, quae viri praefati[c] fabricaverant, inpensis minime communicastis, ita et[d] dolorum nostrorum participes fieri[e] recusastis: quid nunc[f] satagitis et anxiamini et pro[g] duorum virorum restauratione[h] innumerorum[i] praevenire vultis fidelium subversionem[k]? An plurium interitum parvipenditis[l] et duorum virorum casui solummodo condoletis? Et sola quidem illorum[m] vobis ruina gravis, nostra vero et totius ecclesiae[m], cui Deo auctore servimus, cotidiana sollicitudo et pro eradicandis[n], quae ipsi plantaverunt[o], malis incessabilis[p] cura et intolerabilis profecto vexatio levis et contempnenda videtur? Sed nos quae pertulimus, immo quae de factorum ipsorum origine cotidie toleramus, non contempnenda ducimus nec[q] levia possumus aestimare, quorum gravissima nos cernimus[r], et non vos, pondera baiulare, quamvis et caritatem vestram incommodis[s] nostris cognitis compati minime diffidamus[t] et iam[u] nunc exposita nequaquam perfunctorie[v] praeterire[w] posse credamus.

cf. Ps. 149, 3. 150, 4. Ps. 67, 6. 7. Ps. 132, 1. 867 Oct. 31.

Ordiamur[x] ergo historiam[y] Theutgaudi et Guntharii, si tamen non[z] tragoedia potius sit dicenda et, ut partim saltem, quae nos experti sumus, de illis vos quoque scire valeatis, quantum epistolae caventes prolixiorem sermonem cursim[a] disserere[b] possumus, texentibus nobis advertite[c]. Igitur cum Ingiltrudis, uxor Bosonis comitis, ad Gallias relicto[d] proprio viro cum adultero adultera transmigrasset et vir eius eam cum multo labore reducere voluisset nec[e] tamen aliquo modo potuisset[e], ecclesiastica coepit auxilia postulare ordinemque servans primam in toto terrarum orbe sedem appellans, ut ecclesiastico decreto eam ab his, qui illam[f] muniebant, erui[g] et sibi reddi praeciperet[h], subplicavit. Unde decessor noster, sanctae memoriae Benedictus[i 1] papa, quousque superstes extitit, apud imperatorem et reges[k] ac principes interveniens et concertans[l] atque episcopis et cunctis[m] fidelibus scribens[2], ut revocaretur, suadere et auctoritate apostolica iubere non destitit. Cui decedenti[n] effectu[o] nullo percepto per Christi gratiam nos in episcopatu[p] subrogati successimus[3] etiam in labore, cui, licet longe meritis[q] impares, successimus in honore, qui, ut revocaretur eadem femina, et verbis et frequentibus[r] litteris[4] ad omnes personas in omnes partes missis, ad quas necessitas postulabat, non destitimus agere. Sed et sic minime nobis[s] proficientibus coeperunt hinc inde pontifitio nostro episcopales litterae destinari, suggerentes videlicet, ut[t] tam[t] morbida ovis, ne totum gregem contaminaret, ecclesiastico iuditio de ipso grege dominico pelleretur, maxime quae[u] tot salubribus monitionum medicamentis sanari minime consensisset, decretoque et auctoritate praemissa iussum est Mediolani[v] episcoporum concilium[5] fieri,

---

a) ordinata *D.* b) uno *D.* c) praedicti *D.* d) esse *add. C.* e) *om. C.* f) tunc *C.* g) *om. C.* h) restauratine *B.* i) numerorum *B;* numerosorum *C.* k) subversione *B.* l) parvipendistis *D.* m) illorum — ecclesiae *in marg. part. delet. B.* n) eradicantis *C.* o) plantaverant *C.* p) incesabilis *corr. B.* q) ne *D.* r) cernimur *C.* s) incomodis *B.* t) diffidimus *C.* u) *om. D.* v) perfinctorie *C.* w) *om. B, D.* x) ordinamur *B, C.* y) hystoriam *B.* z) *om. D.* a) cursi *B.* b) dicere *D.* c) auertite *D.* d) recto *B.* e) nec — potuisset *des. C.* f) eam *D.* g) etsui *C.* h) praecipere *B, D.* i) benedicta *C.* k) regem *D.* l) contestans *C.* m) cuntis *B.* n) decidenti *B, C.* o) *corr. in* affectu *D.* p) episcopatum *D.* q) mentis *C.* r) frequentius *D.* s) *deest C.* t) vitam *B; pro* vitam *corr. D.* u) quia *D.* v) Mediolanis *C.*

1) *III. (855—858).* 2) *Cf. J.-E. Reg. n. 2673 (2015)*; ipsa epistola deperdita est. Cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 17.* 3) *Cf. Siricii papae ep. ad Himerium Tarracon. episc.; Migne, Patr. lat. LXVII, 231 (J.-K. n. 255).* 4) *V. supra epp. nn. 1. 2 et p. 267 ann. 5.* 5) *Cuius acta non exstant. — Cf. Dümmler, l. c. II², 17; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 166; de sententia, quam tum in Ingiltrudem protulit Nicolaus, cf. supra ep. n. 18 cap. II (p. 285).*

867 Oct. 31. ad quod ipsa vocata, si certo tempore non occurreret, ab ipso sacrato collegio vinculis anathematis vinciretur. Quodque illa statuto tempore non occurrente patratum est; sententiamque in ipsam a synodo auctoritate nostra convocata nos quoque, ut sacri canones praecipiunt[1], consensu nostro firmavimus. Inter haec vero cognoscentes eandem feminam in regno degere Hlotharii[2] regis non satis habuimus quae de ipsa gesta femina fuerant[a], sed ad[b] hanc revocandam prioribus nostris laboribus adhuc quaerendi studium apposuimus, reminiscentes videlicet Domini, qui[c] de celis ideo ad terram descendit, ut quaereret quod[d] perierat, iuxta quod[c] a[e] psalmista rogabatur, confitente atque dicente: 'Erravi sicut ovis, quae perierat; require servum tuum.' Missaque nostra[f] epistola[f 3] fratrum et coepiscoporum[g] nostrorum in regno praefati[h] regis constitutorum et praecipue Theutgaudi atque Guntharii, in quorum diocesibus eadem perdita mulier[i] libere[i] morabatur, torporem valide redarguimus et, quamobrem inter eos licenter illam degentem minime[k] ad virum proprium redire coegerint[l], non[m] mediocriter[m] increpavimus, indicantes etiam hanc a nobis anathematis vinculis[n] innodatam et ab omni communione Christiana remotam. Sed Theutgaudus atque Guntharius, tunc episcopi, etiam praecipuum locum et familiaritatem apud[o] principem optinentes, non solum eam, cum possent, nequaquam ad coniugem proprium reverti suasione fecerunt aut auctoritate canonica, iuxta quod a sede apostolica crebro fuerant adhortati, minime conpulerunt — praesertim cum in diocesibus eorum commorari saepe commemorata et dampnata femina videretur —, verum etiam, ut licite posset omnium frui[p] communione atque in refuga obstinatione sine cuiusquam contradictione vel inpedimento subsistendi valeret potentum quorumque potiri solatiis, hanc absolvere, quantum in ipsis fuit, atque recipere temere praesumpserunt. In quo, etiamsi sedis apostolicae iudicium a quovis retractandum[q] esset[4], etiamsi ab inferioribus potiorum sententia solvenda[r] prorsus existeret[s 5], quantum Theutgaudus atque Guntharius contra[t] sacros[u] canones et praecipue Nicenos[6], qui luculenter[v] innuunt non debere qui abiciuntur ab aliis recipi, contumaces extiterint, ipsi, quaesumus[w], sollerter advertite. Sed, ne tale quid eos commisisse dubitetis[x], scitote coram omni ecclesia nostra illos hoc se peregisse confessos.

Ps. 118, 176. cf. Matth. 18, 11.

Interea flagitium in Theutbergae reginae deiectione[y] et admissione Waldradae a rege Hlothario perpetratum horum coepit adolationis et iniquae defensionis fomentis[z] crescere atque[a] latius diffamari. Qua de re hoc nos agnoscentes, quanta potuimus instantia, ne tantum scelus committeretur, inhibuimus et per fideles quosque necnon et scripta[7] nostra suadere contendimus. Mittit rex Hlotharius duos ad nos comites[8], per quos in scriptis[9] et verbis innuit episcopos regni sui cum[b] aliis quibusdam sibi dare auctoritatem Theutbergam repellendi[c] et Waldradam in matrimonium sortiendi, sed

---

a) fierent *C.* b) *om. D.* c) qui — iuxta quod *al. m. eiusd. temp. in infer. marg. scr. B.* d) quo *D.* e) et *B, C.* f) epistola nostra *D.* g) quo episcoporum *B.* h) prędicti *D.* i) libere mulier *D.* k) minine *B.* l) cogerint *B.* m) *in ras. ead. m. B.* n) vinculo *D.* o) aput *B.* p) frugi *C.* q) tractandum *B, C, D.* r) solvanda *B.* s) exsisteret *corr. ex* extiteret *B.* t) circa *B, C, D.* u) sacro *C.* v) luculentur *C.* w) quę sumus *B;* q̄s *C;* vos *corr. D.* x) dubites *C.* y) directione *C.* z) vestimentis *C.* a) adque *B.* b) cu *B.* c) repellendam *C.*

1) *Cf. Gelasii epist. ad episc. per Dardaniam constitutos; Mansi VIII, 50, Hinschius, Decr. Pseudo-Isid. p. 642 (J.-K. Reg. n. 664).* 2) *II. Cf. supra p. 268 ep. n. 2. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 17; Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 178.* 3) *Quae est deperdita.* 4) *Cf. supra p. 321 l. 33 sq. et ann. 2.* 5) *Cf. Gelasii papae tomum de anathematis vinculo, Thiel, Epist. Rom. pontif. genuin. I, 569 (J.-K. Reg. n. 701).* 6) *Conc. Nicaen. c. 5 (Mansi II, 679).* 7) *Non exstant.* 8) *Cf. de hac legatione supra p. 272 ep. n. 6 cum ann. 1 et Liber pontificalis ed. Duchesne II, 159 (ibid. p. 170 ann. 41); Dümmler, l. c. II², 32; Parisot, l. c. p. 195 sq. — Et in praesenti loco et in Libro pontificali duae priores synodi a. 860. Aquisgrani habitae cum tertia ibidem a. 862. celebrata confunduntur. Unde papa fortasse etiam de duobus comitibus loquens legationem anno 862. a Lothario directam confundit cum legatione anno 860. Romam missa (cf. Dümmler, l. c. II², 20; Parisot, l. c. p. 182 sq.); tum enim Liutfridus et Waltarius comites Lotharii II. regis, Theutgaudus et Hatto episcopi synodi Aquisgranensis secundae legati fuerant.* 9) *Hodie deperditis.*

se, ut ordo custodiretur, a nobis huiusmodi potius auctoritatem et iuditium petere atque consilium praestolari. Quo nos audito missos quidem destinare tam concite nos pro huiusmodi negotio non posse respondimus[1], missuros tamen eos postea certissime repromisimus, admonentes etiam nullatenus interim a quoquam[a] de huiuscemodi causa quicquam penitus deliberandum[b]. Sed ille horum Theutgaudi et Guntharii tunc[c] episcoporum, ut postea claruit, auctoritate fretus legatos nostros non praestolans[d] publico festoque nuptiarum ritu celebrato Waldradam sibi iure matrimonii[e] sotiavit[2]. Verumtamen missi[3] sedis apostolicae, qui iam profecti fuerant in Gallias atque ad[f] Hlotharium pervenientes, quod ad illum fuerint[g] missi secundum pollicitationem nostram, dixerunt et, quod binos ex regnis[h] gloriosissimorum regum, Hludowici[4] scilicet[i], Karoli maioris[5] et Karoli iunioris[k 6], convenire secum pariter cum episcopis regni sui faceret iuxta praeceptionem[l] nostram[7], ipsi regi suggerere studuerunt et, quod Theutbergam sedem apostolicam appellantem, data idonea ab[m] ipso[m] rege Hlothario securitate, eidem conventui[n] adesse praeceperimus, verbis asseruerunt. Non enim epistolas, quas ad vos[o] vestrorumque regnorum[p] episcopos miseramus, secum habere poterant, quippe quas sibi ab amicis Hlotharii regis iam constabat ablatas[8]. At[q] vero rex Hlotharius horum duorum magisterio usus nec Theutbergae reginae indubitatam de servanda iustitia vel de[r] non[r] inferenda[r] violentia[r] certitudinem[s] tribuere voluit nec alios praeter regni sui antistites, videlicet quos vel[t] beneficiis vel minis iam ad votum suum deflexerat, ad illum conventum, qui[u] penes urbem Metensium congregabatur, penitus expectavit[9]; sed corruptis, immo et ad favorem suum traductis[v] legatis nostris[10] quod libuit nullo resistente patravit. Factoque conventu antistites, qui convenerant, inter quos praecipuum[w] Theutgaudus atque Guntharius fastigium retinebant et eminentiori potestate vigebant, praevenientes[x], immo sibi usurpantes atque vindicantes[y] iuditium nostrum, videlicet quod et reginae Theutbergae primum appellatione ac deinde[z] Hlotharii regis petitione permoti iam nos laturos repromiseramus[11], incoatumque tam per missos quamque per epistolas nostras habere luce clarius videbamur[a], Theutbergam reginam obnoxiam crediderunt atque condempnandam in absentia[b] putaverunt. Scriptoque[12] de his, quae[c] illic pro voto regis iniqua sunt fauce deprompta, quodam[d] profano[e] libello[13], ea[f] sic[f] censentes[f] illibata persistere, propriis subscriptionibus[g] roboraverunt, Theutgaudo primitus et Gunthario in ipsis subscriptionibus sicut et in ceteris gestis praecelentibus et alios se sequi pestifere compellentibus. Qui mox Romam venturos ac nobis de his, quae gesserant[h], rationem posituros se per omnia spoponderunt[14]. Tandemque[i] pervenientes

867 Oct. 31.

---

a) quodam *D.* b) deliberando *D.* c) *om. D.* d) postulans *D.* e) matrimonium *C.* f) *om. D.* g) fuerant *C.* h) regno *D.* i) et *add. C.* k) minoris *C; corr. ex* minoris *D.* l) perceptionem *B.* m) a *D.* n) conventu *B.* o) *om. B.* p) *om. C.* q) Ad *B; in marg. corr. pro* Ad *D.* r) non de inferendam violentiam *C.* s) certitudine *B.* t) *om. C.* u) quę *B;* que *C.* v) traductus *C.* w) *corr. in marg.* praedicti *pro* prętium *D.* x) provenientes *D.* y) iudicantes *C, D.* z) demum *D.* a) videbantur *D.* b) absentiam *D.* c) qui *D.* d) *corr. ex* quadam *B.* e) profana *C.* f) succensentes *C, D.* g) subcripsionibus *B.* h) gesserunt *C.* i) tamdemque *B.*

1) *V. etiam supra p. 268 sqq. epp. nn. 3. 4. 6. Ipsa Nicolai responsio non exstat. — Cf. Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 196.* 2) *Cf. Ann. Bertin. a. 862 p. 60 ed. Waitz; supra ep. n. 10 (p. 275 sq.) et infra ep. n. 57. — Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 32; Parisot, l. c. p. 199. 212.* 3) *Scilicet Radoaldus et Iohannes episcopi.* 4) *Germanici.* 5) *Calvi.* 6) *Regis Provinciae, fratris Lotharii II. regis († 863).* 7) *Cf. supra ep. n. 6 (p. 272).* 8) *Ad haec cf. supra ep. n. 11 et commonitorium (p. 276 sqq.). Dümmler, l. c. II², 63; Parisot, l. c. p. 216 sqq.* 9) *Cf. de his et de synodo Mettensi (a. 863) Dümmler, l. c. II², 64—68, Parisot, l. c. p. 228—231 et epistolas ad eas res pertinentes supra p. 268 sqq. 275 sqq. editas. — V. etiam infra p. 347 ann. 1.* 10) *Ann. Bertin. a. 863 p. 62 ed. Waitz; Reginon. Chron. a. 865 p. 82 ed. Kurze. Cf. etiam Liber pontificalis ed. Duchesne II, 160 et fragmentum epistolae supra n. 36 (p. 307).* 11) *Hoc in prioribus Nicolai epistolis (cf. supra epp. nn. 3. 10. 11), quae exstant, non invenitur; v. supra ann. 1.* 12) *Cf. ad hunc locum Liber pontificalis II, 160 et quae adnotat Duchesne ibid. p. 170 ann. 47.* 13) *Non exstat.* 14) *Cf. Parisot, l. c. p. 232 ann. 2.*

867 Oct. 31. nostro sunt[a] conspectui coram omni ecclesia praesentati et, dum ab eis, qualiter illa fuerint[b] gesta, requireremus, iam memoratum libellum offerentes perhibuerunt nec plus nec minus nec aliter se[c] quicquam[c] gessisse[d] [1], nisi ut oblatus videbatur continere libellus. Quo accepto ac coram nostrorum[e] episcoporum[e] coetu, qui nobiscum aderat, atque coram ipsis, Theutgaudo[f] scilicet et Gunthario, recensito quam multipliciter hunc reprehendimus ac per omnia reprehensibilem iudicavimus et, quae in eo gesta legebantur, qualiter inimica iustitiae[g] Deoque perosa consisterent, audientibus ipsis[h] elimatius[i] exposuimus [2]. Quamvis nec[k] tunc[k] omnia reprehensionum eius loca in ipsis prophanis gestis inventa sint nec rursus[l] omnia[l], quae inventa sunt, nunc[m] ad memoriam nostram valeant repedare: tanta tamen ac talia fuere, ut pro his merito canonicam depositionis Theutgaudum et Guntharium oportere subire sententiam sancta mecum[n] synodus[o] [3] residens saepius acclamaret. Qua de re zelo divino, ecce coram Deo dicimus, permoti nec aliud nisi iustum iudicium exercere cupientes communi consensu cassato primum [4] adulteris faventi concilio, quod apud Metensium urbem congregatum fuisse supra commemoravimus[p], in eos, quod gementes memoramus, depositionis sententiam dedimus [5] et, si iuxta[q] praecedentem consuetudinem aliquid de ministerio sacro deinceps forte[r] tetigissent, excommunicavimus. Primo quidem, quia nostris pro Ingiltrudi vel Theutberga sive[s] Waldrada salubribus iussis oboedire contempserunt; nam inoboedientia tam[t] horrendum malum est, ut idolatriae merito comparetur, dicente Samuhele: 'Quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatriae nolle acquiescere', unde merito apostolus ait: 'In promptu[u] habentes ulcisci omnem inoboedientiam.' Secundo, quia eandem Ingiltrudim[v] a nobis et a[w] synodo abiectam et anathematizatam recipere et absolvere praesumpserunt et hoc contra canones et praecipue contra ipsum Nicenum magnum concilium, quod hi [6] qui abiciuntur ab aliis non recipiantur sanxisse dinoscitur; sed et beatus papa Gelasius [7], quod eadem, quae ligavit, et maxime prima, sedes debeat[x] absolvere, non semel exponit. Tertio, quia fraudis vel falsitatis rei[y] manifestissime[y] claruerunt, dum epistolae [8] nostrae missis nostris pro causa Ingiltrudis refugae transmissae[z] atque apud urbem Metensium in iam designato nefando conventu recitatae[a] quaedam fraude subtraxisse, quaedam vero falso addidisse atque commutasse reperti sint[b] talemque illam effecerint, qualem libitui[c] suo congruere posse iudicaverunt. Quarto, quoniam adulterio detentis [9] non solum pastoraliter non restiterunt nec ut speculatores venientem gladium annuntiaverunt, verum etiam his consentiendo et favendo in nequitia persistendi fidutiam tribuerunt et tantum flagitium tota virtute defendere fine tenus temptaverunt. Unde merito adherescere fecit Dominus linguam eorum palato ipsorum, videlicet ut, qui linguam facinus arguendi non habuerunt, hanc nec

1. Reg. 15, 23.

2. Cor. 10, 6.

cf. Ezech. 33, 2–7.

cf. Ezech. 3, 26.

---

a) *om. C.* b) fuerant *C.* c) quicquam se *D.* d) *in marg. corr.* peregisse *pro* pergessisse *D.* e) nostro episcoporum *C; episcoporum nostrorum D.* f) Theutgaudi *C.* g) iustitia *D.* h) episcopis *D.* i) elimatis *C.* k) tunc nec *C.* l) omnia rursus *D.* m) *om. D.* n) quoque *D.* o) sinodum *C.* p) quæ memoravimus *C.* q) iusta *B.* r) fore *B; om. D.* s) seu *D.* t) tan *B.* u) In promptum *B, C.* v) Ingiltrudi *B.* w) *om. C.* x) debet *C.* y) remanifestissime *B.* z) transmississe *B;* transmisisse *C.* a) recitare *D.* b) *corr. ex* sunt *C;* sunt *D.* c) libito *D.*

1) *V. supra ep. n. 18 cap. II (p. 285), ibid. ann. 6.* 2) *Cum his tertium capitulorum Guntharii atque Theutgaudi (Ann. Bertin. a. 864 p. 69, Ann. Fuld. a. 863 p. 61) minime congruit; cf. Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 237 ann. 1.* 3) *Quae celebrata est a. 863. c. Oct. 30. De ea — ergo de iis quoque, quae in hac epistola mox sequuntur — cf. praecipue supra p. 284 sqq. epp. nn. 18—21, in quibus decreta istius synodi asservantur. — Cf. praeterea de his Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 68 sq. Parisot, l. c. p. 237 sq.* 4) *Supra ep. n. 18 cap. I.* 5) *Ibid. cap. II.* 6) *C. 5 (Mansi II, 679).* 7) *Cf. tomum de anathematis vinculo ap. Thiel, Epp. Rom. pont. genuinae I, 569, Mansi VIII, 94 (J.-K. n. 701); epistol. ad episcopos per Dardaniam const. ap. Mansi VIII, 54 sq. 66, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 643 (J.-K. n. 664). V. etiam can. apost. 33 (Mansi I, 54).* 8) *Deperditae. — Cf. ep. n. 18 cap. II et Parisot, l. c. p. 231.* 9) *Scilicet Lothario et Waldradae.*

867 Oct. 31.

ad[a] bona quoque praedicandum[b] saltem habere potuissent, iuxta quod alias cantatur: 'Peccatori autem dixit[c] Deus'[d] usque 'et cum adulteris portionem tuam ponebas.' Ille quippe portionem[e] suam[e] cum[e] adulteris[e] ponit, qui his vel consentiendo vel favendo[f] vel non corripiendo similis illis[g] sicut vitiis ita et poenis[h] efficitur, iuxta quod et apostolus de[i] huiusmodi[i] scribit: 'Quoniam, qui[k] talia agunt, digni sunt morte, non solum, qui faciunt, sed et qui consentiunt facientibus.' Quinto[l], quia de negotio, unde ab utraque parte, id[m] est[m] et a Theutberga[n] et a Hlothario, iuxta quod iam memoravimus[1], fuerat appellatum, isti praeter auctoritatem nostram id sibi subripientes iudicare ac diffinire temere praesumpserunt et hoc adversus canones: siquidem de apellationibus, quae apud memoriam sancti Petri fiunt, iudicandum[o] Romani praesulis arbitrio et consilio sacrae[p] regulae[q] commiserunt[2]. Verum isti beati Petri reverentiam prae oculis non habentes et iudicium, quod utraque pars[r] a nobis efflagitavit et nos exequi[s] coeperamus, temeraria praesumptione diffinierunt et Theutbergam etiam ad ecclesiam confugientem dampnatione opprimi censuerunt. Sexto, quia hoc in absentia peregerunt contra illud, quod tropice dicitur[t]: 'Ne maledicas[u] surdo.' Surdo quippe maledicit[v], qui[w] absentem condempnat. Surdus namque quodammodo est, qui in absentia[x] positus[y] quae sibi obiciuntur non audit. Quamvis absentia[z] ipsa[z] non studio Theutbergae vel[a] conscientia vulnerata, ut isti[b] putant, sed timore regis, idoneam illi nolentis[c] tribuere securitatem, et factiosi consilii suspitione fuerit merito procurata. Septimo, quoniam non solum ipsi subscribentes[d] in profanis gestis cuncta, quae male[e] compilata fuerant[f], sine respectu sedis apostolicae roboraverunt, verum etiam alios subscribere compellentes eorum omnium praevaricationis auctores effecti sunt et tot animarum rei constituti sunt, quot[g], utpote praeminentes, in hoc vel verbo vel facto praevaricationis praecipitium dimerserunt.

Ps. 49, 16—18.

Rom. 1, 32.

Levit. 19, 14.

Sed si volumus cuncta, quae ab illis gesta fuisse tam per oblatum a se libellum[3] quam per alia indicia[h] nobis et sanctae synodo patuerunt, latius scriptis insinuare, facilius charta quam nobis sermo[i] deficiet. Septem ergo capitula, quae causam depositionis Theutgaudi et Guntharii praecipue[k] genuerunt, nos commemorasse sufficiat; solet namque per septenarium numerum universitas[l] significari[l]. Ceterum quis eorum omnia, quae sive ante sive post dampnationem perperam commisserunt, enarrare sufficiat? Qualiter videlicet nos[m] se frustra redarguisse mentiti[n] sint[o] contra illud, quod Deo dicitur: 'Perdes omnes, qui locuntur mendatium.' Qualiter primum quidem Theutbergam se[p] per electum ab illis iudicium purgatam denuo impetere contra divinam et humanam legem minime formidaverint[q][4]. Qualiter hanc postea hoc utraque lege[r] inhibente sine accusatore[s] dampnaverint[t], qualiter testes quosdam quidem, quibus imperari[u] a rege poterat, contra leges publicas[v] in eius dampnationem[w], quosdam autem[x] domesticos imperantis[y] admiserint. Qualiter[5] contra reverentiam sacerdotalem turpia quaeque

Ps. 5, 7.

---

a) et *C.* b) est *add. B.* c) dixi *C.* d) Dominus *D.* e) cum adulteris portionem suam *D.* f) fatiendo *C.* g) illi *D.* h) ponis *C.* i) huiuscemodi *C.* k) *om. B.* l) Quinta *C.* m) idem *D.* n) Theutberge *C.* o) iudicium *D.* p) facere *corr. ex* fecere *B; facere D.* q) *al. m. corr.* regulariter *D.* r) paro *B.* s) etsequi *C.* t) dicit *D.* u) maledices *B; maledicentes D.* v) maledicitur *C.* w) quia *C.* x) abssentia *B; insentia C.* y) potius *D.* z) ipsa absentia *D.* a) cum *C.* b) ipsi *D.* c) nolenti *D.* d) scribentes *B.* e) mala *D.* f) fuerint *D.* g) quod *B, C, D.* h) iudicia *D.* i) semno *C.* k) p̄cipuer̄t *C.* l) significari universitas *D.* m) non *C.* n) meriti *D.* o) sunt *D.* p) *om. Edit.* q) formidarent *D.* r) legē *C.* s) accussatore *B; accusatione D.* t) dampnaverant *D.* u) imperā̃t *C.* v) puplicas *B.* w) dampnatione *B.* x) aut *B.* y) imperentis *B;* impetentes *C.*

1) *Cf. supra p. 343 l. 24 sqq.; v. etiam supra ep. n. 48 (p. 330).* 2) *Cf. Sardic. conc. c. 3; Mansi III, 23.* 3) *V. etiam supra p. 343 sq.* 4) *Ad haec cf. Sdralek, 'Hinkmars von Rheims kanonistisches Gutachten' p. 121 sq.; Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 12.* 5) *De protestatione et rebellione Guntharii et Theutgaudi cf. Dümmler, l. c. II², 69—75. Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 241—246, ubi reliquos quoque fontes de his rebus invenies.*

867 Oct. 31. adversus apostolum ac criminosa necnon et nausiam[a] penitus et pudorem omnibus inferentia verba[b] etiam scriptis tradiderint[1] et palam cunctis ostenderint, cum teste[c] Domino
cf. Matth. 12, 36. etiam[d] de ocioso verbo reddituri sint[e] homines rationem; vel qualiter iam dampnati auribus imperatoris[2] adversus sacras regulas[3] molesti fuerint; vel qualiter ordinationi Dei in beato Petro ecclesiae Romanae collatae restiterint et contra privilegia sedis eius capitula obtrectationum[f 4] conscripserint et per totum pene occidentale clima disseminaverint qualiterque per ea[g] etiam iam[h] pro tanto piaculo perculsi Hlothario in scelere perdurandi robur dari suaserint. Sive qualiter nos tyrannice penes sanctum Petrum positos afflixerint, oppresserint[i] et quibus potuerint malis fatigaverint[i], adeo ut homines eorum adita sancti Petri violaverint et in ecclesia ipsius sanguinem fuderint. Qualiter etiam[k] ibidem nobis matutinales hymnos[l] celebrantibus illi noctu post[m] tribunal ecclesiae ipsius cum complicibus et fautoribus suis contra Calcedonense concilium[5] coniuraverint et conspiraverint et in ipsis dioceseon nostrarum principalibus locis conventus et singulorum negotiorum ordinationes et conciliabula canonibus id inhibentibus etiam adversus nos factiose patraverint et cum nostris quoque suffraganeis[n] tractatus iniquos et fictiones[o] quasdam texuerint. Postremo qualiter ecclesias dudum sibi commissas et postea cum sacerdotio perditas hactenus optinere occupatas praesumant et ut tyranni pro suo libitu moderentur[6]. Ecce quae in ecclesia Christi Theutgaudus et Guntharius operati sunt et operantur praeter illa, quae Guntharius spetialiter commisit divinum tangendo ministerium[7], pro quo a sacris regulis etiam locum habere satisfactionis penitus interdicitur[8]. Verum in ipso iam suae prosecutionis[p] exordio, quod penes crebro dictum pernitiosum[q] Metensem[q] conventum habuerunt[r], talem se gerere animum liquido monstraverunt. Nam licet postea ibidem missi nostri deviaverint[s], dicendi tamen principium satis pacifice orsi[t] sunt. Sed hi, quia modicum quid redargutionis contra se sonuisse[u] audierunt, protinus in furore proruperunt[v 9] et verba, quae nos[w] de illis minime dixeramus, nos dixisse perhibuerunt[x] seque fautores[y], plantatores[z] et[z] rigatores[z] vitiorum apellare asseveraverunt. Et certe nos ea, quae de illis dolenda supra descripsimus, nondum cognita tenebamus, ut de ipsis ista[a] tunc[a] secure fateri possemus. Et tamen hi iam conscientia stimulante nos astruere[b] garriebant, quae nos utpote incognita minime[c] convenerat. Quid est hoc, nisi quia nobis etiam tacentibus Spiritus sanctus iam, quod plantatores et rigatores vitiorum essent, non per[d] aliena, sed per propria[e] ipsorum[e]
cf. Ioh. 11, 49–51. ora ostendere voluit? Et sicut olim per Caiphan quod oportebat fieri protulit, ita et per istos, licet non ex se, quod manifestari conveniebat, expressit? Quae tamen[f] isti nos[g] de se loqui penitus denegabant, si[h] vitam[h] eorum moresque cognitos haberemus, haec videlicet ore suo et labiis propriis asserere procurantes, ut laudandae[i] vitae ac morum esse per omnia viderentur. Iam vero si ludibria ipsorum et scenica vultis acta

---

a) nauseam *D.* b) *om. B.* c) certe *C.* d) damnati *add. C;* et *D.* e) sunt *C.* f) obtrectationem *D.* g) eos *C.* h) *om. C.* i) oppresserint — fatigaverint *desunt C.* k) *om. D.* l) ymnos *C.* m) pro *D.* n) suffragineis *B.* o) functiones *D.* p) persecutionis *D.* q) perniciorum Metensium *C.* r) et *add. D.* s) diviaverint *B.* t) orti *D.* u) senuisse *C.* v) protulerunt *D.* w) nobis *D.* x) perhiberunt *C.* y) factores *D.* z) plantatores et rigatores *al. m. in marg. infer. scr. B.* a) tunc ista *D.* b) astruhere *B.* c) dicere *add. D.* d) pro *C.* e) ipsorum propria *D.* f) *om. D.* g) non *D.* h) sibi tam *C.* i) laudatae *D.*

1) *Cf. infra nominata* capitula obtrectationum *Guntharii et Theutgaudi, quae tradita sunt in Ann. Bertin. a. 864 p. 69 sq., in Ann. Fuld. a. 863 p. 60 sq.* 2) *Ludovici II., qui a. 864. in. illis instigantibus Romam invasit.* 3) *Cf. conc. Antioch. c. 11; Mansi II, 1323 sq.* 4) *V. supra ann. 1.* 5) *C. 18 (Mansi VII, 398).* 6) *Cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 163.* 7) *Ann. Bertin. a. 864 p. 71:* Guntharius — — Coloniam veniens missas celebrare et sacrum chrisma conficere, ut homo sine Deo, praesumpsit; Theutgaudus vero a ministerio, sicut ei fuerat praeceptum, se reverenter abstinuit. — *De speciali Guntharii inoboedientia v. etiam supra ep. n. 26 (p. 291), infra ep. n. 66.* 8) *V. conc. Antioch. c. 4; Mansi II, 1322.* 9) *Dümmler, l. l. II², 69.*

liquido[a] nosse, gesta[b] praefati[c] Metensis concilii[1], quod nos tamquam adulteris favens prostibulum, dum cassaremus, duximus[d] nuncupandum[2], quaerite et revolvite. Favit sane idem[e] prostibulum adulteris[f], dum[g] Hlothario, Waldradae et Ingiltrudi cuncta pro voto consenserit[h] et aliis hos sequentibus adulterandi exempla[i] praebuerit[k]. 867 Oct. 31.

Ecce pro quibus totiens rogatis, ecce pro quibus indefessi satagitis. Quamvis et nos non mediocriter caritati vestrae congratulemur, cum vos merentibus proximis[l] compati conspicimus[m], quoniam et nos de illis non modice condolemus[n] et crebris urguemur pro eis gemitibus. Et revera dolendi sunt, quia, dum inter suos caput primitus essent, docentes mendatium[o] facti sunt cauda, ecclesiam videlicet Domini tantis fluctibus immiscere ac tantis laboribus immittere procurantes. Dolemus ergo illos, dolemus plane et ecclesiam[p] Dei, quae tot per eos discrimina sustinet. Nam sic per prophetam[q] Samuhel Saulem legitur deplorasse. Quin immo et Dominus praevidens[r] Hierusalem maxime culpa[s] sacerdotum funditus evertendam flevisse ab evangelista[t] describitur[u]. Non[v] autem nos, qui membra sumus[w], iniuriarum nostrarum memores[w] esse volumus aut talionem, ut ipsi forsitan arbitrantur, eis reddere meditamur. Sed quia ipsi praecipue caput nostrum in repulsione[x] innocentis feminae[3] et admissione[y] moechae[4] ad iracundiam provocaverunt, illos plangimus et deflemus. Adeo ut in memoratorum scriptis gestorum ab his interlocutio facta solummodo memoretur, ita ut omittamus alia, in eisdem gestis aperte scriptore dicente repperiatur[5]: 'Theutgaudus et Guntharius, qui causam Theutbergae recognoverant et iudicaverant[z]', et rursus rege Hlothario de istis astruente: 'Quicquid in ista causa feci, horum sanctissimorum[a] episcoporum usus sum consilio.' Quin[b] etiam[b], dum in iam dictis fetidis gestis inter innumera detestanda, quae ad confirmationem ipsius facinorosae moechae[c] hinc inde compilare praesumpserunt, episcopi qui convenerant subscribentes eadem gesta, immo per ea flagitium, roborarent[d], ventum est ad quendam[6] fratrum et coepiscoporum nostrorum[e], qui tantum usque ad nostram deliberationem subscripsit eadem esse[f] gesta servanda. Quod cernentes hi[g], Theutgaudus scilicet et Guntharius, arrepto cultello omne, quod antistes providus ad[h] deliberationem[h] nostram servandum esse descripserat, raserunt nomine solo episcopi relicto, cetera sicut ipsi[i] voluerunt temere perscribentes. Quod nobis idem[k] episcopus intimavit, et id[l] ita[l] gestum esse in ipsis authenticis[m] gestis luce clarius[n] patet; nam ubi sanum est, evidentissime claret[o]. In tantum quippe ad roborandum flagitium cor et linguam et calamum acuerunt, ut[p], quae[p] semel vel dicto vel scripto in eius confirmatione diffinierant, etiam coram[q] nobis omni[r] sua virtute, quousque ceciderunt, defendere niterentur. Verum quid in[s] pluribus immoramur[t] et eorum gesta peremptoriam illis[u] dampnationem infe-

cf. Isai. 9, 15.

cf. 1. Reg. 15, 35

cf. Luc. 19, 41—44.

---

a) liquida *C.* b) gestas *B.* c) a prefati *B;* sepe fati *C;* p̄dicti *D.* d) diximus *B.* e) id est *B;* id *C.* f) die cuncta *add. del. C.* g) du *C.* h) consenserint *D.* i) exemplum *C.* k) prebuerint *D.* l) piorum imis *C.* m) conspitimus *B.* n) non dolemus *B;* dolemus *corr. ex* modolemus *C.* o) mendatio *B.* p) ecclesia *C.* q) *om. D.* r) providens *C, D.* s) culpae *C.* t) euuangelista *B.* u) discribitur *B.* v) Hos *corr. D.* w) sumus — memores *desunt C.* x) repulsionem *C.* y) admissionem *B, C.* z) iudicaverunt *C.* a) sanctorum *C.* b) Qui etiam *B, D;* Quies iam *C.* c) mechie *C.* d) laborarent *B, D.* e) *deest C.* f) etiam *D.* g) in *C; om. D.* h) adeliberationem *B.* i) illi *D.* k) id est *B.* l) ideo *C.* m) autestis *C.* n) claris *C.* o) daret *C.* p) us que *B.* q) quoram *B.* r) omnia *D.* s) im *B.* t) immoramus *C.* u) *corr. ead. m. ex* illis que *B.*

1) *Cuius acta non exstant. — Narrationem Adventii episcopi (supra p. 215 sqq.) conferas, ex qua vero turpitudo rerum gestarum non veraciter elucet.* 2) *V. supra ep. n. 18 cap. I (p. 285).* 3) *Scil. Theutbergae.* 4) *Scil. Waldradae.* 5) *Hic et sequens locus ex actis synodi Mettensis hodie deperditis depromptus est, sicut etiam patet ex tenore simillimo verborum, quae leguntur in ep. supra n. 18 (—21) cap. II (p. 285):* Teutgaudum — — et Guntharium — — —, qualiter causam Lotharii regis et duarum mulierum eius, Teutbergae scilicet et Waldradae, recognoverint et iudicaverint, — — —, *et in Libro pontificali ed. Duchesne II, 160:* Quicquid ego feci, inquiens, istorum episcoporum consilio usus sum. 6) *Quis fuerit, nescimus; cf. Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 232. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 67.*

867 Oct. 31. rentia narrare conamur, cum haec nec lingua loqui nec ipsa mentis memoria retinere[a] sufficiat? Sed, quia fraternitas vestra studet scriptis suis benigne his[b] misericordiam implorare et restituti[c] prioris[d] status[e] consolationem his postulat adhiberi, et nos non inconvenienter, quod[f] licitum est[g] et rationabiliter flagitatur, concedere procuramus. Denique, si[1] praefati[h] viri, Theutgaudus scilicet et Guntharius, patienter egerint, et malum, quod sui favoris[i] studio perficere passi sunt, radicitus extirpatum extiterit, atque si hoc perfecta in se humilitate dignisque poenitentiae fletibus abolere studuerint[k], quin[l] et pax quam turbaverunt ecclesiae Christi reddita fuerit: tunc profecto[m] potuerint[n] Dei solius intuitu et vestrae fraternitatis affectu alia ministrationis[o] ecclesiasticae, nostro nutu[p] atque ope freti, beneficia[q] promereri; prioris tamen ministerii vel cuiuscumque sacerdotalis officii dignitatem frustra quidem sperare poterunt[r], resumere autem in sempiternum[s] non poterunt.

Cesset itaque vestrae fraternitatis iam nos super hoc pulsare solertia et quod fieri non potest tandem aliquando desinat. Nam sedis[2] apostolicae sententia[t] tanta semper consilii moderatione concipitur, tanta patientiae[u] maturitate decoquitur[v] tantaque[w] postmodum deliberationis gravitate profertur, ut retractatione non egeat nec immutari necessarium ducat, nisi forte sic prolata sit, ut retractari possit vel immutanda secundum praemissae[x] tenorem conditionis existat. Portent igitur ignominiam deiectionis
Eccli. 4, 25. suae, quia[y] 'est' scriptura[z] teste[z] 'confusio adducens gloriam'. Sint interim in signum
cf. Isai. 20, 3. et in portentum[a] omnibus, quos[b] vel ipsi deceperunt vel quibus audatiam persistendi in nequitia praestiterunt[c], quatenus et isti tanta confusione respersi, quod ore fatentur, corde quoque teneant et salventur, et illi non bene sibi subreptum fuisse, ut ad tantum piaculum laberentur[d], patenter agnoscant. Nam malum[3] adhuc imminet, adhuc foveri non desiit, adhuc libertatis aditum et licentiae tempus expectat[e]. Probat hoc Waldradae etiam[f] post[f] adulterii[f] publicum[g] scelus gloria vigens atque reginae Theutbergae, dilectae filiae nostrae, etiam post praestita iuramenta nec ancillarum qualitati coaequata deiectio. Denique, quando Hlotharius rex uxorem sibi debitam, saepe fatam[h] scilicet Theutbergam, in praesentia missi nostri[4] resumpsit[i], duodecim, sicut audistis[k], illustres[l] comites iuramento[m] sua vice repromittere iussit se de cetero ita Theutbergam fore retenturum et tractaturum, quemadmodum regem legitimam coniugem suam reginam retinere convenit[n] et[n] tractare[5]. Sed pro dolor! tanto nunc, quod vos forte non latet, hanc summittit opprobrio[o] tantaeque detestationi tantaeque, quod solo dictu[p] grave est, inopiae subicit, ut non dicamus aliquem penes virum necessitatem patientum[q] adiuvare, verum nec sibi nec propriis queat homunculis[r] omnino praestare. Sed econtra Waldrada moecha et omni communione privata, licet a[s] Hlothario[s] solo corpore[t] videatur exclusa, cuius tamen cordi numquam deesse multis exhibetur indiciis, et cacumen regium et nocendi[u] vel adiuvandi quos vult

---

a) tenere *D.* b) *om. D.* c) restitutis *D.* d) priori *D.* e) statu *B, D.* f) *suprascr. al. m. addens* convenienter *D.* g) *om. C.* h) praedicti *D.* i) favori *B.* k) studuerunt *D.* l) cum *D.* m) profectu *B.* n) potuerunt *B.* o) miserationis *C.* p) motu *D.* q) beneficio *D.* r) poterant *D.* s) perpetuum *D.* t) sententie *C.* u) sapientiae *D.* v) dequoquitur *B, D.* w) tantoque *C.* x) promisse *C.* y) quae *D.* z) teste scriptura *D.* a) potentum *C.* b) quas *C.* c) perstiterunt *C.* d) *corr. ex* laborentur *B.* e) *corr. ex* expectet *B.* f) *om. C.* g) puplicum *B.* h) *corr. ex* fetam *B;* factam *C.* i) resumsit *B.* k) auditis *D.* l) illos tres *C.* m) iuromento *C.* n) conveniet *C.* o) opproprio *B.* p) dicto *D.* q) patientem *D.* r) omiunculus *C.* s) ha lothario *B.* t) corpere *B.* u) concedi *C.*

1) *Sequentia usque ad:* tenorem conditionis existat *(l. 18) maxima ex parte eadem exstant in anteced. ep. (n. 52) Ludovico Germanico directa.* 2) *Cf. Decr. Grat. c. 4 C. 35 q. 9. — V. etiam 'Neues Archiv' XXVIII, 720.* 3) *Id est Lotharii divortium. Ad haec et sequentia cf. quae similia papa disseruit in ep. n. 51 (p. 337).* 4) *Arsenii episcopi.* 5) *Iuramentum traditum est in Ann. Bertin. a. 865 ed. Waitz p. 77 sq.; v. MG. Capit. II, 468 sq. Cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 133.*

omnimodam optinet potestatem. Ecce fratres, germina[a], ecce fructus, qui de Theutgaudi et Guntharii iacto semine[b] sunt exorti. De quibus tamen, si[c] fraternitas vestra veraciter[d] ac[e] utiliter[e] dolet et aliquod[f] eis vult inpertiri suffragium, curet necesse est vulnus, quod ipsi non solum minime ferro iustitiae resecarunt, verum etiam oleo iniquae adolationis et persuasionis[g] fovente[h] crescere longe lateque fecerunt, nobiscum pariter incidere ac studiose mederi. Quamvis ipsi iam fati viri, ut praetulimus, quantum ad sacerdotium spectat, recipiendi[i] nullam valeant habere fiduciam. Si enim, quod in his destruximus, reaedificaremus[k], praevaricatores a Domino procul dubio constituemur et quasi de[l] non bene gestis poenitentiam agentes in melius sententiam commutasse videbimur[1]. Ac per hoc nec isti huiusmodi animadversionem paventes emendabuntur nec hi, qui actenus inchoatum scelus introrsus retinent, puniendum putabunt[m] nec ceteri, qui ad huiusmodi possunt relabi flagitium, per hos salubriter eruditi consultius committere pertimescent, quod tanta viderint[n] dissoluta remissione laxari. 867 Oct. 31.

Revertimini ergo, fratres, ad vos et redite[o] ad cor et recognoscite contra vitia ministerium vestrum, ipsum, per quem tantum ecclesia[p] Dei scandalum patitur[q], Hlotharium scilicet regem, zelo ferventiori et maiori corripientes et admonentes instantia, quo subveniat sibi[r], subveniat[r] et miseris illis, quos pro se iuramento constrinxit, reginam videlicet Theutbergam, coniugem suam, iuxta tenorem praestiti sacramenti tractans et se a[s] reatu vice sua iurantium tegens; mittat[t] etiam ad nos Waldradam, ut per haec[u] et ipse securam de cetero vitam ducat et nos causa illius tantis ulterius laboribus non subdamur. Non[v] enim iustum est, ut legitima tantam apud ipsum incommoditatem ac dehonestatem patiatur et ab adultera gloria dignitatis eius subripiatur. Quodsi rex Hlotharius ita fieri denegat et se[w] veraciter audire ac perficere velle[x] monita nostra fatetur, quemadmodum nobis[y] dilectus filius noster Hludowicus rex inclitus ex[z] ipsius assertione significavit[2], quaesumus interrogetur vel a vobis vel studio vestrae suggestionis a iam fato pio rege, quare[3] nobis scribens vel aliis satisfaciens, sicut indicat de Waldrada, quod post missi nostri reversionem non ad eam accesserit, ita non indicat de coniuge sua Theutberga, quod eam secundum datorum[a] tenorem iuramentorum tractet atque retineat. Nisi quia non habet unde glorietur nec agit sic erga eam, ut nobis id veraciter referre possit et gratiarum a[b] nobis inde percipere valeat actiones, dum non solum illa nulla[c] munificentia ipso largiente potitur, verum etiam omnibus[d] opprobriis et egestate summa[e] tabescit[e]. Dicatur ergo ei a pio principe vel a[f] vestra[f] sacerdotali suadeatur[g] industria, ut, quando nobis mittit ad Waldradam se nequaquam contra interdictum nostrum accedere, mittat etiam, quod et Theutbergam uxorem suam iuxta praestita iuramenta benigne tractet et secundum regiam dignitatem retineat: ita[h] dumtaxat, ut[i], quod mittit, veritate fulciri aliis etiam attestantibus[k] agnoscamus[l]. Denique, quando illa repulsa ipse rex Hlotharius Theutbergam uxorem suam reduxit[m], diffinitum fuisse constat, ut eadem Waldrada[n] in Italiam mitteretur, quatinus, utrum Romam necne[o] pervenire debuisset, nostrae[p] censurae decreto praestolaretur[q]. De his quippe personis, cf. Isai. 46, 8.

---

a) germana *C.* b) seminime *C.* c) *om. C.* d) veratiter *hic et infra B.* e) *desunt D.* f) aliquid *C.* g) perssuasionis *B.* h) faventes *corr. ex* foventes, *ut vid., D.* i) recipienti *C.* k) reedificemus *C.* l) *om. C.* m) putabant *B; putabuntur D.* n) viderit *C.* o) reddite *D.* p) ecclesiam *C.* q) *om. C.* r) sibi sub venia *B; desunt C.* s) *om. C.* t) mittant *D.* u) hoc *D.* v) Nec *D.* w) si *C.* x) vel *D.* y) *bis in B.* z) et *C.* a) datorem *C.* b) *om. B, D.* c) *hic finis folii 51', in fol. 52 alia manus incipit:* censurę decreto prestolaretur *(cf. infra l. 39); cetera desunt B.* d) *om. C.* e) summata vescit *C.* f) auro *C.* g) sua detur *C.* h) iuxta *C.* i) *om. C.* k) adstestantibus *C.* l) agnoscimus *C.* m) reduxerit *D.* n) Uualdradam *C.* o) ne *C.* p) nostra *C.* q) postularetur *C, D.*

1) *Cf. infra ep. n. 88.* 2) *Cf. ep. Ludovico scriptam supra n. 51 (p. 335 sqq.).* 3) *Quae hic sequuntur usque ad:* attestantibus agnoscamus *(l. 36) eadem fere insunt in ep. n. 51 (supra p. 337).*

867 Oct. 31. quorum sedes apostolica specialiter inchoat agitare negotium, sicuti nos Hlotharii et Theutbergae regum atque Waldradae pellicis exequi controversiam[a] coepimus, nulli fas est alii vel removere vel aliquid diffinire, nisi forte cui ipsa praeceperit. Waldrada ergo, quam[b] nostris hortatibus nostrisque decretis[c] Hlotharii constat remotam[d] esse lateribus, nostris[e] quoque specialiter debet[f] ad[f] congruam ecclesiae quam laesit[g] satisfactionem[g] summitti iuditiis[h]. Quod quamdiu Hlotharius non egerit, sicuti nec nobis requies nec Theutbergae securitas, sic nec ipsi poterit tuta pax aut[i] aliqua inesse salutis fidutia[k]. Tanto igitur sollicitius[l] ad correctionem illius operam date tantoque instantius non solum illum, ut in his nobis oboediat, admonete, verum etiam et dilectum filium nostrum Hludowicum excellentissimum regem, quo eum[m] ad audienda[n] nostra
Iac. 5, 20. monita semper[o] incitet, cohortamini[p], quanto adtentius legitis, quia 'qui[q] converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit[r] animam eius[s] a morte et operiet[t] multitudinem peccatorum.' Non solum autem hinc gloriosum regem vestrum adite, verum etiam specialiter deprecamini, ut admoneat et suadeat eidem Hlothario, quatinus Romam nonnisi purgatus et, quando nos annuerimus, venire praesumat. Nam nisi nobis[u] oboediens suspicionum et malae famae sordes[v] diluere[w] primum curaverit, videat, ne
cf. Num. 5, 2. forte leprosorum more[x] de castris dominicis cum maxima confusione[y] pellatur[1]. Quomodo vero ipsas possit[z] deponere[a] sordes, breviter intimamus: videlicet, si Theutbergam uxorem suam iuxta praestita iuramenta benigne tractet et secundum regiam dignitatem retineat Waldradamque[b] ad nos accelerare conpellat atque in praefatis[c] ecclesiis ordine, quem ei dictavimus[2], antistites[d] ordinari permittat. Nam[3] quamdiu Waldradam sic manere dimiserit, sicut omnibus liquet, Theutbergamque nec regio[e] cultu nec coniugali dilectione tractaverit, quamdiu etiam Theutgaudum vel Guntharium ecclesias dudum sibi cum sacerdotio ablatas obtinere permiserit occupatas, nec a lepra iniusti[f] criminis nec a sordibus pessimi odoris[g], id est malae opinionis vel suspitionis, liber[h] esse[h] poterit[h] nec puris[i] ecclesiam[k] Christi[l] gressibus[m] intrare valebit nec sacerdotibus Christi libera eum vel secura[n] tangendi[n] vel intra castra recipiendi profecto quibit[o] esse[p] facultas[4].

Ergo laborate in hoc nobiscum, karissimi, decertate[q] pariter, fratres, quia, sicut
cf. Matth. 5, 12. labor est multiplex in terris, ita nos merces copiosa manebit in caelis. Nec dubium est hunc iuvenem plurimos habere nunc pro sua potentia[r] vel dominatu sibi consentientes[r], de quorum omnium profecto conversione ac salute omnes[s] simul[s] laetabimur[t], si horum princeps[u] Dei gratia praeveniente communibus nostris sudoribus perfectius emendabitur[v]. Praeterea noverit sanctitas vestra iam memoratum sublimissimum regem vestrum pro Theutgaudo et Gunthario ea[w] qua[w] vos nobis affectione scripsisse[x]. Cui quia super hoc brevi scripto[y 5] respondimus, si plenius nosse[z] placet, quae de illis sit penes nos fixa sententia, industriam[a] eius ad huius epistolae, quam fraternitati vestrae

---

a) contra versiam *C.* b) in *add. D.* c) decreti *C.* d) remota *C;* remotum *D.* e) nos *C.* f) debeat *C.* g) lęsit satisfactione *B;* satis lesit factionem *C.* h) iudicis *C.* i) in *addunt B, C.* k) fidutiam *B, C.* l) solliticius *B.* m) cum *D.* n) audiendam *C.* o) *suprascr. ead. m. B.* p) quod hortamini *B;* quohortamini *C.* q) *om. C.* r) liberabit *B, D.* s) suam *B, D.* t) operit *B, C;* operuit *D.* u) *om. C.* v) sortes *C.* w) diruere *C.* x) *in marg.* more vel ritu *D.* y) confessione *C.* z) posset *C;* possint *D.* a) ponere *D.* b) Waldradam quippe *C.* c) praedictis *D.* d) antistes *C.* e) religio *B.* f) inusti *C, D.* g) hodoris *B.* h) liberos sepoterit *C.* i) prius *D.* k) *evanuit C.* l) *om. D.* m) ingressionibus *D.* n) securata negendi *C.* o) quilibet *C;* quibus *D.* p) *in marg. corr.* est *pro* etiam *D.* q) et certate *C;* decertare *D.* r) potentia — consentientes *desunt C.* s) simul omnes *C.* t) lętabitur *B;* letemur *C.* u) principes *C.* v) *in marg.* emundabitur *corr. pro* ei non dabitur *D.* w) ea quae *B;* eaq; *C.* x) rescripsisse *C.* y) scripta *C.* z) *al. m. scr. in marg.* scire *pro* esse *D.* a) industria *B, C, D.*

1) *Cf. ep. n. 51 (p. 336); v. etiam supra ep. n. 38 (p. 310 sq.).* 2) *Cf. ep. ad Lotharium directam (supra n. 50).* 3) *V. ep. n. 51 (p. 337), ubi eadem fere dicuntur.* 4) *Cf. 'Neues Archiv' XXXII, 145 ann. 3, 147 ann. 2.* 5) *V. supra ep. n. 52.*

destinavimus, tenorem[a] scrutandum direximus[1]. Quamobrem agat sanctimonia vestra, ut ipsius piis ad legendum optutibus cum debita reverentia seu celeri[b] diligentia deferatur. Porro si aliqui fortasse sunt, qui dicant[c] liberam esse Waldradam et ideo huc[d] proficiscendi ei non debeat imponi necessitas[e], noverint non esse liberam[f], quae a peccato superata ipsius et ancilla addicta[g] est, Petro dicente apostolo: 'A quo enim quis[h] superatur, eius et servus addictus est,' et rursus alibi: 'Qui facit peccatum, servus est peccati.' A quo[i] videlicet ista nondum liberata eius profecto adhuc ancilla credenda ac per hoc nostro[k] est iuditio spetiali[l] purganda, cuius decreto iniquitas eius[m] agitari coepit[n] et Christo propitio abolitionem percipere. Nam nisi illam nondum a crimine liberam esse sciremus[o], nequaquam eam pro liberatione[p], tam sua quam fautorum[q] eius, in Italiam venire quoquomodo faceremus, licet eam[r] per ministros suos postea, ne huc perveniret[s], Satanas impedierit[t][2]. Iam vero, si iussa nostra vel sanctiones[u] impleverit, ideo se putat ancillam, ergo Hlotharius rex servus[v] dici[v] debet[v], qui utcumque nostra fecisse mandata dinoscitur. Ergo[w] ista teneatur pro domina, quae inoboediens permanet, et dominetur[x] Hlothario, qui utcumque nostris[y] studuit oboedire decretis. Quod absurdissimum est et omnino nefandum. Verum, si tanta rex Hlotharius intentione Waldradam voluisset[z] moecham ad nos mittere, ad eius[a] scilicet a nobis causam legitime diffiniendam, quanta[b] voluit[3] legitimam Theutbergam destinare coniugem ad[c] falsa contra se ac[d] extorta[e] scelera proferenda, forte iam nobis qualiscumque pax vel reddita requies haberetur. Atque utinam sic studeat Waldradam ad nos destinare[f], quae habet de scelere suo quod pandat, sicuti gestiebat reginam[g] Theutbergam, quae non quidem habebat quod de crimine panderet, sed quod de violentia et iugi poena illata sibi multipliciter enarraret[h], et quam invitis[i] mittens, ut contra se falsum crimen coram nobis depromeret[k], multifarie[l] compellebat. Optamus fraternitatem vestram in Christo nunc et semper bene[m] valere.

867 Oct. 31.

2. Petr. 2, 19. Ioh. 8, 34. cf. 1. Thess. 2, 18.

Data pridie Kalendas Novembris indictione[n] prima[n].

---

a) tenore *B.* b) sceleri *C.* c) dicunt *B.* d) *corr. ex* hic *B.* e) necessitatem *C.* f) esse *add. C.* g) addita; *ras. inter* i *et* t *B.* h) qui *B.* i) qua *D.* k) nostra *C.* l) specialiter *C.* m) *om. D.* n) caepit *B;* cepisset *D.* o) reciperemus *C.* p) liberationem *B.* q) factorum *C.* r) etiam *C.* s) pervenire *C.* t) *corr. ex* impedierat *B.* u) sanctificationes *C.* v) dici debet servus *D.* w) et *D.* x) dn̄i net *C.* y) nostri *B.* z) potuisset *C.* a) eam *C.* b) quendo *C.* c) ac *D.* d) hac *C.* e) exorta *C.* f) mittere *D.* g) regina *C.* h) -arrar- *in ras. ead. m. B.* i) invictis *D; suppleas:* nobis. k) depomeret *B;* deprimeret *C.* l) multifaria *C.* m). bene *7 B.* n) *om. C.*

54.

Fragmentum epistolae Nicolai ad Ludovicum II. imperatorem, cui scribit nihil officere, immo proficere Christianae religioni, cum pro Christianorum securitate cum exteris placitum ineat. *858—867.*

Cod. Paris. lat. 3876 fol. 40'—41 (B).

Edd. Baluze, Miscellan. (ed. Mansi 1761) I, 401, qui usus est supra nominato codice Parisiensi (olim Colbertino 4048) et Rivipullensi; Mansi, Conc. coll. XV, 457; Migne, Patr. lat. CXIX, 1118. — Cf. J.-E. Reg. n. 2832 (2140).

NICOLAUS HLUDOWICO[a] IMPERATORI.

Christianae religioni nihil officit[b], immo proficit, si caritate magistra divino intuitu cum exteris[4] quibusque pro remediis et securitate Christianorum placitum inieritis, cum

---

54. a) Ludovico *B.* b) efficit *B.*

1) *Cf. supra ep. n. 52 (p. 339 l. 35 sqq.).* 2) *Cf. ep. n. 51 p. 336 cum ann. 1.* 3) *Cf. ad hoc et ad finem harum litterarum supra epp. nn. 45, 46 (p. 320 sq. 323 sq.).* 4) *Sarracenos papam significare verisimile est.*

858—867. constet non ob aliud[a] id fieri, nisi ut fera saevicia eorum, quae in fideles unanimiter
cf. 3. Reg. 11, 1. exardescit, aliquo modo refrenetur. Nam cum Salomonem cum alienigenis ad sanctam gloriam multiplicandam et ad templum Domino facilius construendum amiciciae foedera habuisse dominica sciamus referente istoria, quid mirum, si pius imperator ad gloriam Dei et ad securitatem sanctae eclesiae, quae vere divinum est templum, cum exteris gentibus placitum confirmet, maxime cum piae memoriae Karolus[b] [1], atavus vester, nonnisi ad remedium et solatium Christianorum, qui in diversis locis inter eos tamquam[c] grana inter paleas tundebantur, placitum cum eorum principe[2] noscitur procul dubio perpetrasse.

a) alium *B*. b) Carolus *B*. c) tanquam *B*.

1) *Magnus (768—814).* 2) *Hoc quoque loco Sarracenorum principem Nicolaus sentire videtur. De duabus pacibus a Karolo Magno cum rege Sarracenorum El Hakem, cui cognomen erat Abulaz, emiro Cordubensi a. 796—822, initis referunt Ann. regni Francorum a. 810 et a. 812 (rec. Kurze p. 133. 137). Cf. Mühlbacher, Reg.*[2] *n. 450 b (p. 202), n. 471 a (p. 212 sq.). Fortasse etiam papa amicitiam significat, quam imperator cum Harun al-Raschid chalifa (786—809) habuit, v. Einhardi vitam Karoli M. c. 16 (rec. Waitz*[5] *p. 16 sq.). Cf. etiam huius vitae cap. 27 (rec. Waitz*[5] *p. 27 sq.), in quo de Karolo inter alia haec leguntur (p. 28):* ob hoc maxime transmarinorum regum amicitias expetens, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod ac relevatio proveniret. *Quorum verborum sensus cum eis, quae profert Nicolaus, bene consentit.*

II.

NICOLAI I. PAPAE EPISTOLAE DE CAUSIS ROTHADI ET WULFADI SOCIORUMQUE, I. E. IN CONTROVERSIIS CUM HINCMARO REMENSI SPECIALITER COMPOSITAE.

55.

Nicolaus Hincmarum archiepiscopum vehementer reprehendit, quod Rothadum Suessionensem episcopum sedem apostolicam appellantem officio episcopatus privaverit; praecipit ei, ut intra triginta dies post praesentem epistolam acceptam aut Rothadum restituat aut — ipse vel legatus — cum illo Romam accedat. 863 in. 863 in.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 187'—188 (B); id. fragmentum exhibet fol. 194 (G); Vatic. lat. 1344 fol. 94' (C); Vatic. lat. 1343 fol. 131 (D); Paris. lat. 3854 fol. 195 (E); fragmentum exstat in cod. Vallicell. C 15 fol. 137 (F).

Edd. Editio Romana (1591) III, 137; Sirmond, Conc. Gall. III, 203; Mansi, Conc. coll. XV, 295; Migne, Patr. lat. CXIX, 825. — Cf. J.-E. Reg. n. 2712 (2053).

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HINCMARO REMORUM ARCHIEPISCOPO[a1].

Sanctitatem[2] vestram, quam semper in virtutum[b] exercitiis conversantem comperimus et in doctrinis ecclesiasticis proficientem[c] fama crebrescente didicimus, aliter apostolicam reverentiam prae oculis habere sperabamus, quam frequens nunc dictat[d] opinio. Denique fidelium multorum exinde dolentium auditu veraci cognovimus, quod Rothadus[e 3] frater et coepiscopus noster ecclesiae Suessonicae[f 4] pro quodam presbitero, qui pro facti sui qualitate honoris proprii ante triennium fuerat privatus officio, a vestra sanctitate sit impetitus et adhuc, quod nefas est, sedem apostolicam appellans, iuxta quod sibi a patribus[5] constat esse permissum, episcopatus etiam absens expoliatus honore et in exilium deportatus actenus in monasterio retrusus existat[g]. Unde gemimus valdeque dolemus. Nam cum debuerat honoribus pro sua senectute multiplicibus ampliari et pro tot laboribus ac obsequiis in ecclesia Dei pariter et principibus mundi fideliter ac utiliter impensis maiori dignitate fruitus[h] iam tandem sine cuiusquam[i] impulsione quietus existere, nunc e[k] contrario[l] dehonestatus et[m] ad iniuriam beati Petri apostolorum principis, cuius sedem appellaverat, fame et siti ac innumeris[n] maceratus[o] miseriis depositus pariter et abiectus[p] existit.

---

55. a) Nicholaus — archiepiscopo *om. C, D, E.* Directa Hincmarcho archiępiscopo *suprascr. E.* b) *ead. m. corr. ex* virtutem *B.* c) -ci- *ss. al. m. B.* d) -at *ss. al. m. B.* e) Rotaldus *vel* Rothaldus *semper E.* f) *ss. corr. in* suessionicę *B.* g) exsistat *B;* existit *D.* h) frui *E;* frui et *Edit.* i) cuiusque *B, C.* k) et *D.* l) contra *E.* m) *deest C.* n) *corr. ex* innumerus *ead. m. B.* o) maceratur *E.* p) adiectus *C.*

1) *A. 845—882.* 2) *De hac et de sequenti epistola cf. Schrörs, 'Hinkmar, Erzbischof von Reims' p. 246. Dümmler, 'Geschichte des Ostfränkischen Reiches' II², 90; de tempore earum v. etiam Anal. iuris pontif. X, 61.* 3) *A. ca. 832 — ca. 869.* 4) *Hod. 'Soissons'.* 5) *Cf. infra p. 354 ann. 1.*

863 in. Unde valde miramur ac vehementissime obstupescimus, quomodo luminum vestro-
cf. Iob 3, 9. rum serenitatem tam repentina potuerit[a] obtenebrare caligo, adeo ut privilegia apostolicae sedis, quae intemerata a tota Christi universali[b] servantur ecclesia, contemplari despexeritis[c] atque ipsos paternos canones[1] nescimus qua auctoritate disruperitis[d]. Quod omnino inultum manere non patimur, ut qui prohibita praesumpsit minime quae sit censura canonica experiatur; ita[e] ut[f] omnibus manifestum faciamus[g], quod nullum membrorum nostrorum nos aliquod[h] patiamur[i] sui sustinere dispendium neque sanctorum patrum statuta[k] vilescere permittamus. Verum interim Dei summi sanctorumque[l] apostolorum principum Petri ac[m] Pauli et nostra per eos auctoritate fraternitati vestrae iniungimus[n], ut, si nostrae caritatis et communionis sicut actenus[o] volueritis videri participes[p], iam dictum fratrem nostrum Rothadum episcopio pariter et pristino honoris sui officio restituatis, ita ut tali[q] per[q] omnia[q] decoretur honore et omnibus ita reddatur officiis[r] integer[r], qualem illum eo constat fuisse tempore, quando expellendus apostolicae sedis memoriam fecit. Et ita demum, si qui videntur[s] illius esse calumniatores, cum presbitero illo[t], qui deiectionis ipsius episcopi[u] causa extitit, Romam pariter cum saepe[v] nominato[v] Rothado omni[w] remota occasione indesinenter occurrant. Hoc autem expresse decernimus, ut post triginta dies, postquam haec nostra apostolica[x] epistola apud[y] vos delata fuerit, aut[z] praefatum virum Rothadum omnino restituatis[a] pristinae dignitati aut, si iuste vos in eum egisse putatis, Romam cum eodem vos vel vester legatus vestram vicem in omnibus ferens, ut utriusque partis causam ad[b] liquidum[b] sciamus, adveniat. Quodsi post[c] praefixos triginta dies, quae in hac apostolica auctoritate plena continentur epistola, minime oboedire ac perficere studueritis, decernimus ac promulgamus, ut missarum solemnia tamdiu celebrandi non habeatis licentiam, quamdiu quae diffinivimus[d] perducta ad consummationem non fuerint. Quam[e] sententiam[e] non solum vos, sed[f] et[g] omnes episcopos obligare decernimus, qui vobis in depositione praefati viri Rothadi consensisse noscuntur. Id ipsum[h] vero illos per vos sciri[i] praecipimus.

56.

Nicolaus Karolum Calvum regem adhortatur, ut Rothadum pristino honori reddi Romamque ei properandi facultatem dari efficiat. Addit de epistola ad Hincmarum (supra n. 55). *863 in.*

Codd. Paris. lat. 3854 fol. 194'—195 (B); ex quo Paris. lat. 1458 fol. 202.

Edd. Editio Romana (1591) III, 141; Sirmond, Conc. Gall. III, 204; Mansi, Conc. coll. XV, 300; Migne, Patr. lat. CXIX, 837. — Cf. J.-E. Reg. n. 2713 (2057).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO NOSTRO KAROLO[2] GLORIOSO REGI[3].

Nunc laudanda est frequens conversatio et assidua cum ecclesiasticis viris et cum sapientibus vestra sedulitas, quam circa utilitatem ecclesiarum Dei vos habere auditu

---

a) poterit *E.* b) *om. E.* c) *corr. ex* dispexeritis *B.* d) disrumperitis *D;* diruperetis *E.* e) *hic incipit fragmentum in G.* f) aut *D.* g) fiamus *C;* fiamus *corr. ex* fiat *D.* h) aliquo *C;* aliquo modo *E.* i) patimur *B.* k) instituta *D.* l) sanctorum *G.* m) et *E.* n) iungimus *C, D.* o) *corr. al. m. ss. in* hactenus *B.* p) principes *C; ras. corr. ex* principes *D.* q) per omnia tali *E.* r) integer officiis *E.* s) videtur *C.* t) illorum *G.* u) *om. E.* v) sub nominato *B, G.* w) *hic incipit fragmentum epistolae in F.* x) *deest E.* y) *al. m. corr. ss.* ad *B.* z) ut *B, G.* a) instituatis *C, D.* b) aliquidue *D; corr. ex* aliquid *G.* c) *deest E.* d) difinivimus *B.* e) *corr. in* qua sententia *B.* f) *bis in F.* g) *deest E; al. m. add. F.* h) Ipsum *C, D, E, F.* i) scire *C, D, E, F.*

56. a) *Lemma:* Nicholay papę epistola. *B.*

1) *Hoc loco sicut saepe in his epistolis Nicolaus Sardicenses canones (3, 4, 7) sentire videtur (Mansi III, 23 sqq.).* 2) *Qui dicitur Calvus.* 3) *V. supra p. 353 ann. 2.*

gratulabundo concepimus, si eiusdem sanctae ecclesiae pastorum, cum quibus hanc humilitatem et sollicitudinem salubriter operamini, sub quadam specie iustitiae nullum omnino sublimitas vestra[a] laeserit, sicut de uno[b] quodam[b], Rothado[c] nomine, nunc vos egisse plurimorum relatu[1] didicimus, maxime cum deiciendus apostolicam sedem iuxta licentiam canonice sibi concessam appellasse perhibetur. Pro quo, fili karissime, valde gloriam vestram exposcimus, ut praefatum virum in suo episcopio et omni pristino reddi faciatis honori et ita demum ad apostolicam sedem, quam illum constat appellasse, securum pro nostro amore aditum properandi dare dignemini, hoc specie tenus cognoscentes, quoniam tunc credemus[d] vos nostrum apostolatum diligere, sicut saepe profiteri videmini, si dominum et Deum nostrum timere pariter et amare vos evidenter cognoverimus, necnon et privilegia sanctae sedis apostolicae et statuta patrum illibata servantes ea vilescere vel destrui a nemine patiamini. 863 c. Apr. 28.

Ceterum sciat sublimitas vestra nos ad confratrem nostrum Hincmarum archiepiscopum misisse, quatenus aut infra triginta dies post lectam a nobis sibi missam epistolam[2] eundem episcopum pristino gradui restitueret[e] aut cum idoneo suo legato, si ipse non posset, una cum accusatoribus eiusdem viri, si tamen essent, atque cum presbytero, qui causa deiectionis eius fuit, Romam veniret[f]. Quodsi neutrum ageret[g], post triginta dies praefixos nec ipse nec quilibet episcoporum, qui[h] in depositione praefati episcopi consenserunt, licentiam celebrandi[i] missarum sollempnia penitus haberent[k], quousque in[l] iis[l], quae salubriter deceret, nobis sint oboedientes ac pleniter ad effectum consumationis perduxerint.

57.

Nicolaus episcopis synodi Suessionensis (a. 862) respondet confirmationem actorum eiusdem synodi se denegare. De privilegiis sedis Romanae in causa Rothadi laesis copiose disserit eosque quasi fautores iniustitiae reprehendit. Apostolica auctoritate eis praecipit, ut intra triginta dies Rothadum de exilio revocent Romamque ad causam suam peragendam eum destinent. Eos admonet, ut apud Karolum Calvum pro Balduino, comite Flandriae, intercedant. Addit nonnulla de causa Lotharii II. regis et de legatis in Galliam missis. 863 c. April. 28.

Codd. Vatic. lat. 1344 fol. 95'—98' (B); Vatic. lat. 1343 fol. 133' (C); Paris. lat. 3854 fol. 197 (D); Vallicell. C 15 fol. 138' (E).

Edd. Editio Romana (1591) III, 141; Sirmond, Conc. Gall. III, 205; Mansi, Conc. coll. XV, 300. Migne, Patr. lat. CXIX, 826. — Cf. J.-E. Reg. n. 2723 (2054).

NICOLAUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS METROPOLITANIS EPISCOPIS ET CETERIS DIVERSARUM PROVINCIARUM AC URBIUM PRAESULIBUS, QUI IN CONVICINUM[a] VILLAM PUBLICAM SECUS CIVITATEM SILVANECTIS[3] CONCILII CAUSA[b] CONVENISTIS[4].

Scriptis[5] dilectae fraternitatis vestrae susceptis et inspectis attentius in eis omnis[c] scientiae et sapientiae sanctitatis vestrae fluentis, quae non aliunde in pectora vestra

---

a) *add. man. moderna corr. B.* b) *corr. man. mod. ex* uno eodem *B.* c) Rothaldo *B.* d) *corr. man. mod. ex* credimus *B.* e) *man. mod. corr. ex* restituisset *B.* f) *man. mod. corr. ex* venisset *B.* g) *man. mod. corr. ex* agere *B.* h) et *post* qui *del. man. mod. B.* i) *corr. man. mod. ex* celebranda *B.* k) *corr. man. mod. ex* habuissent *B.* l) *suprascr. man. mod. B.*

57. a) Convicium *C.* b) *om. B, C, D.* c) omni *B, C.*

1) *Cf. supra (p. 353 l. 20) in ep. n. 55:* fidelium multorum exinde dolentium auditu veraci cognovimus; *v. Schrörs, 'Hinkmar' p. 246 cum ann. 35.* 2) *Supra ep. n. 55 (p. 353 sq.).* 3) *Hod. 'Senlis'. — Legendum hic esse 'Suession(ens)is' probavit Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 258.* 4) *Synodus Suessionensis, quam sentit papa, habita est exeunte a. 862; cf. 'Neues Archiv' XXVI, 631. Schrörs, l. c. p. 244 sq. De praesenti epistola cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 91. Schrörs, l. c. p. 247 sqq.* 5) *Quae sunt deperdita.*

cf. Ps. 35, 10. utique nisi ab ipso fonte vitae poterant emanare, cognita etiam[a] devotione et summi
863 amoris affectu, quem circa hanc sanctam Romanam ecclesiam apostolicamque sedem
c. Apr. 28. vos retinere monstratis[b], et, quoniam ex more[c] secundum constitutionem maiorum, ut eadem ipsa verba ponamus[1], non solum de omnibus, quae possunt aliquam recipere dubitationem vel quamcumque incurrere quaestionem, verum de certis atque maioribus negotiis ecclesiasticis exequendis[d], ad apicem episcopatus, id est ad magni Petri sedem, debere vos referre[e] cognoscitis: horum auctori ac omnium bonorum largitori Deo et domino nostro gratiarum multimodas retulimus actiones. Qui ideo[f] in sancta[g] sua[g] ecclesia vos
cf. Apoc. 22, 16. cf. Phil. 2, 16. rutilantes tamquam splendidas stellas, verbum vitae continentes et morum ac virtutum[h] vestrarum lumine longe lateque proximos illustrantes, voluit collocare, ut merito eandem sanctam ecclesiam iuxta ipsius magisterii dictum[i] caeli nomine, ubi talia nimirum fulgent
cf. Gen. 1, 14. luminaria, valeamus veraciter appellare. De cetero[k], fratres karissimi, discentes in provinciis vestris paganorum[2] crebris vos laborare infestationibus, insuper et ecclesias Christi in illis partibus constitutas ab intestinis, id est a suis, multa incommoda tollerare, plurimum lamentamur et vobis oppido compatimur et contristamur, quamvis, dilectissimi, non adeo super his contristari ac meroribus affici debeatis, scientes,
Rom. 5, 3—5. quoniam 'tribulatio' secundum apostolum 'patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit[l]'. Siquidem locus[m] hic est[n]
cf. Ps. 83, 7. 8. afflictionis, hic convallis lacrimarum, donec videamus Deum deorum in Syon[o]. Hic est,
cf. Ps. 125, 5. ubi in lacrimis seminamus, ut postmodum in gaudio metamus. Hic est, inquam,
cf. Deut. 4, 20. Aegyptus, hic est fornax ferrea, ubi spiritalem[p] Israhelem duris[q] oportet lateribus
cf. Hebr. 11, 9. fatigari, donec terram repromissionis[r] ingrediamur, id est, donec Dominus, cum ei per-
cf. Ps. 114, 9. fecte placuerimus, in regione vivorum se nobis promissum ostendat. Hic opus est, ut quae in[s] templi sancti structuram pertinent, summi artificis manu et provisione aptentur[t], ut, cum tunsiones[u], sonitus, pressurae ac persecutiones saeculi praesentis transierint,
cf. 1. Petr. 2, 5. sine aliqua tortitudine vel inaequalitate in caelesti[v] fabrica tamquam lapides vivi idonei in omnibus comprobemur[w]. Quapropter haec scientes, dilectissimi, spei vestrae ancoram in caelesti statione figentes huius[x] mundi[x] procellas despicite[y], quia proreta[z] noster
cf. Matth. 8, 26. 27; Marc. 4, 39. 40; Luc. 8, 24. 25. omnipotens iam non dormit, qui imperet, et mare et venti oboediunt[a] ei[b], fiatque[c] tranquillitas magna[d].

Praeterea[e] de Rothadi damnatione apostolicae sedi referre iure studentes petistis[f], ut nostra etiam auctoritate rata esse probarentur, quae de eo apud vos in concilio[3] acta fuisse perhibuistis. Quod agere penitus recusamus, quoniam nos, ut eadem ad Flavianum sancti Leonis[4] dicta ponamus, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nichil possumus incognitis rebus in[g] cuiusquam[h] partis praeiudicium[i] diffinire, priusquam universa quae gesta sunt veraciter audiamus. Sed fortasse dicitis vos universa, quae de eo gesta sunt[k], nobis per scripturae seriem veraciter retulisse et per fratrem et coepiscopum nostrum[l] Odonem[5], qui pene conciliis vestris semper affuerit, cuncta pleniter intimasse.

---

a) *om. D.* b) monstrastis *D.* c) amore *D.* d) exsecutis *B;* executis *C, E.* e) referri *D.* f) adeo *B, C, E;* deo *D.* g) sua *om. D;* sua sancta *E.* h) virtute *E.* i) *deest B, C, E.* k) vero *add. D.* l) confundetur *C, D, E.* m) *om. B, C, D, E.* n) *om. B, C.* o) Sion *D.* p) spiritualem *B.* q) *corr. ex* diris *D;* diris *E.* r) promissionis *D.* s) ad *D.* t) *in marg. al. m. corr. pro* coaptentur *E.* u) *scr. m. corr. in marg. pro* tunsionum *E.* v) celestia *D.* w) *corr.* comprobentur *E.* x) huiusmodi *E.* y) dispicite *B.* z) prorecta *C.* a) obaedient *B.* b) *deest B.* c) fietque *E.* d) maxima *E.* e) propterea *D.* f) petitis *B.* g) *om. B, C, D.* h) cuiusque *D.* i) praeiuditio *D.* k) veraciter audiamus *hic inepte repetit E.* l) vestrum *C, D; al. m. in marg. scr.* vestrum *pro* nostrum *E.*

1) *Cf. ep. Innocentii I. ad Felicem episc. Nucerianum, Mansi III, 1045, Hinschius, Decr. Ps.-Isidor. p. 533 (J.-K. Reg. n. 314).* 2) *Scilicet Nortmannorum.* 3) *Suessionensi; v. supra p. 355 ann. 4.* 4) *Epist. ad Flavianum Constantinopolit. episcopum, Mansi V, 1240, Hinschius, Decr. Ps.-Isidor. 581 (J.-K. Reg. n. 420).* 5) *Bellovacensem, a. 861—881.*

Quibus scitote nos satis credere et ad custodiam ecclesiasticae[a] disciplinae[a] consensum praebere potuisse, nisi excusationes et defensiones illius suggestorum[b] serie[b] innocentiam ipsius et vestram nocentiam demonstrantium a vicinis vestris[1] complurimis apostolatui nostro[c] porrectae apud nos haberentur, et frater et coepiscopus noster Odo nichil accusationis publicae voluerit a nobis interrogatus ei obicere. Quamquam si obiecisset, nichil ad dampnationem iam dicti Rothadi proficeret, cum neminem partis illius, qui obiectis vel annueret vel rennueret, nostram[d] constaret adesse[e] praesentiam. Nam accusatores, quaecumque volunt[f], dicunt, et[g] scimus[h 2] iustum mediatorem[i] non esse, qui sic unam partem audit, ut alteri parti nichil reservet, praesertim cum Dominus pro absente et abdito[k] per Moysen praecipiat: 'Non[l] maledices', inquiens, 'surdo nec coram caeco pones offendiculum.' Lev. 19, 14.

863 c. Apr. 28.

Ignorare autem fraternitatem vestram non patimur animum nostrum non mediocriter laesum, eo quod secundum gestorum tenorem et vestrarum suggestionum, quas ad[m] sedem[m] apostolicam[n] direxistis, cognitionem, appellantem eundem Rothadum apostolicam sedem deposueritis ac in monasterio retruderitis[o]; quod nonnisi in contemptu[p] beati Petri apostoli[q], cuius iudicium expetivit[r], et in contumelia sacrorum canonum[3] et[s] ecclesiasticarum traditionum praesumptum ac temere admissum[t] minime[u] dubitatur. Insuper autem et ad[v] inminutionem apostolicae et summae sedis privilegiorum, quibus[u] vestrarum quoque ecclesiarum privilegia firmari[w] deposcitis, imperatorum leges proponitis[x], quibus quasi prohibentibus astruere non habuisse appellationis vocem Rothadum nitimini[y], cum constet in[z] ius[z] mundanum[z] legum et imperatorum[4] non omnibus ecclesiasticis controversiis utendum esse, praesertim cum[a] conveniatur[b] evangelicae ac canonicae sanctioni aliquotiens[c] obviare. Ad quod ostendendum duorum[d] heroum, Innocentii scilicet et Gregorii, satis sufficiunt testimonia. Sanctus Innocentius quidem in decretali epistola sua ad Alexandrum Antiochenum episcopum ait: Nam[5] quod sciscitaris, inquiens, utrum divisis imperiali iudicio provinciis, ut duae[e] metropoles[f] fiant, si duo metropolitani debeant nominari: non ergo visum est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam commutari honoresque ac[g] divisiones perpeti, quas pro suis causis[h] faciendas duxerit imperator. Beatus autem Gregorius scribens ad[i] Theotistam[i] patriciam[k] inter cetera: Si[6] enim, inquit, dicunt[l] religionis causa coniugia debere dissolvi, sciendum est, quia, etsi hoc lex humana concessit, lex tamen[m] divina prohibuit[n]. Ecce quemadmodum[o] imperiali iudicio non possint[p] ecclesiastica iura dissolvi, ecce qualiter, quod lex humana concessit, lex divina prohibeat[q]. Non quod[r] imperatorum leges, quibus saepe ecclesia contra[s] hereticos utitur, saepe contra[s] tyrannos atque contra[s] pravos quosque defenditur, dicamus penitus renuendas, sed[t] quod[t] eas[t] evangelicis, apostolicis atque[u] canonicis decretis, quibus postponendae[v] sunt[v], nullum posse inferre praeiudicium asseramus. Quamquam

---

a) disciplinae ecclesiasticae *D.* b) suggestorumque series *D.* c) *om. D.* d) nostris *B, C, E.* e) adiisse *Edit.* f) voluerint *D.* g) ut *corr., ut videtur, ex* et *E.* h) sciamus *C, D; in marg. corr. pro* sciamus *E.* i) meditatorem *E.* k) adito *B, C;* non audito *D.* l) Iam non *D.* m) *del. E.* n) apostolicae *B.* o) retruderetis *D.* p) contemptum *B, D.* q) *deest D.* r) *ras. corr. ex* expectavit *C.* s) *om. B, D, E; in marg. suppl. C.* t) ad missarum *B; in marg. add.* est *E.* u) minime — quibus *(l. 19) desunt B, C, E.* v) *om. D.* w) firmare *D, E.* x) preponitis *D.* y) intimamini *D.* z) in huius mundanarum *D;* in *om. E.* a) *deest B, C.* b) inveniatur *E.* c) *om. B.* d) *om. B, C.* e) duo *B, C, E.* f) metropoli *B;* metropolis *C, E.* g) aut *C, E.* h) *om. D.* i) atheotistam *C.* k) patricia *B;* patriam *C.* l) *om. D.* m) *om. B;* tm̄ *C.* n) prohibeat *B, E.* o) quemadmodo *C.* p) possunt *B, E.* q) prohibebat *E.* r) quo *B.* s) circa *D.* t) sed eas quo *B, D;* sedes quas *C;* sed quo eas *E.* u) ac *C.* v) postponendā est *B;* postponenda est *C; corr. in marg. pro* postponenda est *E.*

1) *Id est ab episcopis regni Lotharii II.; cf. Dümmler, l. l. II², 91. Quarum scripturarum nulla hodie exstat.* 2) *Cf. infra epp. nn. 90 et 115 (Decr. Grat. c. 12 C. 3 q. 9).* 3) *Cf. Sardic. can. 3 (Mansi III, 23).* 4) *Cf. Decr. Grat. c. 1 D. 10:* Lege imperatorum non in omnibus *etc.* 5) *Cf. Innocentii I. decr. c. 46, Migne, Patr. lat. LXVII, 255; Mansi III, 1055 (J.-K. Reg. n. 310).* 6) *Registr. XI, 27, MG. Epist. II, 294 (J.-E. Reg. n. 1817).*

863 c. Apr. 28. scripseritis appellationes eius[a] frustratorias et[b] excusationes ac dilationes fuisse tantum querentes; quod quibus argumentis firmetis[c], praesertim cum annuentibus sibi canonibus appellatam[d] sedem applicasse[e] sollemniter videatur, non facile patet. Quippe cum
cf. 1. Cor. 2, 11. nemo sciat, secundum veritatis attestationem, quae sunt in homine, nisi spiritus eius[f], qui in ipso est. Quis autem nesciat constituta Sardicensis concilii, quae praecipiunt post aliquot[g] capitulo quarto[h]: Si[1] quis episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa et putaverit se bonam causam habere, ut iterum concilium renovetur, si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinaverunt, Iulio Romano episcopo, et, si iudicaverit renovandum esse iudicium, renovetur, et det iudices; si autem probaverit talem causam esse, ut non refricentur[i] praesertim quae acta sunt, quae[k] decreverit confirmata erunt. Item[l] capite[lm] octavo[l]: Osius[2] episcopus dixit: Placuit autem, ut, si episcopus[n] accusatus fuerit et iudicaverint congregati episcopi regionis ipsius et de gradu suo eum deiecerint, si appellaverit qui deiectus[o] est et confugerit ad episcopum Romanae ecclesiae et voluerit se audiri, si[p] iustum putaverit, ut[q] renovetur[r] examen, scribere his ecclesiis dignetur, quae[s] in finitima et proxima provincia sunt, ut ipsi diligenter omnino requirant et iuxta fidem caritatis diffiniant[t]. Quodsi is[u], qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut[v] e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi, quid velit et quid aestimet. Et si decreverit mittendos esse, qui praesentes cum[w] episcopis[w] iudicent, habentes eius[x] auctoritatem, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit episcopos sufficere, ut negotio terminum imponant, faciat quod[y] sapientissimo[z] consilio[a] iudicaverit. Sed, sicut in suggestionum vestrarum invenimus scriptis, non habuisse Rothadum appellationis vocem[b] affirmare conamini, eo quod non habuerit bonam causam: cum constet saepefatum Rothadum usque hodie bonam se habere causam putare, et venerandum concilium non solum eum, qui causam[c] habet, sed et illum, qui se bonam causam habere saltem putaverit, sedem apostolicam appellare permiserit et huius ab ea[d] iudicium[e] renovandum[e] decreverit. Maxime cum iuxta constitutionem sanctae huius synodi, etiamsi numquam reclamasset[3] numquamque sedis apostolicae[f] mentionem fecisset, a vobis, qui causam eius examinastis, memoria[g] sancti Petri honorari debuerit[h] atque[i] ei[k] se[l] scribi[l], ut, si iudicaret renovandum esse iudicium, renovaretur, et daret iudices, verba certe — sicut superius commemoravimus ex eiusdem concilii sanctione[m] — quae[n] sibi[n] probata viderentur[o] statueret.

Sed[p] quid mirum[q] haec[r] in despectu apostolorum principis vos contempsisse, cum ad iniuriam sacrorum[s] canonum et venerabilium Romanorum pontificum decretorum perpetrasse adhuc peius inveniamini, scilicet ut post appellationem et reclamationem eiusdem Rothadi in cathedra ipsius alterum[4] consecraretis; cum id manifestissime a sacris regulis constet esse, ut[t] loco[t] depositi[u] omnino[5] non ordinetur, nisi causa fuerit in

---

a) eis *B.* b) *om. D.* c) *corr. in* firmatis *E.* d) ad praelatum *E.* e) amplicasse *D;* appellasse *E.* f) eis *B.* g) aliquod *B, D.* h) $\overset{\text{or}}{\text{IIII}}$ *C.* i) refricetur *D.* k) si *D.* l) *rubr. unc. scr. B.* m) cap̄. *C;* capitulo *D, E.* n) quis episcoporum *D.* o) eiectus *D.* p) *om. B, C.* q) et *B, C, E.* r) removetur *B.* s) qui *B, C.* t) definiant *B, D, E;* deffiniant *C.* u) his *B, D.* v) et *B; corr. in* et *E.* w) quos episcopis *B;* coepiscopis *C, E;* coepiscopos *D.* x) eis *B.* y) quo *E.* z) sapientissimum *B.* a) concilio *B, C;* concilium *D.* b) *om. B; in marg. suppl. ante* appellationis *C, E.* c) suam *add. B, C; del.* suam *E.* d) eo *B, D, E.* e) renovandum iudicium *D.* f) apostolica *E.* g) memoriam *B, C.* h) debuerat *D.* i) ad *E.* k) eius *B, C, E.* l) vicarium scribi *E;* rescribi *fortasse emendandum est.* m) sanctionem *B.* n) quod si *D.* o) videretur *B, C.* p) si *C.* q) si *add. D.* r) hoc *D.* s) sanctorum *E.* t) *om. B, C, E.* u) depositus *B, C, E.*

1) *Mansi III, 23 c. 3.* 2) *Mansi III, 24 sq. c. 7.* 3) *Hanc definitionem canonis 3 Sardic. synodi non posse accipi exponit Schrörs, l. c. p. 248, cui assentitur A. V. Müller in 'Neues Archiv' XXV, 657; v. etiam Lapôtre, De Anastasio bibliothecario p. 145.* 4) *Engelmodum poetam, qui ante Rothadi restitutionem mortuus est (cf. etiam infra epp. nn. 66, 69); cf. Dümmler, l. c. II², 90. Schrörs, l. c. p. 245.* 5) *Sardic. concil. c. 4 (Mansi III, 24).*

iudicio episcopi Romani determinata. Sed[a] dicitis post appellationem apostolicae sedis illum vocem mutasse et episcoporum concilium[b] expetisse. Quibus cum pace vestra fatemur, tamquam[c] si[c] his[c] vestris assertionibus fidem adhibeamus et ita fecisse illum, quoniam vestro[d] non est quod[e] possit non[f] credi sanctimonio, veraciter teneamus: tamen quali[g] intentione egerit vel quid[h], si interrogetur a nobis, responderet[i], penitus[k] ignoramus. Restat, ut sicut in aliis et in[l] hoc[l] incertae[m] rei nubilum[n] usque ad utriusque partis examinationem procul dubio remaneat[o]. Praeterea fraternitatem vestram non credimus ignorare ante hoc[p] ad fratrem nostrum Remorum episcopum[1] apostolatus nostri misisse[q] nos[q] apices[2], ut aut saepefatum Rothadum venerabilem infra triginta dies post litterarum nostrarum sibi missam[r] epistolam pristino gradui restitueret aut eum cum idoneo suo legato, si ipse venire non posset, una cum accusatoribus eiusdem viri[s], si[s] tamen[s] essent[s], atque cum presbytero, qui causa deiectionis eius fuit, mitteret[t]. Quodsi neutrum agere voluisset, post triginta dies praefixos nec ipse nec quilibet episcoporum, qui in depositione praefati episcopi consenserant, licentiam missarum sollemnia celebrandi penitus habuissent, quousque[u] quae[u] salubriter decreta a nobis essent oboedienter ac pleniter ad effectum consummationis perducerent. 863 c. Apr. 28.

Sed ad scripta vestra adtendentes[v], quae nunc per fratrem et coepiscopum nostrum Odonem ad sedem apostolicam destinastis, invenimus iam dictum sanctissimum virum[3] iudicio ac consensu vestro et episcopatu privatum et in monasterio actenus esse retrusum, insuper et in cathedra ipsius alterum episcopum[4] ordinatum. Quod quam sit execrandum quamque a nobis nulla penitus patientia tolerandum, dici non praevalet, etiamsi cuncti corporis artus vertantur in linguas[w 5]. Certe dum suggestiones, relationes, preces, consulta vestrae sanctitatis scriptis atque verbis nostris fuissent auribus inculcata, mox mente concepimus et pene cuncta, ut annueremus atque indulgeremus, disposuimus. At ubi iniuriam sancti Petri, apostolicae privilegiorum sedis imminutionem[x], sacrorum canonum conculcationem perspeximus, nichil potuimus vobis propinare dulcedinis, qui toti nimirum repleti sumus amaritudine. Siquidem e contrario pro tanta[y] contemptus mole digna vos animadversione canonica severitate merito puniremus, nisi apostolica moderatio paululum nos ad magnanimitatem et vestra dilectio provocasset. Quod autem[z] qualiter in vos competenter et regulariter exerceremus, ipsi nos litteris vestris affatim et manifestissime docuistis, quae[a], si oportunitas fuerit, colligi et ostendi facilius possunt. cf. Thren. 3, 15.

Sane interim apostolica atque canonica auctoritate vobis dumtaxat episcopis, qui in depositione et exilio saepedicti[b] Rothadi vel iudicium dedistis vel consensum praebuistis, praecipimus, ut eum mox ab exilio revocetis. Et quia[c] secundum indultam sibi a sanctis regulis licentiam actenus appellare sedem dicitur apostolicam, Romam[d] illum ad suam causam in nostra apostolica praesentia peragendam ac determinandam destinare, immo dirigere nullo modo postponatis. Dignum quippe est, ut, qui vestro omnium iudicio in exilium deputatus est, vestro sit e contrario communi studio beati Petri memoriae et sedi eius honorifice praesentatus[e]. Ex vobis vero praecipimus, ut duo vel tres aut certe si[f] libet[f] plures mittantur, qui ita cunctis omnium vestrorum

---

a) si *E.* b) *corr. ead. m. ex* iudicium *C.* c) tamquam uis *C;* quamvis *D;* eam quamvis *E.* d) *om. D.* e) quoniam *B.* f) *deest C.* g) quia *C;* qua hoc *D.* h) qui *C;* quod *D.* i) *deest C;* respondere *D.* k) non *add. D.* l) *desunt C, D.* m) certę *B, E.* n) dubium *D.* o) remeetur *D.* p) haec *C; om. D.* q) nos misisse *D.* r) *in marg. corr.* visam *E.* s) *desunt B, C, E.* t) *om. B, C;* misisset *D.* u) quae usque *B.* v) tendentes *D.* w) lingua *B, C, D.* x) inmunitionem *C;* immunitiones *D.* y) tanti *D.* z) aut *E.* a) quod *B, C, D, E.* b) supradicti *D.* c) *deest B.* d) Romanam *B, C, E.* e) praesentari *D.* f) *om. C.*

1) *Scil. Hincmarum.* 2) *V. supra ep. n. 55 (p. 353 sq.).* 3) *Scil. Rothadum.* 4) *V. supra p. 358 ann. 4.* 5) *Cf. Hieronymi ep. 108, 1 (Migne, Patr. lat. XXII, 878).*

863 c. Apr. 28. praesentiam praeferant[a], ut, quicquid agendum est vel experiendum fuerit, refricata[b] quae acta sunt, vestra omnium vice prorsus sciscitentur[c]. Quodsi vos[d] occurrere nequiveritis, vicarios vestros mittite, ita ut cum praefato religioso fratre nostro[e] Rothado pariter veniant, in omnibus, sicut superius diximus, ad cuncta exequenda vel certe experienda, quae ventilata coram nobis extiterint, vicem vestram et personam habentes. Quod si postposito nostro iudicio quae auctoritate apostolica promulgavimus atque decrevimus occurrere contempseritis[f], Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum principum, quorum glorioso[g] agone sancta haec Romana ecclesia, cui divina dispositione praesumus, est Domino consecrata, atque sanctorum canonum, quorum vos contemptores scriptis propriis ostendistis[h], necnon et nostrae mediocritatis auctoritate a missarum sollemniis celebrandis estote prorsus, quousque nostris diffinitionibus[i] oboediatis, extorres, ita sane, ut post lectum[k] huius paginae tenorem infra[l] triginta dierum spatium, quae de Rothado viro venerabili sanximus agenda fore, minime studueritis[m] perficere. Scientes profecto, quoniam, si post haec in sanctarum regularum et nostrorum[n] contemptum[o] fueritis diutius conversati, ipsum quidem Rothadum a nobis apostolicae sedis more a dampnationis vinculo fore solvendum[p] atque convocato episcoporum coetu foveam, quam ei parastis, vobis quoque[q] procul dubio praeparandam.

cf. Ps. 7, 16.

Vos autem, dilectissimi, nolite nostra decreta moleste ferre, quia, sicut beatus Innocentius Macedonibus scribit, grave[1] non potuit[r] videri[s] piissimis mentibus vestris cuiuscumque retractari iudicium, quia veritas exagitata saepius magis splendescit in luce et pernicies revocata in iudicium gravius et sine poenitentia condempnatur[t]. Nam fructus divinus est iustitiam[u] saepius[v] recenseri[w], fratres karissimi, praesertim cum nichil nobis amplius sit cum Rothado quam cum omnibus Christianis. Verum privilegia sedis nostrae[x] usque ad mortem divina annuente gratia vestigia patrum nostrorum[y] sequentes defendimus. Sed et vos illa, quatinus illibata utpote totius ecclesiae Dei remedia custodiantur, toto conamine et omnibus votis operari[z] ac desudare debetis[a]; quoniam privilegia sedis apostolicae tegmina sunt, ut ita dicamus[b], totius ecclesiae catholicae, privilegia, inquam, huius ecclesiae munimina[c] sunt contra[d] omnes[e] impetus pravitatum. Nam quod Rothado hodie contigit[f], unde scitis, quod cras cuilibet non eveniat vestrum? Sicut[g] apostolus ammonet dicens: 'Qui se[h] putat[h] stare, videat ne cadat.' Quod si contigerit, ut verbis dicamus[i] propheticis, 'ad cuius', rogo, 'confugietis auxilium'?

1. Cor. 10, 12.

Isai. 10, 3.

Haec quidem de Rothado satis dixisse sufficiat. Ceterum de Balduino[2], de quo multa iam scripsistis, sciat beatitudo vestra non nos regulas atque sancta decreta velle corrumpere, sed, quia ad[k] limina apostolorum veniens a nobis se petiit adiuvari, quamquam[3] nossemus[l], quod filius noster Karolus gloriosus rex legaliter posset ei, si vellet, et filiam suam[4] in uxorem dimittere et misericordiae suae gratiam impertiri, tamen non iussa misimus, sed preces optulimus. Quod textus epistolarum[5] nostrarum, quas ad iam fatum excellentissimum regem et ad[m] filiam nostram reginam[6] ad id optinendum

---

a) perferant *B*. b) refricatis, *in marg. al. m.* refricata *E*. c) utantur *B, E;* usitantur *C*. d) nos *B*. e) vestro *D*. f) contemnitis *D*. g) gloriosa *B*. h) ostenditis *C*. i) definitionibus *B, D, E*. k) lectam *B*. l) intra *E*. m) *in marg. scr. al. m.* omnino studeatis *E*. n) nostrarum *E*. o) contentu *C;* contemptu *E*. p) dissolvendum *B*. q) *om. D*. r) oportuit *E*. s) videre *B; corr. ex* videre *C*. t) condempnatus *B, C; corr. ex* condempnatus *in marg. E*. u) iustitia *B, C, D*. v) *om. B, C, D*. w) recenserit *B;* recens erit *C, D; al. m. in marg. add.* iustitia recenserit *E*. x) vestrae *B, C*. y) vestrorum *B, C*. z) operare *B, C*. a) debeatis *D*. b) diximus *B, C;* dixerimus *E*. c) minima *C*. d) circa *D*. e) *deest C*. f) *corr. ex* contingit *E*. g) Sic *D, E*. h) putat se *D*. i) dicam *E*. k) *deest B, C, E*. l) noscemus *C*. m) *om. D*.

1) *Cf. Innocentii I. decr. c. 35, Migne, Patr. lat. LXVII, 250 sq.; Mansi III, 1048 (J.-K. Reg. n. 304).* 2) *Comite Flandriae. Cf. supra p. 273 ann. 1. — Cf. etiam Dümmler, l. c. II², 92 sq.* 3) *Ad hunc locum v. supra p. 275 ann. 7.* 4) *Iudith.* 5) *Supra epp. nn. 7, 8 (p. 272 sqq.).* 6) *Hermintrudem.*

direximus, vobis satis poterit indicare. Nam pro tam praesumptuosa[a] temeritate ipsius viri, maxime cum consideraremus[b] dilectissimi filii nostri Karoli sublimis[c] regis contricionem[d] cordis et pectoris naturalem affectum[e], et nos valde doluimus et ei tota mentis affectione[f] hodie[g] usque[g] compatimur. Sed vestra fraternitas praevideat, sicut ait apostolus: 'Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt': et non[h], sicut ipsi[i] in vestra pagina testamini, periculosa tempora instant? Ne ergo peius inde[k] adhuc aliquid oriatur, intervenite[l] apud eundem gloriosissimum regem, karissimum[m] filium[m] nostrum[m], quo et ipsius cordis merorem pellatis et eidem Balduino non[n] usquequaque[n] inflexibilis perseveret; praecipue quoniam apostolorum auxilia deprecatus est et divina praesidia requisivit. Nulli etenim regum grave esse videri debet conservo suo debitum centum denariorum dimittere, qui fortasse a summo regum et domino dominorum decem milia talentorum sibi dimitti desiderat. 863 c. Apr. 28 Eph. 5, 16. cf. Matth. 18, 24. 28.

Porro quid de Hlotharii[1] uxoribus[2] censuerimus, quoniam et[o] de hoc nostro scripsistis praesulatui, in epistolarum nostrarum[3], quas per fratres et coepiscopos nostros Rodoaldum[4] et Iohannem[5] in Galliam misimus, poteritis exemplaribus repperire. Quae videlicet exemplaria una cum commonitorio[p 6], quod[q] praefatis fratribus nostris pro hac eadem causa ad Hlotharium regem missis dedimus, per fratrem et coepiscopum nostrum Odonem vestrae sanctitati transmisimus. In quibus patenter animadvertere atque scire potestis nobis omnino non opus esse, ut sententiam[r], quemadmodum nos[s] ortari[s] voluistis, in melius commutemus; quoniam divina favente gratia tantum cupimus huiusmodi scelus secundum creditum nobis caelitus ministerium ab ecclesiae facie radicitus amputare, ut, si hac vice idem Hlotharius monitis salubribus[t] ac diffinitionibus[u] nostris per[v] legatos[v] et epistolas[w] nostras[w] regulariter sibi missis noluerit oboedire nec ad poenitentiam competenti[x] satisfactione praemissa quamtotius repedare, a nobis atque a[y] totius ecclesiae corpore canonica atque apostolica sententia efficietur una cum omnibus fautoribus et communicatoribus suis penitus alienus: praecipue Aganus[z 7], quem perhibetis die[8] natalis Domini super adulteros benedictionem, quae maledictio potius credenda est, protulisse. Ne vero supplices quique adulteris aliquatenus[a] cessisse falso[b] nos opinentur, non incongrue[c] nostri super hoc animi votum omnibus fratribus et coepiscopis vestris[d] intimantes et contionando[e] in ecclesiis vestris publice cunctis id ad liquidum subditis exponite[f]. De[g] convocandis[g] autem ex singulis provinciis pro congreganda synodo episcopis, unde scripsistis, sciat sanctitas vestra misisse nos duos e latere[h] in Galliam 862 Dec. 25.

---

a) p̄tiosa *D.* b) consideremus *D.* c) sublimi *C.* d) contrinionem *(?) B, C.* e) effectum *C.* f) affectionis *B.* g) hodieque *B, C, E.* h) nunc; *in marg.* non *E.* i) *om. E.* k) *deest D.* l) intervenientes *D; corr. ex* interveniente *E.* m) nostrum karissimum filium *C;* filium nostrum carissimum *D.* n) nun . . . usque qq; *inter* n *et* u *et supra* q *rasurae B.* o) *deest E.* p) communitorio *B, C, E.* q) per *add. B;* p *eras. C.* r) sentencia *C.* s) ortari nos *C.* t) salutaribus *B.* u) definitionibus *B, D. Post* definicio- *reliqua huius epistolae desunt adnotavitque alia manus corrigens:* Deest finis superioris epistolae et principium sequentis, quae videtur fuisse scripta Rothado *(cf. infra p. 373 ep. n. 62) E.* v) praelatis *D.* w) epistolis nostris *D.* x) competentis *B.* y) *deest D.* z) Agarius *B;* Agamus *C. Hoc loco aliae editiones exhibent:* vero quoad eum, *ed. Romana:* quo ad eam. a) nos *add. C.* b) falsos *B, C.* c) factis *add. B, C.* d) nostris *D.* e) concinando *D.* f) exponentes *B, C, D.* g) dic̄ uocandis *C;* de vocandis *D.* h) nostro *add. B.*

1) *II. regis, a. 855—69.* 2) *Scil. Theutberga et Waldrada.* 3) *Cf. supra epp. nn. 3—6, 10 (p. 268 sqq. 275 sq.).* 4) *Portuensem, a. 853—64.* 5) *Ficoclensem, de quo cf. supra p. 270 ann. 3.* 6) *V. supra ep. n. 11 (p. 276 sqq.).* 7) *Lectio codicum nostrorum huic loco in prioribus editionibus corrupto facile medetur. Haganonem (h. l.* Aganus *vocatum), episcopum Bergomensem a. 837 — c. 867, qui cum Gunthario et Theutgaudo tunc inter fautores Lotharii II. praecipuum locum tenebat (cf. Dümmler, l. l. II², 67 sq.) a. 862. benedictionem super Lotharium et Waldradam protulisse ex hoc solo loco nunc correcto comperimus.* 8) *Hic R. Parisot, 'Le royaume de Lorraine' p. 200 ann. emendare vult:* die nativitatis matris Domini *(Sept. 8); quod vero nullo facto probari potest.*

863 c. Apr. 28. fratres et coepiscopos nostros, quorum superius memoriam fecimus[1], qui synodum[2] pro examinanda causa Teutbergae[a] et Waldradae[b] feminarum convocarent, ubi et binos ex vobis praesules, sicut et[c] de aliis regnis, adesse praecepimus[d 3]. Qui[e] nisi antea reversi fuerint et quae egerint noverimus, nequaquam de concilio faciendo aliquid deliberare concite possumus; licet, postquam a nobis sunt separati, audierimus[f 4] Hlotharium a sede apostolica petitum non expectasse consultum, nimirum quod[g] praeviderat[h] suo detestando minime parituram[i] piaculo[k]. Postquam vero praefati fratres nostri reversi fuerint et nobis quae gesserint enarraverint, legatos[l] idoneos ad concilium, quod petitis, convocandum mittere ad locum designatum Domino[m] opitulante curabimus.

Omnipotens Deus ad profectum[n] et custodiam gregis[o] sui[o], super quem[p] vos rectores ponere voluit, et hic[q] illesam sanctitatem vestram diu conservare dignetur et post certaminis coronam in celesti patria[r] percipere gloriosam[s].

58.

Nicolaus Hincmarum propter res in Suessionensi concilio (a. 862) in causa Rothadi gestas increpans confirmationem privilegiorum eius differt; Rothadum Romam mitti peremptoriam sententiam denuntians secundo iubet. 863 ca. April. 28.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 196—196' (B); Paris. lat. 1557 fol. 74 (C); Vatic. lat. 1344 fol. 95 (D); Vatic. lat. 1343 fol. 132 (E); Paris. lat. 3854 fol. 195' (F); Vallicell. C 15 fol. 137' (G); id. fol. 242 (H); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 135; Sirmond, Conc. Gall. III, 211; Mansi, Conc. coll. XV, 294; Migne, Patr. lat. CXIX, 823. — Cf. J.-E. Reg. n. 2721 (2052).

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[a] HINCMARO ARCHIEPISCOPO[5].

Beatitudinis tuae lectis apicibus[6], quia fraternitatem tuam circa sanctam Romanam sedem[b], cui auctore altithrono[c] praesumus, ergaque nostrum pontificium[d] in eadem, qua solita erat, persistere devotione repperimus, letitia multa repleti debita[e] omnipotenti Domino gratiarum officia percoluimus[f] sanctitatemque[g] vestram ad sedem apostolicam de his, quae sibi visa[h] sunt, referentem ac pro ecclesiae[i] sibi commissae[k] necessitatibus atque utilitatibus apostolatum nostrum postulantem laudavimus et nihil esse, quod fraternitati tuae denegari[l] oporteret, penitus iudicantes, ut annueremus[m] petitis[n], confestim corde concepimus menteque[o] deliberavimus. Cumque lectis monimentis[p] gestorum[7], quibus cum ceteris coepiscopis[q] tuis visa est tua quoque venerabilitas subscripsisse[r], invenissemus[s] sanctissimum fratrem[t] Rothadum apostolicam[u] appellantem sedem[v] vobis iudicantibus gradu[w] episcopatus[wx] deiectum[y], valde doluimus et cordis nostri gaudium,

---

a) Theberge *D.* b) uualderare *B, C;* ualde *D.* c) *deest D.* d) praecipimus *D.* e) Quia *B.* f) audivimus *D.* g) *om. C.* h) providerat *C.* i) paritura *B;* pariturum *D.* k) miraculo *B.* l) ac legatos *B, C.* m) Deo *D.* n) perfectum *C.* o) sui gregis *D.* p) quam *B, C.* q) et *add. C.* r) patriam *B;* faciat *add. D.* s) gloriam *C.*

58. a) Nicolaus — Dei *post. add. in marg. sup. B; desunt C, D, E, F, G.* b) *om. B, C, D, E (in quo ss.* ecclesiam*), G, H.* c) *corr. ss. ex* atitrono *B; corr.* alti throni *E; corr.* altissimo *H.* d) pontificum *C.* e) *om. D, E, F.* f) percolimus *F;* persolvimus *G, H.* g) sanctitateque *B.* h) iussa *H.* i) eadem *B;* ecclesia *G.* k) commissa *G.* l) denegare *F.* m) annuerimus *D, E.* n) petistis *E.* o) mentique *H.* p) monumentis *E, G.* q) episcopis *D, E, F; corr. in marg. pro* episcopis *G.* r) conscripsisse *D, E, G;* subscripsisse *in marg. G.* s) invenimus *D, E, F; corr. in marg. pro* invenimus *G.* t) nostrum *add. D.* u) apostolorum curiam et et apostolicam *F.* v) *om. F.* w) episcopatus gradu *G.* x) epāti *D.* y) delectum *C.*

1) *Cf. supra p. 361 l. 14 sq.* 2) *Quae Mettis celebrata est mense Iunio a. 863.* 3) *V. supra ep. n. 5 (p. 271).* 4) *Cf. supra ep. n. 10 (p. 276). Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 32. Parisot, l. c. p. 216 cum ann. 4.* 5) *Cf. de hac epistola Dümmler, l. c. II², 91; Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 249 sqq.* 6) *Cf. Schrörs, Registr. Hincm. l. c. p. 530 n. 169. Cuius epistolae exstat breve fragmentum aliis litteris Hincmari insertum (Migne, Patr. lat. CXXVI, 87), cf. Schrörs, l. c. p. 249.* 7) *Id est: actis synodi Suessionensis a. 862.*

quod fratris et coepiscopi nostri Odonis[1] adventus fecerat, cognito a[a] veneratione tua contra spem huiusmodi commisso[b] meror continuus pepulit; praesertim cum tanta[c] fuerit[d] apud sedis[e] apostolicae[e] praesules circa[f] reverentiam tuam ex[g] longo iam tempore confidentia[h], ut[i], ubi[k] praesentia tuae[l] dilectionis[l] existeret[m], numquam[n] appellantem aliquem[o] apostolicam sedem quodvis[p] sustinere[q] detrimentum credere aliquo modo quivissemus[r], etiamsi[s] de[s] huiusmodi re[t] in sacris canonibus, quid[u] observandum esset[v], nil[w] prorsus inveniretur. Praecipue cum[x] tantae sapientiae te virum[y] esse non[z] nesciremus[z] tantaeque[a] familiaritatis fiduciam[b] apud dilectum filium nostrum regem Karolum[2] comperissemus tuum habere sanctimonium, ut, si qua in illis partibus mala[c] in[d] ecclesia[d] Dei[d] pullularent[d], per[e] tuae[e] sollicitudinis industriam resecare[f] radicitus meditaremur[g]. Debuerat certe beatitudo tua, cum Rothadum totiens examinaveras[h], scribens sancti Petri memoriam honorare[3] eiusque iudicium, etiamsi numquam appellasset[4] idem Rothadus[i], modis omnibus praestolari[k]; et si id agere noluisti[l], saltem post appellationem cathedrae[m] ipsius, qui videbatur[n] eiectus[m o], alterum[p] episcopum[q 5] non ordinasses, priusquam eius causa[r] iuxta sacros canones[6] in nostro fuisset[s] iudicio[s] terminata. 863 c. Apr. 28.

Verum de Rothado viro venerabili secundum indultam nobis a sanctis regulis[t 7] potestatem, quae[u] praecipiunt[v] id observandum, quod[u] nostro qualicumque consilio visum extiterit, in epistola nostra[8], quam ad communes fratres et coepiscopos[w] nostros in regno gloriosi regis Karoli[x], carissimi[x] filii nostri, constitutos transmisimus, inter quos et tua connumerata sanctitas cernitur, decretum atque definitum esse a[y] nobis dinoscitur. Ad quam[z] fraternitas tua recurrens, quid[a] de te censuerimus, facile[b] cognoscere[c] poterit; cui diffinitioni nostrae bene faciet[d] adtendendo, ne, si diutius[e] interdicta praesumpserit, canonicis legibus angustetur.

Privilegia praeterea ab apostolica sede vestrae ecclesiae confirmanda deposcitis[9], qui tamen[f] nostra[g] privilegia, quantum in vobis[h] est, infirmare[i] satagitis. Portum salutiferum sanctam[k] Romanam[l] ecclesiam appellatis, qui tamen, ne[m] in[m] eo[m] aliqui salventur, quantum potestis, satagere procuratis. Quomodo ergo[n] privilegia tua stare[o] poterunt[p], si ita privilegia[q] illa cassentur[r], per quae tuas[s] privilegias[s] initium sumpsisse

---

a) *corr. in* ac *C;* ad *F.* b) *corr. ex* commissa *B.* c) tantus *B, C, D, F, H; pro* tantus fuerat *corr. in marg. dextr.:* tanta inerat, *in marg. sin.:* tantus fuerit *G.* d) fuerat *E.* e) apostolicae sedis *H.* f) *al. m. corr. ex* circi *B.* g) et *D; corr. in marg. pro* et *G.* h) confidentiam *F.* i) et *H.* k) ibi *D, E; corr.* ibi *G.* l) dilectionis tuae *H.* m) *corr. ex* exsisteret *B.* n) num quid *C;* unquam *G;* non quid *H.* o) aliquam *D; om. F.* p) aliquod *B;* quod vos *C, H.* q) *inter* s *et* t *2 litter. eras. B.* r) quissemus *E.* s) etiam sede *E;* de *deest F.* t) rem *E.* u) quod *E, F, G, H.* v) *corr. al. m. ex* est *B;* esse *E.* w) *corr. B.* x) in *H.* y) verum *H.* z) nosceremus *D, E, F; ss. al. m.* te virum esse nosceremus, *del.* non nesciremus, *in marg. al. m. corr.* non nosceremus *G.* a) tantaque *H.* b) fiducia *H.* c) male *C, H.* d) pullularent in ecclesia Dei *H.* e) *corr. ex* perpetuę *B;* perpetuam *H.* f) reserare *H.* g) meditaremus *C, E, G, H.* h) exanimaras *H; hic insertum est in G:* secundum constituta sardicensis consilii huic Romanae sedi. i) Hrothadum *C.* k) postulari *D, E;* postulare *F; corr. in* postulari *G.* l) voluisses *D, G;* noluisses *E, F;* voluisti *H.* m) *ss. corr.* cathedrae — electus *pro* in chatedra ipsius qui vivebat eiectus *G.* n) videbantur *E.* o) electus *B, C, H; cf. etiam var. m (l. 40 sq.).* p) *bis in C.* q) *deest D, E, F.* r) causam *F.* s) iudicio fuisset *D, E, F, G.* t) regulam *D.* u) quid *G.* v) praecepit *F;* praeceperim *G.* w) coeps̄ *C.* x) *corr. ex* carissimi Karoli *B.* y) *deest D, G; in G m. corr. in marg. scr.* a nobis. z) quem *D, E.* a) etiam *add. G.* b) *corr. ex* facite *B;* facere *E.* c) recognoscere *F.* d) facies *F.* e) diu eius *B.* f) et *add. G.* g) *del.* et *post* nostra *B;* a *add. C.* h) nobis *B, D.* i) firmare *D, E.* k) sancta *C.* l) Romam *F.* m) in eo ne *F.* n) *corr. ex* origo *B;* rogo *C, H.* o) facere *F.* p) potuerunt *D;* potuerint *F.* q) *om. H.* r) censentur *D, E, F, G; in marg.* cassentur *G.* s) privilegia tua *H.*

1) *Bellovacensis, a. 861—881.* 2) *Calvum.* 3) *V. Sardic. conc. c. 3 (Mansi III, 23).* 4) *Cf. supra p. 358 ann. 3.* 5) *Engelmodum; cf. p. 358 ann. 4.* 6) *Cf. Sardic. conc. c. 4 (Mansi III, 24).* 7) *Cf. Sardic. conc. c. 7 (Mansi III, 24 sq.).* 8) *Supra ep. n. 57 (p. 355 sqq.).* 9) *Cf. Schrörs, l. c. p. 249 et supra p. 362 ann. 6.*

863
c. Apr. 28. noscuntur? Aut cuius momenti erunt tua, si pro nihilo[a] nostra pendantur[b]? Si nam-
cf. Matth. 5, 13. que[c] sal infatuatum fuerit, in quo salietur?

Verumtamen sanctitati ac[d] dilectioni[d] tuae[d] iniungimus atque[e] praecipimus, ut lecta[f] sanctionis nostrae[g] pagina[fg1], quam per Odonem[h] communem fratrem[i] et coepiscopum beatitudini tuae atque ceteris comministris tuis direximus[k], quae de saepe nominato[l] Rothado decrevimus[m] una cum eis omni[n] studeas consummatione perficere, quatinus[o] et caritatis[p] nostrae[q] et amicitiae atque gratiae particeps semper inveniaris et[r] ad[s] amputanda[s] noxia hostium[t] sanctae Dei ecclesiae germina[u] atque[v] salubria[w] serenda[x] sanctitatem tuam consociam de cetero familiariter habeamus sicque demum tanto studeamus etiam non[y] postulati[y] contra omnes malivolos tuos tuaeque ecclesiae adversarios tibi privilegia promulgando[z2] et artius inherendo fortiter expugnare, quanto[a] senserimus fraternitatem tuam contra beati Petri apostolorum principis eiusque[b] sedis[c] privilegia nullo argumento, nulla prorsus adinventione anhelare, sed in eorum veneratione et defensione atque exsecutione[d] totis viribus, tota intentione velle persistere[e].

De reliquo, frater carissime, hortamur[f], ut[g] dilectissimum filium nostrum Karolum, excellentissimum regem, ad divina praecepta semper erudias[h], semper[h] accendas[i] et, ut in ea, qua[k] cepit[l], devotione[m] atque dilectione[m] erga sanctam[n] Romanam ecclesiam apostolicamque sedem permaneat, studio curioso decertes[o] sollertiaque[p] prudenti[q] semper[r] invigiles[rs]. Cetera vero, quae[t] huius paginae[u] tenori non sunt inserta, communis frater et coepiscopus Odo, qui de[v] tuae sanctitatis virtutibus nostrum animum plurimum exhilaravit[w], viva[x] voce poterit enarrare[x].

Sane postremo ad memoriam tuam reducere volumus nos ecce iam secundo[2], ut virum[y] venerabilem[y] Rothadum apostolicae sedi destinasses, sanctitati tuae misisse[z]. Quod providendum[a] est[b], si tertio dilectioni tuae dirigere pro hoc ipso coacti fuerimus, ne[c] in[c] contemptorem[d] sacrorum canonum diffinitivam ac peremptoriam, quod non optamus[e], sententiam proferamus. Dextera[f] te supernae maiestatis protegat semper et ab omnibus adversitatibus inlesum custodire dignetur[f].

---

a) nihili *C;* nichila *D;* nichili *E.* b) pendentur *corr. ex* pendeantur *G.* c) itaque *C, H.* d) tuae ac dilectioni *B;* ac dilectioni *desunt H.* e) ac *F.* f) lectam — paginam *D.* g) pagina nostrae *F.* h) ordinem *C;* Oddonem *E, F.* i) confratrem *B.* k) direxerimus *D.* l) p̄nominato *corr. B.* m) decreverimus *H.* n) *deest B, F.* o) *deest F.* p) caritati *F.* q) vestrae *D, E.* r) *deest D, E; corr. al. m. in marg. pro* ac *G.* s) *corr. B.* t) *corr. ex* ostium *B.* u) germinata *B, C, D, E, G, H.* v) ad *add. B.* w) *corr. ex* salubrias *B.* x) serendā *E.* y) *del.* non; sicut *(add. m. corr.)* postulasti *B; corr. in marg.* postulati *pro* postulasti *H.* z) demulgando *D, E, F.* a) quantum *D, E, F; in marg. corr. pro* quantum *G.* b) eius *F.* c) *om. D, E, F.* d) excusatione *F.* e) *membrana laesa est dehinc in B.* f) *deest F.* g) in *E.* h) *desunt D, E, G.* i) accedas *E.* k) quae *C, D, H; scr. in marg. pro* quam *G.* l) concepit *D, E, G; in marg.* coepit *G.* m) dilectione atque devotione *D.* n) *deest E.* o) decertet *F.* p) solertique *G.* q) *om. E;* prudentia, *in marg.* solertiaque prudenti *G.* r) invigiles semper *E.* s) invigilet *F.* t) *deest D.* u) et *add. D.* v) et *D, E, F, G; in marg.* de *G.* w) exhiliravit *B.* x) viva — enarrare *scr. al. m. G.* y) venerabilem virum *H.* z) misisses *D.* a) providem *C.* b) ne *add. H.* c) ut; *in marg.* ne in *G.* d) contemptores *B, C;* contemptorum *D;* contentorem *E.* e) optavimus *B.* f) Dextera — dignetur *desunt C, D, E, F, G, H.*

1) *Supra ep. n. 57 (p. 355 sqq.).* 2) *Cf. infra n. 59 (privilegium pro Hincmaro, 863 April. 28. datum) et Schrörs, l. l. p. 251.* 3) *Cf. supra p. 353 sq. ep. n. 55, quae primam admonitionem papae continet.*

59.

Nicolaus Hincmaro archiepiscopo secundum Benedicti III. papae privilegium (v. infra n. 59a) synodi Suessionensis a. 853. celebratae statuta salvo Romanae sedis in omnibus iussu atque iudicio, privilegia, si numquam ab apostolicae sedis praeceptionibus discrepaverit, confirmat. 863 April. 28. 863 April. 28.

Codd. Laudun. 407 fol. 68—70' (B); Vallicell. C 15 fol. 244' (C); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Baronii annal. eccles. a. 863 n. 64—68; Sirmond, Conc. Gall. III, 215; Mansi, Conc. coll. XV, 374; Migne, Patr. lat. CXIX, 821. — Cf. J.-E. Reg. n. 2720 (2051).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HINCMARO REMORUM ARCHIEPISCOPO[1].

Pastoralis sollicitudinis cura constringimur et loci sublimitate, qua nos superna providentia totius domus suae generalitati[b] praeposuit[c], provocamur, ut apostolatus nostri apex in ea tamquam lapis positus angularis ad imitationem ipsius fidelibus quidem et humilibus tutissimum et firmissimum refugium, quo cuncti frangantur tumentes hostium fluctus, exhibeat; his autem, qui offendunt[d] verbo nec credunt[e] in quo et positi sunt, sit lapis offensionis et petra scandali. Proinde, quia dilectio tua sequens[2] instituta maiorum ea, quae possunt aliquam recipere quaestionem, ad nos quasi ad caput atque ad[f] apicem episcopatus referre episcopaliter[g] studuit[h 3] — quod nos libenter accepimus, quia hinc dilectionem tuam memorem[i] canonum comprobamus —, synodum illam, quae a te et ceteris venerabilibus archiepiscopis atque episcopis in urbe Suessorum[k 4] anno incarnationis dominicae DCCCLIII. indictione prima VI[l]. Kalendas Maii[5] fuerat celebrata et a decessore nostro beatae memoriae Benedicto papa[6] est confirmata[7], sicut isdem[m] sanctae recordationis pontifex illam confirmavit, ita et nos eam confirmatam et inrefragabilem perpetuoque mansuram apostolica auctoritate decernimus, salvo tamen Romanae sedis in omnibus iussu atque iudicio. cf. 1. Petr. 2, 6. cf. Iob 38, 11. cf. 1. Petr. 2, 8.

Praeterea quidem[8] et hoc sancimus, ne quilibet ex Remorum Durocortorum[n 9] provintia regionis Belgicae regulis[o] subiectus ecclesiae te contempto vel posthabita coepiscoporum ipsius dioceseos provintiali synodo impune audeat seu valeat aliena expetere aut expectare iudicia aut alienas contra canones[10] ordinationes suscipere vel ad alias provintias inregulariter convolare, sed ita, ut Nichenorum[p] et ceterorum conciliorum canonicis diffinitionibus est promulgatum et beatorum Syricii[11], Innocentii[12], Zosimi[13], Caelestini[14], Bonifacii[15], Leonis[16], Hilari[q 17], Gelasii[18], Gregorii[19] ac ceterorum Romanae sedis

---

59. a) *Lemma:* Privilegium domni Nicolai papae super episcopalibus gestis *B.* b) generalitate *B.* c) proposuit *C.* d) offendit *C.* e) credit *C.* f) *ss. B.* g) specialiter *C.* h) studuisti *B;* studuistis *corr. ex* studuimus *C.* i) *corr. in marg. pro* merorem *C.* k) Suesonem *C.* l) V. *C.* m) istud *C.* n) Durocordorum *B.* o) regulariter *C.* p) Nicenorum *C.* q) Hilarii *C;* et *add. C.*

1) *Hoc celebre privilegium inter epistolas huius temporis in dissensionibus cum Hincmaro missas recipi debere nobis visum est. Cf. de eo Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 249—252, Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 88; v. etiam supra ep. n. 58 (p. 363 sq.) et infra editam annotationem codicis Laudunensis (p. 367 l. 28 sqq.).* 2) *Cf. epistolam Innocentii I. ad Felicem episcop., Mansi III, 1045, Hinschius, Decr. Pseudo-Isid. p. 533 (J.-K. Reg. n. 314).* 3) *Fragmentum huius relationis et petitionis exstat in alia epistola Hincmari ad Nicolaum directa, Migne, Patr. lat. CXXVI, 87; cf. supra p. 362 ann. 6.* 4) *Hod. 'Soissons'.* 5) *I. e. 853 April. 26.* 6) *III. (855—858).* 7) *V. infra p. 367 sq. n. 59a. Acta synodi illius Suessionensis, de qua conferatur Schrörs, l.l. p. 61 sqq., enumerata sunt in 'Neues Archiv' XXVI, 618 sq.* 8) *Quae sequuntur, magna ex parte verbotenus ex Benedicti III. privilegio sumpta, ex parte vero etiam mutata vel superaddita sunt.* 9) *Id est Remorum civitas ('Reims'); cf. Caesar, De bello Gall. VI, 44.* 10) *Hic et infra magis generaliter quam singulariter canones, i. e. codicem canonum, Nicolaus significare videtur. Cf. conc. Nicaen. cc. 15. 16 (Mansi II, 681 sq.), Antioch. c. 13 (Mansi II, 1324) etc.* 11) *384—398.* 12) *I. (401?—417).* 13) *417—418.* 14) *I. (422—432).* 15) *I. (418—422).* 16) *I. (440—461).* 17) *461—468.* 18) *I. (492—496).* 19) *II. (715—731).*

863 April. 28. pontificum[1] constitutionibus est decretum, salvo in omnibus iure apostolicae sedis, veluti ab ipso Christo et sacris est cautum canonibus, cuncti sive in praelatione sive in subditione[a] debita ordinem ab ecclesiasticis regulis traditum observantes metropolitanae tuae auctoritati, honeste tamen[b] et canonice praecipienti, oboediant et studiosius optemperare procurent. Et hoc promulgamus atque apostolica[c] auctoritate[c] statuimus, ut te, quem primatem ipsius provintiae sanctae memoriae praesules praedecessores nostri, Leo[2] scilicet in largitione usus pallii et Benedictus[3] privilegio suae corroborationis, ut[d] et[d] antecessores eorum tuos praedecessores, canonica auctoritate et antiqua consuetudine pro metropolis[e] ecclesiae[f] Remensis genio confirmaverunt et nos primatu beati Petri Dei voce percepto[g] pariter confirmamus, nullius umquam infestatio contra canonica apostolicaque decreta sive iudicia opprimat aut ab ecclesia tibi commissa virtute vel facultate nudare aut ante audientiam Romani pontificis, quia nec regulae hoc permittunt ecclesiasticae, iudicare te vel condemnare praesumat. Quod etsi temerarius quisquam forte praesumpserit, nullius excommunicationis vel obligationis seu condemnationis sententia sine decreto Romani pontificis tenearis adstrictus. Sed, si a quocumque vel undecumque fueris compellatus, ut debeas iudicari, apostolici papae iudicio te reservari nostra, immo beati Petri apostoli auctoritate decernimus nec alterius cuiuscumque[h] iuri[i] vel iudicio te subici, excepta potestate sedis Romanae pontificis, nec ad alterius primatis provintiae synodum, nisi ex communi placito, posse convocari[k] mandamus; ita tamen, si in nullo negotio apostolicae Romanae[l] sedis[l] iussionibus inventus[m] fueris inoboediens. Et hoc constituimus, ne quilibet ex provintia metropoli tuae tibique subiecta ius secundum ecclesiasticas constitutiones primatui ecclesiae tuae et tibi debitum et secundum sacros canones et decreta Romanorum pontificum ex antiqua consuetudine traditum ac constitutum quoquomodo per contemptum convellere aut provintiam dividere[4] aut tibi vel ecclesiae tuae quamcumque violentiam contra eadem canonica constituta et decreta Romanorum pontificum pertinaciter inferre praesumat. Quae omnia suprascripta violari a quoquam cum anathematis interpositione beati apostolorum principis auctoritate et nostra apostolica sententia prohibemus.

Eo dumtaxat tenore ac conditione haec[n] per huius praecepti decretique paginam tibi omnibus vitae tuae diebus habenda concedimus ad tuaque securitatis quietudinem ac decorem valere disponimus, si tam in praesenti quam semper, dum tamen in hac vita superstes extiteris, in nullo ab apostolicae sedis praeceptionibus quoquomodo discrepaveris. Quodsi a sanctae Romanae ecclesiae constitutis vel ab eius praesulum iussionibus quolibet tempore inventus fueris segregatus eorumque sive per epistolam sive per verba mandatis oboedire neglexeris, huius privilegii atque praecepti tenor nullius momenti penitus iudicetur, et cuncta, quae in eo continentur, irrita in perpetuum atque inania prorsus existant.

Si[5] quis autem temerario ausu, magna parvave persona, contra hoc nostrum apostolicum decretum agere praesumpserit, sciat se anathematis vinculo esse innodatum[o] et a regno Dei alienum et cum omnibus impiis aeterni[p] incendii supplicio condemnatum; at vero qui observator extiterit praecepti huius, gratiam atque misericordiam vitamque aeternam a misericordissimo domino Deo nostro consequi mereatur.

---

a) subdictione *C.* b) autem *C.* c) auctoritate apostolica *C.* d) et ut *C.* e) -is *corr. ras. al. atram. B.* f) ecclesia *C.* g) percepti *C.* h) cuiusque; que *in ras. B.* i) uiri *C.* k) convocare *C.* l) sedis Romanae *C.* m) eventus *C.* n) ac *C.* o) condemnatum *C.* p) aeterno *B.*

1) *Nicolaum hoc loco decreta paparum in collectionibus canonum tradita generaliter sentire patet (v. etiam supra p. 365 ann. 10).* 2) *IV. (847—855); cf. MG. Epist. V, 591 sq. cum annotationibus.* 3) *V. supra p. 365 ann. 6, 7.* 4) *Cf. conc. Chalcedon. c. 12 (Mansi VII, 376 sq.):* Pervenit ad nos, quod quidam — — — in duo provinciam unam diviserunt, ita ut ex hoc facto duo metropolitani esse videantur in una provincia. 5) *Cf. Lib. diurn. ed. Sickel p. 118 sq. (n. 89).*

Scriptum[a] per manum Zachariae notarii regionarii et scriniarii sanctae Romanae ecclesiae in mense Aprili indictione XI[a]. Bene vale[b]. 855.

Data* IV. Kalendas Maii per manum Tiberii primicerii sanctae sedis apostolicae, imperante domino piissimo imperatore Augusto Hludowico a Deo coronato, magno, pacifico, imperii[c] anno XIV.[d], indictione XI.*

---

59 a[1].

Benedictus III. papa Hincmaro Remensi archiepiscopo synodi Suessionensis a. 853. celebratae acta — sub certa condicione — et privilegia Remensis ecclesiae confirmat.

855.

Codd. Laudun. 407 (s. IX.—X.) fol. 66 (B), quem contulit K. Hampe v. cl.; Bruxell. reg. 5413—22 (s. IX.—X.) fol. 60' (C); Vatic. Pal. lat. 576 (s. IX.—X.) fol. 35 (D); Vallicell. C 15 (s. XVI) fol. 269 (E), quem contulit v. d. F. Schneider; Paris. lat. 3859 a (s. XVII.).

Edd. Baronius, Annal. eccles. a. 853 n. 15—16; Sirmond, Conc. Gall. III, 107; Mansi, Conc. coll. XV, 110; Migne, Patr. lat. CXV, 689. — Cf. J.-E. Reg. n. 2664 (2009).

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET[a] SANCTISSIMO[a] CONFRATRI NOSTRO HINCMARO[b] ARCHIEPISCOPO[c] SANCTAE REMENSIS ECCLESIAE[2].

Probabilium sacrorumque diffinitiones gestorum audientium mentes exhilarant faciuntque alacriores[d] et in tantum mortalium laetitia corda replent, ut in conditoris exuberent omnium laudes felicique intuitu illarum[e] confirment proficuas intentiones et actus validoque inconvulse propagare fundamina[f] certamine ingenti procurent. Nostri[g] quemadmodum[g] pontificii cor dulcisonis tuae benignitatis apicibus[3] laetior[h] effectum est atque[i] praeclarior[k]: strenua quos perlegentes inquisitione nostrae coniunctum te esse dilectioni internis cognovimus[l] oculis divinisque prosperitatibus efficacem synodique[m] textum imo[n] mentis[n] ventilantes intuitu atque[o] actus, quam[p] apud[q] Suessionis[q] civitatem[q] tua beatitudo studuit celebrare[4] dioceseos[r] cum episcopis tuae venerabilibusque[s] archiepiscopis, Wenilone scilicet Sennense[t 5] et[u] Amalrico Turonense[v 6], aliisque episcopis, ut scriptis in[w] ea[w] contulisti subtilique demonstratione pandere procurasti: quae ad

---

*) Data — indictione XI. *(l. 5) desunt codici B, in quo hic adnotatum est — ut apte coniecit H. Schrörs ('Hinkmar von Reims' p. 252 ann. 57) Hincmaro auctore —:* In hoc praecedenti privilegio Nicolaus, sicut de[e] cymera[e] dicitur, prima leo, postrema draco, media ipsa cymera, diverso typo confecto, quae antecessores suos sequens secundum sacros canones et decreta Romanorum pontificum confirmavit, postea secundum suos libitus infirmavit, deinde auctoritate apostolica sub anathemate confirmavit *(cf. etiam Analecta iur. pontif. X, 91). Illud Homericum de chimaera (cf. Il. Z 181), quod Latine his eisdem verbis legitur iam apud Lucretium, De rerum natura l. V v. 902 (ed. Bernays 1886), Hincmarus fortasse ex Hieronymi epist. 125 (Migne, Patr. lat. XXII, 1083) noverat.*

a) Scriptum — indictione XI. *(l. 2) desunt B.* b) valete *C.* c) imperatore *C.* d) XIII. *C.* e) *in ras. B.*

59 a. a) *desunt E.* b) Hingmaro *D.* c) episcopo *D.* d) alacres *B, E.* e) illae *C, D.* f) fundamine *B, E.* g) nostrum atque *E.* h) *corr. in* laetius *ss. D;* laetius *E.* i) *om.*, per *del. E.* k) *corr. ss. in* praeclarius *D;* hilarius *E.* l) cognoscere *C, D;* novimus *E.* m) synodi *E.* n) in momenti, s *in fine del. E;* imminenti *Edit.* o) eiusque *E.* p) *om., in marg.* quos *D.* q) Suessionis apud civitatem *E.* r) *om. B.* s) venerabilibus *C, D.* t) Sennenne *D;* Senonensi *corr. ex* Senonense *E.* u) *om. E.* v) *corr. in* Turonensi *E.* w) mihi *corr. ex* mea *E.*

1) *Hoc loco Benedicti III. pro Hincmaro privilegium licet addere, quod nondum in Monumentis Germaniae editum est; id autem ad comparationem cum Nicolai privilegio (supra n. 59 p. 365 sqq.) faciendam hic praebere necesse erat.* 2) *Cf. de hoc privilegio Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 69 sq. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 88. V. etiam praecedens privilegium (n. 59) et epistolas Nicolai infra nn. 79, 80 necnon Hincmari epistolam ap. Migne, Patr. lat. CXXVI, 76—89.* 3) *Cf. Schrörs, l. l. p. 67 sqq.* 4) *A. 853. April. 26. Cf. supra p. 365 ann. 7.* 5) *'Sens' (a. 840—865).* 6) *'Tours' (a. 849 — ca. 855).*

855. profectum sanctae noscuntur ecclesiae piis auctoritatibus statuta sancitaque repperimus[a], praecipuum[b] in quibus aequiperare[c] te virorum[d] prospeximus actibus[e], qui[f] non terrenis[g] caducisque delectati sunt observationibus[h] infandaque[i] nec[k] zelo accensi ecclesiasticos[l] promulgaverunt[m] status[n] et ordines.

Haec cernentes ad ea, quae cupis, nullatenus[o] nos[o] inclinare ambigimus, tuae obsecrationis[p] adimplere cupientes effectum[q]. Et quia ut[r] devotus fidelisque[s] in omnibus filius pro instructione seu confirmatione gestorum ac regularum ecclesiasticarum semper ad hanc te[t] sedem recurrere[u] contemplamur[v], diffinitiones fraternitatis tuae et ceterorum[w] episcoporum, quas in praefata[x] synodo apostolicis canonicisque auctoritatibus[y] propriis[z] digitis roborasti[1] — si[a] ita est, nostroque ut scriptis praesulatui intimasti et gestorum serie demonstrasti[a] —: ratas easdem apostolica promulgamus in omnibus fore auctoritate semperque manere statuimus, ut inde quaestio[b] nullis aliquando temporibus oriatur et adspirantes indebite anhelitus compressi funditus perpetuo maneant, ne amplius illorum contradicentium adversitatibus Dei conturbetur ecclesia, sed omnibus eruta saevae[c] pertractationis erroribus unita semper in Christo permaneat.

Inter[d] haec quidem et hoc sancimus, ne quilibet tuae dioceseos regulis subiectus ecclesiae te contempto[e] inpune audeat seu valeat aliena expetere aut expectare iudicia, ut almorum traditionibus patrum canonumque promulgationibus est constitutum[2], salvo in omnibus iure apostolicae nostrae sedis, ab ipso veluti Christo et sacris est cautum canonibus; sed cuncti[f] sive in praelatione[g] sive in subditione debita ordinem ab ecclesiasticis regulis traditum observantes oboediant et studiosius obtemperare procurent. Et hoc promulgamus atque statuimus, ut[3] te, qui primas ipsius provintiae esse dinosceris, nullius umquam infestatione contra canonica apostolicaque decreta sive iudicia ecclesiastica tibi[h] commissa aut virtute vel facultate nudari aut ante audientiam Romani pontificis a quocumque damnari statuimus, sed, si compellatus[i] ad[i] hanc[k] appellare sanctam sedem volueris, apostolici papae iudicio reservari nostra, immo[l] beati Petri apostoli[m] auctoritate praecipimus nec alicui cuiuscumque iuri vel iudicio te subici excepta potestate sedis Romanae pontificis[d]. Et[n] hoc[o] volumus[o], ne quilibet ex[p] provintia[p] et diocesi metropoli tuae tibique subiecta ius secundum ecclesiasticas constitutiones primatui ecclesiae tuae et tibi debitum quoquo modo per contemptum convellere aut tibi vel ecclesiae tuae quamcumque violentiam[p] contra eadem canonica constituta et decreta Romanorum[q] pontificum[q] pertinaciter inferre praesumat, cum anathematis interpositione nostra apostolica et beati Petri apostolorum principis auctoritate prohibemus[r]. Optamus fraternitatem tuam in Christo nunc et semper bene valere.

✝ Bene[s] vale[s]. ✝

---

a) referimus *D;* reperimus *E.* b) praecipue *E.* c) aequiparare *E.* d) *om. D;* viros illos, -os *corr. E.* e) actus *sicut iam antea* -re te prospeximus *ss. al. m. D; om. E.* f) qui — delectati sunt *in infer. marg. add. D.* g) actibus *hic add. E.* h) actionibus *C, D.* i) *corr. ex* infandoque *al. atram. B;* infinitoque *E.* k) Dei *E.* l) ecclesiastica *E.* m) promulgaverint *C, D;* promulgarunt *E.* n) statuta *E.* o) nos nullatenus *E.* p) venerationis *E.* q) affectum *E.* r) aut *C.* s) fidelis *C, D.* t) *om. C, D.* u) recurere *E.* v) contemplamus *B, C.* w) caeterorumque *B.* x) praefatas *(?) B.* y) auctoribus *D.* z) propiis *E.* a) si — demonstrasti *desunt C, D.* b) questio *B.* c) saeve *B;* sęvae *C;* scevę, c *ss. D;* sive *E.* d) Inter haec *usque ad* sedis Romanae pontificis *(infra l. 28) desunt C, D.* e) contento *E.* f) *corr. ex* eniti *E.* g) praefatione *E.* h) tiq^{bi};, bi *post. add. E.* i) compellitur *E.* k) *om. B.* l) imo *E.* m) *om. E.* n) Et post aliquanta. Et *C, D, cf. supra l. 43;* Et ne quilibet — prohibemus *(l. 33).* Deinde *in infer. marg. add. C.* o) *om. C, D.* p) ex provintia — violentiam *(l. 31) desunt C, D.* q) pontificum Romanorum *C, D.* r) *post* prohibemus. *interponunt C, D:* Deinde sequitur haec apostolicae manus subscriptio. s) *desunt C, D, E.*

1) *Cf. Mansi XIV, 989.* 2) *V. supra p. 365 ann. 10.* 3) *Verbum* ut *sicut illud* statuimus *(infra l. 25) superflua esse facile apparet.*

60.

Nicolaus clementiam Karoli Calvi adit pro Balduino, filiae eius raptore, qui ad gratiam et absolutionem papae impetrandam Romam accesserat. Hortatur eum atque exorat, ut Rothadum ad se dirigat, ut suo iudicio causa eius terminetur; privilegia apostolicae sedis venerari eum iubet. Regi propter increpationes apostolicas maerenti solatium affert. 863 c. Apr. 28.

863 ca. April. 28.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 66—67' (B); Vallicell. C 15 fol. 225 (C); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 138; Sirmond, Conc. Gall. III, 212; Mansi, Conc. coll. XV, 296; Migne, Patr. lat. CXIX, 833. — Cf. J.-E. Reg. n. 2722 (2056).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[1].

O quam vera est, fili carissime, illa sententia, quam Salomone adtestante de se sapientia profert, cum perhibet[b] dicens: 'Per me reges regnant et legum conditores iusta decernunt!' Prov. 8, 15. Quod nisi verum esset, numquam omnino vestra sublimitas tantae humilitatis poterat decore vestiri. Quod nisi verum esset, numquam privatarum legum apostolicae sedis decreta tam facili potuissetis capere[c] mentis intuitu. Nam cum de quodam contra Deum se efferente[d] dicatur: 'Ipse est rex super universos filios superbiae', Iob 41, 25. et vos e diverso summa videamus[e] humilitate[f] praeditum, quid nisi vestram regalem excellentiam imitatione filium esse illius poterimus advertere, qui ait: 'Discite a me, quia mitis sum et humilis corde'? Matth. 11, 29. Per sapientiam ergo reges regnant, quia sapientia patris, iuxta apostolum, Christus est, qui est rex regum, eorum scilicet, qui cf. 1. Cor. 1, 24. 30. cf. 1. Tim. 6, 15. omnes motus corporis omnesque mentis illicitos appetitus competenti regere moderamine norunt; de quorum numero per divinam gratiam vos[g] esse[g] perspicimus et laetamur et Deo omnipotenti gratias, ex quo regnatis, multiplices exhibemus.

Interea noverit[h] dilectio vestra Balduinum[2], unde nobis intimastis[i], qui natam vestram[3] sibi furto in uxorem contra fas sociavit, quem ideo venerandi praesules ecclesiam Domini in regno vestro gubernantes vinculis[k] anathematis obligarunt, ad limina apostolorum accessisse et, ut a vinculis[l] solveretur atque per nos gratiam inveniret, sedem adisse apostolicam. Nos autem non solum eum a vinculis minime absolvimus aut in communione nostra recepimus, sed potius tam praesumptuosam[m] temeritatem detestati sumus atque vestri pectoris naturalem affectum considerantes doluimus vestraeque mestitiae participes effecti vobis hodieque compatimur. Verum quoniam ad divina sese praesidia contulit amatorumque vestrorum Petri ac[n] Pauli apostolorum principum sibimet expetiit adfore subsidia, non potuimus omittere, quominus, ut gratiam[o] vestram perciperet[p], apud piam excellentiam vestram[p] interveniremus. Verum vestram in[q] omnibus prae oculis habentes[q] dilectionem, quamquam[4] sciamus et filiam vestram, si libet, posse vos ei legaliter in uxorem dimittere et pietatis vestrae clementer gratiam impertiri, non tamen iussa misimus, sed preces obtulimus. Sed quoniam dicit apostolus: 'Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt', Eph. 5, 16. cf. 2. Tim. 3, 1. et ab eo praedicta periculosa novissima ecce iam imminent tempora, provideat sollers vestra sublimitas, ne ex hoc adhuc[r] deterius[r] forte aliquid oriatur. Et ita vos cauta provisione undique temperate, ut

60. a) *Lemma:* Epistola papae Nicolai ad Karolum regem prima. *B, C.* b) prohibet *C.* c) tangere *C.* d) offerente *C.* e) videat *corr. C.* f) humilitatem *B.* g) necesse *C.* h) *ead. m. corr. ex* noverat *B.* i) intimatis *C.* k) *corr. ex* vingulis *B;* vinculo *C.* l) vinculo *C.* m) p̄sumptiosam *B;* p̄sentuosam *C.* n) et *C.* o) -m *in ras. B.* p) perciperet — vestram *desunt B.* q) in — habentes *in ras. scr. ead. m. B.* r) deterius adhuc *C.*

1) *De hac epistola cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 91. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 249.* 2) *Comitem Flandriae. V. supra p. 360 sq. ep. n. 57, p. 360 ann. 2.* 3) *Iudith nomine. V. ad haec etiam quae laudat ex epist. Nicolai hodie deperdita Hincmarus, Opp. ed. Sirmond II, 244, Migne, Patr. lat. CXXVI, 25 sq. (cf. J.-E. Reg. n. 2741*).* 4) *Cf. supra p. 360 l. 34 sqq. et p. 275 ann. 7.*

863 c. Apr. 28. meror cordis vestri procul abigatur et circa iam dictum Balduinum usque in finem nequaquam inexorabilis[a] vel inflexibilis[b] persistatis. Non quo nos[c] haec dicendo[d] cf. Prov. 22, 28. terminos, quos posuerunt patres[e] nostri[f], transgredi cupiamus, quos per gratiam Dei inmotos perseverare semper optamus, sed quo gloriam vestram ultra quam dici possit diligentes nullum velimus locum dare occasionem quaerenti; praecipue cum idem Balduinus divinum postularit[g] auxilium et sanctorum Petri et Pauli intercessorum vestrorum[h], quemadmodum praetulimus, ut gratiam plenam a vestra clementia consequeretur, legationem atque interventionem petierit. Non plane inmemor, quod ante aliquot annos quidam, qui in huiuscemodi noxam[i] incurrerat, memoriam et sedem adisset[k] caelestis clavigeri eiusque[l] vicarii[m] interventu apud piae memoriae imperatorem Hlotharium[1], non perdita coniuge, plenissimam indulgentiam simul et gratiam cf. Matth. 18, 24. 28. percepisset[2]. Nulli praeterea regum grave esse[n] videri debet — quod tamen cum pace vestra dixerimus — conservo suo[o] debitum centum denariorum dimittere, qui fortasse a summo regum et Domino dominorum decem milia talentorum sibi laxari desiderat.

Porro dilectio vestra noverit misisse nos ad Hincmarum[3] confratrem nostrum Remorum episcopum et ad ceteros metropolitas atque episcopos[4] regni vestri, ut[p] venerabilem virum Rothadum[5] ab exilio revocarent Romamque ad ipsius causam in nostra praesentia examinandam dirigerent. Dignum quippe est, ut, quorum iudicio in exilium est deportatus, eorum sit communi studio beati Petri memoriae[q] sedique ipsius honorifice praesentatus. Ex illis[r] autem praecepimus[s 6], ut duo[t] vel[t] tres[t] aut[u] certe quotquot voluerint veniant, qui ita in cunctis reliquorum, qui occurrere non potuerunt, praesentiam praeferant[v], ut, quicquid agendum est vel experiendum[w], dum[x] fuerint[y] refricata quae gesta sunt, ipsorum omnium vice prorsus utantur. Quodsi postposito nostro iudicio, quae auctoritate apostolica promulgavimus atque decrevimus, perpere[z] contempserint, Dei omnipotentis et beatorum apostolorum principum, quorum glorioso agone sancta haec Romana ecclesia, cui divina dispensatione praesumus, est Domino consecrata, atque sanctorum[a] canonum[7], quorum contemptores propriis scriptis esse se liquido demonstrarunt, necnon et nostrae mediocritatis auctoritate a missarum sollempniis celebrandis sint, quousque diffinitionibus nostris oboediant, prorsus extorres: ita sane, si[b] post lectum paginae sibi a nobis missae tenorem infra triginta dierum spatium quae de Rothado viro venerabili agenda sanximus minime consummare studuerint; scientes profecto, quoniam, si post hanc in sanctarum regularum et nostro contemptu fuerint diutius conversati, ipsum quidem Rothadum a nobis apostolicae sedis more a dampna- cf. Ps. 7, 16. tionis vinculis fore solvendum atque convocato episcoporum coetu foveam, quam paraverunt, semet penitus incidendos.

Quamobrem vestram nihilominus suavissimam[c] pietatem[c] monemus et quantis possumus viribus exoramus vel etiam tamquam devoto filio praecipiendo fideliter[d] mandamus, ut iam dictum Rothadum vestro adiutum solatio ad nos usque misericorditer dirigatis, quatenus iuxta decreta sanctorum pontificum Romanae ecclesiae atque statuta

---

a) inexorabiliter *C.* b) inflexibiliter *C.* c) vos *C.* d) dicendi *C.* e) *corr. ex* pater *B.* f) vestri *C.* g) postularet *C.* h) nostrorum *C.* i) noxiam *C.* k) adisse *B;* adiisse *C.* l) eiusdem *C.* m) uarii *B.* n) *om. C.* o) tuo *C.* p) et *C.* q) memoriam *C.* r) ilis *B.* s) praecipimus *C.* t) duo vestrum *C.* u) at *C.* v) proferant *C.* w) expellendum *C.* x) *om. C.* y) fuerit *B, C.* z) prope *C.* a) sacrorum *C.* b) se *C.* c) suavissima pietate *C.* d) fideliter *C.*

1) *I. (a. 817—855).* 2) *Alluditur hic fortasse ad Fulcricum (Falcaricum), vassallum Lotharii I. imperatoris ab Hincmaro Remensi excommunicatum, qui Leonis IV. papae auxilium petierat. Cf. MG. Epist. V, 599 (n. 22) cum ann. 1 (J.-E. Reg. n. 2614). Dümmler, l. l. I², 350. Schrörs, l. l. p. 58 sqq.* 3) *Supra ep. n. 58 (p. 362 sqq.).* 4) *Supra ep. n. 57 (p. 355 sqq.), cuius verbis haec epistola magna ex parte utitur.* 5) *Suessionensem episcopum.* 6) *Cf. supra ep. n. 57 (p. 359 sq.).* 7) *Sardicensis synodi, qui in ep. n. 57 saepius allegantur; v. supra p. 357 cum ann. 3, p. 358 cum ann. 1, 2, 5.*

sacrorum[a] canonum nostro sit ipsius causa iudicio terminata[1]. Nam, mihi credite, supra modum in dampnatione praelati viri et noster est animus laesus et totius ecclesiae filiorum, ad quorum notitiam[b] pervenit, vehementer offensus; maxime quod ante et post dampnationem suam sedis apostolicae idem venerabilis vir appellaverit iudicium nec inpetraverit et per talem praesumptionem summae sedis videantur privilegia temere violari. Quae tamen privilegia usque ad mortem ope freti divina praedecessorum meorum vestigia sequendo cassari taliter minime patiemur. Sed et vos, carissime, ut ea quibus potestis[c] cultibus veneremini, summopere incitamus. Nam quomodo putatis[d], si oportunitas exegerit, ut vestro regno, vestris nisibus[e], vestri regni ecclesiis aliquod[f] praestemus solatium aut contra adversarios protectionis clipeum conferamus, si, quantum in regni vestri partibus est, quoniam illa omnino scindi non possunt[g], ea vos aliquatenus minorari sinatis, quibus usi patres vestri omne suarum dignitatum incrementum omnemque gloriam perceperunt[h 2]? Privilegia namque Romanae[i] ecclesiae totius sunt Christi, ut ita dicamus, remedia ecclesiae catholicae; privilegia, inquam, Petri arma sunt contra omnes impetus pravitatum et munimenta atque documenta Domini sacerdotum et omnium prorsus, qui in sublimitate consistunt, immo cunctorum, qui ab eisdem potestatibus diversis afficiuntur incommodis. 863 c. Apr. 28.

Turbati autem[k] estis et multo merore affecti, sicut in scriptis vestrae dilectionis repperimus, eo quod forti vos invectione convenerimus et duris increpationibus vestram celsitudinem cumulaverimus. Qua de re vestra profecto non debuit usquequaque tristari sublimitas; quoniam, etsi nulla erat culpa[l], sicut astruere humiliter contenditis, unde vestram oportuerit pietatem durius castigari, tamen discretus pater tunc[m] aliquotiens studet dilectum filium diversis erroribus vel etiam flagellis competentibus erudire, quando nihil in eo, quod[n] reprehendat, penitus intuetur. Sic Dominus beatum Iob frustra se percussisse perhibet[o], cum nihil in[p] eo[p], quod tantis verberibus puniri debuisset[q], invenit, sed tamen frustra non percutit[r], quia hunc[s], quatenus per pacientiam augeantur ei merita, ut discretus pater exercet[3]. Sic nimirum, sic et vos, carissime fili[t], vestram sublimitatem tacita fortasse cogitatione frustra laesam a nobis querimini[u]. Scimus tamen nos, ex qua radice contra dilectionem vestram haec virga processerit, quae utique non ut funditus interimeret, absit, sed quae[v] ad sempiterni regni gloriam[w] felicius[x] erudiret: scilicet quam paterna disciplina, ut apertius dicamus, ex interni affectus ramo protulit, non[y] quam[y] malitia ex odii radice produxit. Percuteris ergo, immo pulsaris, fili, etiam ubi te cor tuum non reprehendit, ut cautior et sollicitior atque tutior, in quibus delicturus eras, Deo auctore valeas inveniri. Itaque, carissime, cum vestrae regiae[z] potestati ab apostolica[a] sede interdum duriora fuerint missa, non moleste feratis nec vos a nobis odio habitos esse putetis, quoniam aut manifeste iusta sunt nostrae[b] correptionis iacula aut certe occulta sunt et aliquam habentia rationem. Quapropter in utroque vestrae salutis semper invenire ne[c] diffidatis antidotum. cf. Iob 2, 3. cf. Isai. 11, 1.

Nos quippe[d] semper quidem vos in visceribus dilectionis nostrae[e] strictos habuimus et pro vobis Dei omnipotentis misericordiam imploravimus. Sed, postquam frater et

---

a) sanctorum *C.* b) notitia *B, C.* c) potestatis *B.* d) putas *B, C.* e) iusibus *C.* f) aliquid *C.* g) possit *C.* h) perceperint *C.* i) Romonae *B.* k) enim *C.* l) 1 *suprascr. ead. m. B.* m) *al. m. ss. add.* etiam *C.* n) quid *C.* o) perhibetur *C.* p) omnino *C.* q) debuisse *in ras. B.* r) *in ras. B.* s) etiam *C; haec Edit.* t) filii *C.* u) quaerimini *B.* v) quod *C.* w) gloria *C.* x) *in marg. corr.* facilius *pro* foelicius *C.* y) nunquam *C.* z) regia *B; al. m. corr. ex* reginę *C.* a) *corr. ex* epla *B.* b) nostra *C.* c) non *C.* d) quidem *C.* e) *om. C.*

1) *Cf. Sardic. conc. c. 4 (Mansi III, 24).* 2) *Cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' III², 540.* 3) *Cf. ad hunc locum Gregorii M. Moral. l. III c. 3 (Migne, Patr. lat. LXXV, 601):* — — beatus Iob et non frustra percutitur, quia augetur meritum; et tamen frustra percutitur, quia nullum punitur admissum.

863 April. 28. coepiscopus noster Odo[a] [1] pariter et Primus[2], fidelissimus noster[b], quem[b] ad vestram gloriam miseramus, de vestra vestraeque eminentissimae ac dilectissimae coniugis[3] devotione erga sedem apostolicam ac dilectione[c], quam circa Domini sacerdotes habetis, nobis tot retulerunt praeconia, tanto artius vos diligimus, tanto vestri pro statu regni et vestra vestrorumque salute[d] dominum Iesum Christum instantius deprecamur tantoque de Nortmannorum[e] [4] vobis subacta rabie grates[f] auctori exultantes rependimus, quanto[g] haec non ad tumorem elationis nec ad humanae cupiditatis ardorem profutura, sed ad exaltationem ecclesiarum Dei et ad libertatem populi Christi atque ad laudem ipsius credimus incunctanter proficere. Optamus excellentiam vestram in Christo nunc et semper bene valere.

61.

Nicolaus epistolae ad episcopos Suessionensis synodi missae (supra ep. n. 57) mentionem faciens Rothadum consolatur. Hortatur eum, ut quam celerrime Romam properet; quo veniendi si licentia ei negata fuerit, id ipsum indicet sedemque apostolicam indesinenter appellet. *863 April. 28.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 197 (B); Paris. lat. 1557 fol. 72 (C); Vatic. lat. 1344 fol. 98' (D); Vatic. lat. 1343 fol. 138 (E); Paris. lat. 3854 fol. 201 (F); Vallicell. C 15 fol. 237' (G).

Edd. Editio Romana (1591) III, 147; Sirmond, Conc. Gall. III, 215; Mansi, Conc. coll. XV, 306; Migne, Patr. lat. CXIX, 838. — Cf. J.-E. Reg. n. 2727 (2058).

NICHOLAUS EPISCOPUS[a] SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO[b] ET SANCTISSIMO[b] ROTHADO[c] EPISCOPO[d] [5].

Cognoscat experientia tua, frater carissime, de tuis tribulationibus multum apostolatum nostrum doluisse, immo dolere. Sed credimus Dei misericordiam tibi proxime
cf. Dan. 6, 27. affuturam, quae te et sicut Danihelem educat de lacu leonum et sicut prodigum[e] filium
cf. Luc. 15, 22. prima induat[f] stola[f]. Quae autem primum[g] de[g] te[g] Karolo[6] glorioso regi atque Hincmaro[7] miserimus, nosse te[h] credimus. Nunc autem metropolitani et ceteri episcopi, qui contra te sententiam protulerunt, nobis multa sub[i] gestorum[i] serie de te vel contra te intimaverunt[8] et, ut rata essent[k] quae de[l] te promulgaverant[m], nostro flagitaverunt consensu roborari. Sed nos haec agere distulimus, immo ut renovaretur concilium et iuxta canonum[9] normam causam tuam in nostro iudicio terminaremus, praecepimus[10] eis, ut te[n] de[n] monasterio educerent et sancti Petri memoriae pariter aut ipsi aut vicarii[o] ipsorum[o] tecum venientes honorifice praesentarent. Quodsi post lectam a nobis sibi missam epistolam infra triginta dierum spatium[p] nostram non curassent constitutionem perficere, post triginta dies a missarum sollempniis celebrandis, quae eis fortiter contradiximus, penitus cessassent[q], quousque nostris diffinitionibus perfectam oboedientiam demonstrarent.

---

a) Hodo *B.* b) noster quam *in ras. B.* c) dilectionem *C.* d) salutem *B.* e) Normanorum *C.* f) *corr. ex* gratis *B.* g) quando *(?) B.*

61. a) *deest F.* b) sanctissimo et reverentissimo *F.* c) Hrothado *C;* Rothaldo *F;* Rothardo *G.* d) *om. B.* e) *corr. ex* prodignum *C.* f) stola induat *B.* g) de te primum *G.* h) *deest B.* i) suggestorum *F.* k) *ex* esset *ss. corr. B.* l) contra *B.* m) promulgaverunt *B, D.* n) de te de *F.* o) ipsorum vicarii *F.* p) spatia *D.* q) cessasset *D;* cessarent *G.*

1) *Bellovacensis.* 2) *Hic ergo Primus, aliunde ignotus, legatus apostolicus epistolas supra nn. 55, 56 (p. 353 sqq.) in Galliam transtulisse videtur.* 3) *Hermintrudis reginae.* 4) *Qui anno 862. a Sequana recesserant; cf. W. Vogel, 'Die Normannen und das fränkische Reich' (1906), p. 187 sq. et 'Historische Zeitschrift' CI, 112 (1908).* 5) *Cf. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 249.* 6) *V. supra ep. n. 56 (p. 354 sq.).* 7) *Supra ep. n. 55 (p. 353 sq.).* 8) *Quae non exstant; cf. supra responsionem Nicolai ad episcopos (ep. n. 57) p. 355 sqq.* 9) *Cf. Sardic. conc. c. 4 (Mansi III, 24).* 10) *V. supra ep. n. 57 (p. 359 sq.).*

Unde, frater carissime, quoniam causam[a] tuam[a] sine examine dimittere non possumus, ne[b] praeiudicium districtioni ecclesiasticae facere videamur[c], rursusque[d], quoniam sine praesentia nostra[e], ne forte iniuste ledaris, in aliorum[f] iudicio[f] causam tuam discuti ac diffiniri[g] dubitamus[h], stude, quantum potes[i], ut, cum tibi rex et episcopi, quemadmodum statuimus[1], licentiam[k] dederint[l] Romam properandi, mox utcumque venire non differas. Quodsi[m] huc veniendi tibi[n] non[n] tribuerint facultatem, tu tamen id ipsum nobis indicare[o] studeto. Verum, quantum audes[p], quibus potes[q] et quomodo potes[q], apostolicam[r] sedem appellare et hanc adire[s] velle manifestare ne[t] cesses, si tamen te iniuste[u] lesum nosti et bonam te habere[v] causam[v] per[w] Dei gratiam[x] arbitraris[2], quoniam nos divina clementia solatiante[y] nullatenus te in finem oblivioni tradi vita comite patiemur. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene[z] valere. 863 Oct. in.

Data[a] IV.[3] Kalendas Maias[a b].

62.

Nicolaus Rothadum de diversis epistolis, quas pro eo in Galliam direxerit quasque inde receperit, certiorem facit; de monasteriali custodia eductus, si causam suam bonam esse confidat, Romam venire ne dubitet. *863 Oct. in.*

Codd. Vatic. lat. 1344 fol. 99 (B); Paris. lat. 3854 fol. 201' (C); Vallicell. C 15 fol. 143', cui initium epistolae deest (D).

Edd. Editio Romana (1591) III, 148; Sirmond, Conc. Gall. III, 231; Mansi, Conc. coll. XV, 307; Migne, Patr. lat. CXIX, 860. — Cf. J.-E. Reg. n. 2737 (2065).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI SANCTISSIMO ET REVERENTISSIMO ROTHADO[a] SUESSONICAE URBIS EPISCOPO[4].

Sciat sanctitas tua, quoniam misimus increpatoriam[b] epistolam[b 5] pro te Hincmaro sanctae Remorum ecclesiae venerabili archiepiscopo, eo quod post appellationem ad sedem apostolicam in te depositionis intulerit sententiam, quam quidam vir, qui cum Bosone[6] comite Romam venerat, ad te deferre debuit; sed de[c] hac[c] rescripsit[7] nobis ipse Hincmarus reverendus archiepiscopus, quod eam minime viderit. Insuper tam idem[d] Hincmarus quam ceteri episcopi, qui ad eandem synodum[8] convenerant, ubi sententiam depositionis contra te protulerunt, sub[e] gestorum[e] serie quae de te gesserunt[f] nobis latius intimaverunt[9], accusationes contra te et pro se excusationes multiplices protendentes et per Odonem venerabilem episcopum[10] nostro[g] eas[h] apostolatui[i]

---

a) tuam causam *E.* b) nec *F.* c) debemus *F.* d) rursus *F.* e) ūra *D, E.* f) iudicio aliorum *E.* g) definiri *B, F.* h) dis putamus *B.* i) potest *C.* k) licentia *D.* l) dederit *D.* m) quod *ss. pro* quoniam *B;* quomodo *G.* n) non tibi *F.* o) *membr. hic et saepius del. B.* p) audis *corr. G.* q) potest *C.* r) apostolica *D.* s) audire *G.* t) non *F.* u) iuste *D.* v) causam habere *F.* w) pro *B.* x) gratia *B.* y) solatia non te *C;* solicitante *E; corr. al. m. in G.* z) *deest F.* a) Data — Maias *desunt D, F.* b) Madii *E.*

62. a) Rothaldo *C.* b) increpatorias epistolas *B, C.* c) hanc *C.* d) *om. C.* e) suggestorum *C.* f) gesserint *C.* g) nostrum *B.* h) eos *B.* i) apostolatus *B.*

1) *Cf. epp. nn. 60, 57 (p. 370, 359).* 2) *Cf. Sardic. conc. c. 3 (Mansi III, 23).* 3) *Cod. Remigianus hodie latens hic exhibet:* tertio *(= April. 29), cf. Analecta iur. pontif. X, 90.* 4) *Et de hac et de tribus sequentibus epistolis earumque tempore cf. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 253 sq.; v. etiam Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 91 sq. — Quamquam iam in praesenti epistola infra epp. nn. 63, 65 laudantur, in epistola n. 63 iam infra ep. n. 65, series tamen dubia manet. Cum vero codices quoque exhibeant hunc ordinem: nn. 62, 63, 64 et omnes hae litterae eiusdem temporis sint, seriem in prioribus editionibus et ab Jaffé-Ewald in regestis servatam non commutavimus.* 5) *Supra ep. n. 55 (p. 353 sq.).* 6) *Cf. supra p. 267 sq.* 7) *Hoc rescriptum non exstat. Cf. autem epistolam Hincmari ineunte anno 864. scriptam (Migne, Patr. lat. CXXVI, 27) et Schrörs, l. l. p. 247 ann. 40.* 8) *Scil. Suessionensem a. 862.* 9) *Haec scripta sunt deperdita; cf. supra ep. n. 57 p. 355 sqq.* 10) *Bellovacensem.*

863 Oct. in. verbotenus[a] indicantes. Per quem tam eisdem archiepiscopis et[b] episcopis[b] generaliter quam dilecto filio nostro Karolo glorioso regi specialiter rescripsimus[1], increpantes et ammonentes pariter et iubentes, ut te de claustris monasterialibus praesentialiter educerent et nostro aspectui praesentarent. Nunc autem venit Liudo[2] religiosus[c] diaconus secum epistolas[3] iam fati regis et Hincmari ferens, quae te iussu ipsius regis de monasteriali custodia eductum et cuidam episcopo[4] familiari[d] tuo commendatum esse fatebantur[e]. Per quem tam Karolo[5] glorioso regi quam praelato Hincmaro[6] archiepiscopo metropolitano tuo, sicut[f] et[f] prius[f 7], direximus[f], ut[g], quia unam partem sine altera audire non possumus[h], ad renovandum in nostra praesentia iudicium et te honorifice et aliquos eorum, qui te iudicaverunt, vel ipsorum vicarios Romam dirigant.

Nunc[8] autem fraternitas tua studeat secum sollicita mente revolvere quod tibi
cf. Ier. 28, 7. quasi in ipsis tuis auribus loquimur, ut[i], si quidem conscientia tua reprehendit te aut forte iudicium episcoporum contra te prolatum admiseris[k], nec te fatigare nec alios velis[l]. Si vero illi nostro consilio freti episcopalem tibi reddiderint dignitatem, sicut eis scripsimus[m 9], bene. Quodsi nostrum consilium parvipendentes hoc agere illi distulerint et tu in[n] coepto[n] proposito[o] perseverans ad nos venire elegeris[p], intrepidus et de Dei misericordia fidens occurre[q], sciens profecto, quia te Deo auxiliante non desere-
cf. Ps. 93, 15. cf. Matth. 10, 26. mus, quoadusque iustitia[r] convertatur in iudicium et quae nunc operta sunt Dominus revelare dignetur. Dabitur autem tibi sine dubitatione ad nos aditus veniendi; quod et nos apostolica auctoritate et firma censura statuimus, et dilectus filius noster Karolus christianissimus rex et nobis devotissimus pariter et Hincmarus frater et coepiscopus noster scriptis[10] suis praesenti tempore te ad nos missuros fore[s] se firmissime sunt omnibusque[t] modis polliciti.

63.

Nicolaus Karolum Calvum pro oboedientia laudans adhortatur, ut Rothado Romam profecturo praesidium et subsidium in itinere praebeat. *863 Oct. in.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 176—176' (B); Vatic. lat. 1344 fol. 99 (C); Vatic. lat. 1343 fol. 138' (D); Paris. lat. 3854 fol. 202 (E); Vallicell. C 15 fol. 144 (F).

Edd. Editio Romana (1591) III, 149; Sirmond, Conc. Gall. III, 232; Mansi, Conc. coll. XV, 308; Migne, Patr. lat. CXIX, 861. — Cf. J.-E. Reg. n. 2738 (2066).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO[a] FILIO KAROLO[b] GLORIOSO REGI[11].

Cum vos tantae humilitatis tantaeque devotionis incurvatione sub potenti manu Dei ad reverentiam praecipuorum ipsius apostolorum flecti conspicimus[c], impletum
Iob 9, 13. videmus, quod sanctus Iob de Domino loquitur dicens: 'Sub quo curvantur qui portant orbem.' Nisi enim vos, qui in regali sublimitate positi estis, tamquam cuiusdam[d] ingentis

---

a) *hic incipit D.* b) *desunt B, D.* c) gloriosus *B, D.* d) familiario *B.* e) fatebatur *B.* f) *corr. in marg. al. m. pro* scripta direximus *D.* g) et *D.* h) *in marg. corr. pro* possemus *D.* i) et *D.* k) amiseris *B.* l) *om. B, D.* m) cscripsimus *B.* n) incepto *B, C, D.* o) proprio *C.* p) delegeris *B, D.* q) occurrere *B, C; corr. D.* r) iniustitia *B.* s) fortę *B; al. m. in marg. scr.* forte *C.* t) omnibus *B.*

63. a) *deest C, D, E, F.* b) Karulo *D.* c) inspicimus *F.* d) *om. E.*

1) *V. supra epp. nn. 57, 60 (p. 355 sqq. 369 sqq.).* 2) *Per quem haec ep. et epp. infra nn. 63—65 in Galliam translatae sunt, v. infra l. 7 sq.; cf. Schrörs, l. c. p. 253 ann. 67.* 3) *Quae non iam exstant.* 4) *Nescimus cui.* 5) *Cf. infra ep. n. 63.* 6) *Cuius epistolae infra n. 65 fragmentum est.* 7) *Hic ad epistolam Hincmaro directam hodie deperditam papa alludere videtur, quae (ab Jaffé-Ewald omissa) inter Odonis et Liudonis legationes inserenda, medio ergo anno 863. adscribenda est. Cf. etiam Schrörs, l. c. p. 253 ann. 62. — V. praeterea supra epp. nn. 55, 58 (p. 353 sq. 362 sqq.).* 8) *De sequentibus cf. 'Neues Archiv' XXV, 658.* 9) *Ep. n. 57 (ad episcopos) hoc non continet, sed epistolae nn. 55, 56 (ad Hincmarum et Karolum).* 10) *Quae desideramus, v. supra ann. 3.* 11) *Cf. supra p. 373 ann. 4.*

fabricae bases vestro[a] sudore[a] mundum quodammodo portassetis, nequaquam Greco sermone basileon[1] vocabula sortiremini. Rursusque, nisi tanta coram summo Deo vos humiliatione incurvassetis, nequaquam nobis, licet indignis servis eius, oboedientiae colla tanta facilitate submitteretis. Operatur autem idem[b] ipse Deus in vobis hoc, qui et laudandus est propter hoc quique praevidit[c] vos et ad regni gubernacula destinavit, quo auctore vobis felicia arrident, ut cernimus, tempora[2] prosperisque[d] prospera, ut audivimus[e], succedunt. Quapropter eius misericordiam glorificamus et[f], quia[f] ignoramus[f], quo[g] haec in vobis iudicio[h] divinitus patrantur, dilectionem[i] vestram instantissime adhortamur[k], ut memores fragilitatis humanae nulla vos commoda elevent, nulla secunda[l] dissolvant; sed semper ad vosmetipsos recurrite et, quia[m] nihil[m] est[m] in homine, unde[n] extolli debeat, sedula consideratione perpendite. Si qua ergo caelitus tribuuntur ad votum, largitorem[o] ante oculos vestra revocare sollertia non omittat nec in his, quae temporaliter conceduntur, boni[p] consistere finem existimet[q] nec cito defluis delectata felicitatibus perhennis[r] beatitudinis gaudia appetere desinat. Prospera vero mundi occasio vobis sint caelestia praemia requirendi, non fomes[s] ad ima tendendi. Hinc egregius apostolus admonens: 'Qui utuntur', inquit[t], 'hoc[u] mundo, tamquam non utantur.' Tunc enim vos indubitanter ad aeternam gloriam pertingere posse confidemus[v], si in huius vitae gloria positos vos humilitatem sectari veraciter senserimus; scriptum quippe est: 'Gloriam praecedit humilitas', e contrario vero: 'Ante ruinam exaltatur cor.'

863 Oct. in.

cf. 1. Cor. 12, 6.

1. Cor. 7, 31.

Prov. 15, 33. ib. 16, 18.

Sed haec nos ad aedificationem sublimitatis vestrae, quam paterno incunctanter affectu diligimus, cursim tetigisse vestra libenter tranquillitas noverit et eo, quo a nobis mittuntur[w], mentis intuitu vester benignus haec gratanter suscipiat animus. Ceterum de Rothado venerabili episcopo, de[x] quo[x] apostolatui nostro omittendum non est, iterum iterumque suggerimus, ut omni deposita[y] amaritudine, quam contra illum celsitudinis vestrae retinet indignatio, pro amore apostolorum principis, ad cuius sedem, dum anxiaretur cor eius, clamavit, gratiam illi impertiamini et placabilem erga eum pietas vestra gratumque[z] in omnibus se prorsus exhibeat, ita ut, cum Romam profecturus est, vestra[a] illi sufficientia[a] in itinere non desint solatia, sed potius vestris[b] saltem pro nobis ditatus[c] beneficiis ac fultus subsidiis ad coeptum pertingere queat sine aliqua difficultate propositum. Porro de his, pro[d] quibus apostolatum nostrum consulere merito decrevistis[3], fratri[e] et coepiscopo nostro Hincmaro quod nobis tolerabile[f] esse videtur custodiendum ac decernendum mandavimus[4].

cf. Ps. 60, 3.

Praeterea nolumus ignorare vestram[g] sagacitatem, quod, licet semper dilexerimus vos, plurimum tamen amoris cordi nostro praesentium latores inseruerunt, qui sedulis prosecutionibus suis tam miranda de vobis nostris auribus inculcarunt. Unde et omnipotentem Deum merito laudavimus[h] et ad dilectionis vestrae ardorem magis ac magis cor nostrum consequenter succendimus. Optamus gloriam vestram in Christo bene valere.

---

a) *in marg. al. m.; in textu:* vestris humeris *F.* b) *deest E.* c) praevidet *C; al. m. corr. in marg. pro* praescivit *F.* d) prosperis *E.* e) audimus *corr. ex* audiamus *B;* audimus *F.* f) et quia ignoramus *desunt E.* g) quod *C, D.* h) iudicia *E.* i) dilectionemque *E.* k) cohortamur *B.* l) saecularia *D.* m) est *deest E; corr. in marg. al. m. pro* quam nihil sit *F.* n) se *add. E.* o) largiorem *C.* p) bonis *B, E.* q) estimet *C;* extimet *D, F.* r) h *del. B.* s) formes *C, D.* t) *corr. ex* inquid *B; deest C.* u) huic *C.* v) confidimus *C.* w) mittantur *D, E.* x) quod *corr. ex* de quodā *B.* y) desita *C, E, F.* z) gratamque *E.* a) vestrę sufficientię *E.* b) *deest B.* c) *deest E.* d) *om. D, E.* e) *deest C, D.* f) tolerabilem *E.* g) *ss. B.* h) *corr. C, F;* laudamus *E.*

1) *Anastasium Graecae linguae ostentatione se hic aperire adnotat Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 123 ann. 3.* 2) *Haec adulantius quam verius dicta sunt.* 3) *Non exstat ista consultatio.* 4) *Hoc loco Nicolaus epistolam, cuius fragmentum infra sub n. 65 dabimus, non, ut censet Schrörs ('Hinkmar von Reims' p. 253 ann. 62), illam deperditam supra p. 374 in ann. 7 commemoratam significare videtur.*

64.

863 Oct. in. *Nicolaus Hermintrudi reginae roganti, ut in causa Rothadi virum suum exaudiat, se causam illius indiscussam relinqui vita comite passurum negat.* *863 Oct. in.*

Codd. Vatic. lat. 1344 fol. 99'—100 (B); Vatic. lat. 1343 fol. 139' (C); Paris. lat. 3854 fol. 203 (D); Vallicell. C 15 fol. 145 (E).

Edd. Editio Romana (1591) III, 150; Sirmond, Conc. Gall. III, 233; Mansi, Conc. coll. XV, 309; Migne, Patr. lat. CXIX, 862. — Cf. J.-E. Reg. n. 2739 (2067).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTAE HIRMINTRUDI[a] GLORIOSAE REGINAE[1].

Litteras dilectionis vestrae, filia karissima, ut[b] gloriosum regem Karolum, virum vestrum, nostrum autem dilectum filium, in causa Rothadi episcopi exaudiamus, nos[c] ortantes ecce nunc secundo[2] suscepimus. Pro qua re, mihi credite[d], multum anxiamur multumque undique coartamur[e], quoniam nec nos possumus vobis, ut nobiscum[f] de illo unum sentiatis[g] id[h] ipsumque velitis[i], suadere, nec rursus[k] causa[l] talis[l] est, quam[m] sine offensione Dei nos valeamus utcumque postponere. Verum, filia, ut cum caritate vestra
cf. Act. 5, 29. dicam, si oporteat oboedire Deo magis quam hominibus, ipsa potius iudica. Nos autem causam Rothadi in virtute Dei[n] non patiemur vita comite indiscussam relinqui, praeter si ante idem[o] venerabilis vir pristino fuerit honori ac[p] dignitati redditus, quam coram nostra speciali praesentia decernenda causa ipsius extiterit praesentata. Quis, rogo, in toto[q] orbe regni vestri Iesus aut ledendus clamaret umquam ad sublimitatem vestram, cuius vos vocem postponeretis[r] et non magis ultione districta[s] ipsius iniurias vindicaretis? Et nos[t], quo modo ortari videmini, ut vocem sanguinis fratris nostri non exau-
cf. Prov. 21, 13. diamus? Aut quomodo[u] obturabimus[v] aures ad clamores illius, cum vehementer paveacf. Iob 35, 12. mus, ne nostra ob[w] hoc fiat oratio execrabilis clamemusque, sicut scriptum est, et non exaudiamur? Certe pro sollicitudine, quam[x] circa[y] universam[y] Dei[y] ecclesiam[y] retinemus[y], et pro speciali cura, quam circa cunctos fratres nostros principaliter habemus, etiamsi[3] numquam[z] clamasset[z], numquam vocasset, a nobis summa diligentia quaeri et competenti debuerat studio[a] adiuvari.

Quod[b] autem scripsistis, quia[c], si[c] exaudiamus filium nostrum, non detrimentum, sed augmentum ecclesiae nostrae privilegiis generetur: nos certissime credimus, quia privilegia sanctae[d] Romanae ecclesiae nullum possunt[e] sustinere detrimentum nec plan-
cf. Matth. 15, 13. tatio, quam caelestis pater[f] plantavit, eradicari nec fundamenta, quae summus posuit
cf. 1. Cor. 3, 10. architectus, queant quibuslibet[g] et quantislibet fluctuationibus amoveri[h]. Verumtamen, filia[i] karissima[i], magnum manet periculum tam illis[k], qui sua desidia ea minui aliquo modo sinunt[l], quam eis[m], qui sua praesumptione illa violare contendunt. De exaudiendo vero vel non exaudiendo filio nostro Karolo, coniuge vestro[n], per Liudonem[o 4] venerabilem diaconum[p] idoneam vobis, ut remur[q], misimus rationem[5]. Verum nos, quicquid

---

64. a) Armintrudi *B;* Irmintrudę *C, D.* b) in *B.* c) uos *B, C.* d) creditum *C.* e) cohortamur *C.* f) vobiscum *E.* g) sentiamus *B.* h) ad *E.* i) velletis *D.* k) rursum *D.* l) talis causa *C.* m) quod *E.* n) rothadi *B.* o) *al. m. corr. in* diem *E.* p) et *E.* q) to *D.* r) p̄poneretis *C.* s) distracta *D.* t) vos *C.* u) q̄m *B.* v) obturauimus *C.* w) ab *E.* x) ūra; quam *deest C.* y) circa ecclesiam Dei retinemus universam; *al. m. post* circa *add. suprascr.* universam *D.* z) *desunt D.* a) auxilio *C.* b) Qm̄ *C.* c) quasi *B, C; corr. in marg. pro* quasi *E.* d) sancta *C, D.* e) possint *C, E.* f) noster *add. D.* g) *post haec sequitur pars epistolae n. 66 (cf. infra p. 378 l. 40); continuatio huius epist. legitur in fol. 146. E.* h) admoveri *B, C.* i) karissima filia *D.* k) illos *B, D, E.* l) sinant *B;* desiderant *C;* desinant *D;* dissimulant *corr. pro* dismanant *E.* m) eos *B, D, E.* n) qui *add. C.* o) Liutdone *B;* Guidonem *D;* Luitdonem *E.* p) *deest D.* q) reor *B.*

1) *Cf. p. 373 ann. 4.* 2) *Et priores et hic nominatae litterae reginae desiderantur.* 3) *Cf. supra p. 358 cum ann. 3.* 4) *V. p. 374 ann. 2.* 5) *Cf. supra ep. n. 63 (p. 374 sq.).*

illi[a] ammonendo vel ortando[b] vel etiam increpando mittimus, ad eius et dilectorum illius salutem atque ad regni ipsius incolomitatem proficere[c] non dubitamus, immo Deo auctore omnino confidimus. Incolumem[d] serenitatem vestram divina conservet maiestas, karissima[e] filia[e]. 863 Oct. in.

65.

Fragmentum epistolae Nicolai ad Hincmarum archiepiscopum Remorum.

863 Oct. in.

Edd. Flodoardi Historia Remensis ecclesiae lib. III c. 13 (MG. SS. XIII, 492); Hincmari opera ed. Sirmond II, 250; Migne, Patr. lat. CXXVI, 31. — Cf. J.-E. Reg. n. 2740 et ibid. tom. II, 703.*

Fortasse[1] cognoscet[2] delictum suum et sua sponte in iudicio, quo iudicatus est, perseverare deliget. Quod si fecerit, apud regem Karolum[3] agendum est, ut liberalitate sua eidem congrua beneficia, quibus sufficienter cum suis sustentari atque honorifice degere possit, benigno mentis largiatur affectu.

66.

Nicolaus Hincmarum graviter reprehendit, praesertim quod Rothadum ab itinere iam coepto prohibuerit; quem statim cum missis ipsius Romam mitti iubet. Cum Gunthario, quem synodi contra se statuta pro nihilo habere audierat, vetat communicari.

864 Mai.

Codd. Vatic. lat. 1344 fol. 100—100' (B); Vatic. lat. 1343 fol. 140 (C); Paris. lat. 3854 fol. 203' (D); Vallicell. C 15 fol. 146 (E); id. fol. 243' (F); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 151; Sirmond, Conc. Gall. III, 234; Mansi, Conc. coll. XV, 310; Migne, Patr. lat. CXIX, 871. — Cf. J.-E. Reg. n. 2756 (2082).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[a] HINCMARO ARCHIEPISCOPO REMORUM[4].

Ad fraternitatem tuam epistolam[5] dilecto filio Karolo[b] glorioso regi, quae suo nomine titulatur, a[c] te[c] mittendam[d] dirigimus; idcirco apostolatus nostri scripto ortamur, ut illam instantius praedicto regi destinare procures et pro nostro amore sine mora facias praesentari. Miramur praeterea et aequanimiter ferre non possumus, cur apostolica nostra monita iam[e] totiens pro confratre[f] nostro Rothado[g] episcopo vilipendens[h] spernere non recusas[i], de quo non solum ter, sed et quater[6] caritati tuae, ut recuperaretur[k], direximus et ad ultimum[7] statuimus, ut aut honori pristino redderetur aut Kalendis Maii[18] istius XII. indictionis[m] apostolatui nostro cum[n] legatis[n] tuis[n] praesen-

---

a) *deest B;* illis *C.* b) quicquid ortando *hic addunt C, D.* c) perficere *D.* d) Incolumen *D.* e) filia karissima *D.*

66. a) Nicolaus — Dei *desunt B, C, D, E.* b) Karulo *C.* c) ad te *B; corr. C, E; desunt F.* d) mittendum *F.* e) tam *B, C, D; om. F.* f) fratre *F.* g) Rothaldo *hic et infra D.* h) vilipenderes *F.* i) recuses *E.* k) recuperetur *F.* l) Mad̄ *B.* m) indictiones *B.* n) ut legatis suis *B, C;* aut legatus suus *D; corr. in marg. pro* ut legatis suis *E.*

1) *Hoc fragmentum exstat in epistola Hincmari ad Nicolaum initio anni 864. directa (cuius editiones sunt supra notatae) et circumclusum est his verbis:* De eo autem, quod benignitas animi vestri, pensans non beluinum, sed humanum hominis animum, scripsit dicens: 'Fortasse — — — affectu': sciat dignitas vestra *etc. Conferatur illa epistola, praesertim cum saepius (cf. Migne, l. l. CXXVI, 28, 30, 40 sq.; Sirmond, l. l. 247, 249, 259) in ea hanc epistolam deperditam Hincmarus commemoret. Cf. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 253 ann. 67, supra p. 373 ann. 4, infra p. 377 ann. 7; v. etiam 'Neues Archiv' XXV, 658 ann. 5.* 2) *Scil. Rothadus Suessionensis episcopus.* 3) *Hincmarus addit:* dilectissimum videlicet filium vestrum. 4) *De hac epistola cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 93; Schrörs, l. l. p. 257.* 5) *Epistola hoc tempore Karolo Calvo missa non exstat.* 6) *Supra ep. n. 55; ep. n. 58; ep. deperdita iam p. 374 in ann. 7 memorata; ep. n. 65. Cf. Schrörs, l. l. p. 253 ann. 62.* 7) *Haec ad ep. n. 65 maxima ex parte deperditam pertinere videntur; cf. J.-E. Reg. n. 2740*.* 8) *864 Mai. 1; ex quo tempus huius epistolae apparet.*

864 Mai. taretur[a]. Quod non tantum fieri rennuisti[b], sed etiam, cum ipse[c] venire vellet iterque[d] iam ceptum haberet, non est permissus[1], sed potius coactus retro reversus est. In quo datur intellegi, ut tua[e] fraternitas[e] ad huius casum prompta existere possit, quando et apostolica praeceptio ad iniuriam beati Petri apostoli illis in partibus non observatur et a te spernitur ac[f] violatur. Si vero erga[g] apostolicam caritatem nostram benevolentia tua haberetur, saltem[h], cur in veniendo idem Rothadus fuerit impeditus, nobis significasses. Recognosce ergo atque[i] considera, quia bene agere[k] minime[k] probaris, cum constet nos[l] Domino[m] annuente praedicti Rothadi causam usque in finem indiscussam nequaquam dimittere, sed pro viribus, eo quod[n] sedem apostolicam appellavit, ad[o] veri examinis perducere[p] aequitatem. Tu autem, frater[q] karissime[q], omnem inoboedientiam depone et tam per te quam per dilectum[r] filium nostrum Karolum gloriosum regem eundem episcopum, quem[s] a nobis exaudiendum[tu] iubemus iterumque praecipimus[v], ad apostolicam[w] beati Petri[x] sedem, cuius membra esse probamini, cum missis tuis quamtotius dirigere stude[y], si tuam[z] caritatem in[a] integritate[b] firmissimae[c] petrae desideras
cf. Matth. 16, 18. collocare, ubi Christus domum suam fundavit. Nam et alterum[d] episcopum[d] post illum[2], qui suam sedem[e] in eius[3] eiectione suscepit[f], ibi non consecres, donec coram nobis de[g] eo[g] examinatione praemissa luce clarius causam eius vera intentione tractemus; quoniam, ut[h] saepe diximus, repetimus ac[i] tenemus[i], quod[k] illum sine[l] examine non dimittemus.

Sed et illud, quod fraternitatem tuam cavere oportet, necessario intimamus, de Guntario[4] scilicet uno[m] de dampnatis, qui[n] contra sanctorum patrum statuta contraque nostri apostolatus et sanctae[o] synodi[o][5] sanctionem, ut[p] fama iactitat[6], iuxta praecedentem consuetudinem de sacro ministerio, quod ei prohibitum fuerat, adtrectare[q] praesumit et id, quod contra eum canonice actum est, inreverenter defendere quaerit. Nos autem, eo quod sic diffinitum cum sancta synodo habemus, nullatenus, si ita est, ei communicamus, sed ab omni communione fidelium illum[r] cum sequacibus, consentaneis fautoribusque suis alienum esse penitus iudicamus. Verumtamen, ne illius sua[s] sola[t] fece[u] tu vel suffraganei tui episcopi[v], sicut iam vobis mandavimus[w][7] coinquinari valeatis[x], summopere exhortamur[y], monemus atque praecipimus. Nam et[z] qualis sit idem[a] Guntarius quantumque[b] sanctorum patrum excesserit[c] regulas, viva voce iubemus: omnibus publicate[d] et eius praesumptionem[e] palam ad canonicam censuram cavendam edicere[f] procurate[g]. Diu sanctitatis vestrae fraternitatem ad exaltationem sanctae[h] suae[hi] ecclesiae Deus omnipotens servet incolumen[k].

---

a) praesentarentur *F.* b) rennuistis *B;* renuistis *C.* c) *deest C.* d) uterque *B.* e) fraternitas tua *D.* f) et *F.* g) *deest C.* h) saltim *C.* i) et *F.* k) minime agere *C.* l) *deest D.* m) *deest F.* n) ad *add. D.* o) *deest F.* p) nos velle *add. Edit.* q) karissime frater *C.* r) *om. D, E.* s) *deest D, E, F.* t) audiendum *D, E, F.* u) venire *add. D.* v) ut eum *add. D.* w) *om. F.* x) apostoli *add. B, E, F.* y) studeas *C.* z) tua *B.* a) *om. B, E, F.* b) integritatem *F.* c) firmissimam *E.* d) alter episcoporum *F.* e) *om. F.* f) suscepimus *F.* g) deo *F.* h) et *F.* i) actenus *C.* k) quoniam *F.* l) *continuatio epistolae est in fol. 145' medio E; v. supra p. 376 l. 43 sq.* m) unum *F.* n) quod *F.* o) sancta synodus *B.* p) vel *F.* q) attractata *C;* contractare *E;* contrectare *F.* r) *deest F.* s) scīa *F.* t) solo *F.* u) face *D;* facto *al. m. corr. in* fece *E;* facto *F.* v) enim *F.* w) mandamus *C; in marg. scr. pro* mandamus *E.* x) velitis *E.* y) exhortamus *B, C.* z) *deest E.* a) *deest F.* b) quantumcumque *C.* c) excederit *B, C, E.* d) publicare *D, E, F.* e) praesumptione *B.* f) educere *B, C;* adicere *corr. F.* g) procurare *D, E.* h) suae sanctae *F.* i) suessonicę *C.* k) incolumem *C, E, F.*

1) *Cf. Ann. Bertin. a. 864 ed. Waitz p. 71 sq.; Dümmler, l. l. II², 93. Schrörs, l. l. p. 257 ann. 72, cui assentior.* 2) *Engelmodum, qui ergo tum iam decessisse de vita videtur; sensus igitur huius loci, quem ex codicibus correximus, commutatur. Cf. Schrörs, l. l. p. 245 ann. 33, supra p. 358 ann. 4, infra p. 388.* 3) *Scil. Rothadi.* 4) *Coloniensi archiepiscopo inde ab a. 850 usque ad a. 863, quo est depositus.* 5) *Romanae 863 c. Oct. 30; cf. supra ep. n. 18 cap. II (p. 285).* 6) *Cf. etiam supra epp. nn. 26 (p. 291) et 29 (p. 296).* 7) *V. supra ep. n. 19 (p. 286).*

66 a[1].

Nicolaus synodo Romanae per ordinem exponit causam Rothadi Suessionensis episcopi, quem multas insidias ab adversariis perpessum tandem inconsulto pontifice Romano, ad cuius iudicium appellaverit cuiusque censurae 'sacra statuta et veneranda decreta episcoporum causas utpote maiora negotia diffiniendas' mandaverint, iniuste esse depositum ostendit. 864 Dec. 24.

864 Dec. 24.

Codd. Vatic. lat. 1344 fol. 102'—103' (B); Vatic. lat. 1343 fol. 144 (C); Paris. lat. 3854 fol. 207 (D); Vallicell. C 15 fol. 151' (E); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 156; Sirmond, Conc. Gall. III, 252, Mansi, Conc. coll. XV, 685; Migne, Patr. lat. CXIX, 890.

Propter[2] eos, fratres, qui non semper affuerunt nobiscum, necesse est sanctitati vestrae[a] causam Rothadi fratris et coepiscopi nostri, quantum Dominus donaverit posse, per ordinem reserare[b], quatenus una nobiscum negotium illius ad liquidum noscens fraternitas et unanimitas[c] vestra nobiscum etiam et de privilegiis apostolicae sedis seu sanctae Romanae ecclesiae a quibusdam nequiter imminutis et evacuatis doleat et zelo ferventiori accensa de his recuperandis[d] sollicita sit et intenta ac de tanto viro, Rothado videlicet consacerdote nostro, ita[e] tractari[e] ac praemeditari[f] studeat: quatenus is[g], qui semper a finibus terrae, ut ita dicam, ad nos, et prius absens, clamavit et beati Petri apostolorum principis memoriam inter saevientium linguas oblivioni non tradidit, sed et[h] de monasteriali districta custodia velut Ionas de ventre ceti et Danihel de lacu leonum ad Deum et ad dilectores atque[i] dilectos apostolos eius vociferatus[k] est et deinde abstractus, licet destitutus et[l] expoliatus atque omni ex parte attenuatus, tandem Deo duce praesidium suum, id est sedem Petri, in qua spei ac fiduciae suae pedes acsi supra firmam petram statuerat, requisivit et plurimis difficultatibus et incommodis atque impedimentorum retinaculis[m] Dei[n] destructis virtute[o] quod inhianter et anxie desideravit adeptus est, cum consolatione et auxilio ac omnis pristini status[p] sui[p] recuperatione ad exemplum et[q] fiduciam[r] multorum recedat, et privilegia sanctae Romanae ecclesiae seu sedis apostolicae semper intemerata, nemine[s] ulterius haec[t] violare praesumente[u], consistant atque permaneant. Denique, fratres, cum praesens Rothadus a multis fuisset retro temporibus a metropolitano suo[3] et quibusdam sectatoribus suis, etiam a sublimiori saeculi[v] persona[4], incessanter observatus, ut aliquo modo eorum insidiis caperetur, et Dei gratia protectus numquam omnino capi potuisset, tandem[5] pro quodam presbytero, qui in turpi fuerat flagitio deprehensus[w] et membris genitalibus detruncatus, materiam inimici eius adversus eum lesionis sumpserunt[x], eo quod iste[y]

cf. Ion. 2; Matth. 12, 40. cf. Dan. 6, 27.

66 a. a) mecum *add. D;* me *add. E.* b) resecare *B, C, D.* c) humanitas *B.* d) recuperandi *C.* e) retractari *D.* f) p̄mitare *C;* praemeditare *E.* g) his *B, E.* h) *om. D.* i) vel *D.* k) vociferatū *B.* l) vel *D.* m) retiaculis *B, D;* recialis *C.* n) *om. B.* o) virtus *C.* p) sui status *D.* q) ut *E.* r) fiducia *B, C, E.* s) minime *B, D, E.* t) *om. E.* u) p̄suñtẽ *B;* praesumentes *D.* v) seculari *corr. E.* w) comprehensus *B, C.* x) supserunt *D.* y) *om. D.*

1) *Sermonem Nicolai clarissimum epistolis huius papae hoc loco inserendum ceterisque de Rothadi restitutione scriptis praemittendum esse censuimus.* 2) *De hac allocutione cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 162 sq., ubi haec ad eam ipsam pertinentia leguntur:* Tunc in die vigiliarum nativitatis domini nostri Iesu Christi, quo secundum olitanam consuetudinem huius apostolicae sedis praesul cum clero et populo in basilica Dei genitricis in Presepe missarum officia celebrare consueverat, iste conveniens cum omnibus, papa benignus fecit in ambone publice de ipso Rhothado sermonem, significans qualiter sedem apostolicam appellans depositus fuerit. *Quae sequuntur:* et in conspectu suo nullus per tot menses accusatorum occurrerit *et cetera referenda sunt ad ep. infra n. 67 et ad veram restitutionem Rothadi. V. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 95 sq. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 258. Jaffé-Ewald, Reg. pontif. I, 355 post n. 2772.* 3) *Hincmaro Remensi.* 4) *Karolo rege.* 5) *Conferatur ad haec omnia Rothadi libellus proclamationis Nicolao oblatus, Migne, Patr. lat. CXIX, 747—752. V. Schrörs, l. l. p. 241 sq.*

864 Dec. 24. sceleratum illum presbyterum ab officio removisset et post tres annos, quod canones[1] non admittunt, minime ullam vocem[a] proclamationis[b] habentem restituere noluisset[c]. Cuius rei gratia facto concilio generali, quod sine apostolicae sedis praecepto nulli fas est vocandi[d 2], vocaverunt hunc episcopi, quos Hincmari[e] Remorum archiepiscopi[f] suggestione regia fecerat iussio[g] convenire, quatenus rationem de illo presbytero coram synodo[3] redderet. Qui libenter quidem primum perrexit[h], sed postea, cum vidisset eorum alios quidem timore regis Karoli[4], qui aderat, obsessos, alios autem favore Hincmari, hostis sui, pellectos, iudicium ipsorum rationabiliter declinans[i], utpote quorum hos quidem iam patiebatur infestos, alios autem iam ex praecedentibus iudiciis habebat suspectos, sedis apostolicae iudicium postulavit et in urbe Roma canonum[5] fultus auctoritate agendum sibi negotium proclamavit. Quo audito Hincmarus[k] ad modicum quidem licentiam illi Romam veniendi concessit, sed post paululum penitus impedivit. Siquidem rursus convocatis[l] quibusdam episcopis misit[m] huic[n], ut[o] ad synodum[6] examinandi[p] iudicandus[q] accederet[r]. Qui haec audiens respondit se apostolicam sedem appellasse ac eius petisse iudicium et idcirco non posse ad illud[s] convenire iudicium, quia non esset licitum a[t] maiori ad minorem provocare prorsus auctoritatem. Quamobrem nimis absurdum[u] est quod Hincmarus fingit, dicens[v] Rothadum, postquam ad iudicium sedis apostolicae provocavit, iterum mutata voce aliorum iudicia postulasse[7]. Quod etiamsi ita fuisset, sicut vestra[w] novit fraternitas, ab illis fuerat emendandum[x] et[y], ne a maioris auctoritatis examine ad minoris valitudinis provocasset iudicium, corrigendum[y], licet nullis[z] pateat indiciis[a] a nostro illum ad[b] alterius cucurrisse iudicia[c], quem constat in ipso articulo contra se praeferendae sententiae sedem apostolicam appellasse, ut, qui[d] se[d] ab illa iudicari poposcerat, coram omnibus exclamasset[e] iustum non fore[f], si ad quorumlibet[g] se iudicia convertisset; quamvis et ipse[h] sedem apostolicam[i] nullatenus appellasset, contra tot[k] tamen[k] et tanta decretalia se efferre statuta[8] et episcopum inconsultis[l] nobis[m] nequaquam deponere, sicut vos bene nostis, debuerunt. Quomodo autem[n] alios iudices elegit Rothadus, cum in[o] illo scripto, per quod fingunt eum a nostro ad suum iudicium

a) *om. B, C, E.* b) proclamationem *E.* c) voluisset *(?) C.* d) *om. B, C, E.* e) Hincmarus *B.* f) archiepiscopus *B.* g) illusio *D.* h) perrexerit *B, D.* i) devitans *D.* k) hunc marus *B.* l) convocatus a *D.* m) iussit *D.* n) hunc *D.* o) *om. B, C, D.* p) examinandum *D;* examinandus *E.* q) iudicandi *B, C; om. D; corr. ex* iudicandi *E.* r) accedere *D.* s) illic *B, C, E; in marg.* illius, illorum *E.* t) *om. C.* u) obsurdum *B, C.* v) dixisse *D.* w) nostra *B, C.* x) emendandus *C.* y) et — corrigendum *desunt B, C, E.* z) nullus *C.* a) iudiciis *B, C.* b) *deest B, C, D, E.* c) iudicio *D.* d) quis *E.* e) exclamasse *B, C, E.* f) foret *B, C.* g) quorum *D.* h) ipsi *B, C.* i) *om. B;* si *add. Edit.* k) tutam̄ *C.* l) inconsultum *D.* m) *om. B, C, D.* n) *om. D.* o) *om. E.*

1) *Cf. conc. Carthag. V. c. 12 (Mansi III, 970).* 2) *Pelagius I. papa docuerat:* synodorum congregandarum auctoritatem apostolicae sedi privata commissam esse potestate nec ullam synodum generalem ratam esse, quae eius non fuerit auctoritate congregata vel fulta *(J.-K. Reg. n. 954). Ex falsis decretalibus cf. Ps.-Iulii decr. c. 5:* Ipsa vero primae sedis ecclesiae convocandarum generalium synodorum iura et iudicia episcoporum singulari privilegio evangelicis et apostolicis atque canonicis concessa sunt institutis, quia semper maiores causae ad sedem apostolicam multis auctoritatibus referri praecepte sunt, nec ullo modo potest maior a minore iudicari *(cf. etiam infra p. 381 ann. 1), c. 6 (Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 459), c. 11 (Hinschius p. 465), c. 13 (Hinschius p. 471); Ps.-Marcelli c. 2 (Hinschius p. 224); Ps.-Felicis II. c. 2 (Hinschius p. 479); Ps.-Damasi c. 9 (Hinschius p. 503); Ps.-Pelagii II. decr.:* cum generalium synodorum convocandi auctoritas apostolicae beati Petri sedi singulari privilegio sit tradita et nulla umquam synodus rata legatur que apostolica auctoritate non fuerit fulta *(Hinschius p. 721). V. etiam infra p. 389 ann. 7. P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales' (Louvain 1907), p. 91 sq. Notandum est hic agi de convocatione — non de confirmatione — conciliorum generalium. — Cf. etiam infra p. 381 ann. 1.* 3) *Pistensi a. 862. Cf. Schrörs, l. l. p. 242 sq.* 4) *Scil. Calvi.* 5) *Sardic. c. 4, Mansi III, 23.* 6) *Suessionensem a. 862. Cf. ad haec Schrörs, l. l. p. 243 sqq.* 7) *Cf. ep. Hincmari Nicolao directam, Migne, Patr. lat. CXXVI, 34 et econtra Rothadi libellum proclamationis, Migne, Patr. lat. CXIX, 749 sq. Schrörs, l. l.* 8) *Inter haec decretalia statuta papam Pseudo-Isidorianas quoque complecti decretales nobis persuasimus. V. etiam p. 381 ann. 1.*

provocasse, nec nostrum sprevisse nec illorum petisse iudicium iudicetur? Praecipue tum[a], si[a] iudices praeter[b] nos[b] elegisset[c], et nomina[d] et[d] certum[e] numerum[e] eligendorum iudicum[f] expressisset et non utique fraternum solatium, sicut per illud[g] scriptum postulavit, solummodo[h] postulasset. Utrum tamen ipsum scriptum a Rothado missum sit necne, certissime nescitur, quoniam alterius et non Rothadi homo fuisse convincitur, qui idem[i] scriptum portasse noscitur. Quamquam etsi numquam provocasset, numquam nos appellasse[k] constaret, quod saepe dicendum est, numquam omnino praeter scientiam nostram deponi debuerit[l], quia sacra statuta et veneranda decreta episcoporum causas utpote maiora[m] negotia nostrae diffiniendas[n] censurae mandarunt[1]. 864 ca. Dec. 24.

67.

Nicolaus clero et plebi Romanae Rothadi restitutionem notificat.

864 ca. Dec. 24 (865 Ian. 21).

Codd. Vatic. lat. 1344 fol. 103' (B); Vatic. lat. 1343 fol. 145 (C); Paris. lat. 3854 fol. 208 (D); Vallicell. C 15 fol. 153 (E).

Edd. Editio Romana (1591) III, 158; Sirmond, Conc. Gall. III, 254; Mansi, Conc. coll. XV, 687; Migne, Patr. lat. CXIX, 892. — Cf. J.-E. Reg. n. 2782 (2097).

NICOLAUS[a] SANCTAE CATHOLICAE APOSTOLICAE[b] ROMANAE[b] ECCLESIAE[c] OMNIBUS EPISCOPIS, PRESBYTERIS, DIACONIBUS ET CUNCTAE IN CHRISTO GENERALITATI ROMANAE PLEBIS[2].

Notum sit dilectioni vestrae, fratres mei et filii karissimi, quoniam[d] quidam Gallorum episcopi zeli et invidiae diaboli facibus accensi, quia 'mors', sicut scriptum est[e], 'introivit in orbem terrarum', huic fratri nostro Rothado venerabili viro insidiantes et Sap. 2, 24.

a) *corr.* cum si *E.* b) paternos *C, D.* c) eligisset *B.* d) *desunt D;* nominasset *E.* e) numerum certum *C.* f) iudicium *B, E.* g) illum *B, C.* h) sollumodo *C.* i) *om. D.* k) appellare *D.* l) debuerat *B.* m) maiore *E.* n) diffiniendis *E.*

67. a) Nicholaus *C, D.* b) Romanę apostolicę *D.* c) episcopus *add. E.* d) quod *D.* e) per invidiam *add. D.*

1) *Perpauci sunt, qui dubitent, quin in praecedenti sermone — et praecipue in eius fine — necnon in ceteris scriptis ad Rothadi restitutionem pertinentibus Pseudo-Isidorianae, quae dicuntur, decretales a Nicolao receptae et adhibitae sint. De sententia: causae episcoporum tamquam causae maiores a sede apostolica sunt iudicandae cf. e multis Decreta Iulii c. 5. 6 (ed. Hinschius p. 459), v. supra p. 380 ann. 2, c. 7 (ibid. p. 460), c. 11, 12 (ibid. p. 464 sqq.); Anacleti c. 17 (ibid. p. 74), c. 34 (ibid. p. 84); Zeppherini c. 6 (ibid. p. 132); Marcelli c. 2 (ibid. p. 224); Melchiadis c. 3:* semper maiores cause sicut sunt episcoporum et potiorum cure negotiorum ad unam beati principis apostolorum Petri sedem confluerent, ut inde suscipiant finem iuditiorum, unde acceperunt initium institutionum, ne quandoque a suo discreparent capite *(ibid. p. 243); Vigilii c. 7 (ibid. p. 712); Pelagii II. ep. 1 (ibid. p. 720 sqq.). Cf. etiam infra p. 389 ann. 3. — V. E. Seckel in 'Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche'[3] XVI, 290 (1905) s. v. 'Pseudoisidor'. Libros scriptos, qui de toties tractata quaestione receptionis falsarum decretalium apud sedem apostolicam disserant, enumeratos fere omnes invenies ab E. Seckel, l. l. XVI, 265 sqq. et H. Schrörs in 'Historisches Jahrbuch' XXV, 2 sqq. (1904). Quibus addendi sunt praecipue: P. Fournier, 'Étude sur les fausses Décrétales' (Extrait de la Revue d'histoire ecclésiastique VII n. 1—4, VIII n. 1, Louvain 1907); A. Lapôtre, De Anastasio bibliothecario sedis apostolicae (Parisiis 1885). Praeter hos duos auctores ad omnia, quae ad istas res pertinent, semper conferantur: Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², Schrörs, 'Hinkmar von Reims' (quae in hoc opere scripsit, eis, quae idem doctus vir postea de eadem re disseruit in 'Historisches Jahrbuch' XXV, 1 sqq. (1904), XXVI, 275 sqq. (1905) etsi non recipientes tamen praeferimus), A. V. Müller, 'Zum Verhältnisse Nikolaus' I. und Pseudo-Isidors' in 'Neues Archiv' XXV, 652—663 (1900), C. H. Föste, 'Die Reception Pseudo-Isidors unter Nikolaus I. und Hadrian II.' (Diss. Leipzig 1881). — Qua de controversia quid ipsi arbitremur, brevi tempore accurate nos exposituros speramus.* 2) *De hac publicatione restitutionis Rothadi cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 96. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 258; de tempore v. Analecta iuris pontif. X, 123. Composita est haec notificatio iam circa diem nativitatis Domini a. 864. (v. etiam infra p. 382 l. 10 cum ann. 2, supra p. 379 ann. 2), die vero 21. Ian. a. 865. Romae relecta atque publicata. Cf. etiam Lib. pontif. ed. Duchesne II, 163.*

865 Ian. 19. per octo circiter annos, quemadmodum illum proprio privarent[a] episcopatus[b] officio[b], meditati sunt. Sed cum diutissime laborantes nichil discriminis potuissent super eum inducere, novissime mundanis potestatibus usi[c] depositionis sententiam in eum[d], dum[d] sedem apostolicam appellaret[e], inmanissime protulerunt et in[f] imminutionem[f] et abolitionem[g] privilegiorum sanctae Romanae ecclesiae, immo beati Petri apostolorum principis gradu proprio pulsum carcerali custodiae manciparunt. Unde istum clamantem[h], ut adducerent et ad nostrum illum iudicium, ad quod ante depositionem[i] et postea inpraetermisse provocaverat, cum suis vicariis, qui illum, si valerent, accusatione digna adpeterent, destinarent[k], plurimis epistolis[1] eisdem episcopis iussimus et hortati sumus. Sed ecce, dilectissimi, sicut ipsi scitis, sex[l] mensibus[2] iam praesenti[m] Rothado Romae apud nos morante[n] et nobis accusatores vel vicarios eorum praestolantibus nullus, qui hunc accusaret, adesse videtur. In quo, fratres, quid aliud datur intellegi, nisi quod sanctus papa dicit[3] Bonifatius, quia, sicut qui est innocens ut absolvatur quaerit, ita iudicium nocens subterfugit[o]? Verum nos Deo auctore beatorumque principum[p] apostolorum Petri et[q] Pauli[q] fulti suffragio, decessorum quoque nostrorum secuti vestigia sedis[r] apostolicae[r] privilegia[r], quae illi male fregisse probantur, recuperare studentes iam fatum virum, praesentem videlicet Rothadum, pristino gradui, pristinis officiis ac pristino episcopatui restituimus[4] et[s] per omnia talem eum reddimus, qualem illum fuisse constat ante excommunicationis et[t] depositionis[t] sententiam in eum prolatam vel quando sedem apostolicam appellabat et canonice provocabat.

68.

Nicolaus Rothadum in episcopalem dignitatem restitutum ad ecclesiam Suessionensem resque ad eam pertinentes — magna ex parte detractas — resumendas adhortatur. Tuitionem apostolicam contra adversarios ei affuturam esse promittit. *865 Ian. 19.*

Codd. Vatic. lat. 1344 fol. 110'—111 (B); Vatic. lat. 1343 fol. 146' (C); Paris. lat. 3854 fol. 218 (D); Vallicell. C 15 fol. 166' (E).

Edd. Editio Romana (1591) III, 172; Sirmond, Conc. Gall. III, 265; Mansi, Conc. coll. XV, 701; Migne, Patr. lat. CXIX, 909. — Cf. J.-E. Reg. n. 2781 (2102).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS[b] SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ROTHADO EPISCOPO SANCTAE[c] ECCLESIAE[c] SUESSONICAE[5].

Decessorum exempla meorum imitans mirabiliumque virtutum eorum flagrantiam[d] sequens oportet omnibus larga me huius ecclesiae, quae mater est omnium Dei ecclesiarum, pietatis ubera praeparare atque universis undique ad eam confluentibus tamquam fidelem et prudentem summi patris familias servum apertum eius exhibere[e] misericordiae[f] gremium. Et ideo, quia constat sanctitatem tuam metropolitano tuo[6] et quibus-

---

a) privassent *D.* b) episcopatu iudicio *D.* c) *deest B.* d) eundem *D.* e) appellantem *D.* f) inminutionem *D.* g) abhominationem *D.* h) clamante *B.* i) depositione *C.* k) destinare *D.* l) ex *B.* m) praesente *D.* n) manente *D.* o) subinterfugit *D.* p) principis *D.* q) apostoli *B, C, D.* r) privilegia *om. B, C;* privilegia sedis apostolicae *D.* s) ut *B.* t) *desunt B, C, E.*

68. a) Nicholaus *C, D.* b) *deest E.* c) ecclesiae sanctae *B.* d) flagrancia *C.* e) et *add. C.* f) *om. C.*

1) *Cf. supra epp. nn. 55, 57, 58, 65, 66.* 2) *Cum hac significatione temporis concordant, quae Rothadus in libello proclamationis papae porrecto dicit (Migne, Patr. lat. CXIX, 752):* Ecce iam per dimidium annum ante ianuam apostolicae pietatis pulsans assisto *etc. Circiter mense Iunio a. 864. episcopus Suessionensis Romam venerat.* 3) *Mansi IV, 394, Hinschius, Decr. Ps.-Is. p. 555 (J.-K. Reg. n. 349).* 4) *De restitutione Rothadi cf. praeterea: Sermonem Nicolai, quem iam edidimus (supra n. 66 a), epp. infra editas nn. 68—72, Ann. Bertin. a. 865 p. 76 ed. Waitz, Lib. pontif. ed. Duchesne II, 162 sq. Dümmler, l. c. II², 94—99, 132 sq. Schrörs, l. c. p. 258—267.* 5) *Hoc decretum, etsi datum est die 19. Ian., editum tamen traditumque Rothado in synodo die 22. Ian. 865 celebrata esse videtur. Cf. Jaffé-Ewald, Reg. I, 356.* 6) *Hincmaro scilicet.*

dam eius sequacibus te impetentibus nobis inconsultis gradus tui iacturam sustinuisse et ecclesia propria caruisse ac deinde nobis etiam decernentibus hanc minime actenus recepisse et iuxta quod iusseramus[1] nullam tuae restitutionem deiectionis[a] habere, nos hanc depositionem, utpote quae sine ulla nostra notione[b] tam[c] irregulariter[d] est effecta, depositionem nec fuisse nec esse deliberamus, cum etiam nec fuerit dies, qua te[e] et[f] absentem et praesentem non inter episcopos habuerimus, scripserimus et coluerimus. Et ideo auctoritate Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium decessorum meorum sedis apostolicae praesulum pristino gradui ac pristinae te[g] reformamus ecclesiae[2], ita ut, quicumque tibi ad recipiendum ecclesiam olim tibi commissam vel ad episcopale ministerium[h] peragendum aliquatenus impedierit, donec acquiescat et tibi obsistendi conatum[i] deponat, a sacrosanctis misteriis et ab ecclesiae sit ingressu remotus atque ab omni communione fidelium sequestratus; quia quem praesentialiter nemo accusat, nos inter dampnatos[k] habere nec possumus nec debemus. Praecipue cum dampnatores tuos vel vicarios eorum frequentibus apostolatus nostri vocaverimus apicibus[3] et nullum ipsorum ad te accusandum[l] videre penitus quiverimus[m], sed tantum quidam[4] eorum[n] praesens positus et alii[o] scriptis[5] suis nobis significaverint[p], quod nulla te accusatione impetere voluissent, sed nec, etiam si secundum iussionem nostram venire potuissent, adversus sanctitatem tuam accusationes aliquas attulissent. Et proinde, quia[q] per tot curricula temporum sufficientibus datis indutiis[r] nullus[s] ad tui accusationem[t] accessit, praecipue cum tu ad reddendam rationem paratus semper existeres[u], nos te[v] nec[v] dampnare possumus nec inter dampnatos relinquimus. 865 Ian. 19.

Resumat[w] ergo venerabilitas tua officium olim[x] sibi[y] commissum, fruatur beneficio divinitus sibi collato, utatur episcopali ministerio[z], pristina dignitate resumpta recipiat ecclesiam, quam sibi Dominus commendavit et[a] tu quoque bonis initiis percepisti et veraci ac multiplici fama testimonium tibi[b] dante dignis successibus adornasti, ita ut sine quacumque et cuiuscumque[c] contradictione vel impedimento talis habearis in omnibus, qualis ante[d] in te prolatam excommunicationis et depositionis sententiam extitisse dinosceris. Sane, ne iustitiam tegere nostrae tantum videamur[e] voluntatis arbitrio ac per hoc aestimemur[f] ecclesiasticis legibus obviare, sancimus[6], ut sanctitas

---

a) dilectionis *D.* b) notitione *B, C, E.* c) *deest D.* d) regulariter *D.* e) *deest D, E.* f) *deest B.* g) *deest B, D.* h) misterium *B, C.* i) dn̄atum *B;* donatum *C.* k) dapnatos *C, D.* l) accusantium *C, D.* m) nequiverimus *B;* quiverimus — positus *(l. 16) desunt E.* n) *deest D.* o) aliis *B, E.* p) significaverunt *D.* q) et *C.* r) indiciis *D, E.* s) nulli *C.* t) vocationem *C.* u) existeris *B, C, D.* v) nec te *E.* w) Presumat *C.* x) *deest B.* y) *deest D, E.* z) misterio *B, C.* a) quam *add. D.* b) sibi *D.* c) *suprascr. B.* d) antea *B, D.* e) videamus *C, D.* f) estimemus *B, C;* existimemur *E.*

1) *Cf. epistolas fere omnes supra in hac parte editionis nostrae editas.* 2) *V. p. 382 ann. 4.* 3) *Cf. epp. supra nn. 55, 57, 58, 66.* 4) *Sentit Nicolaus Odonem Bellovacensem episcopum, cf. infra ep. n. 69 (p. 386), ubi eadem similibus verbis exponit.* 5) *Quae non exstant. Cf. etiam infra p. 386 sq.* 6) *In sequentibus de exceptione spolii, quae dicitur, papa loquitur. Quae hic proferuntur ex collectione Pseudo-Isidoriana magna ex parte hausta esse manifestum est. Cf. ep. Damasi papae ap. Hinschium, Decr. Ps.-Isid. p. 503 c. 12, 13 (J.-K. Reg. n. 243):* — — ad tempus diuque illis resumptis viribus et suis potestative fruentibus — —. Scimus enim homines inermes non posse cum armatis rite pugnare, — —; *v. praefat. Isidori ibid. p. 18:* — antequam omnia sibi ablata ei legibus restituantur et ipse pacifice diu suis fruatur honoribus —; *decretum Symmachi papae synodale ibid. p. 676:* — nec ullus episcopus suis rebus expoliatus — — aut ad synodum tam provintialem quam generalem posse convocare aut in aliquo iudicare, antequam cuncta, quae eis ablata sunt, legibus potestati eorum pacifice per omnia redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari — —. — — non est privilegium, quo expoliari possit iam nudatus. *Cf. praeterea e numero falsarum decretalium similia continentium: Ps.-Zeppherini decr. c. 11, 12 (Hinschius p. 133); Ps.-Stephan. c. 6 (Hinschius p. 184); Ps.-Felicis I. c. 10 (Hinschius p. 201); Ps.-Iulii c. 12 (Hinschius p. 468); Ps.-Felicis II. c. 3 (Hinschius p. 480). — De exceptione spolii cf. F. Ruffini, 'L'actio spolii. Studio storico-giuridico' (Turin 1889), praecipue p. 212—224; P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales' p. 89 sq. 105 sqq.*

865 ca. Ian. ex. tua prius receptis omnibus, quae ante possedisse[a] dinoscitur[b], et ecclesia potestative[c] fruens et per aliquod tempus inoffense gubernans resumptisque[d] viribus et sibi ablatis[e] omnibus redintegratis sic demum, si qui sunt, qui[f] tibi aliquid conentur obicere, fortis iam et valida cum ipsis disceptationis luctamina[g] aggrediatur[h] et, iuxta[i] quod ratio dictat et sacrae praecipiunt sanctiones, vestitus cum vestito[k] et armatus cum armato ecclesiastico more tempore[l] a nobis praeordinando coram sedis apostolicae praesule contra tuos adversarios in[m] conflictum ineas[n], quicquid regulariter diffinitum fuerit, procul dubio suscepturus. Quia vero de sanctae ecclesiae Suessonicae vel de sibi competentium diversorum locorum rebus multi multa distraxisse[o] ac[p] diverso[p] modo actenus illis[q] frui dicuntur, sanccimus atque decernimus, ut post secundam et tertiam conventionem et ammonitionem sanctitatis tuae quisquis res praefatae ecclesiae, quas tu aliquando ad usum vel sustentationem illic servientium vel tibi obsequentium fruitus[r] fuisse dinosceris[s], retinere[t] et sibi ulterius absque voto tuo vendicare[u] temptaverit et illas, qualescumque et ubicumque et quantaecumque[v] fuerint, possidendas praedictae ecclesiae Suessonicae minime dimiserit, tamquam sacrilegus[w] anathematis[x] reus[y] vinctus ab ecclesiae gremio atque a[z] sacro corpore et pretioso domini nostri Iesu[a] Christi[a] sanguine, donec praesenti decreto nostro acquieverit, habeatur modis[b] omnibus[b] alienus et tamquam violentus[c] invasor atque tyrannus sit Christianorum communione privatus, ita ut, qui huiusmodi in communione[d] susceperit, simili poena teneatur astrictus.

Scriptum[e] per manum Petri[1] notarii regionarii et scriniarii sanctae Romanae ecclesiae in mense Ianuario[f] indictione[g] tertia decima.

Data[h] XIIII. Kalendas Februarias per manum Tyberii[i][1] primicerii sanctae sedis apostolicae imperante domno piissimo semper[k] augusto Hludowico[l][2] a Deo coronato magno pacifico imperatore anno sexto decimo, indictione XIII[h].

69.

Nicolaus Karolo Calvo scribit a se restitutum esse Rothadum; quem laudibus effert, inimicos eius vehementer reprehendens. Hortatur regem, ut Rothado ad ecclesiam et ad omnia ei ablata recipienda faveat. Excommunicationem eis denuntiat, qui in his Rothadum impedierint. *865 ca. Ian. ex.*

Codd. Vatic. lat. 1344 fol. 103'—105 (B); Paris. lat. 3854 fol. 208' (C); Vallicell. C 15 fol. 154 (D).

Edd. Editio Romana (1591) III, 158; Sirmond, Conc. Gall. III, 254; Mansi, Conc. coll. XV, 688; Migne, Patr. lat. CXIX, 893. — Cf. J.-E. Reg. n. 2783 (2098).

[NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[a]] DILECTO FILIO KAROLO GLORIOSO[b] REGI[b][3].

Quamquam Rothadum[c] venerabilem episcopum sedem apostolicam appellantem Domini sacerdotes, qui in regno vestro ecclesias sibi commissas gubernant, in con-

---

a) -disse *suprascr. B.* b) dignoscitur *B;* noscitur *E.* c) potestaue *D.* d) p̄sumptis *D.* e) abbatis *D.* f) *deest C.* g) luctamen *B, E.* h) egrediatur *C.* i) iusta *B.* k) vestimento *D.* l) *deest B.* m) *deest D.* n) *om. B, C, D, E.* o) detraxisse *D.* p) a diverso *C, D;* adverso *E.* q) *deest B.* r) fruitur *B, C.* s) dinoscitur *B.* t) *deest E.* u) vindicare *C, E.* v) quantacūque *C.* w) sacrilegis *B, C, D;* sit *add. E.* x) anathemate *E.* y) rebus *B, C, D;* rēb *(sic!) E.* z) *deest D.* a) *desunt C, E.* b) omnibus modis *D.* c) violent⁻ *B, C;* violenter *E.* d) communionem *E.* e) Scriptum *usque ad finem desunt C;* Scripta *D.* f) Ianuarii *E.* g) *sequitur:* SV̄BS *D.* h) Data — XIII. *(l. 24) desunt; add. (?):* Bene vale in nomine Domini *D.* i) Tiberii *E.* k) p̄p̄ *E.* l) Lodouico *B;* Hludouico *E.*

69. a) Nicolaus — Dei *desunt B, C, D.* b) *desunt B, D.* c) Rothaldum *C.*

1) *Cf. J.-E. Reg. I, 341.* 2) *II. (a. 850—875).* 3) *Cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 132; Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 262. De tempore v. infra p. 387 ann. 2.*

temptu beati apostolorum principis Petri, per[1] quem apostolatus et episcopatus in Christo cepit exordium, cuiusque nos[a] vices[a] licet inmerito agimus, episcopatu[b] privare[c] numquam debuerant, tamen quia hoc praesumpserunt, immo conati sunt agere, aequanimiter pro vestra satis deprecatione pertulimus et, ut tantam temeritatem corrigerent, eis ortamenta et praecepta potius quam flagella saepius adhibuimus. Sed horum, immo huius contumaciae nullus alius[d] auctor nisi Hincmarus Remorum episcopus extat, qui et praedictum Rothadum, etiamsi numquam ad nostra provocasset[2] iudicia, nequaquam deponere debuit; sed contemptis nobis, quantum ex se fuit, deposuit et multitudinem iussionum nostrarum ut peripsima[e] duxit[f]. Denique cum nostris fuisset[g] auribus[g] ipsius Rothadi depositio intimata, mox epistolam[3] apostolatus nostri misimus, qua iussimus iam fatum Rothadum aut honori ecclesiae[h] propriaeque[i] restitui aut Romam cum aliquibus de episcopis vel vicariis eorum, qui illum dampnasse videbantur, in praesentiam nostram dirigi aut certe, si neutrum fieret, tamdiu post triginta dierum spatium depositores eius a missarum sollempniis vacarent, quousque nobis super his[k] oboedire curassent[l]. De qua etiam epistola vestrae tunc intimavimus[4] excellentiae; sed hanc frater Hincmarus quid dicam audire, cum videre[m] illam more Dioscori[5] vel[n] Acatii[n 6] despexit[o]. 865 ca. Ian. ex.

Ne quem vero moveat, quamobrem[p] Rothadum episcopum Romam venire vel apud nos audiri ac iudicari[q] iussimus, noverit canonicam super hoc paternam traditionem ac[r] specialem praerogativam apostolicae sedis nos extitisse zelatos atque secutos. Denique, ut pauca de multis commemorem, si adversus provinciae metropolitanum episcopus[s] vel clericus habet[t] querelam, iuxta Calcidonenses[u] regulas[7] iubetur[v], ut petat primatem dioceseos aut sedem regiae urbis Constantinopolitanae et apud ipsum iudicetur. Quod tamen nulli dubium est multo magis apud Romuleam urbem quam apud Constantinopolitanam esse penitus observandum. Nam et ipse Rothadus secundum[w] Sardicense concilium[8] agendum sibi negotium in urbe Roma clamavit; et beatus Innocentius papa sine praeiudicio Romanae ecclesiae praecipit[x 9], cum[y] causae[z] vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortae, nulli licere[a] relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. Sed et papa Iulius Orientalibus scribens[10] utramque partem, Athanasii scilicet et adversariorum[b] eius, ad[c] suam[c] iubet[c] accelerare praesentiam, quatenus utraque parte praesente audiretur reus et ab

---

a) *desunt C.* b) episcopatum *C.* c) privari *C.* d) *deest C.* e) *corr. al. m. in* peripsema *(graece: περίψημα) D.* f) duxerit *C.* g) auribus fuisset *C.* h) ecclesiaeque *D.* i) propriae *D.* k) *deest B, C, D.* l) curarent *B.* m) uiderē *B.* n) vel acii *B;* velatus *C.* o) dispexit *B.* p) *al. m. corr. in marg. pro* quod *D.* q) diiudicari *B.* r) hac *B; deest, ss. al. m.* hanc *D.* s) episcopum *C.* t) habeat *C.* u) Calcidonensis *B.* v) habetur *B.* w) *om. B;* iuxta *D.* x) praecepit *B, D.* y) cum sine quae *B;* ut si quae *D.* z) causa *D.* a) licet, *in marg. al. m.* liceret *D.* b) adversoriorum *B.* c) *desunt C.*

1) *Cf. ep. Innocentii I. ad Victricium Rotomagensem episc., Mansi III, 1033, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 529 (J.-K. Reg. n. 286).* 2) *Cf. supra p. 358 ann. 3.* 3) *Supra ep. n. 55 (p. 353 sq.).* 4) *In ep. supra n. 56 p. 355.* 5) *Cf. supra p. 298 ann. 3.* 6) *Constantinopolitani patriarchae (471—489).* 7) *Conc. Chalcedon. c. 9, Mansi VII, 376. Cf. Schrörs, l. l. p. 265 ann. 108; Lapôtre, De Anastasio bibliothecario p. 182 ann. 2.* 8) *C. 4, Mansi III, 23.* 9) *In ep. ad Victricium Rotomagensem episc., Mansi III, 1033, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 529 (J.-K. Reg. n. 286).* 10) *Dissentiunt viri docti, unde quae sequuntur laudentur. Cf. e multis Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. CCV. Lapôtre, l. l. p. 157 sqq. Schrörs, l. l. p. 266 ann. 111. Vide autem infra ep. n. 88, ubi pro simillima laudatione Iulii papae Theodoretus (vel Cassiodorus) nominatur; quem huius quoque loci fontem fuisse (cf. Migne, Patr. lat. LXIX, 959 l. IV c. 6) cum P. Fournier ('Étude sur les fausses décrétales' p. 90 ann. 4) contra A. Lapôtre, l. l. — qui receptionem falsae Iulii decretalis (ap. Hinschius, l. l. p. 464) supponit — coniciam. Cf. etiam Iulii epistolam, Mansi II, 1211 sqq. 1222 sq. (J.-K. Reg. n. 186). An litterae Iulii papae hodie deperditae hoc loco significantur (v. p. 386 ann. 1)?*

865 ca. Ian. ex. omnibus condempnatus de cetero cohiberetur a sacerdotio. Oportebat enim[a], inquit[1], primum hoc fieri et tunc vacante loco alterum constitui.

In quibus tamen omnibus multipliciter adhuc contempti, per Odonem[b] post[c] haec[c] venerabilem episcopum[2] ad eadem rursus inter multa monita[d] misimus[e 3], videlicet ut Rothadus[f] eductus[g] de monasteriali[h] custodia vel prioris[i] ecclesiae proprio redderetur honori[k] vel Romam cum vicariis episcoporum, qui in depositione illius consenserant, in conspectu nostro examinandus[l] destinaretur[m] aut post triginta dies nec ipse Hincmarus[n] nec ceteri episcopi, qui eum dampnaverunt[o], licentiam faciendi missas haberent. Sed denuo frater noster Hincmarus, in contumelia nostra versatus, non solum non oboedire nobis delegit, verum etiam epistolam nostram, quam ad eum et ad episcopos, qui in depositione Rothadi sibi consenserant, miseramus, apud se per quattuor menses retinens[4], quae de Rothado decrevimus, etiam inter haec diversis[p] aliis[p] pro hac eadem causa nostris epistolis[5] per nonnullos directis[q] crebro contemptis, agere recusavit; praeterea[r] Rothadum de monasteriali custodia eductum in[s] civili[s] commutari praecepit. Tandem aliquando nobis scribens[6] misisse[t] se[u] una cum ceteris episcopis vicarios suos, qui cum Rothado in nostram praesentiam pervenirent, sed dictum illis esse nullum sibi aditum Italiam penetrandi prae custodibus[v] fore, qua de re unde venerant redisse[w]. Quo dicto quid inanius vel stultius aestimari potest, si[x] verum[x] esset[x], quam quod ad solum vacuum sermonem, nulla persona sibi resistente nulloque sibi adversario certo contradicente, quemquam[y] deserere tantum opus et sine ulla utilitate retro[z] reverti[z]? Praesertim cum, si certissime nos[a] impedire[a] quemlibet[a] illos[ab], quo[c] minus[c] commissa sibi responsa[d] vel[d] ecclesiastica negotia consumarent, comprehendissemus, zelo competenti succensi tanto contra huiusmodi temeratores[e] ferventius inveniremur[f], quanto hanc impietatem ab ipsis fuisse patratam[g] certius nosse utique videremur[h]. Verum haec lusorie nobis illi vel dicunt vel operantur, cum ecce biennium transierit[7], ex quo nos[i] diversis modis pro iam fato viro laborantes, modo hoc, modo illud eis proponentibus, nichil omnino profecimus, sed adhuc dissimulamur[k], adhuc operimur[l] et, ut cum beato veraciter[m] Simplicio papa dicamus[8], nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod dignum est; nam docente[9] sancto aeque papa Zosimo contumeliae studio fit[n] quicquid interdictum totiens usurpatur.

Sane his interim omissis considerare libet, quia prius Odo[o] venerabilis episcopus praesentialiter positus[p] et inde ceteri vestri[q 10] legati nichil accusationis adversus Rothadum episcopum se detulisse testati sunt; et illi episcoporum vicarii, qui ab[r] ipsis suis

---

a) *deest C.* b) ordinem *B; al. m. in marg.* ordinem *D.* c) *in marg. pro* postea *D.* d) munita *B.* e) *in marg.; corr.* iussimus *ex* missimus *D.* f) Rothadum *B.* g) seductus *C.* h) monastiali *C.* i) priori *B.* k) honore *B.* l) examinandum *B, C.* m) destinarent *C.* n) Hincmarum *B.* o) dampnaverant *C.* p) diu saliis *B.* q) directas *B.* r) p̃t *B;* praeterquam *D.* s) in cu illi *B.* t) misse *B.* u) *om. B, C.* v) hostibus*; in marg. al. m.* custodibus *D.* w) redidisse *B.* x) *desunt C.* y) quam *C.* z) retroverti *C.* a) eos impeditos re illi *C.* b) illis *B.* c) cōminus *B;* cominus *C.* d) responsalis *D.* e) temeratore *B.* f) venerimus *B;* veniremus *D.* g) patratum *B.* h) videremus *B.* i) *deest C.* k) *sic emendavimus;* dissimulamus *B, C, D.* l) operimus *C.* m) *deest C.* n) sit *B.* o) Odio *C.* p) dispositus *C;* positis *D.* q) nostri *C.* r) ad *B.*

1) *Sic codices exhibent, priores autem editiones:* inquam. *Ubi vero haec exstent, non repperimus. V. etiam supra p. 385 ann. 10.* 2) *Bellovacensem (a. 861—881).* 3) *Cf. supra epp. nn. 57, 58 (p. 355 sqq. 362 sqq.).* 4) *V. etiam infra ep. n. 70 (p. 390); Schrörs, l. c. p. 252.* 5) *Cf. supra p. 374 ann. 7 et ep. n. 65 (p. 377); illas epistolas papa significare videtur.* 6) *Non exstat; cf. de his Schrörs, l. c. p. 257 ann. 72. V. etiam supra ep. n. 66 p. 378 cum ann. 1.* 7) *Primae epistolae pro Rothado (supra nn. 55, 56 p. 353 sqq.) ineunte a. 863. scriptae sunt.* 8) *Ep. ad Iohannem episc. Ravennatem, Mansi VII, 972 (J.-K. Reg. n. 583).* 9) *Ep. ad Hesychium Salonitanum episc., Mansi IV, 348, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. 553 (J.-K. Reg. n. 339).* 10) *Sic legendum esse — non* nostri *— iam H. Schrörs, l. c. p. 253 ann. 61 coniecit; quod probatur codicibus B et D. — Ad Liudonis diaconi legationem (cf. supra p. 374 l. 4) hoc loco papa alludere videtur.*

praesulibus, ut rationem deiectionis Rothadi exponerent, mitti dicebantur, nobis professi 865
sunt, scribentes[1] ab itinere, quod non ad[a] accusandum Rothadum fuerint a suis antisti- ca. Ian. ex.
tibus[b] destinati. Praesertim cum saepedictus Rothadus in apostolica quam petiit sede
ecce octo circiter mensibus sit moratus[2], et qui hunc accusaret nullum nos penitus
videre potuerimus[c]. Ergo cum ita sit, restat, ut, qui nullum patitur accusatorem, nullum[d]
merito sustineat omnino suae integritatis dispendium. Denique tunc constat accusatorem
examen subterfugere, quando iustas[e] se[e] posse querimonias habere desperat[f]. Sic nimi-
rum Iudei lapidibus adulteram mulierem obrui debere putabant, ubi ad verum iudicium cf. Ioh. 8, 3—9.
hanc detulerunt, et quod existimabant videre non viderunt et quod non putabant audire
audierunt, confusi et reveriti recesserunt[g]. Sic ergo, sic depositores Rothadi, cum ad
examen, in quo idem inimici fuerunt ipsi accusatores et iudices, venerunt, in faciem
ipsius, quem supplantare voluerunt[h], immobiles perstiterunt[i]. At ubi ad nostrum pro-
vocatum est iudicium, in quo Deo revelante veritas[3] si exagitaretur[k], in lucem[l] clare-
sceret, omnia falsitatis argumenta destructa sunt et fabricatores mendacii terga subito cf. Iob 13, 4.
converterunt. At vero Rothadus episcopus, conscientia purus, conversatione innocens,
columbarum simplicitate ac prudentia serpentis insignis[4], cum ad examen Romanae cf. Matth. 10, 16.
ecclesiae ventum esse perspexit[m], ubi nullum suspectum habet, nullum inimicum passus
est, ubi, inquam[n], ut[o] sanctus[p] ait[5] papa Coelestinus, *semper catholicis subvenitur, iudicium*
non timuit, examen suum renovari petiit et[q], quicquid a nobis deliberari cerneret, libenti
suscipiendum mente[r] disposuit; quia, ut beatus ait[6] Bonifatius papa[r], *nullus*[s] *dubitat, quod*
ita iudicium[r] *nocens subterfugit, quemadmodum ut absolvatur qui est innocens quaerit*[s]. Ergo
videant accusatores et[t] dampnatores Rothadi, qua intentione cum eo iudicium subire
refugerint, quia Rothadus[u], qui est auctore Deo innocens, concilium sanctorum non cf. Ps. 88, 8.
solum non[v] subterfugit, sed et magnopere postulavit.

Itaque sciat sublimitas vestra Deo opifice a nobis saepefatum Rothadum[w] episco-
pum pristinae[xy] dignitati et[z] ecclesiae restitutum[7]. In quo utrum veritate fulciatur,
quod de vestra dilectione a nonnullis refertur, modo patebit. Si enim milia gemmarum
et pretiosarum spetierum beato Petro daretis[8], nec illi tam[a] accepta nec nobis, quam[b]
si nobis super hoc oboediatis, profutura existerent: nimirum cum illius sit[c] hominum[c]
salutem exquirere, non cumulos thesaurorum coacervare. Favete tandem, quaesumus, cf. 1. Petr. 1, 10.
nobis pro crebro dicto viro totiens adeuntibus, et ecclesiam sibi[d] commissam recipiendi
per vos non impedimentum, sed praesidium prorsus inveniat, ne, quaesumus, dicatur
de vobis[e] procedente tempore, quod nunc de Theoderico[f 9] scripto profertur. Qui ante[10]

---

a) *om. B.* b) antistibus *B.* c) potuissemus *B;* potuimus *C, D.* d) nullo *B, C.* e) se iustas *C.* f) disperat *B.* g) discesserunt *C.* h) noluerunt *B.* i) persisterunt *B.* k) exaggeraretur *C.* l) luce *D.* m) perspexi *B.* n) *suprascr. corr.* in quam poscit res; *in marg.* ubi cum poscit res *D.* o) *deest B.* p) *deest D.* q) ut *D.* r) mente — iudicium *desunt B;* mente — papa *desunt D.* s) nullus — qui est innocens ut absolvatur quaerit *in marg. add. D.* t) vel *C.* u) Rothadum *B.* v) *om. B, C.* w) *om. C.* x) pristina *B.* y) et *add. B, D.* z) *deest B.* a) tn̄ *C.* b) tam *B.* c) hom *B;* hominum sit *D.* d) *bis in B.* e) nobis *B, C;* vobis, *al. m. in marg.* nobis *D.* f) Theodorico *B, D.*

1) *Haec scripta non exstant. Ad totum hunc locum cf. etiam supra ep. n. 68 p. 383 cum ann. 4, 5.* 2) *Ex hoc, si Rothadus ineunte mense Iunio a. 864. Romam venit, et hanc et tres sequentes epistolas circa finem Ianuarii a. 865. scriptas putare possumus, praesertim cum paulo post restitutionem Rothadi eas datas esse verisimile sit. Cf. etiam Jaffé-Wattenbach Reg. II, 703, quibus assentior contra Schrörs, l. c. p. 262 ann. 88, quem sequitur Dümmler, l. c. II², 132 ann. 1.* 3) *Cf. supra p. 360 l. 20.* 4) *Multum ab his differunt ea, quae de moribus Rothadi Hincmarus cogitabat; v. epistolam eius ap. Migne, Patr. lat. CXXVI, 25—46 et Ann. Bertin. a. 862 p. 59 ed. Waitz. Cf. etiam Schrörs, l. c. p. 237 et p. 238 ann. 4.* 5) *Mansi IV, 1046 (J.-K. Reg. n. 375).* 6) *Mansi IV, 394, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 555 (J.-K. Reg. n. 349).* 7) *Cf. supra p. 382 ann. 4.* 8) *Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 161.* 9) *Magno (a. 493—526).* 10) *Cf. synod. Roman. a. 501 Oct. 23 sub Symmacho papa (498—514) congregatam, MG. Auct. antiquiss. XII, 427 sq., Mansi VIII, 249; Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 662 sq.*

865 ca. Ian. ex. patrimonii vel ecclesiarum, quas amiserat, receptionem papam[a] Symmachum[b], utpote Arrianus et sceleratissimus rex, cum inpugnatoribus suis in disceptatione[c] confligere iussit, cum potestati eius omnia, quae per suggestiones inimicorum suorum amiserat, reddenda ab honorabilium Italorum[d] episcoporum concilio[e] iussa[f] fuerint, et legaliter prius statui pristino redditus tunc veniret ad causam et, si ita recte videretur, accusantium propositionibus responderet. Cuius rei documento et aliis nonnullis[g] decretis[1] exemplis[2] imbuti idipsum de Rothado episcopo nos quoque decrevimus. Quapropter obtestamur et obsecramus, ut piis nostris monitis, non pravorum hominum suasionibus pareatis, scientes, quia, si pessimo regi[3], quod absit[h], aequiparantes[i] super hoc nobis negotio concordantes obaudire rennuitis, vos procul dubio de caritate et memoria nostra deletis[k]; quoniam ita Dei et apostolorum auctoritate decrevimus et statuimus, ut quicumque saepe memorato Rothado[l] episcopo[l] ad recipiendam ecclesiam olim[m] sibi[m] commissam vel ad episcopale[n] ministerium[o] peragendum aliquatenus impedierit, donec adquiescat et illi obsistendi[p] conatus[q] deponat, a sacrosanctis[r] misteriis et[s] ab ecclesiae[t] fieret ingressu remotus atque ab omni communione fidelium sequestratus.

Praeterea vestram nosse[u] volumus[u] experientiam nostris auribus fuisse multis referentibus intimatum[4], quod diversae[v] res et nonnulla praedia[w] sanctae Suessonicae ecclesiae iuri competentia[x] ab invasore[5] ibidem consecrato extitissent pro libitu disposita et[y] in beneficium data vel etiam, eo iusto Dei iudicio decedente[6], ab excellentia vestra quibusdam hominibus aeque in beneficio collata[z]. Quamobrem etiam et in hoc dilectionem vestram hortamur atque precamur, ut eadem praedia[w] et ipsas res, quaecumque et ubicumque sunt[a], iam fatae ecclesiae restitui pia vestra praecipiat eminentia et, ut cuncta iuri[b] eius[c] reddantur, vestra clementer[d] satagat excellentia, ita[7] ut secundum sacrorum canonum[8] sanctionem in potestate episcopi res omnes ecclesiae consistant et ille secundum timorem Dei, quibus voluerit et quomodo voluerit, illas dispenset; quod tamen vestrae pietatis pro amore Dei et apostolorum principum ac nostro[e] fieri satagat[f] industria. Scientes profecto, quia, qui ipsis rebus frui voluerit et eas reddere[g] praefatae[g] ecclesiae[g] forte distulerit, nos hunc ab ecclesiae finibus[h] anathematis nexibus irretitum et a[i] sacrosanctis misteriis sequestratum veluti profanum[k] eliminamus[l] et quasi rapacem et impium[m] a contubernio fidelium procul dubio abicimus[n].

---

a) papa *B*. b) Simmachum *B*; Symachum *C*. c) disceptationem *C*. d) Italiorum *B*. e) concilia *C*. f) *corr. ex* uisa *D*. g) nullis *B*. h) vos *add. D*. i) et parentes *B*; aequiparentes *C, D*; *in marg. al. m.* aequiparantes *D*. k) deletos *C, D*. l) episcopo Rothado *D*. m) sibi olim *C*; iam sibi *D*. n) aepiscopalem *B*. o) mysterium *B*. p) resistendum *C*. q) conatur *B*. r) sacrosancti *B*. s) *deest D*. t) ecclesia *D*. u) volumus nosse *C*. v) diversas *B, C, D*. w) *corr. ex* praesidia *C*. x) competenti *B*. y) *deest B, D*. z) collocata *C*. a) sint *C*. b) iure *B, D*. c) ei, *in marg.* eius *D*. d) *deest C*. e) nostra *B*. f) sanat *B*; faciat *D*. g) praefatae ecclesiae reddere *C*. h) sinibus *B, D*. i) *deest C*. k) prophanum *B*. l) eliminavimus *B, D*. m) et *add. B, C, D*. n) subicit *B*; submovimus *D*.

1) *Haec fuisse decreta Pseudo-Isidoriana persuasum habemus. Cf. etiam P. Fournier, l. l. p. 108 ann. 2 lin. 38 sqq., A. Lapôtre, l. l. p. 156 sq. V. supra p. 383 ann. 6.* 2) Et *ante* exemplis, *quod exhibent priores editiones, secundum codices delendum erat; quo sensus huius loci paululum commutatur.* 3) *Scilicet Theoderico.* 4) *Cf. supra ep. n. 68 (p. 384).* 5) *Engelmodo.* 6) *Cf. supra p. 358 cum ann. 4, p. 378 cum ann. 2.* 7) *Istud praeceptum* ita — dispenset *(l. 25 sq.) sub inscriptione:* Et Nicolaus papa ad locum *exstare in codice Mettensi (nunc 236?) collectionis Benedicti levitae (I, 182) benivole nos docuit v. cl. E. Seckel.* 8) *Cf. Antioch. conc. c. 25 (Mansi II, 1327 sq.), can. apost. 39—41 (Mansi I, 55). — V. etiam concilia Moguntina a. 813 c. 8 (MG. Concilia II, 262), a. 847 c. 7 (MG. Capit. II, 178), a. 852 c. 2 (MG. Capit. II, 185).*

70.

Nicolaus Hincmarum, cui valde obicit, quod contra Rothadum tantas iniurias commiserit, tot impedimenta sibi ad causam eius diffiniendam laboranti paraverit, de restitutione illius episcopi certiorem facit. Praecipit ei, ut aut omnia, quae ipse disposuerat, adimpleat aut sine dilatione Romam properet ibique cum Rothado conflictum decertet. Si neutrum agere voluerit, ei depositionem denuntiat. 865 ca. Ian. ex.

865 ca. Ian. ex.

Codd. Vatic. lat. 1344 fol. 105—106' (B); Paris. lat. 3854 fol. 211 (C); Vallicell. C 15 fol. 156' (D).

Edd. Editio Romana (1591) III, 162; Sirmond, Conc. Gall. III, 257; Mansi, Conc. coll. XV, 691; Migne, Patr. lat. CXIX, 897. — Cf. J.-E. Reg. n. 2784 (2099).

[NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO[a]] HINCMARO REMENSI [ARCHIEPISCOPO[b]][1].

Si coram tuae prudentiae oculis ullus esset paternorum canonum vel reverentiae[c] apostolicae sedis respectus, numquam Rothadum Suessonicae urbis episcopum sine[d] nostrae temptasses scientiae notione deponere; praecipue cum tantum negotium, quod merito inter maiora connumeratur negotia, de persona scilicet episcopi[e] iudicare, cuius[f] in ecclesia ceteris ordo maior est[g][2], ventilanti[h] et multipliciter rimanti[i] tibi[i] adeo de se[k] difficiles exitus[3] daret, ut octo circiter annis[l], ut deponeretur, elaboraveris et in tanta perplexitate[m] causarum et[n] in tanta intercapedine[o] temporum nullam beati Petri memoriam prorsus habueris[4]. Cuius contra is[p], qui deponebatur[5], mentionem faciens tua decernente[q] religiositate proprio gradu caruisse dinoscitur. Et cum in suis oportunitatibus ad sedem apostolicam beatitudo tua[r] scripserit et ab illa sibi manum porrigi contra falsos fratres poposcerit et quaedam privilegia concedi sibi petierit[6], in causa Rothadi solum, quasi eius solatii non indiga[s], sedis apostolicae non memor fuit nec utique visitatrix. Quinimmo contra appellantem hanc[t] eundem venerabilem virum tanta molimina tantaque praeparare machinamenta minime formidasti, ut[7], postquam data[u] sibi Romam veniendi licentia fuerat, postquam[v] fratribus[w], tibi et regi valefecerat, postea hunc[x] a nostro examine ad tua, ut ita dicam, tribunalia deduxeris — quia synodus[y] dici non potest, ubi noster nullus[z] praebetur assensus[8] — et ingredi praetorium nolentem depositioni tyrannico more subiceres, occasionem sumens de quadam epistola[a][9], tamquam Rothadus, postquam ad nostrum appellaverat iudicium, rursus ad vestrum mutata voce provocasset examen, quod omnino falsissimum est. Illa nempe epistola, per quam hoc

---

70. a) Nicolaus — nostro *desunt B, C, D.* b) *om. B, C, D.* c) *deest C.* d) si *B.* e) *om. C.* f) nec *add. B, D.* g) cum *add. D.* h) ventilandi *B.* i) rimantibus *B.* k) *deest B.* l) annos *C.* m) persplexitate *B.* n) ac *B, D.* o) intercapidine *B.* p) his *B.* q) decernentes *C.* r) sua *C.* s) indigat *B;* indigna *D.* t) *suprascr. al. m.; add.* sedem *D.* u) datam *B.* v) priusquam *C.* w) *om. C.* x) hinc *C.* y) synodum *B.* z) ullus non *B, D.* a) epistolam *B.*

1) *Cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 132; Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 261 sq.* 2) *Cf. Hieronymi opusculum de septem ordinibus ecclesiae, inter quos septimus et praecipuus gradus episcopalis seu episcoporum ordo est (Migne, Patr. lat. XXX, 162 sqq.). V. etiam infra ep. n. 71 p. 396 cum ann. 6 et 9.* 3) *Cf. ep. Leonis I., Mansi V, 1278, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. 618 (J.-K. Reg. n. 411):* difficiliores causarum exitus. *Vix autem dubitari potest, quin praecedenti loco nunc ex codicibus correcto decretales Pseudo-Isidorianae usui fuerint, quae iterum atque iterum inter maiora negotia causas episcoporum connumerandas ideoque a sede apostolica iudicandas esse contendunt. V. etiam supra p. 381 ann. 1.* 4) *Cf. Sardic. conc. c. 3 (Mansi III, 23).* 5) *Scilicet Rothadus.* 6) *Cf. supra p. 363 cum ann. 9, p. 365 cum ann. 3.* 7) *Alludit Nicolaus ad Pistensem et Suessionensem synodos a. 862. Cf. Schrörs, l. c. p. 243 sqq.* 8) *Haec postulatio, etsi saepe prolata est a Pseudo-Isidoro, ex eo neque hoc loco neque aliis locis epistolarum Nicolai necessario hausta est. Cf. P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales' p. 91 sq. V. Cassiodori Hist. trip. l. IV c. 9 (Migne, Patr. lat. LXIX, 960):* — — cum utique regula ecclesiastica iubeat non oportere praeter sententiam Romani pontificis concilia celebrari. *V. etiam supra p. 380 ann. 2.* 9) *De hac epistola, quae non exstat, et omnino de eis, quae hic infra sequuntur, cf. Schrörs, l. c., praecipue p. 244 ann. 30; v. etiam Dümmler, l. c. II², 89.*

865 ca. Ian. ex. conaris astruere[a], sicut veritate claret et apud nos subtili valde investigatione repertum est, fratribus a Rothado mittebatur, quos tecum contra se conspirasse non noverat ac eos per hoc nec suspectos habebat. In qua videlicet epistola non nostrum iudicium aspernatur, non sedem apostolicam spernit nec aliena iudicia postulat nec electorum iudicium[b] exprimit, quinimmo[c] quorum[d] nec nomina memorat; sed solum fratres et coepiscopos de sua certificat innocentia et hos reddit intentos, quatenus, si forte apostolatui nostro secundum sacrorum indulgentiam canonum[1] scribere his examinis gratia renovandi[e] tamquam[f] in finitima[2] positis placeret[g], ut ipse illo in tempore nobis suggestum ire meditabatur et nos quoque acturos putabat, suae consolarentur[h] innocentiae
cf. 1. Petr. 1, 17. ac iusto libramine causam suam secundum dispositionem nostram sine acceptione personarum exequerentur[i]. Sed arguta[3] sapientia tua, utinam in bono[k] accepta, fomitem[l] iudicii et materiam depositionis[m] adversus Rothadum assumpsit et ab itinere[n] sedis apostolicae revocavit[o] et continuatim sedem apostolicam appellantem dampnavit et carcerali custodiae mancipavit: quem etiamsi ullis[p] pateret[q] indiciis[r] a nostro illum ad[s] vestrum[s] iudicium[s] provocasse[t], privilegia tamen sedis[u] apostolicae[u] vos oblivioni tradere nullatenus debuistis[v], quibus venerandi canones iudicia totius ecclesiae ad hanc deferri iubent[w], et ab[x] illa[y], sicut sanctus[z] Gelasius meminit[4], nusquam appellare sanxerunt; ac per hoc ipsa de omnibus iudicare, ab illa vero nulli est appellare permissum; sed, etiamsi ad vestrum provocasset a nostro iudicio, a vobis[a] extabat tamquam erroneus corrigendus[b]; quinimmo ante[c] specialiter fuerat corrigendus, quia vobis[d] peculiarius[e] erat[f] penitus[g] amplectendus[h].

At, ubi obdurato[i] mentis intuitu haec omnia postposuisse contra spem dolenter audivimus, missis litteris[5] nostris praecepimus, ut eum de carceris angustia educeres et aut mox pristino gradui redderes[k] aut[l] illum cum vicariis tuis et episcoporum, qui depositioni eius consenserant, in nostram praesentiam destinares; quodsi[m] neutrum[m] ageres, post triginta dies, postquam illa nostra lecta fuisset epistola, nec tu nec ullus eorum, qui in hoc tibi consensum praebuerant, missarum sollempnia celebraret, donec, quae sibi[n] pro Rothado a nobis fuerant imperata, perficeret. Quam contemplatus etiam solo tactu tuo indignam[o] iudicans[6], Dioscorum in[p] hoc imitatus[7], saltem hanc legere nullo modo consensisti. Unde Rothado adhuc in custodia remorante[q] per Odonem venerabilem episcopum[8] eadem tuae sanctitati et ceteris complicibus tuis per epistolas[9] nostras[r] rescribentes iniunximus, addentes pariter, quia[s], si nobis de cetero inoboedientes essetis, nos iam fatum virum Rothadum pristinae dignitati[t] et[u] ecclesiae redintegraturos[v] et vobis condignam vicissitudinem reddituros. Quas fraternitas tua VIIII. Kalendarum Iuliarum[w 10], ut fertur, suscipiens[x] per quattuor circiter menses[11] neminem has passus est[y]

---

a) frui *C;* struere *D.* b) numerum *add. C, D.* c) q in immo *B.* d) *deest C; suprascr. al. m. D.* e) renovanda *C.* f) *deest C.* g) placere *B.* h) consolarent *B;* consulere *C.* i) exequerent *B;* exequeretur *C;* -ur *add. al. m. D.* k) hac *add. B.* l) fomite *D.* m) dispositionis *B.* n) itineris *B.* o) renovavit *B.* p) ullus *B;* nullus *C;* ullis *corr. D.* q) *om. C.* r) iudiciis *B; om. C; corr.* indiciis *D.* s) iudicio *B, C.* t) provocasset *B, C, D.* u) apostolicae sedis *C.* v) debuissetis *D.* w) iubetur *B;* iubet *C.* x) ad *B, C.* y) illam *C.* z) *deest C.* a) nobis *B.* b) corrigendum *B, C.* c) *corr., fortasse ex* a te *D;* nec ante *Edit.* d) nobis *B, D.* e) pecularius *B.* f) *corr. in* eras *B.* g) plenitus *B.* h) amplectendum *B, C.* i) *in marg. scr. pro* obturato *D.* k) redde *B.* l) ut *B.* m) Quod sine utrum *hic et infra B.* n) tibi *D.* o) dignam *B, D.* p) *om. B.* q) demorante *C.* r) vobis *C.* s) qua *C.* t) dignitatis *B.* u) eum *B, C;* suae *corr. ex* suaeque *D.* v) redingraturos *C.* w) Julii *(?) B.* x) suspiciens *B.* y) es *B, C.*

1) *Sardic. conc. c. 7, Mansi III, 24 sq.* 2) *Scilicet: provincia.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 13 C. 2 q. 6.* 4) *Cf. ep. ad Faustum, Mansi VIII, 17, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. 638 (J.-K. Reg. n. 622) et ep. ad episc. per Dardaniam const., Mansi VIII, 54, 66, Hinschius, l. l. p. 643 (J.-K. Reg. n. 664).* 5) *Supra ep. n. 55 (p. 353 sq.).* 6) *Cf. supra p. 373 (ep. n. 62), p. 385 (ep. n. 69). Schrörs, l. c. p. 247 ann. 40.* 7) *V. supra p. 385 l. 16.* 8) *Bellovacensem (a. 861—881).* 9) *Supra epp. nn. 57, 58 (p. 355 sqq.).* 10) *Id est die 23. Iun. 863; non recte refert Dümmler, l. c. II², 91 ann. 4: '24. Mai'. Cf. etiam Schrörs, l. c. p. 252 ann. 59.* 11) *Cf. ep. n. 69 supra p. 386 l. 11 sq.*

intueri. Post haec autem Rothado tandem de custodia carceris[a] educto licentiam Romam veniendi vix quidem dedisti; sed vicarii, quos cum illo mittere debuisti[b], usque- quo voluerunt profecti suis nobis apicibus[c] [1] de[d] itinere[d] significavere dictum fuisse, quod nullus prae hostibus penetrandae Italiae sibi pateret accessus et praecipue, quod eorum, quorum auxilio fulciri debuerant, frustrarentur obventu[e], subdentes[2] insuper, quia etiam[f], si pervenire Romam utcumque potuissent[g], nullam adversus Rothadum deferrent[h] omnino[h] calumpniam. 865 ca. Ian. ex.

Et his ita gestis, quia primum quidem[i] praesumptiones praevaricationesque vestras sumus experti, deinde vero inoboedientia et tergiversatione tua comperta atque deinde[k] Rothado penes nos sine ullo accusatore octo circiter mensibus[3] iam retento et diutius ac subtilius examinato, vobis et vicariis vestris clamantibus nil vos adversus eum accusationis habere: quid, nisi ut secundum promissionem superius memoratam tandem pristino episcopatui redderetur, omnino restabat? Quod per nostram mediocritatem iam nunc factum[4] tua nosse poterit prorsus industria. Cui rei monemus omnimodam parientiam[l] exhibere tua[m] non neglegat utcumque sollertia, ne talionem reddere tibi, sicut dudum promisimus, nostra cogatur[n] auctoritas. Haec[5] quippe nos in Rothado idcirco noveris operatos, ut privilegia sedis apostolicae, quae male[o] a vobis violata esse videbantur et a nobis tot impensis laboribus vestra resistente contumacia recuperari non poterant, auctoritate apostolica et[p] canonica[p] patrum deliberatione pristino tandem genio[q] et proprio decorarentur honore. Ceterum, si forte quis adversus Rothadum dignas voces habet vel si ipse a sanctitate tua iustas contra se actenus sustinet[r] querimonias, volumus[s] et decernimus, ut utraque parte conveniente[t] quicquid illud est coram nostra speciali praesentia dirimatur[u]. Quodsi nullus[v] calumpniis coram apostolatus nostri praesentia[w] saepefatum virum impetere voluerit[x], quae de illo decrevimus[y] illibata et imminuta consistant.

Tandem[z] aliquando unum e duobus, quod vult fraternitas tua, sibi a nobis optione proposita[a] eligat; quia utrumque canonicum est, utrumque ad sedis apostolicae pertinet privilegium: videlicet aut quae de saepefato fratre et coepiscopo nostro Rothado disposuimus adimplens in nullo refragatrix, sed executrix[b] inveniatur aut certe Romam coram nobis seu sancta Romana ecclesia cum[c] ipso conflictum sumptura et pro hoc altercatura properare sine dilatione maturet; ita dumtaxat, ut[6] prius ipse Rothadus cunctis ablatis, sicut statuimus, recuperetur[d] honoribus et vires longo labore[e] fessas, priori valitudini redditus[f], resumens diutius possideat et suis omnibus perfruatur. Quodsi neutrum sine procurata mora fortassis[g] agere volueris et resultare his, quae de illo statuimus, solito ulterius more curaveris, ab omni sis sacerdotali dignitate Dei per nos iudicio et auctoritate sedis apostolicae de cetero sequestratus, ita ut numquam[h] locum satisfactionis aut ordinis restitutionem operiaris.

---

a) *deest C.* b) debuistis *B, D.* c) *deest C.* d) detinere *B.* e) obtentu *C;* obtutu *D.* f) *deest C.* g) valuissent *C.* h) omnino deferrent *C.* i) *deest D.* k) de in *B, D.* l) patientiam *C;* parentiam *D.* m) tuam *B, D.* n) agatur *C.* o) mala *C.* p) cana *B.* q) ingenio *C.* r) sustineat *B, C.* s) nolumus *B.* t) convenient *B.* u) dirimetur *B;* dirigeretur *C.* v) nullis *D.* w) *deest C.* x) volueris *B, D.* y) decernimus *C.* z) Id tandem *B, D.* a) praeposita *C.* b) excusatrix *B.* c) *om. B.* d) recuperatis *C.* e) tempore *B.* f) redditas *B, C, D.* g) fortasse *D.* h) nequaquam *B, D.*

1) *Non exstant. Cf. de his supra ep. n. 69 p. 386 cum ann. 6.* 2) *Cf. ep. n. 69 supra p. 386 sq. et p. 387 ann. 1.* 3) *V. supra p. 387 ann. 2.* 4) *Cf. supra p. 382 ann. 4.* 5) *Cf. Decr. Grat. c. 13 C. 2 q. 6.* 6) *V. supra p. 383 ann. 6. Cf. Fournier, l. l. p. 89. Ruffini, 'L'Actio spolii' (Turin 1889), p. 217.*

71.

865 ca. Ian. ex. *Nicolaus privilegia Romanae sedis proclamans atque defendens archiepiscopis et episcopis per Galliam constitutis scribit Rothadum in pristinam dignitatem restitutum esse. Quem ut benigne suscipiant decretoque suo apostolico obtemperent, mandat.*

865 ca. Ian. ex.

Codd. Paris. lat. 5095 fol. 106—110' (B); Vatic. lat. 1344 fol. 106' (C); Paris. lat. 3854 fol. 212' (D); Vallicell. C 15 fol. 158 (E).

Edd. Editio Romana (1591) III, 164; Sirmond, Conc. Gall. III, 259; Mansi, Conc. coll. XV, 693; Migne, Patr. lat. CXIX, 899. — Cf. J.-E. Reg. n. 2785 (2100).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS[b] SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS PER[c] GALLIAS[d] CONSTITUTIS[1].

Quamvis singularum ecclesiarum, quae propter diversitatem terrarum multae esse dicuntur, cum una sit et unica[e] sponso suo, sicut ipse in canticis canticorum dicit: Cant. 6, 8. 'Una est columba mea', et per psalmistam erui[f] de manu canis[g] quaerit[h] unicam cf. Ps. 21, 21. suam[i] pastor[k] et episcopus ac pontifex dominus noster Iesus Christus, qui hanc creavit et redemit, existat, ita ut ille veraciter ac principaliter ista sit omnia, iuxta[l] quod 1. Petr. 2, 25. fidelibus per primum apostolum dicitur: 'Conversi estis nunc ad pastorem et episcopum Hebr. 7, 26. animarum vestrarum', et iuxta quod egregius[m] praedicator[m] de[m] eo[m] loquens: 'Talis', inquit, 'decebat ut nobis esset pontifex', — subiturus tamen ad caelos hanc apostolis commendavit ac per eos tamquam hereditario iure successoribus eorum, nobis[n] scilicet, quos pastores et episcopos ac pontifices super[o] ipsam constituit omnis[p] eius providentiae cf. Ps. 44, 17. curam indulsit, quatinus pro[q] patribus nati filii et pro eis constituti principes super[r] omnem terram[2] imitatores eorum essemus, sicut et ipsi[s] Christi. Verum et inter beatissimos apostolos, sicut[t] ille magnus et[u] sanctus[u] Leo scribit[3], in similitudine honoris fuit quaedam discretio potestatis et, cum omnium par esset electio[v], uni tamen datum est, ut ceteris praemineret. De qua forma episcoporum quoque est orta distinctio, et magna ordinatione provisum est[q], ne omnes sibi omnia vindicarent[w], sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur[x] prima sententia, et rursus quidam in maioribus urbibus constituti sollicitudinem eius susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis ecclesiae cura confluueret, et nihil usquam[y] a suo capite dissideret. Quod nisi quidam ex vobis nullo interiori comprehendissent[z] obtutu, numquam Rothadum episcopum Suessonicae urbis sine consensu nostro deponerent, depraedarent[a] et in exilium pulsum monasteriali custodiae manciparent.

Nam quomodo non omnes vobis omnia vindicatis[b], qui iudicia episcoporum, quae merito inter maiora numerantur negotia[4], vestrae deliberationi tribuitis[c]? An modicum vobis esse videtur fratres et coepiscopos vestros praeter apostolicae sedis consensum depositioni subicere? Quodsi dampnationes episcoporum non inter maiora negotia dinumeratis, quorum[d] iam causas inter maiora computatis negotia? Quid, rogo, de

---

71. a) *Lemma:* Epistola generalis ad omnes archiepiscopos et episcopos Galliarum directa *B.* b) *om. B.* c) apud *D; om. E.* d) Galliis *E.* e) uno *C;* una *E.* f) erue *D.* g) canus *B.* h) *om. D.* i) meam *D;* eiusque *add. E.* k) s *al. atram. ss. B.* l) *deest B.* m) de eo egregius praedicator *C.* n) *om. B.* o) *corr. ead. m. ex* cuper *B.* p) omnes *B; om. D.* q) pro — provisum est *(l. 25 sq.) desunt B.* r) in *D.* s) ipsius *D.* t) et *add. D.* u) *desunt D.* v) devotio *D.* w) vendicarent *D, E.* x) haberet *D.* y) umquam *D.* z) comprehendisset *D.* a) depraedarentur *D, in marg. C.* b) vendicatis *D;* iudicatis *E.* c) tribuistis *D, E.* d) putas *add. B, C, D, E.*

1) *Cf. de hac gravissima et celeberrima epistola Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 132. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 258 sqq. Lapôtre, De Anastasio bibliothecario p. 163 sqq.* 2) *Cf. supra ep. n. 29 (p. 296 cum ann. 3), infra ep. n. 88.* 3) *Ep. ad Anastasium Thessalon. episc., Mansi V, 1285, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 620 (J.-K. Reg. n. 411).* 4) *Cf. supra ep. n. 70 p. 389 l. 13 sq. et ibid. ann. 3.*

presbyteris vel[a] de inferioris gradus clericis agitur, quorum apud nos quoque[b] causa[c] a[d] Calcedonensis concilii[1] regulis, cum ratio exigit, audiri iubetur, si episcopos tanta facilitate deponitis? Quomodo, rogo, per vos, quorum vel in[e] singulis provinciis habetur prima sententia vel qui in maioribus urbibus constituti sollicitudinem suscipitis amplio- rem, ad unam Petri sedem universalis[f] ecclesiae cura confluit, ut de minoribus[g] sileam, qui[h] de[i] deponendis episcopis nil ad notitiam nostram[k] deferre curatis? An episcopi de universali[l] ecclesia non sunt, ut de illis dampnandis per vos aliquid ad unam sedem[m] Petri[m] non[n] deferri curetur[f]? Vel quomodo nil usquam a suo capite dissidet, cum de adiudicandis[o] praecipuis membris ecclesiae, id est episcopis, a capite, id est a[p] sede apostolica, dissentitis? An sedes apostolica caput[q] non est? Frustra ergo, ut multa praeteream, concilium Sardicense ad Iulium papam[r] scribens[s] inter cetera dixit[2]: Optimum et valde congruentissimum esse videbitur, si ad caput, id est ad Petri apostoli sedem, de singulis quibusque provinciis Domini referant[t] sacerdotes. Ecce[u] sedem Petri caput appellatam, ecce[v] ad[v] quam[v] de singulis provinciis referre[w] debent[w] Domini[w] sacerdotes[w]. At[x] contra vos adeo hanc despicitis, ut ad eam nil de maioribus ecclesiae negotiis referre[y] curetis[y] atque episcopum inconsulta et contempta illa deponere praesumatis[z] et praecipue sedem apostolicam appellantem. 865 ca. Ian. ex.

Nimis namque absurdum[a] est, quod dicitis Rothadum, postquam[b] ad iudicium sedis apostolicae provocavit, iterum mutata voce vestra iudicia postulasse[3]. Quod etiamsi ita fuisset, a vestra fuerat fraternitate corrigendus et, ne a[c] maioris[c] ad minoris auctoritatis provocasset iudicium, emendandus[4]. Licet certis[d] non pateat[e] ullis indiciis a nostro[f] illum ad vestra cucurrisse[g] iudicia, quem constat in ipso articulo contra se proferendae sententiae sedem apostolicam appellasse et, qui[h] se ab illa iudicari poposcerat, coram omnibus exclamasse, aequum non foret[i], si ad vestra se iudicia convertisset; quamvis, etsi sedem apostolicam nullatenus appellasset, contra tot tamen et tanta vos decretalia efferri statuta[5] et episcopum inconsultis nobis deponere nullo modo debuistis. Quod tamen vos, ut servata vobiscum medullitus caritate dicam[k], postposuisse dolemus et diversorum sedis apostolicae praesulum decreta in hoc vos contempsisse negotio[l] non immerito reprehendimus. Absit enim, ut cuiuscumque ipsorum[m], qui[m] usque ad ultimum vitae suae diem[n] in fide catholica perseveravit[o], vel decretalia constituta vel de eccle- siastica disciplina quaelibet exposita debito cultu et summa discretione[p] non amplecta- mur[q] opuscula, quae dumtaxat et antiquitus sancta ecclesia[r] Romana[r] conservans nobis[s]

---

a) *om. B.* b) *add. ead. m. in marg. B.* c) causam *E.* d) *deest D.* e) *deest B, C.* f) universalis — curetur *(l. 8) add. in marg. D.* g) maioribus *D.* h) *deest B, D, E.* i) *deest D.* k) *deest D.* l) diuersali *B;* universi *D.* m) Petri sedem *C, D.* n) *om. C, D, E.* o) iudican- dis *E.* p) *deest E.* q) *corr. ex* capite *B.* r) episcopum *D.* s) *deest C, D.* t) referantur *B.* u) et te *B, D; corr. ex* et te *al. m. ss. C.* v) et te ad quam *B;* ecce et quia *C;* cui *D;* ecce et quod *E.* w) Domini referre sacerdotes debent *D.* x) ad *E.* y) refferetis *B.* z) praesumitis *corr. ex* prae- sumetis *C.* a) obsurdum *C.* b) quem *C;* qui *D.* c) maior *D;* a maiori *E.* d) *deest E.* e) patere possit *D.* f) nostra *B.* g) currisse *C.* h) quia *E.* i) fore *E.* k) *bis in B.* l) -eg- *corr. ead. m. B.* m) *desunt D.* n) qui *hic add. D.* o) perseveraverit *D.* p) *in marg.* devotione *E.* q) amplectamus *C.* r) Romana ecclesia *D.* s) vobis *B, C, D.*

1) *C. 9 synodi Chalcedonensis (Mansi VII, 376), quem saepius laudat papa (v. supra ep. n. 69 p. 385, infra ep. n. 88), hic quoque significari videtur.* 2) *Mansi III, 40. Locum allegatum genuinum non esse post alios suspicit Hefele, 'Konziliengeschichte' I², 611 ann. 1.* 3) *Cf. supra ep. n. 70 (p. 389 sq.).* 4) *Cf. supra p. 390.* 5) *Hoc loco a papa respici decretales Pseudo-Isidorianas omnes viri docti con- sentiunt, v. E. Seckel in 'Realencyklopädie für protest. Theologie und Kirche'³ XVI, 290 s. v. 'Pseudo- isidor' (1905), supra p. 380 l. 25, p. 381 ann. 1. Cf. ad haec praeterea e multis Hinschius, Decretales Pseudoisidor. p. CCV sq. Dümmler, l. l. II², 96 sqq. Schrörs, l. l. p. 259 sqq. ann. 82. A. Hauck, 'Kirchen- geschichte Deutschlands' II², 542 cum ann. 3, 4. A. Lapôtre, De Anastasio bibliothecario p. 163 sqq. A. V. Müller in 'Neues Archiv' XXV, 654 sqq. P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales' p. 104. 112 sq.*

865 ca. Ian. ex. quoque custodienda mandavit et penes se in suis archivis et vetustis rite monumentis[a] recondita veneratur[b 1]. Absit, inquam[c], ut scripta eorum quoquo modo parvipendenda ducamus, quorum videmus Deo auctore sanctam ecclesiam aut roseo cruore floridam aut rorifluis sudoribus et salubribus eloquiis[d] adornatam[2]. Si[3] enim ipsorum decreto ceterorum[e] opuscula tractatorum[f] approbantur vel reprobantur, ita ut quod[g] sedes apostolica probavit[h] hodie teneatur acceptum et quod illa reppulit hactenus inefficax habeatur, quanto potius quae ipsa pro catholica fide, pro[i] sanis[i] dogmatibus[k], pro variis et multifariis ecclesiae necessitatibus et fidelium moribus diverso tempore scripsit omni debentur honore praeferri et ab omnibus prorsus in quibuslibet oportunitatibus discretione vel dispensatione magistra reverenter assumi.

Quamquam quidam vestrum scripserint[4] haud[l] illa decretalia priscorum pontificum in toto canonum codicis corpore[5] contineri[m] descripta, cum ipsi, ubi suae intentioni haec suffragari conspiciunt, illis indifferenter utantur[6] et solum nunc ad imminutionem sedis apostolicae potestatis et ad suorum augmentum[n] privilegiorum minus accepta esse perhibeant. Nam nonnulla eorum scripta penes nos habentur, quae non solum quorumcumque Romanorum pontificum, verum etiam priorum decreta in suis causis praeferre noscuntur. At nunc, ubi suis animis resultare et privilegia Romanae[o 7] sedis ab his defendi conspiciunt, repudiare illa festinant; quae videlicet privilegia[o] tanto nos, ut in[p] sui status incolumitate persistant, elaborare non cessamus, quanto universae ecclesiae profuisse, prodesse ac profutura semper esse probantur. Dignum ergo est, ut, ubi universa[q] fabricae moles innititur[r], ibi firmum validumque habeatur in omnibus fundamentum.

Porro si ideo non esse decretales epistolas priscorum pontificum Romanorum admittendas dicunt, quia in codice canonum[8] non habentur asscriptae, ergo nec Gregorii[9] sancti nec ullius alterius, qui ante ipsum[s] vel post ipsum fuit, est aliquod[t] institutum vel scriptum recipiendum, eo quod in codice canonum non habeatur[u] asscriptum. Ergo doctrinam[v] eorum et sanctiones, quae[w 10] ab[x] omni[x] lingua[x] venerantur, quia in codice canonum non habentur asscriptae[wy], de codicibus suis eradant; ut quid vel membranas occupant, postquam non habentur acceptae? Sed quare multum immoremur, cum nec ipsas divinas scripturas[z] novi et veteris testamenti iam recipiemus[a], si istos duxerimus[b] audiendos? Etenim neutrum[c] horum in[d] codice[d] ecclesiasticorum canonum habetur insertum. Sed responsuri sunt isti, qui non ad oboediendum potius quam ad resistendum semper parati sunt, aientes[e], quod inter canones inveniatur capitulum[11] sancti papae Innocentii, cuius auctoritate doceatur a nobis utrumque testamentum esse recipiendum,

---

a) monimentis *C.* b) venerantur *B.* c) *deest D.* d) eloguiis *E.* e) errorum *C.* f) retractatorum *C.* g) quae *B, D.* h) probat *D.* i) profanis *B, D.* k) repellendis *add. D;* dogmatis *E.* l) *al. m. corr. ex* aut *C;* haut *D.* m) *om. B.* n) argumentum *C; corr.* augmntum *ex* argumentum *E.* o) Romanae — privilegia *desunt C, D, E.* p) *om. C, D.* q) universae *B.* r) innitur *B.* s) *om. C, D, E.* t) aliquid *D, E.* u) habetur *D.* v) doctrina *E.* w) quae — asscriptae *desunt D.* x) abmlingua *B.* y) scriptae, *in marg.* adscriptae *E.* z) *add. ead. m. in marg. B.* a) recipimus *D.* b) non *add. D.* c) neuter *E.* d) *desunt B.* e) ag̃s *C;* agentes *E.*

1) *Cf.* Lapôtre, *l. l. p. 168 sq. ceteraque opera p. 393 in ann. 5 notata.* 2) *Cf.* Fournier, *l. l. p. 87 operaque p. 393 in ann. 5 laudata et infra p. 395 l. 27 sqq. cum ann. 3. Dubitari non potest, quin hic ad paparum martyrum decretales, i. e. Pseudo-Isidorianas, alludatur.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 1 D. 19.* 4) *Haec scripta non exstant.* 5) *Id est in collectione canonum, quae vocatur Dionysio-Hadriana; quam etiam infra saepius significat papa.* 6) *Ad haec cf.* Lapôtre, *l. l. p. 166 sq.* Fournier, *l. l. p. 87 sq. Ipse Hincmarus iam decem annis ante et saepius decretalibus Pseudo-Isidorianis utebatur; v.* Lapôtre, *l. l. p. 166.* 7) *Haec verba* Romanae — privilegia *(l. 18), quae deerant prioribus editionibus, ex cod. Paris. lat. 5095 (B) iam suppleverat A. V. Müller in 'Neues Archiv' XXV, 654.* 8) *V. supra p. 394 ann. 5.* 9) *I. papae (a. 590—604).* 10) *Hunc quoque locum* quae — asscriptae *(l. 28) ex tribus codicibus priorum editionum textui addere potuimus.* 11) *C. 27, Migne, Patr. lat. LXVII, 248; Mansi III, 1040 sq. (J.-K. Reg. n. 293).*

quamquam in ipsis paternis[a] canonibus nullum[b] eorum ex[c] toto[c] contineatur[c] insertum. 865
Quibus ad haec asserendum est, quoniam, si vetus novumque testamentum recipienda ca. Ian. ex.
sunt, non quo[d] codici canonum ex toto habeantur annexa, sed quod[e] de his recipiendis sancti papae Innocentii prolata videtur[f] esse sententia, restat nimirum[g]: decretales epistolae Romanorum pontificum sint recipiendae, etiamsi[h] non sunt[i] canonum[k] codici[k] compaginatae, quoniam inter ipsos canones unum beati Leonis capitulum constat esse permixtum, quo ita omnia decretalia constituta sedis apostolicae custodiri mandantur, ut, si quis in illa commiserit, noverit sibi veniam denegari[l]. Ait enim capitulo quinto[l] suorum decretalium: Ne quid vero sit, quod praetermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam beatae recordationis Innocentii quam omnium decessorum nostrorum, quae de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata[m] sunt disciplinis, ita a[n] vestra[n] dilectione[n] custodiri[o] mandamus, ut, si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Dicendo vero 'omnia decretalia constituta' nullum de decretalibus constitutis praetermisit, quod non mandaverit esse custodiendum. Et rursus asserendo 'omnium decessorum nostrorum' nullum pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt[p], excepit, cuius ita non praeceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri, 'ut, si quis in illa commiserit, veniam sibi[q] deinceps noverit denegari'. Itaque nihil interest, utrum sint omnia necne[r] decretalia sedis apostolicae constituta inter canones conciliorum immixta, cum omnia in uno corpore[s] compaginari non possint[t] et illa eis intersint, quae firmitatem[u] his, quae[v] desunt, et vigorem suum assignent; praesertim cum synodalia gesta, inter quae ipsi canones statuti[w] sunt, in codice canonum non habeantur, sed a nobis omni cultu debito venerentur. Consonat[x] autem huic beatissimo papae Leoni sanctus et facundissimus in decretis suis papa Gelasius: Item, inquiens[2], decretales epistolas, quas beatissimi papae diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum patrum consultatione dederunt[y], venerabiliter suscipiendas. In quo notandum, quia non dixit decretales epistolas, quae inter canones habentur, nec tantum, quas moderni pontifices ediderunt, sed 'quas beatissimi papae diversis temporibus ab urbe Roma dederunt'. Dictis autem 'diversis temporibus' etiam[z] illa tempora vir sanctus comprehendit, quae crebrescentibus paganorum persecutionibus[a] ad sedem apostolicam deferri causas episcoporum difficillime permittebant[3].

His ita divina favente[b] gratia[b] praelibatis ostendimus[c] nullam differentiam esse inter ea decreta, quae in codice canonum habentur sedis apostolicae praesulum, et ea, quae prae[d] multitudine vix per singula voluminum corpora reperiuntur[4], cum omnia et omnium decessorum suorum decretalia constituta atque decretales epistolas, quas beatissimi papae diversis temporibus ab urbe Roma dederunt, venerabiliter fore[e] suscipiendas et[f] custodiendas[f] eximios praesules, Leonem scilicet et Gelasium[5], mandasse probavimus.

Quamvis et hoc, quod saepe commemoratus beatus Leo apostolicae sedis antistes ad Anastasium Thesalonicensem arguens eum scribit, quorundam vestrorum praesumptionem potentissime feriat[g] et, quod talia negotia nobis inconsultis diffinire minime debeatis,

---

a) *om. B.* b) nulla *B.* c) contineatur ex toto *D.* d) quod *Edit.* e) quo *B, C.* f) videatur *B.* g) ut, *in marg.* quod *add. E.* h) etsi *B.* i) sint *E.* k) codici canonum *C.* l) negari *C, D, E.* m) promulguata *D;* ordinata *E.* n) vestrę *(corr.)* dilectioni *D; corr. in* vestram dilectionem *E.* o) *m. corr. ss. add.* debere *C;* custodire *E.* p) fuerit *C, D.* q) tibi *E.* r) *om. D;* nec *E.* s) *in marg. scr. pro* tempore *E.* t) possŧ *D.* u) infirmitatem *E.* v) qui *C.* w) secuti *B.* x) consona *B.* y) decernimus *corr. hic add. E.* z) et *B.* a) persecutoribus *E.* b) gratia favente *D.* c) ostendamus *D.* d) pro *B.* e) esse *Edit.* f) *desunt C.* g) feriam *D.*

1) *C. 5, Migne, Patr. lat. LXVII, 280; Mansi V, 1226 (J.-K. Reg. n. 402).* 2) *A. Thiel, Epist. Rom. pontif. genuin. I, 458, Mansi VIII, 148, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 636 (J.-K. Reg. n. 700).* 3) *Cf. Hinschius, l. l. p. CCVI: 'Decretales prioribus aerae Christianae temporibus editae in collectione Hadrianea non exhibitae non aliae sunt ac decretales ante Siricium [384—398] conditae, itaque tantum Pseudo-Isidorianae intelligi possunt.' Cf. supra p. 394 cum ann. 2. Lapôtre, l. l. p. 164 sq.* 4) *Cf. Dümmler, l. l. II², 97.* 5) *V. supra l. 8 sqq. 22 sqq.*

865 ca. Ian. ex. manifeste denuntiat. Ait enim[1]: Nam cum maiora negotia et difficiliores causarum exitus liberum tibi esset sub nostrae sententiae expectatione suspendere, nec ratio tibi nec necessitas fuit in id, quod mensuram tuam excederet, deviandi[a]; et item[2] de[b] Attico[b 3]: Praesertim, inquit, cum etiamsi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat[c], quid ad tua consulta rescriberem; et paulo post[4]: Sed etiamsi quid grave intolerandumque[d] committeret, nostra erat expectanda censura, ut nihil ipse[e] prius[e] decerneres, quam quid nobis[f] placeret agnosceres. Quod nos quoque de Rothado vobis non irrationabilius[g] dicere possumus, quia, dum octo fere annis negotium[h] illius[h] ventilaveritis, nec ratio vobis nec necessitas fuit in id, quod mensuram vestram excederet, deviandi. Sed etiamsi quid grave intolerandumque committeret, nostra erat expectanda censura, ut nihil prius ipsi[i] decerneretis, quam quid nobis placeret agnosceretis.

Sed dicitis iudicia episcoporum non esse maiora negotia nec[k] difficiliores causarum exitus. At[l] nos horum merito iudicia maiora negotia dicimus[5] et difficiliores causarum exitus iudicamus[l], qui quanto gradu[m] sunt praecipui et in ecclesia Christi sublimiores, tanto, cum de horum[n] statu vel casu agitur[o], maiora negotia et difficiliores causarum
cf. Apoc. 21, 15. 16. exitus agitari vel haberi creduntur. Ipsi[6] quippe primi sunt[p] in ecclesia, ipsi arundinem tenentes metiuntur sanctam Hierusalem, ipsi fabricae Dei praesunt, ipsi speculatores civitatis Dei sunt, ipsi arietes, ipsi pastores gregis dominici, ipsi columnae domus summi regis existunt. An maiora negotia causas inferiorum clericorum esse conicitis[q], ut horum causas nobis et episcoporum vobis[r] negotia tribuatis? Quamvis et inferioris gradus clericorum causas apud nos, cum tempus vel res exegerit, esse finiendas e[s] diverso[s] procul dubio colligamus, sicut beatus papa dicit[7] Innocentius: Si quae autem causae vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam etiam[t] inferioris[t] fuerint exortae[u], ut[v] secundum synodum Nicenam congregatis eiusdem provinciae episcopis iurgium terminetur; nec alicui liceat, sine praeiudicio tamen Romanae ecclesiae, relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias. An maiora negotia metropolitanorum tantum esse fatemini? Sed audite rursus, quid[w] de episcopis sanctus[x] asseveret Leo: Quibus, inquiens[y 8], etsi dignitas communis non[z] est, ordo tamen generalis est et revera unus de septem ecclesiae gradibus[9] est, metropolitanorum scilicet[a] et reliquorum
1. Tim. 3, 2. episcoporum ordo. Et quod dicit apostolus: 'Oportet episcopum inreprehensibilem esse', non video minus metropolitis quam ceteris episcopis convenire. Nisi forte episcopatu[b] se privet quisquis metropolitanorum, ad se hoc apostoli dictum non aestimat[c] pertinere. Unde nos non minoris numeri nec alterius famae accusatores, testes vel iudices in[d] negotiis[d] quaerimus[d] episcoporum quam exigimus in causis metropolitanorum. Unde tam illorum quam istorum negotiorum nobis exitus[10] reservari merito volumus et iure

---

a) *deest C, D, E.* b) de Atico *C;* de anco *D;* deaticos *E;* deinceps *Edit.* c) fuerit *D.* d) intollerandum *C.* e) prius ipse *E.* f) *deest D.* g) irrationabiliter *C, E.* h) *desunt D.* i) *om. D.* k) et *E.* l) At — iudicamus *in marg. ead. m. D.* m) *corr. ex* gradus *C;* gradus *D, E.* n) eorum *E.* o) Igitur *B.* p) *deest D.* q) conceditis *E.* r) *corr. ex* nobis *ead. m. B.* s) et diversa *D.* t) inferioris etiam *D.* u) placuit *add. E.* v) *del. C.* w) que *E.* x) sanctis *B.* y) inquit *E.* z) *om. B, D, E.* a) *suprascr. ead. m. B.* b) episcopatus *C; in marg. scr. al. m.* est privatus *E.* c) aestimet *D.* d) quaerimus in negotiis *D.*

1) *Ep. ad Anastasium episc. Thessalonic.; Mansi V, 1278, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 618 (J.-K. Reg. n. 411).* 2) *Ibid.; Mansi V, 1280, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 619.* 3) *Epiri veteris metropolitano.* 4) *L. l.* 5) *Cf. supra p. 392 cum ann. 4. — V. Schrörs, l. l. p. 263 sqq.* 6) *Vide, quomodo episcopos laudibus extollat Nicolaus aeque ac Pseudoisidorus; verba autem primae partis huius laudationis sumpta sunt ex Hieronymi opusculo de septem ordinibus ecclesiae, Migne, Patr. lat. XXX, 162 D.* 7) *Ep. ad Victricium Rotomagens. episc.; Mansi III, 1033, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 530 (J.-K. Reg. n. 286).* 8) *Ep. ad Anastas. Thessalon.; Mansi V, 1284 sq., Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 620 (J.-K. Reg. n. 411).* 9) *Cf. Hieronymi op. de septem ordinibus ecclesiae, Migne, Patr. lat. XXX, 162. V. supra ep. n. 70 p. 389 cum ann. 2 et supra p. 396 ann. 6.* 10) *Cf. A. V. Müller in 'Neues Archiv' XXV, 659 sqq.*

decernimus. Totius[1] enim ecclesiae Deo auctore generaliter gerimus[a] sollicitudinem[a] et omnium utique, qui ecclesiae[b] filii[b] sunt[b], cura constringimur[c] atque omnium, quorum nos maxime[d] cura expectat[e], nostrum praecipue debent mereri[f] iudicium, sicut Innocentius ad Maximum[2] scribens[3] Antiochenum: Quorum[g] enim[h], inquit[h], te maxime expectat[i] cura, praecipue tuum debent mereri iudicium[g]; non scilicet solum metropolitanorum, sed et omnium omnino sacerdotum, quin immo universorum, qui se de ovibus principaliter divinitus Petro commendatis esse non nesciunt, id est non solum cunctorum, qui de illorum numero sunt, de quibus Dominus principi apostolorum dixit: 'Tu aliquando conversus confirma fratres tuos', sed etiam, qui[k] de his piscibus sunt, qui intra rete, quod ab ipso ad litus trahi specialiter[l] iussum[m] est[n], esse se[o] recognoscunt. Adhuc tamen percontari[p] propter contentiosos libet, quaenam iudicia vel quorum esse maiora negotia praedicatis, si episcoporum causas[q] non inter praecipua computatis negotia? An laicorum et vulgarium[r] populorum iudicia inter maiora negotia ponitis, quos pene cotidie cum vestris et sine vestris epistolis ad discutiendos et[s] iudicandos[s] suscipimus et discussos vel iudicatos vel absolutos dimittimus? Denique aut saecularium iudicia inter maiora et episcoporum inter minora negotia collocabitis et vobis episcoporum nobisque[t] laicorum iudicia reservabitis aut certe, si episcoporum iudicia sunt maiora negotia, iuxta beatum[u] Leonem[4] liberum vobis[v] esse debuit haec sub[w] nostrae sententiae expectatione suspendere ac[x], si persona iudicandi tale aliquid mereretur, expectandum vobis fuerat, quid ad vestra consulta rescriberem[y]. Absurdum est enim, ut laicos quosque[z] et minimos, qui sunt in ecclesiis vestris, nostro[a] iudicandos[b] mittatis[bc] et[c] addatis cotidiano[d] labori et episcopos[e], qui praecipua ecclesiae membra sunt, vestrae subdatis deliberationis arbitrio. 865 ca. Ian. ex.

cf. Ioh. 21, 17. Luc. 22, 32. cf. Ioh. 21, 6–11.

His vero tandem omissis[f] Deo duce scitote nos, quod temeritate magistra perperam a vobis commissum[g] est et quod inconsultis nobis in Rothado fratre et coepiscopo nostro praepropere[h] perpetrastis — etiamsi numquam sedem apostolicam appellasset[5] —, Dei auctoritate et beatissimorum Petri et[i] Pauli principum apostolorum seu omnium decessorum meorum necnon et[k] sanctorum trecentorum decem et octo patrum, qui apud Niceam[6] sub Constantino[7] pio principe convenerunt, penitus evacuantes et in irritum ducentes, praefatum Rothadum pristino gradui, pristinae dignitati, pristino reddidisse prorsus honori[8], ita ut divina mysteria conficiendi priorem facultatem adeptus omnique sacerdotali restitutus officio sine cuiuslibet contradictione propriae receptae libere praesit ecclesiae, a qua inconsultis nobis expulsus est. Denique cum per[l] biennium[9] scriptis

---

a) sollicitudinem gerimus *C, D, E.* b) ecclesiam faciunt *C, D, E.* c) constringimus *C, D.* d) maxima *C, D.* e) spectat *E.* f) promereri *D.* g) Quorum — iudicium *desunt D.* h) inquit enim *E.* i) spectat *E.* k) *deest C, E.* l) speciliter *B.* m) uisum *E.* n) *deest D.* o) *deest B.* p) percontrari *C;* perturbari *D.* q) causam *B.* r) vulgalium *D.* s) *desunt B; suprascr. al. m. E.* t) nobis *D.* u) *om. C, D, E.* v) nobis, *in marg. al. m.* vobis *E.* w) *deest C.* x) aut *D.* y) rescriberemus *B.* z) $\overline{qq}$ *C;* quoque *E.* a) nostrae *E.* b) mittatis iudicandos *D.* c) *desunt B.* d) quotidiano *B.* e) episcoporum *C, D, E.* f) obmissis *C, E.* g) commissa *B.* h) ppropere *B.* i) ac *C, D.* k) *deest C.* l) *deest D.*

1) *Cf. ad haec A. Hauck, 'Der Gedanke der päpstlichen Weltherrschaft bis auf Bonifaz VIII. (Leipzig' 1904), p. 12.* 2) *Sic omnes codices exhibent. Errasse vero hic Nicolaum, cum epistola ista ad Alexandrum Antiochenum directa sit, priores iam editores recte cognoverant nomenque Alexandri loco Maximi posuerant. V. etiam supra ep. n. 31 (p. 300 cum ann. 7).* 3) *Mansi III, 1055, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 548 (J.-K. Reg. n. 310).* 4) *Cf. supra p. 396 l. 2 sqq. et ann. 1, 2.* 5) *Cf. supra ep. n. 57 p. 358 cum ann. 3.* 6) *Haec nobis magis ex falsis decretalibus quam ex Nicaenis canonibus genuinis (v. infra p. 398 l. 5 sq.) hauriri videntur; cf. Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 459, 467 sqq., 473, 479, 485 sqq., 488. Cf. etiam Hinschius, l. l. p. CCVI, Lapôtre, l. l. p. 148 sq. cum ann. 1; econtra H. Schrörs, l. l. p. 267 ann., P. Fournier, l. l. p. 104 sq. ann. 3.* 7) *Magno imperatore (a. 306–337).* 8) *V. supra p. 382 ann. 4.* 9) *V. supra ep. n. 55 (p. 353 sq.) ineunte anno 863. scriptam. Cf. etiam ep. n. 69 p. 386 l. 25 cum ann. 7.*

865 ca. Ian. ex. et verbis instanter egissemus[a], ut idem Rothadus aut propriae redderetur ecclesiae aut certe Romam cum vicariis vestris et ipsius accusatoribus a[b] nobis examinandus[c] et iudicandus[d] destinaretur[e], et nihil apud vos impetrare potuissemus, dum modo hoc, modo illud ad excusandas excusationes in peccatis obiceretis, tandem aliquando Deo inspirante, Nicenae nobis synodi decreto suffragante, quo inter cetera praecipitur[1], ut suis privilegia serventur ecclesiis, ratum duximus iam fatum Rothadum, memores scilicet privilegiorum apostolicae sedis, a vinculis, quibus illum, ne proprio[f] uteretur officio nec suae praeesset ecclesiae, colligastis, quia nos non consensimus[g], absolvendum.

Neque enim tam stolidus tamve poterit a[h] rationis[h] tramite devius inveniri, qui ceteris ecclesiis privilegia servari et soli[i] Romanae ecclesiae adimi debere perhibeat, quae omnium ecclesiarum magistra, mater et caput est. Si quis autem tacita forte[k], quia non audet aperta, musitatione fateri Romanae huiuscemodi ecclesiae privilegia non fuisse, quibus sedes apostolica aliorum ligata praesulum facultatem habuerit dissolvendi, praeter[2] quod prisca rerum probatione et[l] nonnullarum recitatione scripturarum convincitur, testis est beatus Gelasius, quem idcirco ad testimonium super his perhibendum producimus[m], quia hunc non solum vita et doctrina plurimum commendat, verum etiam rem, de qua agitur, in paucis astruit et ostendit, nobis videlicet brevi sermone propinans, quod de multorum voluminum fontibus hausit[n]. Scribens enim episcopis per Dardaniam[o] constitutis inter cetera: Nec[3] plane, ait, tacemus[p], quod cuncta per mundum novit ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum sedes beati Petri apostoli ius habeat[q] resolvendi, utpote quae de omni ecclesia fas habeat[r] iudicandi. Item idem ad episcopos Orientales: Post[4] quingentos, inquit, annos constituta Christi eos velle subvertere, cum triginta annorum lex hominum non possit abrumpi; sanctum Athanasium[5] ideo non fuisse[s] damnatum a synodo Orientis, quia sedes ista non consenserit[t], sanctum Iohannem Constantinopolitanum[u 6], sanctum Flavianum[7]. Si ergo ea[v] non consentiente sola, qui damnati sunt[w] a synodo Orientis, non potuerunt[x] esse damnati, consequens est, etiam sine synodo, qui eadem sola damnante damnatus fuerit, damnatus sit. In quo inter cetera notandum est, quia, si hos, qui[y] post quingentos annos statuta Christi temptabant subvertere, tanta vir sanctus increpatione redarguit, cum triginta[z] lex hominum non possit annorum abrumpi, quanto magis hi[a] exprobrandi[b] sunt, qui ea[c] etiam post octingentos et eo amplius annos nituntur evellere. Quae vero statuta Christi dixerit, inferius explanavit, cum sola sede apostolica non consentiente neminem posse damnari[d] et sola ea consentiente, qui damnatus fuerit[e], damnatus habeatur exposuit. Statuta itaque Christi dixit post quingentos annos velle[f] subvertere, quia iam quinquies centeni[g] circiter anni praeterierant, quando[8] haec venerabilis papa dixit[h] sedem apostolicam statuta Christi promeruisse[i]. Privilegia enim sua a Christo ecclesia Romana per Petrum consecuta est et ipsa sunt statuta Christi, quae quidam[k]

---

a) gessimus *C, D.* b) *ras. corr. ex* ad *C.* c) examinandum *C, D.* d) iudicandum *C, D.* e) destinarent *D.* f) *deest D.* g) censuimus *D.* h) a *deest C;* traditionis *D.* i) solo *B.* k) sorte *D.* l) etiam, *in marg. al. m.* et *E.* m) produximus *D.* n) ausit *C;* auxit *D.* o) inter *add. B.* p) taceamus *B.* q) habebat *E.* r) habet *E.* s) *deest D.* t) vel *add. D.* u) Constantinopolitanae *E.* v) hac *D.* w) *deest D.* x) poterunt *B.* y) *deest D.* z) annorum *hic ss., post* possit *del. E.* a) hic *C; deest D.* b) exprobandi *B, E.* c) *om. B.* d) *sequuntur:* et sola ea consentiente neminem posse dampnari *del. C.* e) fuerat *D.* f) *deest D.* g) centum *D.* h) dicens *B;* dicit *C, E.* i) fatetur *add. B.* k) quidem *E.*

1) *C. 6, Mansi II, 679. Cf. Lapôtre, l. l. p. 149 ann. 1.* 2) *Cf. Gelasii papae ep. ad episcopos per Dardaniam, Mansi VIII, 66, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 643 (J.-K. Reg. n. 664).* 3) *Ibidem.* 4) *Cf. A. Thiel, Epistolae Romanorum pontificum genuinae I, 287 sq. (Brunsbergae 1868); v. de ista epistola l. l. I, 21 sqq. et J.-K. Reg. n. 611 (sub Felice III.). — Cf. etiam Decr. Grat. c. 9 C. 16 q. 3.* 5) *Episcopum Alexandrinum, script. eccles., † 373.* 6) *Qui dicitur Chrysostomus, script. eccles., † 407.* 7) *Constantinopolitanum patriarcham, † 449.* 8) *A. 488—489. A Gelasio enim ante pontificatum (492—496) scripta esse illa epistola videtur; cf. supra p. 398 ann. 4.*

tunc post quingentos, nunc post octingentos[a] annos exinanire conantur. Ecclesiae, inquam, Romanae adeo sunt antiqua et vetera privilegia, ut Nicena synodus, sicut Bonifacius[b] praesul apostolicus episcopis per Thesaliam constitutis scribens ait[1], non aliquid super eam ausa sit constituere, cum videret nil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique huic[c] noverat[c] Domini sermone concessa. Si omnia, ergo et episcoporum iudicia[2]. Perhibente autem beato Bonifacio, quod Nicena synodus super eam, haud[d] dubium quin Romanam[e] ecclesiam[e], non ausa sit aliquid[f] constituere, cum videret nil supra meritum suum posse conferri, omnia denique huic noverat Domini sermone concessa; et[g] obiurgante sancto Gelasio eos, qui constituta Christi volebant subvertere, cum privilegia Romanae sedis moliebantur[h] infringere, manifeste datur intellegi eadem esse[i] constituta[i] Christi[i], quae sunt omnia illa, quae huic ecclesiae synodus Nicena noverat Domini sermone concessa[g]. A[k] tempore quippe, quo synodus Nicena fuerat consummata, nondum quingenti usque ad Gelasium anni transierant[3], ut de Nicenae synodi statutis tantus vir dixisse videatur eos post quingentos annos statuta Christi velle subvertere. Restat ergo, ut illius temporis mentionem fecerit, a quo quingentorum circiter annorum curricula[l] usque ad se devoluta poterant comprehendi. Christus enim privilegia constituta in Petro disposita vel firmata Romanae contulit ecclesiae, super quam nihil synodus quaelibet ausa est merito constituere, cum sciat omnia illi[m] Domini sermone concessa. Dispensationem quippe redemptionis humani generis ante tempora saecularia Deus omnipotens penes se ordinatam custodiens, tempore carnis ostendens, ascensurus ad caelos in apostoli Petri, per[4] quem et apostolatus et episcopatus sumpsit exordium, confessione curaque praecipue collocavit; qui tunc per se et[n] deinceps per suae sollicitudinis heredes circa humanum genus, quae sibi Dominus commendavit, non destitit exhibere. Haec enim ille, haec successores eius[o] ex tunc agere non omittunt, modo verbis, modo decretorum suorum epistolis[p] ab urbe Roma[q] diversis temporibus datis commissarum[r] sibi ovium providentiam principaliter exercentes[s].

865 ca. Ian. ex.

Itaque Rothadum episcopum, de quo hactenus nostris contempsistis oboedire mandatis, tandem a nobis, immo a Deo, pristino gradui restitutum benigne suscipite, quia ille evangelicus filius rediens non solum suscipi meruit, sed et dignus paternis complexibus invenitur et anulum fidei recipit[t] et stola circumdatur, per quam quid aliud quam sacerdotii declarantur[u] insignia? Nec probabilis extitit apud patrem senior filius, quod invidit recepto, nec tantum meriti habuit penes patrem perseverando, quantum noxae[v] contraxit[w] non recipiendo germanum. Ergo suscipite[x] illum ut fratrem, suscipite, inquam, illum ut mea viscera. Sollicitos[5] autem vos pro salute libenter[y] audio; contra caput etiam si faciendum est, non libenter admitto. Cui manus porrigenda est, vobiscum porrigo; cui porrigo, mecum porrigite. Et rursus: Si[6] cui autem aliquid donastis, et ego; nam et ego, si quid donavi propter vos in persona Christi, ut non possideamur a Sathana[z]; non

cf. Luc. 15, 22.

cf. Luc. 15, 25–32.

cf. Phile. 12.

cf. 2. Cor. 2, 10. 11.

---

a) octingento *B.* b) Bonifatius *hic et infra C;* Bonefacius *D.* c) noverat huic *D.* d) haut *D.* e) Romana ecclesia *D.* f) aliqua *D.* g) et — concessa *(l. 12) al. m. in marg. add. E.* h) volebant *E.* i) constituta Christi esse *B.* k) *om. C, E.* l) circula *B.* m) illa *B.* n) *om. B.* o) illius *C.* p) epis *D; corr. ex* epis *E.* q) Romana *C.* r) commissorum *C.* s) exercens *B.* t) recepit *D, E.* u) declaratur *D.* v) notae *C, E.* w) contraxerat *E.* x) *ead. m. corr. pro* recipite *B.* y) *deest C, E.* z) Satana *B.*

1) *Mansi VIII, 755 (J.-K. Reg. n. 364).* 2) *Non multum hoc argumentum valere videtur; cf. A. V. Müller in 'Neues Archiv' XXV, 661. V. etiam infra ep. n. 88.* 3) *Nondum ducenti! (A. 325 — c. 490).* 4) *Cf. ep. Innocentii I. ad Victricium Rotomag., Mansi III, 1033, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 529 (J.-K. Reg. n. 286).* 5) *Cf. Innocentii I. epistolam ap. Mansi III, 1063 (c. 7); Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 551 (J.-K. Reg. n. 303).* 6) *Haec — nonnullis verbis exceptis — ex Pauli epistola ad Corinthios replicavit Bonifatius I. papa in epist. Rufo et aliis episcopis directa, Mansi VIII, 758 (J.-K. Reg. n. 365).*

865 ca. Ian. ex. enim ignoramus[a] versucias eius[b], qui semper dissensione[c] laetatur. Apostoli vero declarataе[1] benignitatis verba sunt haec[d], sicut ea viri beatissimi sedis apostolicae praesules, Innocentius et Bonifacius, sapientissime[e] replicaverunt[f].

Porro quisquis contra hoc nostri apostolatus decretum post notitiam eius se efferens[g] saepefato Rothado episcopo ad recipiendam et regendam Suessonicae urbis ecclesiam aliquod[h] palam vel occulte praeparaverit offendiculum vel si personae ipsius quoquo modo insidiatus extiterit, quinimmo, si quis vestrum ad ecclesiam suam[i] recipiendam illi, tamquam frater fratri, adiutorium non praestiterit, utpote qui videt fratrem
cf. 1. Ioh. 3, 17. suum necessitatem habere et claudit[k] viscera sua ab eo, et veluti is[l], in quo caritas
cf. 1. Ioh. 4, 8. Dei non manet, ab ipsa caritate, quae Deus est, et a corpore ac[m] sanguine Christi et a nobis, qui membra illius sumus, habeatur omnimodis alienus.

Porro, ne iustitiam tegere nostrae tantum videamur[n] voluntatis arbitrio ac per hoc aestimemur[o] canonicis legibus contraire, sancimus atque decernimus, quatinus saepedictus[p] Rothadus venerabilis episcopus paratus sit omni regulariter poscenti de se, quia Deo propitio nulli parti favere volumus contra iustitiam, coram sedis apostolicae praesule[q] reddere rationem. Ita dumtaxat, ut[2] iuxta[r] maiorum diffinitiones ante omnia, quae prius possederat[s], integro iure recipiat, adeo ut talis in omnibus habeatur[t], qualis ante sententiam contra se prolatam fuisse dinoscitur. Sicque demum ecclesia recepta et episcopatu[u] libera securitate possesso, proximis et amicis, rebus[v] et ipsis resumptis viribus, vestitus quoque et spiritualibus[w] armis tectus accusatoribus respondeat suis et, unde impetitur, plenissima studeat hos, qui foris atque intus sunt, satisfactione certificare.

72.

Nicolaus clerum et plebem Suessionensem adhortatur, ut pastorem suum Rothadum restitutum sicut patrem reverentissimum suscipiat. *865 ca. Ian. ex.*

Codd. Vatic. lat. 1344 fol. 110—110' (B); Vatic. lat. 1343 fol. 145' (C); Paris. lat. 3854 fol. 217' (D); Vallicell. C 15 fol. 165' (E).

Edd. Editio Romana (1591) III, 171; Sirmond, Conc. Gall. III, 264; Mansi, Conc. coll. XV, 700; Migne, Patr. lat. CXIX, 908. — Cf. J.-E. Reg. n. 2786 (2101).

CLERO ET PLEBI CONSISTENTI SUESSONI[a 3].

Sicut piorum[b] parentum est de orbitatione[c] natorum acri valde lamentatione lugere, ita devotorum filiorum proprium est de patris amissione[d] vehementi merore[e] affici et ardore valido cruciari; ac per hoc contra naturam quodammodo agitur, si una pars horum[f] sine alterius partis[g] societate[h] non anxietur et doleat. Sed in hoc vos, karissimi filii, sicut de vobis frequens narrat opinio[i], nequaquam, Deo gratias, frigidi, nequaquam extitistis ingrati. Denique nullus dubitat, quod devotio vestra, proprii[k] destituta patris praesidio, ipsa quantum ad hominem attinet[l] orphana[m] remanens, varias et multiplices

---

a) ignoramur *D.* b) id̃ *add. C.* c) dissessione *D.* d) *om. C, D.* e) *deest B.* f) replicarunt *C, D, E.* g) offerens *C, E.* h) aliquid *B, C.* i) *deest D.* k) clauserit *B.* l) his *C, D.* m) et a *C;* et *D.* n) videamus *D.* o) existimemur *E.* p) sepefatus *B.* q) *corr. ex* praesulae *B.* r) secundum *D.* s) possiderat *C.* t) *om. C, D, E.* u) *corr. ex* eposcopatu *B;* ad eptū *C.* v) *in marg. al. m. pro* reuisis *E.* w) spiritalibus *D.*

72. a) *corr.* Suessioni *ex* Suessooni *B;* Suessioni *E.* b) priorum *E.* c) orbatione, *in marg. al. m.* orbitatione *E.* d) āmissione *C.* e) merere *E.* f) *om. D;* harum, *in marg. al. m.* horum *E.* g) partem *B;* parte *C, D.* h) societatem *B;* societatis *D.* i) oppinio *B.* k) proprio *E.* l) pertinet *D.* m) orfana *C, D.*

1) *Cf. Innocentii I. ep. loco p. 399 in ann. 5 laudato.* 2) *De exceptione spolii, quae hoc loco iterum profertur, cf. supra p. 383 ann. 6 et P. Fournier, l. l. p. 89.* 3) *Hod.* 'Soissons'. — *Cf. de hac epistola Dümmler,* 'Ostfränkisches Reich' II², 133. *Schrörs,* 'Hinkmar von Reims' p. 262.

calamitates pertulerit. Sed ille, qui fidelibus discipulis dixit: 'Non relinquam[a] vos orphanos', non solum vos[b] praesentia suae[c] maiestatis[d] protexit[e], sed etiam proprium[f], quo[g] desolati ac destituti eratis, pro sua redonavit pietate rectorem, nobis scilicet, qui in eo vivimus, movemur[h] et sumus, ad eum vobis reddendum nutu suae miserationis interius[i] imperans et competenter erudiens. Ecce enim venerabilem virum Rothadum[k], fratrem et coepiscopum nostrum, vestrum autem patrem, pastorem atque magistrum, cuius longa[11] iam[l] eruditione instructi, cuius olim sacri verbi pane refecti, cuius diuturnis laboribus et vigiliis circumsepti, cuius magisterio et doctrina Deo estis auctore refecti[2], prioris infulis[m] sacerdotii et[n] pristinis redintegratum honoribus ac omnibus episcopatus officiis restauratum[3] vestrae alacri devotioni et piae dilectioni remisimus. Habetis[4] praeterea in hoc beatae recordationis Athanasii[o] prudentissimi sacerdotis exemplum: Cui non consolationi sit illius tollerantia? Cui non spem faciat eius expectata[p] reversio? Eicitur Arrio persequente, sed revocandus[q] Domino prosequente. Passus est carcerem, passus[r] angustias; nec mirum, si vir apostolicus ea passus est, quibus se apostolus gloriatur exercitatum. In his tamen omnibus secutus est illum, qui sibi in tribulationibus se placere testatur; fugatus illinc et in nostris partibus roboratus est. Denique hinc[s] ei redintegratus status[t] est et in hac sede requiem communionis invenit, a qua semper catholicis[u] subvenitur. Sancti autem papae Caelestini verba sunt haec, quae nos Rothado possumus non inconvenienter aptare, praeter[v] quod ille[w] reverendi[x] Athanasii[y] et blasphemi[z] Arii[z] mentionem fecit, — in praesentiarum vero Hincmarus persequens et Rothadus innocens in[a] causa sunt.

Ioh. 14, 18.

865 ca. Ian. ex.

cf. Act. 17, 28.

cf. 2. Cor. 11, 18.

cf. 2. Cor. 12, 10.

Gaudete itaque, fratres, in Domino et iterum dico gaudete; modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Exultate, filii karissimi, et de reddito[b] vobis patre Deo inmensas grates[c] persolvite. Laetamini, oves dominicae, ac pro restituto pastore summo pastori laudum officia canite. Congregamini, filii excelsi[d], et[e] exite obviam ei, tripudiantes[f] cum hymnis et psalmis et canticis spiritualibus[g], altisona Domino praeconia concinentes. Suscipite[h] illum[h] cum honore, adite[i] cum hilaritate, oboedite ei sicut patri, reveremini[k] sicut magistrum[l] et in omnibus circa eum ut[m] devotissimos[n] filios exhibete, scientes sibi[o] divinum praesidium procul dubio non defuturum et, quamdiu spiraculum omnipotentis est et alitus vitae spirat in naribus[p] meis, solatium nostrum in suis oportunitatibus affuturum. Qua de re rursus apostolatus nostri praeceptione vestrae unanimitati iubemus, quatinus taliter[q] agere vestra satagat[r] industria, ut in[s] nullo[s] sine[s] affectione[s] circa iam fatum virum et episcopum vestrum repperiamini, sed ita nostris pro eo monitis pareatis, ut animadversio, quae de contemptu nostri oriri poterat, in retributionem[t] iustae mercedis concedente Domino convertatur.

cf. Phil. 4, 4. 5.

cf. Eph. 5, 19.

cf. Iob 33, 4.

cf. Iob 27, 3.

cf. Hebr. 2, 2.

---

a) *deest C.* b) *om. D, E.* c) seu *C, D.* d) maiestas *D.* e) pertexit *C.* f) propitia *D, E;* propitiam *C.* g) quod *D.* h) movemus *C.* i) intitus *C.* k) Rothaldum *D.* l) iam longa *E.* m) infulsi *C.* n) ac *E.* o) Anathasii *C.* p) expecta *C.* q) revocandum *B, C;* revocatur *E.* r) est *add. D.* s) hic *B, C, E.* t) *suprascr. B.* u) catholicus *E.* v) *deest B.* w) illo *C.* x) revertendi *D.* y) Athanasi *B.* z) blasphemarii *C.* a) *ss. corr. ex* et *B.* b) redito *C.* c) grā *B;* gratias *D.* d) exelsi *D.* e) *om. D.* f) trepudiantes *B.* g) spiritalibus *D.* h) illum suscipite *D.* i) eum *add. D.* k) reverentissimo *D.* l) magistro *D.* m) *om. B.* n) vos gratissimosque *add. D.* o) *om. D.* p) *corr. ex* auribus *B.* q) aliter *B, C.* r) sagat *B.* s) sine ulla offensione, *al. m. in marg. scr.* in ullo sine affectione *E.* t) retributione *C.*

1) *Plus quam triginta annorum, cum ca. a. 832. Rothadus episcopus constitutus sit. Cf. etiam supra ep. n. 38 (p. 312 l. 10).* 2) *V. supra ep. n. 69 p. 387 l. 15 sq. cum ann. 4.* 3) *Cf. supra ep. n. 67 p. 382 ann. 4.* 4) *Cf. Coelestini I. papae ep. ad Constantinopolitanos, Mansi IV, 1043, 1046 (J.-K. Reg. n. 375).*

73.

866 April. 3. *Nicolaus Karolum Calvum regem de synodo Suessionensi celebranda suisque litteris ad Hincmarum archiepiscopum directis (infra ep. n. 74) certiorem facit, Vulfadum sociosque eius illi commendat.* *866 April. 3.*

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 162—162' (B).

Edd. 'Neues Archiv' XXIII (1898), 192—195 (K. Hampe); 'Le Moyen Age' 1904, 105—109 (H. Quentin).

Post K. Hampe v. cl., antea socium nostrum principemque huius epistolae editorem, etiam socius noster v. d. M. Krammer eam in codice Parisiensi 1458 saec. IX. ex. perlustravit; in quo inter magnam seriem epistolarum Nicolai I. papae prima exstat in folio 162, 162' tam mutilo, ut in utraque margine plus minusve deleta multa legi non iam possint; numerum tantum litterarum, quae evanuerunt, conicere possumus, ita ut, ne vanas coniecturas proferamus, editionem nostram ita instituerimus: in textum certissimas solum coniecturas vel supplementa suscepimus, quae uncis inclusimus. Lacunas non vel ex parte tantum expletas trinis semper punctis indicavimus; in variis autem lectionibus numerum litterarum, quae evanuerunt, quoad conici licebat, insuperque coniecturas, quae explendis lacunis usui esse possunt, omnes fere ab Hampe et Quentin prolatas annotavimus; ibi diversitates quoque inter editiones illorum inveniuntur.

[NICOLAUS EPISCOPUS SE]RVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO KAROLO[1] G[a] . . .[2] |

. . . [d]evotioni[b], quam in adventu missi[3] nostri[c] . . . | . . . [grat]ias[d] agimus et omnipotentem Dominum pro vestri n[e] . . . | . . .[f] studebimus. Ceterum dilecti[g] . . . | . . . [c]lamores[h] et gemitus depositorum a fra[tre et coepiscopo nostro Hincmaro, Vul-] | fadi[4] scilicet et collegarum eius, pervenisse usque[i] . . . | ipsorum aures cordis nostri modis omnibus penet[rasse][k] . . . | dict[um ant]istitem, quatinus circa eos benignu[l] . . . [de restitutione][m] | ipsorum fr[aterne t]ractet et pie deliberet. Quam o[b rem][n]

73. [a]) *evanuerunt ca. 24 litterae;* glorioso regi *suppleverunt Hampe et Quentin.* [b]) *evanuerunt ca. 10 litterae ante* evotioni*; lacunam explevit Quentin:* Promptissimae, *Hampe coniecit:* Magnae tuae. *Quid autem re vera hoc loco scriptum fuerit, incertum est.* [c]) *evanuerunt ca. 24 litt. — Cf. Mansi XV, 707, Sirmond, Conc. Gall. III, 614:* Et quia nobis tantas gratias de receptione unius refertis . . . ., appareret maior devotio, si saepe hoc agere contingeret *(Epist. Karoli Calvi ad Nicolaum).* [d]) *evan. ca. 6 litt.* [e]) *evan. ca. 24 litt.;* nominis exaltatione exorare *coniecit Hampe.* [f]) *evan. ca. 10 litt.* [g]) *evan. ca. 29 litt.; supplevit Hampe* dilectionem vestram celare non possumus *vel similia, Quentin* dilectissime *et postea* scias. [h]) *evan. ca. 8 litt. — Ad locum sequentem cf. epistolam Karoli Calvi Nicolao directam (Sirmond, Conc. Gall. III, 300, Mansi XV, 734):* Sanctae paternitatis vestrae reverenter excepimus apices, quibus nobis clamores et gemitus depositorum ab Hincmaro honorando praesule, Vulfadi scilicet sociorumque eius, aures vestrae dignationis penetrasse aperuistis. [i]) *evan. ca. 26 litt.; coniecit Hampe:* ad sedem apostolicam, et vociferationes *(cf. infra n. 77 p. 411 l. 35, n. 79 p. 415 l. 8), Quentin, qui lacunam ex parte tantum explevit:* ad nos . . . . . et querelas . . [k]) *evan. ca. 22 litt.; ante sequentia Quentin supplevit:* Monuimus igitur . . [l]) *evan. ca. 25 litt.;* benignum se praebeat *vel similia coniecit Hampe,* benignius agens *Quentin.* [m]) *recte coniecit Quentin; Hampe:* et de restitutione. *Cf. ad hunc locum infra ep. n. 74 (p. 405 l. 16 sqq.) Nicolai ad Hincmarum directam, in qua leguntur:* . . . . . depositaque omni funditus animositate de restitutione ipsorum secum fraterne tractare atque misericorditer consummare contendat. *V. etiam infra ep. n. 75 (p. 408), ep. n. 76 (p. 410), Mansi XV, 728 (epistola synodi Suessionensis ad Nicolaum), ubi eadem fere verba invenies.* [n]) *evan. ca. 19 litt.; apte Hampe coniecisse videtur explendo:* dilectam filiolitatem *(cf. Sirmond, l. c. III, 300, Mansi XV, 734 ep. Karoli Calvi:* Quin etiam nostram filiolitatem, ut eumdem venerandum antistitem ad hoc hortaremur et admonere pro Dei amore curaremus, summopere praedicare decrevistis, aientes, ut eumdem ad obtemperandum praecellentiae vestrae solertia nostra decertaret flectere.*), Quentin ante* vestram *supplevit* gloriam.

1) *Qui dicitur Calvus.* 2) *Cf. de hac epistola Hampe in 'Neues Archiv' XXIII, 191 sqq., Quentin in 'Le Moyen Age' 1904 p. 97 sqq.; v. etiam Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 273 cum ann. 9; Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 72; F. Lot in 'Le Moyen Age' 1902 p. 409 ann. 2; Jaffé-Wattenbach Reg. II, 745 n. 2805 a. — Mentio eius prima fit apud Sirmond, Conc. Gall. III, 613, qui post editionem epistolae Nicolai ad Hincmarum directae (infra n. 74) adnotat haec: 'Alia rursus ad Karolum regem de cogenda synodo eadem Nicolai epistola, sed mutila, legebatur in schedis Nicolai Fabri', quo significatur ipse noster codex Paris. 1458, qui olim Fabri fuit. Cf. praeterea praecipue epistolas Karoli Calvi ad Nicolaum, Mansi XV, 708, 734, in variis lectionibus saepius laudatas et annotationes, quas ad epistolam infra n. 74 addemus. Tempus, quo scripta sit, idem esse ac trium sequentium epistolarum (nn. 74—76), ex ipsa epistola nostra apparet, quam seriem codicis sequentes illis anteposuimus.* 3) *Arsenii Hortensis episcopi; de quo cf. supra p. 303 ann. 5.* 4) *Cf. infra p. 405 ann. 4.*

. . . | vestram, ut ad hoc eum h[or]tari et admonere pro Dei et[a] . . . | sui amore[b] pro- 866
curet, summopere deprecam[ur] . . .[c] | quin, si non inde vobis oboedierit, iussimus[1] tam April. 3.
ip[sum][d] . . . [una cum][e] | ceteris Galliarum et Neustriae archiepiscopis et episcopis in[f]
. . . | et huiusmodi negotium studiosissime ventilare u[g] . . . | tia iustitiae adinventa;
poterit utique confusioni non mod[h] . . . | Et quia[i] semper illum tegere nec debemus a
talibus nec valemus, praev[ideat, ne pro eis tan-][k] | dem aliquando incurrat[l], quae non
optavit. Unde secundum datam vob[is][m] . . . | quae in ornamento gloriae vestrae
potiss[n] . . . | scimus et gaudemus, quia diligitis eum[o] . . . | lectione[p], quam circa
regnum[q 2] . . . | diligi rite creditur; si[r] . . . | Nam duo sunt, quae nos scribe[s] . . . | intra
regni[t] vestri[t] n[u] . . . | ignorant[v] . . . | ad[w] . . . ||||||||[3]

(fol. 162') . . .[x] soll[icite[y], n]e[y] ipse vos ad se [trahere[z] quibus-] | [cumque valeat[a]
argumentis, quo aut, ne nobis] oboediat, fautorem vos habeat [aut contra memo-] | [ratos
deiectos animum vestrum] ipsum[b] [com]moveat. Crudele[c] quippe[c] est[c] fr[a]t[d] . . . |
. . .[e] [t]este[f] psalmista[4] contra impios qu[g] . . . | . . . Suessonicam[h 5] autem urbem idcirco
conventum[i] . . . | . . .[k] egius[l] urt̄ et genium fratri et coepiscopo nostro Hincmaro | . . .[m]
[u]ndique convenire praecepimus, conveniens esset atque con-[n] | . . .[o] a[p] praedicta urbs
in regno vestro et in dioces[i] . . . edicti[q] | . . .[r] [f]ertur ad eam[s] hinc inde confluentibus

---

a) *evan. ca. 21 litt.; Hampe coniecit* Iesu Christi filii. b) *corr. ex* amovere *B.* c) *evan. ca. 21 litt.* d) *ita recte supplevit Hampe; econtra Quentin supplevit* ipsi *postea inserens* quam. *Evan. ca. 14 litt.* e) *recte coniecit Hampe; cf. infra ep. n. 74 (p. 405 l. 22 sqq.):* . . praecipimus . . . . una cum ceteris archiepiscopis et episcopis Galliarum et Neustriae . . . in idipsum . . . . apud Suessionem urbem . . pariter convenire *et epp. nn. 75, 76, ubi eadem fere verba exstant.* f) *evan. ca. 19 litt.; ad supplendum conferatur locus in annotatione praecedenti laudatus. Hampe coniecit:* id ipsum convenire, *Quentin* in Suessonicam urbem convenire. g) *Hampe* ul, *Quentin annotavit:* ut *aut* vel? *Evan. ca. 17 litt.* h) modicae *supplevit Hampe; evan. ca. 10 litt.* i) *ad haec et sequentia cf. epistolam Hincmari Egiloni Senonensi archiepiscopo directam (Migne, Patr. lat. CXXVI, 69):* . . . domnus apostolicus domno regi Carolo de me scripsit, quia semper me tegere non debet a talibus nec valet: ut providerem, ne pro eis tandem aliquando incurram quae non opto. . . . k) *ita recte lacunam ex litteris iam laudatis explevit Quentin*, pro eis *omittit Hampe.* l) *corr. ex* incurrit *B.* m) *ita apte Hampe*, vob[is] *om. Quentin. Evan. ca. 13 litt.; Hampe coniecit* prudentiam? n) *evan. ca. 30 litt. Suppleri debere* potissimum *nobis videtur.* o) *evan. ca. 30 litt.* p) [di]lectione *apte coniecit Hampe.* q) *evan. ca. 38 litt.* r) si *aut* su? *annotavit Quentin; evan. ca. 40 litt.* s) *evan. ca. 43 litt.* t) *ita recte legit Hampe*, regnum vestrum *Quentin.* u) *ita Hampe, om. Quentin; evan. ca. 45 litt.* v) *evan. ca. 51 litt.* w) *evan. ca. 56 litt. — Quae secuta sunt in hoc folio (octo lineae), hodie omnino fere desunt. Reliqua exstant in fol. 162'. Cf. Hampe, l. l. p. 193 ann. 27.* x) *evan. ca. 25 litt., post quas Hampe legit* uo . . a . . . .; *apte hic* cavete *Quentin supplevisse videtur (v. etiam Hampe, l. l. p. 194 ann. 2). Conferantur enim ad haec et sequentia, quae Karolus Calvus Nicolao responderit (Mansi XV, 708, Sirmond, l. c. III, 614):* Sed quia nobis mandastis, si illum ad nos trahere, ut vobis oboediret, non valeremus, sollicite caveremus, ne ipse nos ad se trahere quibuscumque valeret argumentis, quo aut, ne vobis oboediret, fautorem nos haberet aut contra memoratos deiectos animum nostrum commoveret, *et similiter in altera epistola (Mansi XV, 734, Sirmond, l. c. III, 300):* . . sin autem, sollicite praecavere, ne quibuslibet argumentis in non oboediendo vobis nos inclinare valeret. y) *recte suppleverunt ex locis supra laudatis Hampe et Quentin.* z) *apte coniecit Quentin;* trahat *Hampe.* a) *ita recte Quentin;* valet *Hampe.* b) *omittit Quentin. Emendandum vero esse* ipse *mihi persuasum est.* c) *ita Hampe;* crudeleque . . esse *Quentin.* d) fr *Quentin; evan. ca. 10 litt.* e) *evan. ca. 28 litt.* f) *omittit Quentin.* g) *evan. ca. 12 litt.* h) *ante hoc verbum* Apud *coniecerunt Hampe et Quentin; evan. ca. 22 litt.* i) *evan. ca. 9 litt.* k) *evan. ca. 26 litt.* l) pegius *Hampe, cuius ann. 12 (l. l. p. 194) ad hunc locum conferatur. Legendum autem esse* regius vester *verisimilius nobis videtur. V. etiam Quentin, l. l. p. 108 ann. 3.* m) *evan. ca. 27 litt.* n) condecens *vel* consentaneum *coniecit Hampe.* o) *evan. ca. 25 litt.* p) *omittit Quentin;* [qui]a *supplevit Hampe.* q) [pra]edicti, *ut coniecit Hampe, vel fortasse* sepedicti *suppleri licet.* r) *evan. ca. 23 litt.* s) *omittit Quentin.*

1) *V. infra p. 405 ep. n. 74 eodem tempore missam (cf. supra p. 402 ann. 2).* 2) *De sensu huius loci cf. Hampe, l. c. p. 193 ann. 22.* 3) *Quae in sequentibus hodie deperditis lineis Nicolaus scripserit, coniecit Quentin l. c. p. 107 ann. 8, ad hunc locum papae verba pro Vulfado laudatoria referens, ad quae alluditur et in epistola Karoli Calvi (Mansi XV, 735) et in epistola episcoporum Suessionensis synodi a. 866 (Mansi XV, 729) ad Nicolaum directis.* 4) *Qui psalmus sentiatur, non perspeximus.* 5) *Hod.* 'Soissons'.

866 April. 3. non[a] m[ediocr]iter[b] apta; | . . .[c] ur[d] inter[e] cete[ra][e] beneficiorum i[nsi]gnia memorati deiecti | . . .[f] [pro-]tegantur[g] et quasi a nobis iuxta po . . . . s[h] pietati vestrae commendati | . . .[i] defensionis vestrae clipeo[k] muniantur, quatinus inter tot | . . .[l] praeconia, inter tot oboedientiae laudanda fastigia[m], inter tot | . . . tis[n] indicia[o], quae iure[p] iam[p] circa nos exercere consuevit benigni- | [tas[q] vestra[q]] . . .[r] sive[s], quod de recuperatione deiectorum istorum precamur, summum et sin- | . . .[t] ationibus memoriale tribuat et nomen vestrum in aeternum exaltet; quoniam | . . .[u] [mu]lta et magna poscimus, quia multa et magna impetrare[v] | . . .[w] [Ad[x] ex]tremum[x] vero Hincmarus frater et coepiscopus | [noster[y] praevideat, ne ullo pacto, quod] de praefatis remotis clericis sanximus, | [aestimet neglegendum, cum a nobis incunctanter nosse poter]it, si contemptum[z] fuerit, cf. Rom. 12, 1. omnino[a] | [ulciscendum, quippe quod nec caritas fraternitatis nec d]ispensatio loci, cui Deo | [auctore praesidemus, quousque regularem finem opitulante ipso capi]at, a nobis patitur omittendum.

74.

Nicolaus Hincmaro praecipit, ut cum ceteris archiepiscopis et episcopis Galliarum et Neustriae ad concilium in Suessionensi urbe XV. Kal. Sept. celebrandum, in quo causa Wulfadi sociorumque eius denuo tractetur, conveniat, si sua sponte illos restituere noluerit. Quodsi isti quondam deiecti clerici ad sedem apostolicam appellaverint, utramque partem vicarios, si ipsi venire non possent, Romam ad negotium finiendum destinare iubet. Acta concilii ut sibi mittat, mandat. *866 April. 3.*

Codd. Laudun. 407 fol. 31—34' (B); Vatic. Reg. lat. 566 fol. 53' (C); Rochell. 387 fol. 93' (D); Paris. lat. 1458 fol. 162', in quo initium epistolae mutilatione fere deperditum est (E).

Edd. Sirmond, Conc. Gall. III, 611; Mansi, Conc. coll. XV, 705; Migne, Patr. lat. CXIX, 964. — Cf. J.-E. Reg. n. 2802 (2114).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HINCMARO ARCHIEPISCOPO REMENSI[1].

Multorum a partibus Galliarum ad limina vel sedem confluentium apostolorum relatione didicimus sanctitatem tuam quosdam clericos, qui de consecratione fuerant Ebonis, quondam Remensis antistitis[2], propriis gradibus pepulisse. Quorum deiectionem audientes, quia, etiamsi nullo speciali privilegio ad hanc curandam principaliter incitare-

---

a) *ita Hampe;* nr *vel* nm *Quentin.* b) *optime supplevit Hampe;* ter *tantum legit Quentin.* c) *evan. ca. 24 litt.* d) [precam]ur *supplevit Hampe;* ra *Quentin, cum quo consentit Krammer, qui legit* nra (= nostra). e) *recte supplevit Hampe; minus recte* intercedant *Quentin.* f) *evan. ca. 24 litt.* g) *ita Hampe (cf. l. l. ann. 16);* eg *tantum legit Quentin.* h) *quid hic supplendum sit, incertum est; de* positis *cf. Hampe, l. l. ann. 17.* i) *evan. ca. 21 litt.* k) *cf. epist. Karoli Calvi Nicolao scriptam (Mansi XV, 709, Sirmond, l. c. III, 615):* . . sicut sub clypeo protectionis nostrae ipsum sociosque eius commisistis . . l) *evan. ca. 19 litt.* m) *corr. ex* fastidia *B.* n) *ante* tis *evan. ca. 15 litt., Hampe explevit lacunam:* [specialia carita]tis, *cf. infra ep. n. 74 (p. 406 l. 31 sq.):* det speciale suae caritatis indicium. o) iudicia *Quentin.* p) *ita recte legisse videtur Quentin;* viritim *Hampe,* virgam *Krammer.* q) *ita recte suppleverunt Hampe et Quentin, cf. infra epp. n. 77 (p. 411 l. 21 sq.), n. 78 (p. 413 l. 8).* r) *ad hanc lacunam explendam coniecit Hampe* illud quoq-*?; evanuisse hoc loco videntur ca. 16 litt.* s) *ita legit Krammer,* ue *tantum exhibet Hampe,* u . . . *Quentin.* t) *evan. ca. 12 litt.* u) *evan. ca. 13 litt.* v) speramus *vel simile verbum supplendum esse coniecit Hampe.* w) *evan. ca. 30 litt.* x) *ad finem epistolae supplementaque in eo addenda cf. finem epistolae n. 74 ad Hincmarum directae (infra p. 407 l. 3 sqq.), ex quo omnes lacunas explere et prioribus editoribus et nobis licuit.* y) *hic non recte interponens addit Quentin:* a nobis fuit admonitus ut. z) contēn̄tum *B;* contemtum *Hampe.* a) *ita Hampe;* omnimo[dis] *Quentin secundum supra l. 42 sq. laudatam ep. n. 74 (p. 407 l. 5).*

1) *De hac epistola cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 146 sq., Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 271 sq.* 2) *A. 816—835, 840—841; cf. de eo A. Werminghoff in 'Allgemeine deutsche Biographie' XLVIII ('Leipzig' 1903), p. 242—248.*

mur, oppressis tamen subvenire[1] et[a] ad exemplum dominicum[b] elisos erigere et compeditos solvere nos oportet, operae pretium duximus in archivis sanctae Romanae, cui Deo auctore deservimus, ecclesiae studiosius quaerere et, si scripto forte memoria quaelibet apud nos sive de illis sive de ordinatore ipsorum esset recondita, diligenter investigare; quod et fecimus. Siquidem ex his quibusdam Deo revelante reppertis nihilominus etiam concilii[2], quod nobis ipse misisti[3], videlicet in quo praesignati clerici degradati sunt, acta[c] relegimus. Sed his omnibus, id est tam illis[d] monumentis[e], quae penes nos habentur, quam his, quae[d] sanctitas tua nobis destinavit, rite collectis enucleanterque recensitis nondum liquido[f] patet eosdem clericos regulariter gradu proprio caruisse. Verum nos nec hos interim iustificamus nec pro hoc quemlibet condempnamus nec facile vocem istorum spernimus nec reverentiam tuam inprovide reprehendimus. Illud quidem, ne opturare aures ad clamores pauperum, id est humilium, dinoscamur, hoc vero, ne[g] de incognitis inmature iudicare quippiam videamur. cf. Ps. 144, 14; 145, 8. 866 April. 3. cf. Prov. 21, 13.

Proinde necessario praesentis epistolae nostrae salubribus fraternitatem tuam hortamur affatibus, uti commemoratos viros, Vulfadum[h 4] scilicet collegasque ipsius, clementi animo et tranquilla studeat ad se magnanimitate vocare depositaque omni funditus animositate de[i] restitutione[i] ipsorum[i] secum[k] fraterne tractare[l] atque misericorditer consummare contendat. Laudabilius quippe iudicamus ac coram Deo acceptius esse credimus, si respectu divinitatis interrogata conscientia[m] solus illorum restaurationem sine quavis[n] ipse[n] refragatione, benignus[o] admiseris, quam si prius renitens[p], detecta tamen iustitia cum multis hanc postea fueris[q] amplexatus[r]. Iam vero si flecti ad hoc te[s] munda conscientia non permittit, praecipimus fratres nostros Remigium[5] Lugdunensem[6], Adonem[7] Viennensem[8], Wenilonem[9] Rotomagensem[10] una cum ceteris archiepiscopis et episcopis Galliarum et Neustriae, quibus tamen possibilitas est, in idipsum cum beatitudine tua et suffraganeorum tuorum apud Suessionem[t 11] urbem dioceseos[u] tuae pariter convenire. Ad quorum venerandum conventum Vulfadum quoque cum iam praesignatis paribus eius vos accersire procul dubio volumus. Siquidem omnibus, videlicet tam archiepiscopis et episcopis quam ipsi[v] Vulfado et sociis eius, nostras hoc iubentes litteras[12] destinavimus[w]. Ubi canonice per ordinem cuncta, quae in eis gesta sunt, examinantes et subtilius investigantes, si de illorum reformatione iustum quid vel pium senseritis, sine contradictione perficite et[x] eos in suis ordinibus restituite[x]. cf. 1. Tim. 5, 4.

Praeterea, si disceptantibus vel fortassis alia atque alia decernentibus vobis praefati deiecti sedem appellaverint apostolicam et eius speciali se iudicio damnari vel absolvi petierint[y], praecipimus, ut, si sanctitas tua vel si Vulfadus aut socii eius ad nos venire per se non possunt, vicarios vestros[z] ad hoc negotium ventilandum et finiendum

---

74. a) ut *C, D.* b) *ss. corr. B.* c) *hic incipit textus minus corruptus in cod. Paris. 1458 fol. 163 (E).* d) *hoc loco et saepe infra del. E.* e) monimentis *D.* f) aliquo *C, D.* g) *corr. ex* nec *E.* h) Uulfandum *D.* i) *desunt C, D, E.* k) seuon *C.* l) tractet *C, E, ex* tractare, *ut videtur, corr. D.* m) consscientia *C.* n) quā vis *D.* o) benignis *D.* p) retintens *corr. ex* retinens *C.* q) fuerit *C, D.* r) cōplexatus *D.* s) *ss. al. m. B.* t) Suessionum *D.* u) dijoceseos *C.* v) ipis, *ut vid., E.* w) designavimus *C, E.* x) et — restituite *desunt C, D.* y) petierunt *D.* z) nostros *C, D.*

1) *Oppressis subveniri debere iterum atque iterum contendit Pseudo-Isidorus. Cf. Ps.-Eleutherius (c. 4):* Oppressis namque ab omnibus in cunctis subveniatur *(Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 126); Ps.-Zeppherinus (c. 9):* Succurrere ergo vos oportet oppressis *(Hinschius, l. l. p. 132); Ps.-Pontianus (c. 10):* Oppressos erigere studete *(Hinschius, l. l. p. 151). Cf. etiam Ps.-Felix, l. l. p. 198 (c. 4), Ps.-Iulius, l. l. p. 470 (c. 12), Ps.-Damasus, l. l. p. 508 (c. 23) etc.* 2) *Suessionensis anno 853. celebrati; de quo cf. Schrörs, l. c. p. 61 sqq.* 3) *Cf. Schrörs, l. c. p. 270 sq.* 4) *Postea (a. 866 — ca. 876) Bituricensem archiepiscopum; de quo cf. Schrörs, l. c. p. 273—276.* 5) *A. 852—875.* 6) *Hod. 'Lyon'.* 7) *A. 860—875.* 8) *Hod. 'Vienne'.* 9) *A. 856 — ca. 869.* 10) *Hod. 'Rouen'.* 11) *Hod. 'Soissons'.* 12) *E quibus exstant tantum duae epistolae infra (nn. 75, 76) editae ad Herardum Turonensem et Adonem Viennensem directae.*

866 April. 3. mox post consummatum concilium[a] XV. Kalendas Septembris praesentis quartae decimae indictionis[b] [1] auctoritate nostra collectum vestras praesentaturos personas nullam[c] penitus[d] excusationem praetendentes[e] utrique ad sedem beati Petri mittatis. In quo ne forte sinistra cogitatio subrepat[f], dicens eosdem remotos clericos nullam iam vocem proclamationis habere, pro eo quod anni metas[g] tempus deiectionis eorum excesserit: sciendum est nil tale[h] in canonibus, ubi de appellationibus ad Romanum praesulem legitur[2], penitus inveniri; alias autem et istos forsitan intra annum provocasse clarebit. Denique, sicut epistola[3] penes nos inventa sanctae[i] memoriae[i] quarti papae Leonis[4] innuit, sedem apostolicam eos appellasse iam nos incunctanter agnovimus; quamvis longe inter se diversa sit omnimoda depositio, de qua nunc agitur, et suspensa excommunicatio, cuius vocem[k] proterve utique clamantem, non humiliter petentem, post annum non audiendam[l] quaedam regula[5] statuit. Quia[m] vero nonnulli Pharaonem ministrosque ipsius imitantes saepe, cum senserint oppressos quosque atque deiectos de suis necessitatibus, sicut olim Israhel filios, vociferari, iniquis eos operibus opprimunt et oneribus exquisitis affligunt: idcirco coram Deo sanctitatem tuam admonemus[n], ut, cum fortassis nostris apicibus animati crebro dicti viri deiectionis suae causam[o] venire[p] ad examen optaverint[q], nullam ex his quilibet indignationem tuam sustineat, nullum ad[r] coepta[r] peragenda per suggestionem reverentiae tuae patiatur[s] incommodum.

cf. Exod. 2, 23; 5, 15.

Sed dicturus es sedis apostolicae te[t] privilegia[6] confirmantia[u], quae de[v] ipsis statuta sunt viris[w], habere. Bene et argute. Sed si penes te[x] sicut exemplaria, quae apud nos reiacent, fideliter reservantur[y], et ea diligenter relegeris, profecto repperies, quia summa firmitasque ipsorum in apostolicae sedis reservata sit arbitrio potestatis[7]; nimirum quae[z] sic aliena iura custodit, ut sua non minuat, sic honorem debitum dat, ut suum non tribuat alienis, sicque dilectionem tuam texit ab hoste[a], ut ipse se flagitantium exhiberi[b] nequeat[c] hostis. Unde, sicut nos contra cunctos adversantes tibi Deo iuvante clipeum[d] protectionis nostrae parati sumus opponere, ita fraternitas tua studeat his, qui apostolorum suffragia postulant, benigno semper favore succurrere et[e] arma, quae contulimus, sic pro te sint[f] valida[fg], ut potius[h] pro nobis, ubi necesse est, non contra nos roboris firmitatem optineant. Agat igitur in his fraternitas tua, ut praeter debitam oboedientiae reverentiam, quantus sit in mente tua circa nos amor, qui auro et lapidibus pretiosis potior est, luce clarius innotescat, et per horum exhibitionem det speciale[i] suae caritatis indicium et, quae intus nonnumquam solummodo flagrat, in his propriae[k] nunc radios suae claritatis foras emittat[l]. Porro scito[m] nos fratri et coepiscopo nostro Remigio Lugdunensi antistiti[n] praecepisse[8], ut te prius adiens nostras dilectioni[o] tuae litteras porrigat et sic demum, si restitutioni praefatorum consentire solius tuae auctoritatis ausu vereris, ad convocandum statutum[p] sententia nostra iam designatum concilium epistolas nostras sibi delatas, quibus a nobis destinatae sunt, mittere satagat.

---

a) data *add. C, D;* datur *add. E.* b) inditionis *C, D.* c) nullas *C.* d) *om. E.* e) precedentes *C, D.* f) subrebat *D.* g) melas *D.* h) talem *C, D.* i) *desunt C, D, E.* k) voce *C, D.* l) audientiam *C, D.* m) qui *D.* n) monemus *C, D, E.* o) causa *E.* p) venirē *E.* q) optinuerint *D.* r) accoepta *C, D.* s) patitur *D.* t) *ss. alia m. E.* u) confirmata *C, D.* v) *deest D.* w) iuris *D.* x) *corr. ex* tu *E.* y) servantur *D.* z) *corr. ex* quod *E.* a) oste *E.* b) exhibere *C, D.* c) nequeas *B, C, D, E.* d) clippeum *B;* clyppeum *C.* e) hec *E.* f) valida sint *C, D, E.* g) *corr. ex* validati *C.* h) totius *B, C, D;* totius *corr. in* tutius *E.* i) specialę *D.* k) proprie *C, D.* l) emittet *E.* m) *corr. ss. in* scitote *E.* n) *om. C, D.* o) dilectionis *D.* p) statum *C, D.*

1) *Id est: 866 Aug. 18.* 2) *Sardicenses canones significantur.* 3) *Huiusmodi epistolam ipse commemorat Hincmarus in litteris ad Nicolaum directis (Migne, Patr. lat. CXXVI, 85), cf. J.-E. Reg. n. 2631. V. etiam J.-E. Reg. n. 2632 (MG. Epist. V, 590 n. 11). Schrörs, l. l. p. 65.* 4) *A. 847—855.* 5) *Cf. conc. Carthag. V. c. 12 (Mansi III, 970).* 6) *Benedicti III. et ipsius Nicolai; quae edidimus supra sub nn. 59, 59 a (p. 365 sqq.). — Cf. etiam Ann. Bertin. a. 866 ed. Waitz p. 82.* 7) *Quod elucet e textu privilegiorum illorum; cf. etiam infra epp. n. 79 (p. 417 sq.), n. 80 (p. 425 sq.).* 8) *Non exstat.*

Quicquid vero in concilio fuerit a vobis examinatum atque reppertum, sub gestorum serie discretioni nostrae, sicut veneranda decreta statuunt[1], mittite[a] et[b] nostrae auctoritati quae salubria videbuntur[c] roboranda plena fidelique relatione dirigite. Ad extremum vero praevide, ne ullo pacto, quod de praefatis remotis clericis sanximus, aestimes neglegendum, cum a nobis incunctanter nosse poteris, si contemptum fuerit, omnimodis ulciscendum, quippe quod nec caritas fraternitatis nec dispensatio loci, cui Deo auctore praesidemus, quousque regularem finem opitulante ipso capiat, a nobis patitur omittendum[d]. Optamus[e] sanctitatem seu[f] fraternitatem[f] tuam in Christo bene valere. 866 April. 3. cf. Rom. 12, 10.

Data III. Nonas Aprilis indictione XIIII[e].

75.

Nicolaus Herardum Turonensem archiepiscopum episcoposque provinciae eius de litteris suis ad Hincmarum directis (supra n. 74) certiores facit concilioque Suessionensi adesse iubet. *866 April. 3.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 164—166 (B); Laudun. 407 fol. 28—31, cui deest initium epistolae (C).

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 866 n. 48—51; Sirmond, Conc. Gall. III, 280; Mansi, Conc. coll. XV, 710; Migne, Patr. lat. CXIX, 967. — Cf. J.-E. Reg. n. 2803 (2115).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HERARDO[a] TURONENSI ARCHIEPISCOPO[2] SEU OMNIBUS VENERABILIBUS EPISCOPIS DIOCESEOS TUAE[3].

Quorundam[b] a partibus Galliarum ad limina vel sedem confluentium apostolicam relatione didicimus fratrem nostrum Hincmarum Remensem archiepiscopum quosdam clericos, qui de consecratione fuerant Ebonis praecessoris sui, propriis gradibus pepulisse. Quorum deiectionem audientes, quia, etiamsi nullo spetiali privilegio[c] ad hanc curandam principaliter incitaremur, oppressis tamen subvenire et ad[d] exemplum dominicum elisos[e] erigere et compeditos solvere nos oportet, operae[f] pretium duximus[g] in arcivis sanctae Romanae, cui Deo auctore deservimus, ecclesiae studiosius quaerere et, si scripto forte memoria quaelibet apud nos sive de illis sive de ordinatione[h] ipsorum esset recondita, diligenter investigare; quod et fecimus. Siquidem ex his quibusdam Deo revelante repertis nihilominus etiam concilii, quod nobis ipse misit frater et coepiscopus noster Hincmarus, videlicet in quo praesignati clerici degradati sunt, acta relegimus. Sed his omnibus, id est tam illis monumentis, quae penes nos habentur, quam his, quae idem antistes nobis destinavit, rite collectis enucleanterque recensitis nondum liquido patet eosdem clericos regulariter gradu proprio caruisse. Verum nos nec hos[i] interim iustificamus nec pro hoc quemlibet condempnamus nec facile vocem istorum[k] spernimus nec reverentiam iam dicti fratris inprovide reprehendimus. Illud quidem, ne obturare aures ad clamores pauperum, id est humilium, dinoscamur, hoc vero, ne de incognitis inmature[l] iudicare quippiam videamur. cf. Ps. 144, 14; 145, 8. cf. Prov. 21, 13.

---

a) mittere *(?) D.* b) *corr. ss. pro* hęc *E.* c) videbantur *E.* d) obmittendum *E.* e) Optamus — XIIII. *desunt C, D, E.* f) *in ras. al. man. (?) B.*

75. a) *corr. ex* Henardo, *ut vid., B.* b) u *primum ss. B.* c) *corr. B.* d) *hic incipit C.* e) *corr. ex* helisos *B.* f) opere *B, C.* g) diximus *C.* h) ordinatore *corr., ut vid., ex* ordinatione *C.* i) h *ss. B.* k) ipsorum *B.* l) *corr. ex* inmaturare *B.*

1) *Cf. supra ep. n. 70 p. 389 cum ann. 8 et Gelasii I. epist. ad episcopos per Dardaniam constit., Mansi VIII, 51, 65, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 642 (J.-K. Reg. n. 664). V. P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales' p. 91 sq. Hoc loco ad falsas quoque decretales Nicolaum respexisse verisimile est.* 2) *A. ca. 855 vel 856—869.* 3) *Cf. ad hanc epistolam ea, quae adnotavimus ad praecedent. ep. n. 74 eodem fere textu conscriptam.*

866 April. 3. Proinde necessario epistolae nostrae[1] salubribus eundem communem fratrem nostrum hortati[a] sumus affatibus, uti commemoratos viros, Vulfadum scilicet collegasque ipsius, clementi animo et tranquilla studeret ad se magnanimitate vocare depositaque omni funditus animositate[b] de restitutione ipsorum secum fraterne tractare atque miseri-
cf. 1. Tim. 5, 4. corditer consummare contenderet. Laudabilius quippe iudicavimus ac coram Deo acceptius[c] esse credidimus, si respectu divinitatis interrogata conscientia solus illorum restaurationem sine quavis ipse refragatione benignus ammitteret[d], quam si prius renitens, detecta tamen iustitia cum multis hanc postea sequeretur. Iam vero, si hunc flecti ad hoc munda conscientia non permittit, praecipimus[e] vos una cum ceteris archiepiscopis et episcopis Galliarum et Neustriae, quibus tamen possibilitas est, in idipsum cum praedicto[f] fratre et coepiscopo nostro Hincmaro et suffraganeis eius apud Suessonicam urbem pariter convenire. Ad quorum venerandum conventum Vulfadum quoque cum iam praesignatis paribus eius vos accersire procul dubio volumus. Siquidem omnibus, videlicet tam ipsi crebro nominato antistiti ac reliquis archiepiscopis et episcopis quam Vulfado et sociis eius, nostras hoc iubentes[g] litteras[2] destinavimus. Ubi canonice per ordinem cuncta, quae in eis gesta sunt, examinantes et subtilius investigantes, si de illorum reformatione iustum quid vel pium senseritis, sine contradictione perficite et eos in suis ordinibus restituite.

Praeterea, si disceptantibus vel fortassis alia atque alia decernentibus vobis praefati deiecti sedem appellaverint[h] apostolicam[h] et eius spetiali se iuditio dampnari vel absolvi petierint[i], praecepimus, si saepedictus frater et coepiscopus noster Hincmarus vel si Vulfadus aut socii eius ad nos venire per se non possunt, vicarios suos ad hoc negotium ventilandum et finiendum mox post consummatum concilium XV.[k] Kalendas Septembris praesentis quartae decimae indictionis auctoritate nostra collectum eorum praesentaturos nobis personas nullam[l] penitus excusationem praetendentes utrique ad sedem beati Petri transmittant. In quo ne forte sinistra cogitatio subrepat, dicens eosdem remotos clericos nullam[m] iam vocem proclamationis habere, pro eo quod anni metas tempus deiectionis eorum excesserit: sciendum est nil tale in canonibus, ubi de appellationibus ad Romanum praesulem legitur, penitus inveniri; alias autem et istos forsitan intra[n] annum provocasse clarebit. Denique, sicut epistola penes nos inventa sanctae memoriae quarti papae Leonis innuit, sedem apostolicam eos appellasse iam nos incunctanter agnovimus; quamvis longe inter se diversa sit omnimoda depositio, de qua nunc agitur, et suspensa excommunicatio, cuius vocem proterve[o] utique clamantem, non humiliter petentem, post annum non audiendam quaedam regula[p] statuit.

Sed ad haec crebro dictus antistes dicturus est sedis apostolicae se privilegia confirmantia, quae de ipsis statuta sunt viris, habere. Bene et argute. Sed si penes illum sicut exemplaria, quae apud nos reiacent[q], fideliter reservantur, et ea diligenter relegerit, profecto reperiet, quia summa firmitasque ipsorum in apostolicae sedis reservata sit arbitrio potestatis; nimirum quae sic aliena iura custodit, ut sua non minuat, sic honorem debitum dat, ut suum non tribuat alienis, sicque dilectionem eius texit ab hoste[r], ut ipse hanc flagitantium exhiberi nequeat[s] hostis. Nam et arma illi a nobis collata ita volumus pro eo sint valida, ut potius[t] pro nobis, ubi necesse est, non contra nos roboris[u] firmitatem optineant. Siquidem etiam ab eo privilegiorum apostolicae sedis

---

a) h *ss. al. m. B.* b) et *add. B.* c) i *ss. al. m. B.* d) m *primum al. m. ss. B.* e) praecepimus *C.* f) prẹlato *C.* g) iubente *B.* h) apostolicam appellaverint *B.* i) *ss. corr. ex* petierit *B.* k) $^{ma}_{XV}$ *B.* l) *al. m. corr. ex* nullum *B.* m) ullam *B.* n) ante *B.* o) propterue *B.* p) regulam *B.* q) se iactant *B.* r) h *ss. al. m. B.* s) nequeas *corr. al. m. ss. pro* nullus ad *B.* t) tutius *al. m. corr. ex* totius *B; corr. ss. ex* totius *m. recenti C.* u) *deest B.*

1) *Supra ep. n. 74 (p. 404 sqq.).* 2) *V. supra p. 405 ann. 12.*

decreto non habito quae sanctitas eius statuit nos violanda non ducimus, nisi forsan sacris legibus inveniantur adversa. Porro scitote nos fratri et coepiscopo nostro Remigio[a] Lugdunensi antistiti[b] praecepisse, ut, si restitutioni praefatorum frater[c] et coepiscopus noster Hincmarus consentire[d] solius suae[e] auctoritatis ausu veretur, ad convocandum statutum sententia nostra iam designatum[f] concilium epistolas nostras sibi delatas vobis, quibus[g] a[h] nobis[h] destinatae sunt, mittere satagat. Quicquid vero in concilio fuerit a vobis examinatum atque repertum, sub gestorum serie discretioni nostrae, sicut veneranda decreta statuunt, mittite et nostrae auctoritati quae salubria videbuntur roboranda plena fidelique relatione dirigite. Optamus fraternitatem vestram in Christo nunc et semper bene valere. 866 April. 3.

Data III. Nonas Aprilis indictione XIIII[i].

76.

Nicolaus Adonem Viennensem archiepiscopum de litteris suis ad Hincmarum directis (supra n. 74) certiorem facit concilioque Suessionensi adesse iubet. 866 April. 3.

Codd. Vatic. Reg. lat. 566 fol. 55—56' (B); Rochellensis 387 fol. 95', in quo deest altera pars epistolae (C).

Edd. Acta pontificum Romanorum inedita ed. von Pflugk-Harttung II, 30 n. 60. Sirmond, Conc. Gall. III, 684 ad epistolam Herardo directam (supra n. 75) annotavit: Eiusdem exempli alteram vidimus, Adoni sanctae Viennensis ecclesiae archiepiscopo. — *Cf. J.-E. Reg. n. 2804 (2116).*

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADONI[1] VIENNENSI ARCHIEPISCOPO[2].

Quorundam a partibus Galliarum ad limina vel sedem confluentium apostolicam relatione didicimus fratrem nostrum Hincmarum Remensem archiepiscopum quosdam clericos, qui de consecratione fuerant Ebbonis praecessoris sui, propriis gradibus pepulisse. Quorum deiectionem audientes, quia, etiamsi nullo speciali privilegio ad hanc curandam principaliter incitaremur, oppressis tamen subvenire et ad exemplum dominicum elisos erigere et compeditos solvere nos oportet[a], operae pretium duximus in archivis sanctae Romanae, cui Deo auctore deservimus, ecclesiae studiosius quaerere et, si scripto forte memoriae quaelibet apud nos sive de illis sive de ordinatione ipsorum essent recondita, diligenter investigare; quod et fecimus. Siquidem ex his quibusdam Deo revelante repertis nihilominus etiam concilii, quod nobis ipse misit frater et coepiscopus noster Hincmarus, videlicet in quo praesignati clerici degradati sunt, acta relegimus. Sed his omnibus, id est tam illis monumentis, quae penes nos habentur, quam his, quae idem antistes nobis destinavit, rite collectis enucleanterque recensitis nondum liquido patet eosdem clericos regulariter gradu proprio caruisse. Verum nos nec hos interim iustificamus nec pro hoc quemlibet condempnamus nec facile vocem istorum spernimus nec reverentiam iam dicti fratris inprovide reprehendimus. Illud quidem, ne obturare aures ad clamores pauperum, id est humilium, dinoscamur, hoc vero, ne de incognitis inmature iudicare quippiam videamur. cf. Ps. 144, 14; 145, 8. cf. Prov. 21, 13.

Proinde necessario epistolae nostrae[3] salubribus[b] eundem communem fratrem nostrum hortati sumus affatibus, uti commemoratos viros, Vulfadum scilicet collegasque

---

a) *partim non iam recognosci potest B.* b) *corr. B.* c) *non iam legi potest B.* d) *al. m. corr. ex* contrahire *B.* e) *deest B.* f) a *corr. ex* u *B.* g) utique *add. C.* h) *dehinc valde del. B, quamobrem perpauca recognosci possunt.* i) Et hoc tenore constantes missae sunt apud nos aliis episcopis *[scil.* epistolae*] addit C.*

76. a) oporteret *B.* b) salubrius *C.*

1) *A. 860—875.* 2) *Ad hanc epistolam cum praecedenti ad verbum fere consentientem cf. ea, quae adnotavimus ad ep. n. 74 eodem fere tenore conscriptam.* 3) *Supra ep. n. 74 (p. 404 sqq.).*

866 April. 3. ipsius, clementi animo et tranquilla studeret ad se magnanimitate vocare depositaque omni funditus animositate de restitutione ipsorum secum[a] fraterne tractare[b] atque[c] cf. 1. Tim. 5, 4. misericorditer consummare contenderet. Laudabilius quippe iudicavimus[d] ac coram Deo acceptius esse credidimus, si respectu divinitatis interrogata conscientia solus illorum restaurationem sine quavis ipse refragatione benignus ammitteret, quam si prius renitens, detecta tamen iustitia cum multis hanc postea sequeretur. Iam vero, si hunc flecti ad hoc munda conscientia non permittit, praecipimus vos una cum ceteris archiepiscopis et episcopis Galliarum et Neustriae, quibus tamen possibilitas est, in idipsum cum praelato fratre et coepiscopo nostro Hincmaro et suffraganeis eius apud Suessonicam urbem pariter convenire. Ad quorum venerandum conventum Vulfadum quoque cum iam praesignatis paribus eius vos accersire procul dubio volumus. Siquidem omnibus, videlicet tam ipsi crebro nominato antistiti ac reliquis archiepiscopis et episcopis quam Vulfado et sociis eius, nostras hoc iubentes litteras[1] destinavimus. Ubi canonice per ordinem cuncta, quae in eis gesta sunt, examinantes et subtilius investigantes, si de illorum reformatione iustum quid vel pium senseritis, sine contradictione perficite et eos in suis ordinibus restituite.

Praeterea, si disceptantibus vel fortassis alia atque alia decernentibus vobis praefati deiecti sedem appellaverint apostolicam et eius speciali se iudicio damnari vel absolvi petierint, praecipimus, si saepedictus frater et coepiscopus noster Hincmarus vel si Vulfadus aut socii eius ad nos venire per se non possunt, vicarios suos ad hoc negotium ventilandum et finiendum mox post consummatum concilium quinta decima Kalendas Septembris praesentis quartae decimae indictionis auctoritate nostra collectum eorum praesentaturos nobis personas nullam penitus excusationem praetendentes utrique ad sedem beati Petri transmittant. In quo ne forte sinistra cogitatio subrepat, dicens eosdem remotos clericos nullam iam vocem proclamationis habere, pro eo quod anni metas tempus deiectionis eorum excesserit: sciendum est nil tale in canonibus, ubi de appellationibus ad Romanum praesulem legitur, penitus inveniri; alias autem et istos forsitan intra annum provocasse clarebit. Denique, sicut epistola penes nos inventa sanctae memoriae quarti papae Leonis innuit, sedem apostolicam eos appellasse iam nos incunctanter agnovimus; quamvis longe inter se diversa sit omnimoda depositio, de qua nunc agitur, et suspensa excommunicatio, cuius vocem proterve utique clamantem, non humiliter petentem, post annum non audiendam quaedam regula statuit.

Sed ad haec crebro dictus antistes dicturus est sedis apostolicae se privilegia confirmantia, quae de ipsis statuta sunt viris[e], habere. Bene[f] et[f] argute[f]. Sed[f] si penes illum sicut exemplaria, quae apud nos reiacent, fideliter reservantur, et ea diligenter relegerit, profecto reperiet, quia summa firmitasque ipsorum in apostolicae sedis reservata sit arbitrio potestatis; nimirum quae sic aliena iura custodit, ut sua non minuat, sic honorem debitum dat, ut suum non tribuat alienis, sicque dilectionem eius texit ab hoste[g], ut ipse hanc flagitantium exhiberi nequeat hostis. Nam et arma illi a nobis conlata ita volumus pro eo sint valida, ut potius[h] pro nobis, ubi necesse est, non contra nos roboris firmitatem obtineant. Siquidem etiam ab eo privilegiorum apostolicae sedis decreto non habito quae sanctitas eius statuit nos violanda non ducimus, nisi forsan sacris legibus inveniantur adversa[2]. Quicquid vero in concilio fuerit

---

a) *ss. corr. ex* secom *B; om. C.* b) tractaret *B.* c) *hic est finis epistolae et codicis ipsius C.* d) iudicabimus *B.* e) *ss. add.* $\overline{\text{N}}$ (= non) *inepte B.* f) *hic locus, quem emendavimus secundum epistolas supra nn. 74, 75 (p. 406 l. 20, 408 l. 36), corruptus est in codice B, in quo in rasura haec scripta sunt:* eum summopere redarguit et *et ante* si *suprascriptum est* quia. g) *ss. corr. ex* oste *B.* h) tutius *ss. corr. ex* totius *B.*

1) *V. supra p. 405 ann. 12.* 2) *Omissa sunt hic in praesenti epistola, quae sequuntur in n. 75 — similiter in n. 74 —:* Porro scitote — mittere satagat *(p. 409 l. 2 sqq.).*

a vobis examinatum atque repertum, sub gestorum serie discretioni nostrae, sicut veneranda decreta statuunt, mittite et nostrae auctoritati quae salubria videbuntur roboranda plena fidelique relatione dirigite. Optamus fraternitatem vestram in Christo nunc et semper bene valere. 866 Aug. 29.

Data III. Nonas Aprilis indictione quarta decima.

77.

Nicolaus Karolum Calvum regem reprehendit, quod ante synodum habitam sententiamque eius sibi ad diffinitionem intimatam immature Wulfadum restituere velit.

866 Aug. 29.

Cod. Laudun. 407 fol. 37'—38' (B).

Edd. Sirmond, Conc. Gall. III, 615; Mansi, Conc. coll. XV, 709; Migne, Patr. lat. CXIX, 977. — Cf. J.-E. Reg. n. 2811 (2122).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[1].

Excellentiae vestrae litteras[2], quae pro verbis mella stillabant, perlegentes denuo fidei, qua circa sanctam Romanam flagratis ecclesiam, in eis comperimus patenter insignia, denuo humilitatis et promptissimae devotionis vestrae repperimus erga sedem apostolicam difficulter exponenda virtutum fastigia. Verumtamen nihil in illis verbis vestra caritas asserit, nisi quod nostra iam dudum experimento sollertia didicit; nihil scriptis ostendere nititur, nisi quod nos pene cotidie factis aspicimus. Quod enim potest esse manifestius summae devotionis vestrae ac laudabilis affectus indicium quam id, quod in causa venerabilis abbatis[3] Vulfadi vel sociorum eius vestra studet exhibere benignitas? Denique nos quidem ad eorum auxilium vos primitus incitavimus[4]; sed tanta nunc pietas vestra sollicitudine reverentiam circa primos apostolorum servando, quorum praesidium petunt, pro illis urguetur, ut plus quam nos postulasse visi sumus, modo vestra pia noscatur ex hoc anhelare prorsus industria. Siquidem nos tamquam clementissimum principem et geminam caritatem habentem vos ad iustam deiectorum relevationem invitavimus, non ad immaturam erectionem eorum inprovide provocavimus. Verum qualiter vos hinc simus hortati, prima vobis a nobis ex hoc epistola[5] negotio missa luce clarius indicat. Sic ergo vestra, quemadmodum illa dictat nos a vobis postulasse, pro eis exequatur providentia et vestra sine culpa manebit apud Deum aequissima[a], sicut credimus, excellentia.

Praeterea nos alacrem vestram olim nobis praecognitam et innumeris probatam experimentis ceu devotissimi filii oboedientiam recolentes et, ut in hac quoque causa circa reverentiam principum apostolorum hanc ostenderetis, affectantes scripsimus vobis utpote carissimo filio, quatenus eos, quorum clamor ad sedem ipsorum pervenerat, benigno in sua iustitia iuvantes affectu vobis quoque nihilominus per intercessiones eorum adquirere satageretis auxilium, non ut super Dei reprehensionis induceretis ecclesiam seminarium. Talem quippe nos ecclesiam Dei, qui ei per abundantiam supernae gratiae praesumus, iuxta modum acceptae distributionis exhibere debemus, qualem hanc auctor eius proprio sanguine purgans exhibuit, id est non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi. Quomodo autem nunc inreprehensibiliter cf. Eph. 5, 27.

---

77. a) atq. iussima *B*.

1) *De hac epistola cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 147 sq. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 276 sq.* 2) *V. epistolam Karoli Calvi regis, Mansi XV, 707; cf. F. Lot in 'Le Moyen Age' 1902 p. 412 sqq.* 3) *S. Medardi Suessionensis, Dervensis, Resbacensis quoque, ut nonnulli opinantur, monasteriorum; cf. Schrörs, l. c. p. 274 cum ann. 18. Dümmler, l. c. II², 147. — V. etiam de Wulfado supra p. 405 ann. 4.* 4) *In epistola supra (n. 73) edita.* 5) *Supra n. 73 (p. 402 sqq.).*

866 Dec. 6. agi potest, quod de praefato viro deposcitis[1], quando penes nos tam de illo quam de ordinatore[a] ipsius diversa scripta reiacent, quaedam hos accusantia, quaedam etiam defendentia? Pro quibus examinandis et discernendis synodum[2], sicut nostis, isto in[b] tempore[3] reverentissimorum episcoporum in regno vestro iussimus celebrari[4]. Quorum relatione sub gestorum serie, quae in ea de repulsione praesignatorum virorum reperta fuerint, nobis volumus, quemadmodum decretalia constituta praecipiunt[5], reserari sicque demum decernentibus nobis quod Deo placeat ordinari. Nam nos[6], qui cunctorum hominum, sed praecipue sacerdotum, maturam cupimus fore sententiam, quomodo diffinitivum de minus cognitis iudicium proferamus, penitus ignoramus, antequam per memoratos antistites cuncta, quae ventilanda esse ab eis decrevimus, pleniter ac per ordinem agnoscamus. Iam vero, si, priusquam quid de illis inventum fuerit nobis ab episcopis intimetur, deiectorum clericorum aliquem restituamus et examen ab eis synodice patrandum iudicio nostro praeveniamus, ut quid eos frustra vexari, ut quid supervacue tanto itinere fatigari volumus? Aut quid opus fuit eis tantam iniuriam vel confusionem ingerere? Itaque, si vultis, ut iustitiae ac pietatis negotium, quod coepimus[c], Christo duce ad calcem usque, sicut dignum est, perducamus, quaeque in synodo saepedicta de praenotatis eiectis clericis reperta fuerint agite, quo nobis omnium episcoporum qui conveniunt relatu pandantur, et ita dein quod Dominus revelaverit a nobis diffiniendum procul dubio praestolamini, quoniam, si sapientia est sicut thesaurus effodiendus, restat, ut etiam, quae sapienter agenda sunt, omni scrutinio sint velut obriza penitus inquirenda. Optamus gloriam vestram nunc et semper in Christo bene valere, dilectissime fili.

cf. Prov. 2, 4.

Data IIII. Kalendarum Septembrium indictione XIIII.

78.

Nicolaus Karolum Calvum regem pro studio in receptionem clericorum deiectorum collato laudat, Hincmari fraudes conqueritur. Gratias ei agit pro Balduino, cui ut amplius faveat, deprecatur. *866 Dec. 6.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 170'—171' in initio in margine valde deletus (B); Paris. lat. 1557 fol. 43—44 (C); id. fol. 74'—75' (C'); Laudun. 407 fol. 93—94' (D); Vallicell. C 15 fol. 180' (E); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 202; Sirmond, Conc. Gall. III, 316; Mansi, Conc. coll. XV, 753; Migne, Patr. lat. CXIX, 1111. — Cf. J.-E. Reg. n. 2824 (2135).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS[a] SERVORUM DEI DILECTO FILIO KAROLO[7] GLORIOSO[b] REGI[b 8].

Cum talem se gloria vestra circa nos semper exhibeat et frequentibus[c] vel litteris vel[d] legatis missis erga pontificium[e] nostrum devota[f] visitationis cultum impendat et decretis nostris oboedientiae sublimia colla gratanti facilitate summittat, nonnisi beatum

---

a) ordinatione *Edit.* b) *ss. B.* c) cepimus *B.*

78. a) *suprascr. al. atram. B.* b) *desunt C, E.* c) frequentius *E.* d) *om. E.* e) *tertium* i *suprascr. al. atr. B.* f) *corr. in* devotae *al. atr. B.*

1) *Scilicet, ut statim Wulfado archiepiscopatus Bituricensis committatur; cf. epistol. Karoli supra p. 411 ann. 2 laudatam.* 2) *Suessionensem.* 3) *Die 18. Aug. 866.* 4) *Cf. epp. supra nn. 74—76 (p. 404 sqq.).* 5) *Cf. Gelasii epist. ad episc. per Dardaniam const., Mansi VIII, 51, 65 (J.-K. Reg. n. 664). V. etiam supra p. 407 ann. 1.* 6) *Cf. Leonis I. epist. ad Flavianum (Migne, Patr. lat. LIV, 733, Hinschius, Decr. Pseudo-Isid. p. 581; J.-K. Reg. n. 420):* nos qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia. 7) *Qui dicitur Calvus.* 8) *Cf. de hac epistola, quam secundum omnes codices editio nostra ceteris eiusdem diei litteris (infra epp. nn. 79—81) anteponit, Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 157. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 283. V. etiam ea, quae ad tres sequentes epistolas adnotabimus. Omnes hae quattuor epistolae per Egilonem Senonensem archiepiscopum translatae sunt, cf. Ann. Bertin. a. 867 ed. Waitz p. 86 sq.:* Karolus rex — — 13. Kalendas Iunii *(i. e. 20. Mai. 867)* obvium habuit in palatio Salmuntiaco Egilonem Sennensem archiepiscopum cum epistolis Nicolai papae de restitutione cleri-

Petrum apostolum dilectorem suum, cuius locum meritis oppido discrepantes observamus, in nobis honorare se debet pro certo cognoscere, immo Deum[a] in suo apostolo venerari, qui et sanctis[b] suis[b] tantam gloriam tribuit et nos sollicitudinis eorum heredes ac successores esse constituit. Sed et nos gratiarum actiones condignas promptae[c] devotioni vestrae referentes multo magis eius omnipotentiae, per quem et pro cuius nomine talia geruntur[d], laudes assidue persolvere non cessamus. De cetero, fili[e] karissime, grates piae benignitati vestrae rependimus, quoniam totum desiderium suum colligens in deiectorum clericorum recuperando statu studuit delere noxam, quam in depositione ipsorum consensum praebendo contraxerat[f]. Et credimus, quod superet[g] merces alacritatis, quam nunc habuistis in receptione, delictum, quod commiseratis in eorum dudum repulsione, quoniam istud Dei amore, illud hominis[h] subreptione patratum est. Verumtamen hortamur[i] et sicut[k] dilectum filium[l] admonemus cavere vos[m], ne talibus de cetero conhibentiam facile tribuatis, quoniam quod hodie committitur, utrum ad emendationem pervenire quandoque valeat[n], ignoratur. 866 Dec. 6.

Illud praeterea[o] commemorare libet, quod inter alia epistolae vestrae[1] de fratre et coepiscopo nostro Hincmaro textus enuntiat[p], dicens videlicet, quod omnia consequenter cum reliquis[p] consacerdotibus omnino explere[q] acceleraret, nisi iuxta privilegium decessoris nostri domni Benedicti[2] et nostrum[r 3] summam nobis reservandam coepti de restitutione docerent[s] negotii. Quorum scilicet privilegiorum tenorem si[t] non[t] suatim[t] frater Hincmarus partim celasset et quaedam, quae illic habentur inserta, quadam astutia cognitioni communi negasset, neminem putamus privilegia nostra a sedis apostolicae institutis[u] vel ab[v] oboedientia, quam exigimus[w], avertissent. Non enim nos inoboedientiam praedicavimus[x] vel ne obtemperaretur[y] decretis sedis apostolicae diffinivimus, cum potius eisdem testantibus privilegiis salvo[4] Romanae sedis in omnibus iussu atque iudicio synodum[5], quam ille pro clericorum deiectione memoratorum collegerat, stabiliter esse manendam censuerimus[z] et ea conditione ipsius privilegii tenorem ei[a] firmaverimus[a], si numquam ille a sedis[b] apostolicae praeceptionibus[c] aliquo tempore discrepasset[6]. Frustra ergo privilegia a sede sibi[d] apostolica concessa, ne sanctiones[e] explere nostras acceleraret, asseverat impedisse[f], cum constet potius, ut ipsorum textus[g] insinuat[h], quo magis ad oboediendum nobis acceleraret, ea hunc multipliciter admonuisse atque, si rata, quae[i] sibi collata fuerant, circa se sentire voluisset, ad optemperandum institutis nostris se illa plenius ac abundantius incitasse.

Gloriosissimae[k] praeterea caritati vestrae denuo pro Balduino[7] gratias agimus, denuo circa eum exhibitum tantum inclinem vestrae devotionis affectum laudamus, denuo,

---

a) Dominum *E.* b) suis sanctis *E.* c) promtę (prom- *suprascr.*) *B.* d) gerantur *C, C', D, E.* e) filii *C, E.* f) *in marg.* contraxit *E.* g) *add.* p. *post* superet *E.* h) *corr. ex* omnis *suprascr. B.* i) hortatur *C.* k) *dehinc al. atrament. et, ut videtur, al. man. incipit B.* l) *om. C'.* m) *corr. ex* nos *suprascr. B.* n) valeatur *E.* o) propterea *E.* p) enuntiat — reliquis *in ras. C'.* q) expleret *E.* r) nostrorum *C, C', D, E.* s) doceret *E.* t) nisi suatini *E.* u) anstitutis *C.* v) ad *C.* w) exegimus *C, C', E;* x *suprascr. al. m. B.* x) praedicamus *C, E.* y) optemperetur *E.* z) censuimus *E.* a) affirmaverimus *C, C', D, E.* b) sedi *C'.* c) praeceptionis *C'.* d) *om. C, E.* e) santiones *C'.* f) inpendisse *C, D;* impendisse *C', E.* g) texus *C'.* h) *corr. suprascr. al. man. B.* i) *om. E.* k) Gloriosissimae — satagatis *(p. 414 l. 4) hic desunt, sequuntur autem in fine epistolae post* indictione XV. *B.*

corum Remensis aecclesiae, Vulfadi scilicet et collegarum eius. Pro quibus valde satagens, ut in suis habeantur gradibus restituti, multa Hincmaro Remorum archiepiscopo imposuit in eisdem epistolis, quae non esse vera manifesta ratione constabant, *et Hincmari ep. n. 11, Migne, Patr. lat. CXXVI, 76.*

1) *Mansi XV, 734 sq.* 2) *Supra n. 59 a (p. 367 sq.).* 3) *Supra n. 59 (p. 365 sqq.).* 4) *Cf. supra n. 59 p. 365 l. 23 sq.* 5) *Scilicet Suessionensem a. 853.* 6) *Cf. supra n. 59 p. 366 l. 30 sqq.:* si tam in praesenti quam semper, dum tamen in hac vita superstes extiteris, in nullo ab apostolicae sedis praeceptionibus quoquomodo discrepaveris. 7) *Comite Flandriae. De quo cf. supra epp. nn. 7, 8 (p. 273 sqq.), 57 (p. 360 sq.), 60 (p. 369 sq.).*

866 Dec. 6. quod deest[a], oblatis[b] pro eo petitionibus nostris suppleri[c] per pietatis vestrae munificentiam deprecamur[d]. Iustum enim est, ut bonum, quod pro[e] divinitatis respectu nobis intervenientibus coepistis[f], ut oboedientiae ac dapsilitatis vestrae atque clementiae merces perfecta sit[g], consummare benivole satagatis[h]. De[i] cetero, karissime, vigil esto et sollerter intentus circa sanctam[k] Romanam[l] ecclesiam[l] et erga sedem apostolicam, quemadmodum Dei cultores[m] parentes vestros extitisse nonnulla[n] scripta[o] et[p] probabiles viri testantur, quoniam illae[q] penitus[r] vestri dilectorumque vestrorum penes apostolorum confessiones nullo modo poterunt[s] oblivisci. De[t] restitutis vero clericis quid decreverimus, epistola[1] nostra fratri et coepiscopo[u] nostro Hincmaro missa recitata sapientiae vestrae auribus poterit intimare[t]. Optamus excellentiam[v] vestram in Christo nunc et semper bene valere, dilectissime[w] fili[w].

Data VIII.[x] Idus[x] Decembres[xy] indictione XV[i].

Embolis[z].

Interea nosse vos cupimus, quia quidam Rangerius in villa Meteriola[a 2] patrimonio Linoreri[2], quod[b] vestrae protectioni commisimus, innumera mala operetur et homines, qui ibidem sunt, praedis et variis afflictionibus opprimat[c]. Qua de re precamur, ut missis mox ad eandem villam strenuis ac fidelibus viris praefatum Rangerium vestra gloria coerceri faciat et, ne quid ulterius ibi contrarietatis exerceat, funditus comprimat[d].

79.

Nicolaus archiepiscoporum et episcoporum synodi Suessionensis (a. 866) epistolae synodicae respondit. Historiam deiectorum clericorum Remensium repetit, detegit fraudes Hincmari. Acta synodi illius integra mitti clericisque ante omnia pristinum statum reddi iubet, Hincmaro intra anni capedinem licentiam eos accusandi concedens. De Wulfadi immatura promotione conqueritur. *866 Dec. 6.*

Codd. Laudun. 407 fol. 97'—104' (B); Paris. lat. 1557 fol. 58 (C); Vatic. Reg. lat. 566 fol. 56' (D); Vallicell. C 15 fol. 209' (E); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 175; Sirmond, Conc. Gall. III, 303; Mansi, Conc. coll. XV, 738; Migne, Patr. lat. CXIX, 1093. — Cf. J.-E. Reg. n. 2822 (2133).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS[a] NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS, QUI PER GRATIAM DEI ET DECRETUM NOSTRUM[3] APUD SUESSONICAM[b] URBEM CONVENERUNT[4].

Reverentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Egilonem[5] de vestro sacrato[c] collegio ad apostolicam pervenientem sedem magna[d] cum exultatione suscepimus et de agnita per eum omnium vestrum status incolomitate laetiores effecti[e] auctori grates

---

a) deesse *E.* b) oblatus *C.* c) subpleri *C, C', D.* d) dēpc, *cetera des. B.* e) *deest E.* f) coepimus *C, C', D, E.* g) *deest B.* h) sat, *reliqua desunt et est finis paginae et epistolae in B.* i) De cetero — indictione XV. *(infra l. 12) antecedunt in B, cf. supra p. 413 l. 43.* k) *corr. al. m. ss. ex* sanctę *B.* l) ecclesiam Romanam *E.* m) cultures *C'.* n) nonnulli *B, C'*; nonnullia *C.* o) *om. B*; ascripta *C'.* p) *om. B.* q) ille *C, C', D*; illi *E.* r) poenitus *in ras. B.* s) poterant *C, C', D, E.* t) De — intimare *(l. 10) desunt B.* u) quo episcopo *C.* v) gloriam *B.* w) *desunt C, C', D, E.* x) Kalendis decembribus *B.* y) februarii *E.* z) *quae exstat in codd. C, C', E; deest B, D.* a) Muteriola *E.* b) *al. m. corr.* quem *E.* c) opprimant *C.* d) comprimatis *E.*

79. a) cumfratribus *C.* b) Suessionicam *B.* c) sacro *E.* d) magnam *C.* e) affecti *E.*

1) *Infra n. 80 (p. 422 sq.).* 2) *Non invenimus.* 3) *V. supra epp. nn. 74—76 (p. 404 sqq.).* 4) *Pro synodo die 18. Aug. 866 celebrata. — Cf. de hac epistola Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 283 sqq., 63 sqq. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 157. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 91 sq. V. etiam supra p. 412 sq. ann. 8 ad ep. n. 78.* 5) *Senonensem archiepiscopum (a. 865—870).*

inmensas rependimus; illud praecipue bonum atque iocundum arbitrantes, quoniam vos, fratres, sicut corpore ita et mente in unum cohabitasse comperimus et in deiectorum fratrum relevatione unum cor et unam animam una cum spiritu nostro possedisse cognovimus. Spiritus quippe sancti praesentiam[a] testatur congregatio sacerdotum, et in medio sui Dominum habere se monstrant, qui in ipsius nomine conveniunt in idipsum. Nos etenim clamorem eorundem deiectorum spernere clericorum ratio nulla sivit[b] et ad vociferationes eorum ad sedem apostolicam etiam sub decessoribus meis frequenter emissas aures obturare paterna caritas non permisit. Portamus[1] quippe onera omnium, qui gravantur, quinimmo[c] haec portat in nobis beatus apostolus Petrus, qui nos in omnibus, ut confidimus, administrationis suae protegit ac tuetur heredes. 866 Dec. 6. cf. Act. 4, 32. cf. Matth. 18, 20.

Verum cum nonnulla scripta sedi apostolicae diversis temporibus delata vel etiam ab ea data ob huius repperiendam rei certitudinem diligenter investigaremus, accidit, ut etiam Deo revelante acta concilii[2], quod auctore fratre et coepiscopo nostro Hincmaro praefatos[d] viros segregasse dinoscitur, ab eodem venerabili antistite nobis dudum transmissa cum actionibus pro Rothado venerabili episcopo[3] venirent ad manus. In quibus quanta reprehensionum inveniatur congeries, si voluerimus exhibere per singula, facilius cartae[e] quam verba deficient. Ibi namque falsitas in ipso mox actionum invenitur principio. An non falsitas, cum sponte pervenisse deiecti illi ad ecclesiae ianuas pro sua necessitate scribuntur[f 4], qui venisse probantur inviti? Praecipue cum Vulfadus ibidem non fuerit, cuius nomen inter petentium nomina fallaciter extitit recitatum? Ibi ante tempus examinis iam iudicatum et ante legitimum iudicium condempnatum fuisse dinoscitur. Ibi ante audientiam et ante certum numerum collectorum episcoporum presbyteri diaconique privationi[g] ministeriorum suorum subduntur. Ibi metropolitanus antistes modo sua iura deponit, modo resumit; modo subest[h] synodo, modo praeest[i]; modo quasi accusatus, modo accusator, modo iudex accedit et pro libitu proprio vicibus alternantibus cuncta disponens more cuiusdam animantis[5] non semper unius eiusdemque[k] coloris apparet. Ibi, inquam, nolentes proclamare proclamare[l] coguntur et tamquam accusatores libellum proclamationis porrigere compelluntur[6], — licet tenorem libelli iuxta morem gestis frater noster Hincmarus non inseruerit, cum eisdem[m] nonnulla minus etiam[n] necessaria probetur inseruisse[7]. Ibi absens et, ut illic habetur, aegrotus addicitur, et dolor super dolorem apponitur[o], dum absens Vulfadus libello quasi praesens adscribitur et in lecto iacens numquamque reclamans societatem habere cum praesentibus reclamatoribus falso praetenditur[p]. In quo considerandum est[q], quia, si leges saeculi[r] etiam de rebus pecuniariis, quae extra nos sunt, aegrotum respondere non cogunt[8], quanto minus[s] a Domini sacerdotibus infirmus quilibet compelli ad querimoniam debuit de negotio, quod

---

a) presentia *E.* b) sinivit *D;* sinit *E.* c) quin inmo *B.* d) praedictos *E.* e) carthę *D.* f) scribantur *D.* g) privatione *B; corr. ex* privatione *D.* h) subesse *corr. E.* i) *recognosci tantum potest* prę *C;* p̄esse *E.* k) eiusdem *E.* l) *om. D, E.* m) eiusdem *C.* n) et *E.* o) apponit *E.* p) praetendit *E.* q) *om. E.* r) dei *E.* s) magis *B, C, E.*

1) *Cf. epist. Siricii papae ad Himerium Tarraconensem episcopum, Migne, Patr. lat. LXVII, 231, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 520 (J.-K. Reg. n. 255).* 2) *Suessionensis anni 853, de quo in sequentibus agitur; cf. Schrörs, l. c. p. 61—65. Cuius synodi, quae hodie exstant (v. Schrörs, l. c. p. 64, ibid. ann. 57. 'Neues Archiv' XXVI, 618), acta cf. ap. Mansi XIV, 977 sqq. 982 sqq. — De narratione q. d. clericorum Remensium cf. editionem novissimam in MG. Conc. II, 807 sqq. et Schrörs, l. c. p. 65 sqq.* 3) *Suessionensi a. ca. 832 — ca. 869; acta illa ergo transmissa sunt ineunte anno 863. per Odonem episcopum Bellovacensem, qui privilegium quoque Hincmaro a papa confirmatum (supra p. 365 sqq. n. 59) rettulit. Cf. supra epp. nn. 57, 58, 60, 74 (p. 355 sqq. 369 sqq. 406).* 4) *Cf. Mansi XIV, 982 sq.:* — — stare pro foribus, qui se pro sua necessitate in synodum introduci petebant. 5) *Scilicet chamaeleontis.* 6) *Cf. MG. Conc. II, 813.* 7) *Cf. Schrörs, l. c. p. 65, ibid. ann. 60.* 8) *Cf. Iuliani epitome Latina novellarum Iustiniani const. 54, 1 § 196 ed. Haenel (1873) p. 79 — quam hoc loco verisimiliter significari a Nicolao comiter certiorem me fecit v. cl. E. Seckel —:* Si quis debitorem suum aegrotantem ... molestare voluerit pro debito suo, non liceat ei hoc facere.

866 Dec. 6. in eundem ipsum conflari dinoscebatur et quod hunc ad depositionis casum impellere probabatur[a]. Quo dolore[b] in hac vita maior ubi, quaeso, est? Et, ut strictim pene omnia complectamur, ibi sola oboedientia subditorum, quam apostolus praepositis exhibere
cf. Hebr. 13, 17. iubet, reputatur in culpam, et qui praelati[c] iudicio temere[d] non restiterunt, sed humiliter colla supposuerunt, severissime[e] puniuntur. Ibi qui nulla propria noxa deliquerunt hereticorum dampnationem tamquam heretici inciderunt et qui misericordiam[f] petiverunt nec iustum iudicium percipere meruerunt. Sed quid mirum, si textus et finis eiusdem concilii accepti non sunt, quando[g] in nomine Domini iuxta morem inchoatum
cf. Col. 3, 17. non est? Nam cum apostolo omne, quodcumque fecerimus[h] in verbo aut in opere, omnia in nomine domini[i] Iesu facienda praecipiente ritus ecclesiasticus in colligendis conciliis id observet, et in hoc dumtaxat, abdito permittente divino iudicio, fuerit praetermissum: constat procul dubio non eos in nomine Domini congregatos extitisse
cf. Matth. 18, 20. ac per hoc eum minime in sui medio habuisse, qui tale concilium[k], immo conventicula
cf. Ps. 15, 4. sua de sanguinibus contra psalmistam congregaverunt et quoddam animal[1] imitati nonnisi extinctis filiis[1] propriis[1] posse subsistere putaverunt.

Iam vero, si idem concilium ab apostolica sede fuisse praetenditur approbatum, quemadmodum id versuta fuerit cavillatione ab apostolica sede perceptum, fraternitati vestrae breviter intimamus[m]. Denique frater et coepiscopus noster Hincmarus de memoratis clericis, Vulfado scilicet et collegis ipsius, quod sibi visum est, consummato mox praecessori meo beatae recordationis Leoni[2] praesuli non semel supplices litteras[3] misit, quatenus idem concilium approbans auctoritate apostolica roboraret. Quod ille non solum minime annuit, verum etiam agere[n] sollicite rennuit, dicens[4] idcirco se petitiones eius pro confirmanda synodo, in qua depositi praefati viri fuerant, suspendisse, eo quod per aliquos ex his episcopis, qui synodo resederant, ut dubitatio foret radicitus evulsa, statuta eiusdem synodi destinare debuisset, praecipue cum ibidem legati sedis apostolicae praesentes non fuerint. Postremo eo quod hi[o], quos ille auctoritate synodi adfirmabat depositos, per[p] proprias litteras sedem apostolicam appellaverint et vellent iterum[q] sua se apostolica audiri praesentia et tunc, si culpabiles invenirentur, non abnuerent[r] canonicam sustinere censuram. Sed venerabilis Hincmarus, sciens utique concilium istud, ut supra ostensum est, reprehensionibus non paucis respersum, acta quidem illius per neminem episcoporum, qui his interfuerant[s], destinavit; ut tamen firmarentur, denuo[5] precibus agere non cessavit. Sed deiectorum iterato clamore crebrescente[t] clericorum nec sic quod petebatur laudabilis praesul indulsit. Praecepit autem per alteram suae sanctionis epistolam[6], ut idem frater Hincmarus ad concilium cum illis occurreret, ad quod suum ipse legatum, Petrum videlicet episcopum Spoletanum[u 7], e latere suo[8] direxerat, ad renovandum scilicet iudicium vice sua et congregatis rursus episcopis ad depositorum reclamantium auxiliante Domino trutinandum ac sopiendum[v] negotium. Ita ut, si eisdem deiectis clericis contigisset, ut

---

a) probatur *(?) B, D.* b) dolere *C.* c) prelato *C.* d) *corr. C;* tamen *E.* e) severisseme *B.* f) misericordia *C.* g) $\overline{\text{qm}}$ *E.* h) Deo *addunt C, D.* i) *ss. al. man., ut vid., B.* k) conuiuium *E.* l) propriis filiis *E.* m) intimavimus *C.* n) *om. D.* o) in *C, E.* p) *deest E.* q) *om. E.* r) annuerent *B, C;* renuerentur *in marg. corr. pro* annuerentur *E.* s) interfuerunt *B, C;* interfuerat *corr., ut vid., ex* interfuerant *E.* t) crebescente *D, E.* u) Spolitanum *C.* v) sepiendum *C.*

1) *Quodnam sentiatur, certo dicere non possumus.* 2) *IV. papae (847—855).* 3) *Cf. registrum Hincmari ap. Schrörs, l. c. p. 522 sq. nn. 66, 71, 77, praeterea de his et de sequentibus Schrörs, l. c. p. 67 sqq., supra p. 406 cum ann. 3.* 4) *Cf. Hincmari opera ed. Sirmond II, 306 sq., Migne, Patr. lat. CXXVI, 84 sq. (J.-E. Reg. n. 2631).* 5) *Cf. Schrörs, l. c. p. 68 et p. 566 ann. 33; v. etiam supra ann. 3.* 6) *Cf. MG. Epist. V, 589 sq. n. 11 (J.-E. Reg. n. 2632). Cf. etiam de his litteris Flodoardi hist. Remens. eccles. l. III c. 11 (MG. SS. XIII, 486), Hincmari epistolam ad Nicolaum directam (Opp. ed. Sirmond II, 307, Migne, Patr. lat. CXXVI, 84 sq.). K. von Noorden, 'Hinkmar, Erzbischof von Rheims' p. 131 sq. istam epistolam a Nicolao papa confictam esse non recte coniecit, v. Schrörs, l. c. p. 68, ibid. ann. 75.* 7) *A. 844—861.* 8) *Cf. Sardic. conc. c. 7 (Mansi III, 24).*

in ipsa debuissent depositione persistere et oboedire rennuissent sedemque apostolicam iterum expetissent, ne sedis apostolicae dissolveretur privilegium, illis ad eam veniendi non negaretur licentia[a]; cum quibus praecepit, ut frater Hincmarus[b] vel missus eius veniret, quatenus cum fratribus suis episcopis aequum de his iudicium conferre potuisset[c] et utraque parte conveniente causas eorum eadem sancta[d] sedes[d] canonice diffinisset[e]. Verum ille, qui prius episcopum, legatum videlicet concilii sui, sedis apostolicae visioni[f] subtraxerat, etiam[g] suam audientiae ab eo[h] designatae praesentiam subducens probavit de se illa, quae dicta sunt, videlicet quod tale concilium[i] statuerit, quale superius strictim[k] monstratum est. 866 Dec. 6.

Interea eo voti effectu frustrato apostolicae sedis pontifex Leo, qui fratris Hincmari propositum noverat, ab hac luce subtractus est[1]. Cumque sanctae memoriae Benedictus[2] vir apostolicus ei successisset in ordine pontificatus, rursus reverendus Hincmarus arma praeparat et eidem summo praesuli, tamquam suarum inexperto versutiarum, latenter subripit[3] et in ipso consecrationis eius principio suadet, ut concilium quidem ad votum unius hominis congregatum firmaret; non tamen ei ullo[l] modo subripi aut suaderi potuit, ut a iustae diffinitionis et discretissimae moderationis tramite vel aliquantulum declinaret. Verumtamen, sicut videre est et[m] ipsi iam forsitan[n] agnovistis, ita per quoddam[o] ei privilegium[4] concessum illius[p] concilii roboravit institutum, ut auctoritatis summam[q] sedi apostolicae reservaret, et, ut vobis iam scripsimus[5], ita tribuit honorem alteri, ut sibi quod tribuebat[r] non demeret. Unde actum est, ut quod male petitum fuerat spiritu docente Dei bene sapiens praesul concederet et nihil proficeret humana subreptio, ubi pectus tanti pontificis divina[s] replebat infusio[t], nec obesset cuiusquam[u] suasio, ubi antistitis sancti prudens obviavit et[v] providentissima moderatio, dum in ipso[w] privilegio tenorem praemiserit[x], quod sic decretum est ab eo manenda[y] inconvulsa[y] quae[y] petebantur, si ita essent[z] per omnia, quae de illa synodo sibi a fratre nostro Hincmaro referebantur[a]. Interposuit enim ancipitem in eo sententiam dicens[6]: Si ita est, nostroque ut scriptis praesulatui intimasti et gestorum serie[b] demonstrasti[c], ratas easdem, quin[d] diffinitiones, apostolica promulgamus fore auctoritate; licet[7] ipse huius tenoris circumstantiam[e] de collati privilegii textu excipiens et nostrae visioni[f] subduxerit et aliorum notioni subtraxerit, interserens insuper quae idem summus pontifex aut numquam aut aliter sanxerat. Ipse namque de memoratis diffinitionibus dixit[g]: Ratas easdem apostolica promulgamus fore auctoritate[h] semperque[i] manere statuimus et sequentia; quae ipse quidem aliter posuit, frater vero Hincmarus quaedam addens, plura subtrahens vel commutans aliter prosecutus[k] est[8]. Sed adhuc et[l] in alio mira fratris Hincmari[m] rursus accedit[n] astutia et soli proprio voto[o] favens se inmiscet prudentia. Denique cum apostolicae et reverendae memoriae decessor noster papa Benedictus ei privilegium, de quo nunc diximus, contulisset, ita[p] quae[p] in eo continentur firmavit, ut suspensam sententiam his iungeret et ut per omnia sedi apostolicae sua privilegia, sicut iam fati

---

a) licentiam *C.* b) Hieronymus *E.* c) potuissent *B, C, E.* d) sedes sancta *C, E.* e) definisset *D.* f) visionis *C.* g) et *E.* h) ea *D.* i) consilium *D.* k) *nonnulla verba hic et infra vix recognosci possunt C.* l) nullo *E.* m) ut *D.* n) forsitam *C.* o) quod *E.* p) ipsius *E.* q) summa *D.* r) tribuerat *E.* s) divinare *E.* t) *ras. corr. ex* infulsio *B;* infulsio *C, D.* u) cuiusdam *B, C, E.* v) ei *E.* w) *corr. ex* episcopo *E.* x) permiserit *C, E.* y) monenda inconvulsaque *E.* z) esset *E.* a) ferebantur *E.* b) siriae *C.* c) demonstrandi *D.* d) quidem *E.* e) circunstantia *E.* f) uissioni *D.* g) dixere *E.* h) auctoritatem *(?) D.* i) semper *C, E.* k) persequutus *E.* l) *om. E.* m) mira *hic repetit D.* n) accidit *E.* o) votu *E.* p) itaq; *D.*

1) *855 Iul. 17.* 2) *III. papa (855—858).* 3) *Cf. Schrörs, l. c. p. 70 ann. 84.* 4) *Supra p. 367 sq. n. 59 a.* 5) *V. supra epp. nn. 74, 75, 76 (p. 406 l. 23 sq. 408 l. 40. 410 l. 38).* 6) *Supra p. 368 l. 10 sq.* 7) *De his cf. Schrörs, l. c. p. 283, ibid. ann. 62.* 8) *Ad haec cf. quae paulo infra memorat papa (p. 418 l. 5—21).*

866 Dec. 6. sumus, et auctoritatis propriae[a] iura — quem in hoc et nos quoque secuti sumus[1] — inviolabilia reservaret, interponens praeterea nodos anathematis in eo[b], quibus prohibendum[c] censuit, ne quilibet contra eadem[d] canonica constituta et decreta pontificum Romanorum pertinaciter obviasset, id est ne quis vel contra illa, quae[e] fratri Hincmaro concesserat vel quae sedi propriae reservarat[f], agere temptavisset. Sed ille, quae horum suo libitui favere conspexit, omnium notitiae patefecit[g]; quae autem[h] sedis sunt[i] apostolicae reservata iuri, cunctorum notioni subduxit[k]. Testantur hoc exemplaria eiusdem privilegii, quae ab eo sunt ad sedem apostolicam diverso tempore missa. Quantum vero talis[l] scriptorum depravatio ac mutilatio[m] noceat[n], ipsi iam potuistis advertere, qui in concilio[2] videntes quaedam[o] ipsius constituti, sicut[p] vestro[q] relatu[3] didicimus, quaedam vero non videntes coeptum circa oppressos pium laborem deterriti minus perfectum deseruisse nunc dinosceremini[r], nisi[s] nostris instructi[t] monitis et nostris ibidem confortati litteris[u 4] inveniremini. Miserat enim saepe memoratus antistes egregiae recordationis decessori meo per scripta sua, quod idem clerici ad vicinos episcopos provocaverint, contra se libellum proclamationis dederint, iudices sibi ipsi elegerint et cetera, quae[v] longum est dinumerare[w], significans. At ille divinitus inspiratus ei rescribens[5]: Si, inquit, ita est, nostroque ut scriptis praesulatui intimasti et gestorum serie demonstrasti — quod frater Hincmarus de textu penitus erasit —, ratas easdem, subauditur[x] diffinitiones[y], apostolica promulgamus — non in omnibus[6], ut ipse addidit — fore[z] auctoritate semperque manere statuimus. Deinde subiunctum[a] est, quod ipse longe aliter mutavit scribens, ut inde quaestio nullis aliquando temporibus[b] oriatur[c]. Nunc autem, cum ita non fuisse tam a nobis quam a sancto concilio vestro extiterit comprobatum[7], quod suggesserat merito in irritum ductum est, quod contra deiectos non simpliciter impetraverat.

Sed ad propositum redeamus. Igitur tandem aliquando clericis saepe memoratis, qui semper ad apostolicam sedem appellaverunt, etiam nobis litteris suis[8] pro deiectione sua querimoniam exponentibus non[9] fuit dissimulandi, non fuit nobis tacendi libertas, quibus maior cunctis Christianae religionis zelus incumbit. Ac ideo primum quidem fratri et coepiscopo nostro Hincmaro misimus[10], uti commemoratos viros, Vulfadum scilicet collegasque ipsius, clementi animo studeret ad se vocare[d] depositaque omni funditus animositate de restitutione psorum secum[e] fraterne tractaret atque misericorditer consummare contenderet, alioquin ad concilium vobiscum, quibus et nos quoque pro hoc ipso scripsimus[11], simul occurreret, quatenus omnes in unum convenientes causam eorundem clericorum examinaretis et non aliqua emergente disceptatione[f], Deo prae oculis habito, diffiniretis; si vero quaelibet inter partes disceptatio proveniret[g], ad sedem apostolicam nostrum suscepturae speciale iudicium personae vices tenentes utriusque lateris convenirent. Quo Dei gratiae iuvamine

---

a) propria *E.* b) *scil.* privilegio *(v. p. 417 l. 36);* eos *E.* c) perhibendum *E.* d) eandem *C.* e) qua *D.* f) reservaverat *E.* g) patefacere *E.* h) a *add. E.* i) sanctę *E.* k) subduxere *E.* l) tale *E.* m) multilatio *C, D.* n) o *corr. ex* e *al. atram. B.* o) quidam *D.* p) sic *E.* q) uro *C.* r) dinoscere minime *E.* s) *incipit alia manus C;* si *D.* t) instituti *D.* u) non *add. D.* v) quod *D.* w) numerare *B, C, E.* x) subaudiuntur *E.* y) definitiones *C.* z) forte *D.* a) sub[ta]nctum *(?) D.* b) temporibus *usque ad infra p. 420 l. 8 sq.* se veluti patrem — *unum folium* — *desunt D.* c) oriantur *E.* d) revocare *C, E.* e) vere *corr. in marg. E.* f) deceptatione *C.* g) properveniret *C.*

1) *Cf. supra n. 59 (p. 365 sq.) privilegium Nicolai pro Hincmaro.* 2) *Videlicet Suessionensi, die 18. Aug. 866 celebrato.* 3) *Cf. epistolam synodicam episcoporum (Mansi XV, 728).* 4) *Cf. supra epp. nn. 74—76 (p. 404 sqq.).* 5) *Supra p. 368 l. 10 sqq. Cf. ad haec et sequentia Schrörs, l. c. p. 283, ibid. ann. 62; v. etiam supra p. 417 l. 27 sq.* 6) *Tamen illo loco codices nostri consonantes exhibent* in omnibus, *v. supra p. 368 l. 11.* 7) *Cf. Schrörs, l. c. p. 284, ibid. ann. 63.* 8) *Litterae clericorum non exstant. Num hic significatur illa 'narratio' (cf. supra p. 415 ann. 2), 'libellus' vero potius quam 'litterae' nominanda? — Cf. A. Werminghoff in MG. Concilia II, 806.* 9) *Cf. Siricii papae epist. ad Himerium Tarracon. episc., Migne, Patr. lat. LXVII, 231 (J.-K. Reg. n. 255).* 10) *Supra ep. n. 74 p. 404 sqq.* 11) *Cf. epp. supra nn. 75, 76 (p. 407 sqq.) et p. 409 l. 43 sq.*

peracto[1] suscepimus[a] nunc litteras[2] amplectendae[b] dilectionis omnium vestrum manifestissime significantes crebro memoratos clericos[c] a[d] totius consona voce concilii dignos graduum suorum receptione pronuntiatos; ubi nulla, sicut eisdem litteris vestris reperimus, disceptatio[e] provenit, nulla, sicut putatum fuerat, varietas alia atque alia defendentium accidit, nullus accusator, nullus condempnator repertus est, sed cunctorum una eademque sententia atque in restitutione ipsorum diffinitio claruit, eisdem innoxiis a cunctorum unanimitate modis omnibus approbatis. Quamquam vos non[f] egeritis sollempniter, minime secundum quod nos decreveramus[3] sedi apostolicae plena relatione actionum seriem reserantes, adeo ut propemodum ipsius vestri concilii gestis incognitis ad diffiniendum quid de saepe dictorum clericorum statu pene retraheremur, nisi labor praedecessorum nostrorum[g] apud nos in rerum gestarum scripturis inventus nos ad se tandem perficiendum pleniter animasset. Debuistis enim, quicquid de Ebbonis deiectione, relevatione, horum clericorum promotione et ipsius Ebbonis iterata repulsione ad aliamque ecclesiam[4] migratione vel undecumque ibi quippiam ventilatum est, nobis scripto unanimiter, pleniter ac fideliter intimare, non solum autem nobis intimare, verum etiam monumentis insertum ad pleniorem penes vos notitiam et certitudinem reservare. Sed quia hoc neglegentia praetermissum est, saltem[h] nunc omni diligentia procurate, ut, quaecumque super hac re scripta tam a nobis prius et nunc quam a vobis edita repperiuntur et quid hinc coepiscopus Hincmarus et illi[i] deiecti[k] clerici[k] sedi apostolicae suggesserint atque retulerint, in volumen unum ordine, quo missa sunt, redigantur et apostolicae sedi, ut competens est, vobis eorum exemplaribus reservatis, summo studio dirigantur. Quod cum diligenter actum fuerit, tunc profecto plene scire possumus cuncta vos in concilio strenue peregisse, et quod hactenus omissum[l] est, hoc ordine Christo iuvante recuperabitur. In quo tamen agendo venerabilem Vulfadum prae ceteris abundantiorem[m] convenit curam arripere. Deinde[n] vero volumus vos esse sollicitos, ut, si de cetero tale quid forte contigerit evenire, pro quo conventum in regionibus vestris fieri sacerdotum praecipiamus, hoc inter cetera nulli penitus oblivioni tradatis, sed post omnia id agere maiorum more studiosissime satagatis. 866 Dec. 6.

Arridet autem[o] huic unanimitatis vestrae sententiae atque diffinitioni etiam fratris et coepiscopi nostri Hincmari professio[5], qua[p] non solum eosdem fratres et antea se minime ab officio suspendisse vel iudicasse[q] aut a gradibus eiecisse sive in repulsione ipsorum subscripsisse, verum etiam et nunc ad synodum, sicut nos[r] praecepimus, convenisse et his, quae de restitutione illorum ceteri antistites consenserunt, paratissime annuisse et obtemperare curasse[s] testatur; cuius etiam nomen in epistola synodica[6], sicut vestra[t] relatio indicat, una cum nominibus vestris, qui simul convenisse dinoscimini, pariter asscriptum inventum est. Illud* tamen ridere[u] libuit, quod idem antistes crebro memoratos clericos ab officio se minime suspendisse vel iudicasse aut a gradibus eiecisse fatetur, praesertim cum haec non veritate fulta multis esse probentur[v] indiciis, quae[w]

---

*) *Alia manus coaeva adnotavit in margine:* Haec dicta non sunt vera *(cf. supra p. 413 l. 46) B.*

a) suscipimus *E.* b) complectendendae *E.* c) clericis *E.* d) ac *C, E.* e) deceptatio *E.* f) nos *(?) C.* g) *om. C.* h) saltim *E.* i) illic *E.* k) clerici deiecti *E.* l) emissus *E.* m) abundatiorem *E.* n) Demum *E.* o) tamen *E.* p) *corr. ex* quia *ras. B;* quia *C, E.* q) indicasse *E.* r) *om. C.* s) curare *E.* t) nostra *C, E.* u) videre *E.* v) *cf. infra p. 428 l. 2;* probatur *B, C, E.* w) quod *E.*

1) *Scilicet concilio Suessionensi supra (p. 418 in ann. 2) nominato.* 2) *V. epistolam synodicam, Mansi XV, 728; cf. autem ad hunc locum Schrörs, l. c. p. 284.* 3) *Cf. supra epp. nn. 74—76 (p. 407 l. 1 sqq. 409 l. 6 sqq. 410 l. 43—411 l. 3); Schrörs, l. c. p. 281 sq.* 4) *Hildesheimensem, quam episcopus regebat a. 844 vel 845—851. Cf. A. Werminghoff in 'Allgemeine deutsche Biographie XLVIII (Leipzig' 1903) p. 246.* 5) *Cf. epistolam Hincmari die 1. Septembr. 866 Nicolao directam, Hincmari opera ed. Sirmond II, 282 sqq., Migne, Patr. lat. CXXVI, 61 sqq.* 6) *Iam saepius allegata, v. Mansi XV, 731.*

866 Dec. 6. superius summatim tetigimus et nunc ea vel plura commemorare[a] studio brevitatis omittimus. Nam nisi ille eos etiam ante omnem audientiam et adhuc, cum ad se non accusantes, sed misericordiam postulantes accesserint[b], ab officio suspendit, quid est, quod in actis concilii sui[1], quod ipse ad sedem apostolicam[c] misit, ab eo suspensi ab officio fuisse memorantur? Quibus cum tacens nil ipse responderit, quid aliud nisi vera eos prosecutos[d] silentio suo tribuit patenter intellegi? Et e diverso illi super quo querelas suas crebro dicto sanctae mem[e] Leoni papae mittebant? Vel quem nisi[f] eum, suum inpulsorem a gradibus propriis et infestum sibi, quem circa se veluti patrem benignum[g] debebant cognoscere, frequenti relatione pandebant? Postremo nisi ille in deiectione ipsorum subscripsit, immo nisi totius depositionis eorum seriem ipse scripsit, quid est[h], quod ei in[i] subinde memorato privilegio, quod sibi ab[k] apostolica sede roborari petiit, beatae memoriae decessor meus ad eum loquens[2], quod ipse diffinitiones illas in synodo cum ceteris episcopis collecta[l] iuxta relationem utique suam propriis digitis roboraverit, manifestat? Quodsi dicit numquam se in illa synodo scribsisse, ergo nec decessor noster aliquam ei synodum privilegio suo firmavit. Quippe cum ipse eam, quam auctoritate apostolica stabilivit, propriis digitis ipsius roboratam[m] specialiter fuisse commemoret.

Igitur, fratres karissimi, nos in praefatorum clericorum restitutione gradus omnibus actenus argumentis rite collectis et omnium vestrum hortatu generalis incitante consensus[n] omnimodam[o] conhibentiam[p] praebere potuisse cognoscite. Sed quoniam[q 3] non secundum decretum nostrum eorum examinatio mera et perfecta[r] discussio[s] provenit nec promotio vel abiectio ipsorum in synodali conventu qualis fuerit liquido reperta est nec apostolicae sedi sufficienti relatu monstrata: idcirco paululum a consummanda restitutione[t] ipsorum interim deliberativum consensum nostrum cohercere[u] necessarium duximus. Verum quia in decernendo et in iudicando quod canonice deliberatum est ac in restituendis[v] saepe dictis clericis atque in omnibus Deo praeduce, sicut decuit et ordo poposcit[w], nostra praecessit[x] auctoritas, conveniens ac honestum est, ut[y] iuxta postulationem vestram nostrae firmationis perfecta subsequatur integritas, eo dumtaxat ordine, ut frequentius intimati clerici, qui evidentissime irregulariter ab officio graduum suorum suspensi fuisse noscuntur et hinc sedem apostolicam saepissime[z] provocasse nonnullis indiciis comprobantur, ante[4] omnia pristinis gradibus et officiis reformati consistant, ita ut prioribus redditi gradibus et ordinibus et quodammodo suis omnibus revestiti vires adversus inpetentes se integras habeant. Non[5] enim inermis cum armato rite conflictum inire poterit[a]. Quibus videlicet gradibus ac officiis fruentibus eis fratri et coepiscopo nostro Hincmaro licentia sit intra[b] totius huius capedinem anni saepe dictos exhibere clericos ab ordinibus suis canonice[c] fuisse deiectos, ita ut[d] quicquid

---

a) commemoratione *E.* b) accerserint *B.* c) apostolica *C.* d) persecutos *E.* e) momeriae *C.* f) -si *ss. ead. m. B.* g) *hic continuatur epistola (cf. supra p. 418 l. 41) in D.* h) *om. E.* i) *om. D.* k) *om. E.* l) collectas *E.* m) roboratum *B, C;* laboratum *E.* n) consensu *E.* o) omnimoda *E.* p) continentiam *E.* q) *al. m. corr. ss.* quam *E.* r) perfectae *E.* s) discutio *E.* t) refutatione *D.* u) coherere *E.* v) restituen̄ *E.* w) proposuit *E.* x) processit *E.* y) *om. E.* z) cepisse *E.* a) *corr. ex* potuerit *C.* b) intro *B;* inter *E.* c) canonibus *C.* d) *deest C.*

1) *V. supra p. 415 ann. 2, 3.* 2) *Cf. Benedicti III. privilegium (supra n. 59a p. 368 l. 8 sqq.):* diffinitiones fraternitatis tuae et ceterorum episcoporum, quas in praefata synodo apostolicis canonicisque auctoritatibus propriis digitis roborasti; *v. etiam Schrörs, l. c. p. 284, ibid. ann. 63.* 3) *Cf. Schrörs, l. c. p. 279, 284, ibid. ann. 65; Dümmler, l. c. II², 148.* 4) *V. supra p. 383 ann. 6. Cf. Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. CCVII ann. 1; P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales' p. 90, 107 sq.; Ruffini, 'L'actio spolii' p. 220; Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 150 sqq.; Schrörs in 'Historisches Jahrbuch' (1905) XXVI, 296.* 5) *Conveniunt haec cum Pseudo-Damasi decr. c. 13 (Hinschius, l. l. p. 503):* Scimus enim homines inermes non posse cum armatis rite pugnare. *Cf. auctores in ann. 4 laudatos.*

habet calumniarum prosequendi et exequendi sibi sit omnino facultas. Quodsi totius huius anni circuitu dilapso contra eos nullam iustam apud sedem apostolicam querimoniam composuerit[a] nec illos appetere[b] de quocumque vel cuiuscumque reatu vel excessu seu dampnatione studuerit, ipsis quidem deinceps in suis ordinibus permanentibus nos profecto nulli torpori dabimus operam nec ullo pacto a[c] summa cessabimus diligentia, donec aut ipse nunc illos[d] iuste comprobet restitutos aut iuste per se quondam ostendat[e] remotos. Alioquin nos subsequenter exhibere procul dubio convenit non solum saepe fatos clericos praeiudicialiter absque canone[f] ab officio sequestratos, verum etiam ordinatorem[1] eorum inconvenienter ac sine consequentia ecclesiastica regimine praesulari privatum. Quod plane praeter eum[2] nullus, ut remur, omnino dubitat, nullus profecto non praedicat, quandoquidem et nobis ita claret[g], quantum autumare possumus, quemadmodum his, qui illo[h] in[h] tempore praesto fuisse memorantur. 866 Dec. 6.

Illud tamen, karissimi, praetereundum inter cetera fore non duximus, quod, quantum relationis vestrae[i] series innuit, minus caute quam sanximus regularia constituti nostri executi sitis[k] edicta[l]. Nos quippe, etsi appellantium sedem apostolicam clericorum et ad iudicium eius provocantium causam propter amovendum a vobis prolixioris laborem itineris illic audiri vel etiam diffiniri statuimus, non tamen quemquam eorum promovendum vel ad eminentiorem ordinem provehendum indulsimus, quemadmodum nunc factum esse[3] vestro favore per[m] scripta[m] vestra[4] didicimus. Miramur insuper et quaerimus, quaenam illa sit summa rei, quam vos nostrae[n] auctoritati[n] reservasse praetenditis, et hanc invenire non possumus. Quam enim nobis summam[o] reservastis negotii, cuius[p] adeo finem perducere[q] maturastis, ut nobis inconsultis[p] etiam pastoralem restitutis[r] conferre sollicitudinem pateremini? Et qui ad[s] eos[s] pristino gradui reformandos nostrae auctoritatis eguistis, ad promovendum responsum nostrum nequaquam praestolari duxistis? Quantum autem filius noster Karolus gloriosus[t] rex id a nobis exegit[5], sed nos vestram caritatem et honorificentiam, quos iam convenire[u] iusseramus, merito conservantes nullo pacto[v], priusquam rerum nobis exitus per vos[w] patefieret, consensum in hoc praebituros semper ei rescripsimus[6]; quod, fratres, saltem[x] ad vicem minime custodientes, laudo vos, sed in hoc non laudo. Porro si quispiam sedem apostolicam per Sergium[7] sanctae memoriae papam Ebonem quondam archiepiscopum indignum clericali communione sanxisse perhibet[8], noverit, quoniam talem sedes[y] apostolica debuit Ebonem, donec synodali eius examine causa discuteretur, habere, qualem ab aliis habitum non ignorabat. Statutum quippe in magna et[z] veneranda Nicena[a] synodo legerat[b], ut de[9] his, qui communione privantur, seu ex clero seu ex laico ordine, episcopis per unamquamque provintiam sententia regularis obtineat, ut hi, qui abiciuntur, ab aliis non recipiantur; requiratur autem, ne pusillanimitate aut contentione aut alio[c] quolibet[c] episcopi[d] vitio videatur a con- cf. 1. Cor. 11, 22.

---

a) *om. D.* b) appeteret *D.* c) ad *D.* d) illo *C.* e) ostendet *B, C.* f) canonice *C.* g) daret *E.* h) in illo *C, E.* i) vestri *C.* k) siti *C.* l) edita *D.* m) prescripta *E.* n) nostra auctoritate *D.* o) summa *C.* p) cuius — inconsultis *ss. al. m. E.* q) perficere *D.* r) *corr. ex* rectitudinis *E.* s) ad eo *E.* t) *om. E.* u) venire *D.* v) pactu *D.* w) *corr. ex* nos *C.* x) salutem *D.* y) sede *E.* z) in *add. D.* a) *om. D.* b) delegerat *D.* c) aliquolibet *C;* alio aliquolibet *corr. E.* d) episcopi — quolibet *(p. 422 l. 2) desunt D.*

1) *Scilicet Ebonem.* 2) *Scilicet Hincmarum.* 3) *Cum Wulfado iam archiepiscopatus Bituricensis commendatus esset; cf. Schrörs, l. c. p. 279 sq. Lot in 'Le Moyen Age' 1902 p. 418 ann. 1.* 4) *Scripta episcoporum hoc continentia non vidimus; exhibet hoc tantummodo epistola Karoli Calvi ad Nicolaum (Mansi XV, 734), cui vero contra spem nihil de ea re obicit papa (v. supra p. 412 sqq. ep. n. 78), cf. autem infra ann. 6. — Cf. etiam Ann. Bert. a. 866 ed. Waitz p. 83.* 5) *V. epistolam Karoli Calvi ap. Mansi XV, 707; cf. etiam epist. in ann. 4 laudatam (Mansi XV, 734).* 6) *Tantum in epistola supra n. 77 p. 411 sq. papa haec rescripsisse videtur; cf. supra ann. 4. — V. etiam excusationes, quas postea Karolus Calvus de ea re proferebat in ep. ad Nicolaum ap. Mansi XV, 799 sq.* 7) *II. (844—847).* 8) *Cf. Schrörs, l. c. p. 35, 65.* 9) *C. 5 (Mansi II, 679).*

866 Dec. 6. gregatione seclusus. Donec igitur auctoritate sua huiuscemodi pusillanimitate aut contentione[a] aut alio[b] quolibet[b] vitio examinatio vel diiudicatio[c] proveniret, apostolica sedes nihil agere debuit, nisi quod egit, videlicet ut ab aliis abiectum ipsa nequaquam indiscusse[d] susciperet; praecipue cum praefatus Ebbo non quasi pro[e] depositione sua queritans[f] et legitime restitui volens examine praecedente sedem apostolicam appellaverit, sed, ut codex episcopalis[1] indicat, a contumacibus[g] suasus et his iunctus[h], repente et reconciliari ab ea et[i] pallio decorari quaerens et quasi episcopus inter episcopos nulla causae suae discussione praeveniente communicari poscens ad[k] eandem summam sedem accesserit, a qua[l] iam reprobatus[m] ab aliis merito debuit reprobari, donec supplex ab illa[n] sese canonice posceret adiuvari. Nam constat, ut sanctus papa scribit[2] Gelasius, uniuscuiusque synodi constitutum, quod[o] universalis[p] ecclesiae[q] probavit adsensus, nullam magis exequi sedem prae ceteris oportere quam primam, quae et unamquamque synodum et sua[r] auctoritate confirmat et continuata moderatione custodit, pro suo scilicet principatu, quem[s] beatus Petrus apostolus Domini voce perceptum[t], ecclesia nihilominus subsequente, et tenuit[u] semper[v] et retinet. Verumtamen qualiscumque fuerit vel quaecumque[w] pertulerit Ebbo, a se ordinatis, qui nihil praeter humilitatem et oboedientiam exhibuerunt, nullum[x] prorsus intulit offendiculum, quoniam et beatissimus Leo ad Mauros scribens ita de quodam Maximo praecipit[y] dicens: Maximum[3] quoque, licet reprehensibiliter ordinatum, tamen, si Donatista iam non est et ab[z] spiritu scismaticae pravitatis alienus est, ab episcopali, quam quoquomodo[a] adeptus est, non reppellimus dignitate, et Anastasius[b] eiusdem apostolicae sedis praesul, quod[4] mali[c] bona[c] ministrando sibi tantummodo noceant nec ecclesiae sacramenta commaculent, ad Anastasium[d] principem scribens evidentissima ratione demonstrat. Optamus sanctam fraternitatem vestram in Christo nunc et semper bene valere.

Data VIII. Idus Decembris indictione XV.

80.

Nicolaus Hincmaro — vehementer in eum incurrens et nonnulla obiecta contra eum specialiter addens — eadem fere ac in antecedenti epistola ceteris episcopis Suessionensis synodi (a. 866) scribit. *866 Dec. 6.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 192—193', cui deest magna pars epistolae (B); Paris. lat. 1557 fol. 62—67 (C); Laudun. 407 fol. 105 (D); Vallicell. C 15 fol. 217 (E); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 182; Sirmond, Conc. Gall. III, 310; Mansi, Conc. coll. XV, 745; Migne, Patr. lat. CXIX, 1101. — Cf. J.-E. Reg. n. 2823 (2134).

---

a) contemptione *corr. E.* b) aliquolibet *E.* c) iudicatio *E.* d) indicasse *part. eras. C.* e) pre *D.* f) quaeritans *C, D.* g) contumatibus *C.* h) vinctus *corr. al. m. ss. E.* i) *om. C, E.* k) et *E.* l) quam *C.* m) reprobatur *D.* n) ea *E.* o) qui *E.* p) universale *E.* q) ecclesia *E.* r) suo *C.* s) quod *E.* t) praeceptum *C, E.* u) lunuit *D.* v) sep *D.* w) quicumque *E.* x) nihil *D.* y) praecepit *D, E.* z) a *B.* a) quomodo *D.* b) Anestasius *D; corr. al. m. ex* Athanasius *E.* c) malivoli *D;* mali bonis *E.* d) Anestasium *D.*

1) Codex episcopalis *nihil aliud est quam 'Liber pontificalis', ut elucet e vita Sergii II. papae, in qua haec legimus (ed. Duchesne II, 90):* Post haec vero Ebbo quidam et Bartholomeus archiepiscopi, qui pro criminibus suis privati honore ab ecclesia fuerant expulsi, sanctissimo pontifici postulabant, ut eos reconciliare ac pallium eis tribuere dignaretur. Quos etiam idem praesul nec communionem inter clericos dignos esse suscipere dicebat, sed inter communem populum communicandi licentiam tantummodo haberent. — *Cf. de Ebonis Romae receptione Schrörs, l. c. p. 35; Werminghoff, l. c. p. 245.* 2) *Episcopis per Dardaniam constitutis, Mansi VIII, 51, 65, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 642 (J.-K. Reg. n. 664).* 3) *Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 625, Mansi V, 1263, 1272 (J.-K. Reg. n. 410).* 4) *C. 8, Mansi VIII, 188 (191), Migne, Patr. lat. LXVII, 314 (J.-K. Reg. n. 744).*

NICOLAUS[ab] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[b] REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HINCMARO ARCHIEPISCOPO REMENSI[1]. 866 Dec. 6.

Epistolam[2] beatitudinis tuae cum epistola[3] synodi missam[c] per legatum eiusdem vestri[d] sacrati[e] collegii, Egilonem videlicet fratrem et[f] coepiscopum nostrum, suscipientes et tam ex ipsis epistolis quam ex verbis[4] eiusdem venerabilis viri devotionem et supplicem parentiam tuam, quam erga sedem apostolicam habes, etiam nunc agnovimus promptamque benivolentiam tuam, quam[g] circa deiectos[h] fratres et filios alacriter exhibuisse[i] te[i] dicis[i], laudamus, nimirum qui et secundum apostolum flevisse te cum flentibus indicas et nunc gaudere cum gaudentibus manifestas. Quorum et nos quoque clamorem spernere[k] clericorum[k] ratio nulla sivit[l] et ad vociferationes eorum ad sedem apostolicam etiam sub decessoribus meis frequenter emissas aures obturare[m] paterna caritas non permisit. Portamus quippe onera omnium, qui gravantur, quinimmo haec portat in nobis beatus apostolus[n] Petrus[n], qui nos in omnibus, ut confidimus, administrationis suae protegit ac tuetur heredes. cf. Rom. 12, 15.

Verum cum nonnulla scripta sedi apostolicae diversis temporibus delata vel etiam ab ea data ob huius repperiendam[o] rei certitudinem[p] diligenter investigaremus, accidit, ut etiam Deo revelante acta concilii, quod[q] auctore te praefatos viros segregasse dinoscitur, a[r] te[r] nobis[s] dudum transmissa cum actionibus pro Rothado venerabili episcopo venirent[t] ad manus. In quibus quanta reprehensionum inveniatur congeries, si voluerimus exhibere per singula, facilius cartae quam verba deficient. Ibi namque falsitas in ipso mox actionum invenitur principio. An non falsitas, cum sponte pervenisse deiectos[u] illos ad ecclesiae ianuas pro sua necessitate ipse describas, qui venisse[v] probantur[v] inviti? Praecipue cum Vulfadus ibidem non fuerit, cuius nomen inter petentium nomina fallaciter extitit recitatum? Ibi ante tempus examinis iam iudicatum et ante legitimum iudicium[w] condempnatum fuisse dinoscitur. Ibi ante audientiam[x] et ante certum numerum collectorum episcoporum presbyteri diaconique privationi ministeriorum suorum subduntur. Ibi metropolitanus antistes modo sua iura deponit, modo resumit; modo subest synodo, modo praeest; modo quasi accusatus, modo accusator, modo iudex accedit et pro libitu proprio vicibus alternantibus cuncta disponens more cuiusdam animantis[y] non semper unius eiusdemque[z] coloris apparet. Ibi, inquam, nolentes proclamare proclamare[a] coguntur et tamquam accusatores libellum proclamationis porrigere compelluntur, — licet tenorem libelli iuxta morem gestis non inserueris, cum eisdem nonnulla minus etiam necessaria proberis inseruisse. Ibi absens et, ut illic habetur, aegrotus addicitur[b], et dolor super[c] dolorem apponitur, dum absens Vulfadus libello[d] quasi praesens asscribitur[e] et in lecto iacens numquamque reclamans societatem habere cum praesentibus reclamatoribus falso praetenditur. In quo con-

---

80. a) *Lemma:* Epistola domni Nicolai papę Hincmaro directa *B; alia man. coaeva:* Haec epistola aliter veritatem interpretatur, quam veritas ipsa se habet *(cf. supra p. 413 l. 46 et p. 419 l. 39) D.* b) Nicolaus — Dei *desunt B.* c) missa *E.* d) *om. E.* e) sacri *B.* f) *suprascr. B.* g) quae *E.* h) deceptos *E.* i) exhibuisti *B.* k) clericorum spernere *E.* l) sinit *E.* m) obstruere *E.* n) Petrus apostolus *B.* o) repperiendum *C;* reperiendae *E.* p) certitudine *E.* q) que *al. m. in marg. E.* r) ante *C, E.* s) vobis *E.* t) veniret *E.* u) delectos *C.* v) inveniuntur *E.* w) *ss. add. B;* iudicii *C;* iudicem *E.* x) audicium *C.* y) *in marg. add.* camaleontis *E.* z) eiusdem *E.* a) *om. C, E.* b) adicitur *B.* c) supra *E.* d) *deest E.* e) scribitur *E.*

1) *De hac epistola cf. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 285, Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 93, Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 157. Textus huius epistolae maxima ex parte idem est ac antecedentis; annotationes igitur, quas ad illam addidimus neque hic iterandas censuimus, conferas. V. etiam supra p. 412 sq. ann. 8.* 2) *Hincmari opp. ed. Sirmond II, 282 sqq., Migne, Patr. lat. CXXVI, 61 sqq. Cf. Schrörs, l. c. p. 280.* 3) *Epistola synodica Suessionensis concilii, Mansi XV, 728 sqq.* 4) *Cf. quae Hincmarus in trinis litteris commonitoriis Egiloni mandaverit (Migne, Patr. lat. CXXVI, 64, 68, 71); v. Schrörs, l. c. p. 280 sqq.*

866 Dec. 6. siderandum est, quia[a], si[a] leges saeculi etiam de rebus pecuniariis, quae extra nos sunt, aegrotum respondere non cogunt, quanto minus a Domini sacerdotibus infirmus quilibet compelli ad querimoniam debuit de negotio, quod[b] in[b] eundem ipsum conflari[c] dinoscebatur et[d] quod hunc ad[e] depositionis casum impellere probabatur. Quo dolore in hac vita maior ubi, quaeso, est? Et, ut strictim pene omnia complectamur, ibi sola oboedientia
cf. Hebr. 13, 17. subditorum, quam apostolus praepositis exhibere iubet, reputatur in culpam, et qui praelati iudicio temere non restiterunt, sed humiliter colla supposuerunt, severissime puniuntur. Ibi qui nulla[f] propria noxa deliquerunt hereticorum damnationem tamquam heretici inciderunt et qui misericordiam petiverunt nec iustum iudicium percipere meruerunt. Sed quid mirum, si textus et finis eiusdem concilii[g] accepti non sunt, quando in nomine Domini iuxta morem inchoatum non est? Nam cum apostolo omne,
cf. Col. 3, 17. quodcumque fecerimus[h] in verbo aut in opere, omnia in nomine domini Iesu[i] facienda praecipiente ritus ecclesiasticus in colligendis conciliis id observet, et in hoc dumtaxat, abdito permittente divino iudicio, fuerit[k] praetermissum: constat procul dubio non eos
cf. Matth. 18, 20. in nomine Domini congregatos extitisse ac per hoc eum minime in sui medio habuisse,
cf. Ps. 15, 4. qui tale concilium, immo conventicula sua de sanguinibus contra psalmistam congregaverunt et quoddam animal imitati nonnisi extinctis filiis[l] propriis[l] posse[m] subsistere putaverunt.

Iam vero, si idem concilium ab apostolica sede praetenditur[n o] fuisse[o] approbatum, quemadmodum id versuta fuerit cavillatione ab[p] apostolica sede[n q] perceptum, fraternitas tua non nescit. Denique de memoratis clericis, Vulfado scilicet et collegis ipsius, quod tibi visum est, consummato[r] mox praecessori meo beatae recordationis Leoni[s] praesuli non semel supplices litteras misisti, quatenus idem concilium approbans auctoritate apostolica roboraret[t]. Quod ille non solum minime annuit, verum etiam agere sollicite renuit, dicens idcirco se[u] petitiones tuas pro confirmanda synodo, in qua depositi praefati viri fuerant, suspendisse, eo quod per aliquos ex his episcopis, qui in synodo resederant, ut dubitatio foret radicitus evulsa, statuta eiusdem synodi destinare debuisses, praecipue cum ibidem legati sedis[v] apostolicae praesentes non fuerint. Postremo quod hi, quos tu auctoritate synodi affirmabas[w] depositos, per proprias litteras[x] sedem apostolicam appellaverint et vellent iterum sua[y] se apostolica audiri[z] praesentia et tunc, si culpabiles invenirentur, non abnuerent[a] canonicam[b] sustinere censuram. Sed venerabilitas tua, sciens utique[c] concilium istud, ut supra ostensum est, reprehensionibus non paucis respersum, acta quidem illius per neminem[d] episcoporum, qui his interfuerant, destinavit; ut tamen firmarentur, denuo precibus agere non cessavit. Sed deiectorum iterato[e] clamore crebrescente[f] clericorum nec sic quod petebatur laudabilis[g] praesul indulsit. Praecepit autem per alteram suae sanctionis epistolam, ut ipse ad concilium cum[h] illis occurreres, ad quod[i] suum ipse legatum, Petrum videlicet episcopum Spoletanum, e latere suo direxerat, ad renovandum scilicet iudicium vice sua et congregatis rursus episcopis ad depositorum reclamantium auxiliante Domino trutinandum ac sopiendum negotium. Ita ut, si eisdem deiectis[k l] clericis[k] contigisset, ut in ipsa debuissent depositione[m] persistere et oboedire rennuissent sedemque apostolicam iterum expetissent[n], ne ipsius apostolicae sedis dissolveretur privilegium, illis ad eam veniendi

---

a) *corr. ex* qua si *B, D;* quasi *C.* b) quidem *E.* c) conflare *E.* d) at *E.* e) ac *E.* f) nullam *C.* g) *al. m. ss. corr. pro* cū alii *B.* h) Deo *add. B, C, D.* i) Christi *addit. erat E.* k) fuit *E.* l) propriis filiis *E.* m) *suprascr. B.* n) praetenditur — sede *desunt E.* o) fuisse praetenditur *C.* p) *deest B.* q) *D hic iterum addit* fuisse praetenditur approbatum *usque ad* apostolica sede. r) *hic et infra nonnulla verba vel litterae propter laes. membr. evanuerunt C.* s) *deest B, C, E.* t) roboraretur *B.* u) sępe *D.* v) sedi *C; ras. corr. in* sedi, *ut videtur, D.* w) adfirmabas *C, D.* x) ad *add. D.* y) *del., ut vid., B.* z) *corr. suprascr. ex* audire *B.* a) annuerent *B.* b) catholicam *(?) D.* c) utrique *corr. ex* utraque *E.* d) nemine *C, D.* e) *om. B.* f) crebescente *B, E.* g) laudabile prius (prius *ss. al. m.*) *E.* h) *deest B.* i) quam *B, C;* quem *E.* k) clericis deiectis *B.* l) i *prim. corr. ras. B.* m) *ead. m. in ras. scr. C.* n) *ss. corr. ex* expetisset *B.*

non negaretur licentia; cum quibus praecepit, ut tua fraternitas vel missus eius veniret, 866
quatinus cum fratribus suis episcopis aequum[a] de his iudicium conferre potuisset et Dec. 6.
utraque parte conveniente causas eorum eadem sancta sedes canonice diffinisset. Verum qui prius episcopum, legatum videlicet[b] concilii tui, sedis apostolicae visioni[c] subtraxeras, etiam tuam audientiae ab ea designatae praesentiam subducens probasti de te illa, quae dicta sunt, videlicet[d] quod tale concilium statueris, quale superius monstratum est[d].

Interea te voti effectu frustrato[e] apostolicae sedis et beatae recordationis pontifex Leo, qui[f] fraternitatis tuae propositum noverat, ab hac luce subtractus est. Cumque[g] sanctae memoriae Benedictus vir apostolicus ei successisset in ordine pontificatus, rursus reverentia tua arma praeparat et eidem summo praesuli, tamquam suarum inexperto versutiarum, latenter subripit[h] et in ipso consecrationis eius[i] principio suadet, ut concilium quidem ad votum unius[k] hominis congregatum firmaret; non tamen ei ullo modo subripi[l] aut[l] suaderi[m] potuit, ut a iustae diffinitionis et discretissimae moderationis tramite vel aliquantulum declinaret. Nam sicut videre est et ipse liquido nosti, qui eiusdem privilegii[n 1] paginam penes te repositam[o] habere[o] dinosceris, ita per privilegium tibi concessum illius concilii roboravit institutum, ut auctoritatis summam sedi apostolicae reservaret. Unde actum est, ut quod male petitum fuerat spiritu[p] docente Dei[q] bene sapiens praesul concederet et nihil proficeret humana subreptio, ubi pectus tanti pontificis[r] divina[s] replebat infusio, nec obesset cuiusquam suasio, ubi antistitis sancti prudens obviavit et providentissima[t] moderatio, dum in ipso privilegio tenorem praemiserit, quod sic decretum est ab eo manenda[u] inconvulsa quae petebantur, si ita essent per omnia[v], quae de illa synodo sibi[v] a sanctitate tua referebantur. Interposuit enim ancipitem in eo sententiam dicens: Si ita est, nostroque ut scriptis praesulatui intimasti et gestorum serie demonstrasti, ratas easdem, quin[w] diffinitiones[x], apostolica[y] promulgamus fore auctoritate; licet tu[z] huius tenoris[a] circumstantiam de collati privilegii textu minus simpliciter excipiens et nostrae visioni subduxeris[b] et aliorum[c] notioni subtraxeris, interserens insuper quae[d] ille aut numquam aut aliter[e] sanxerat. Ipse namque de memoratis diffinitionibus dixit: Ratas easdem apostolica promulgamus fore auctoritate semperque manere statuimus et sequentia; quae ipse quidem aliter[f] posuit, tu vero addens atque commutans prosecutus es, dicens[2]: Ratas easdem apostolica promulgamus in omnibus fore auctoritate semperque manere statuimus, ut inde quaestio nullis aliquando temporibus oriatur. Quod quantum inter se discrepent[g], videlicet quod ille promulgavit[h] et quod tu minuisti vel adiecisti[i] vel mutasti, ipse perpendis[k]. Sed adhuc et in alio mira fraternitatis tuae accedit astutia et soli proprio voto favens se inmiscet[l] prudentia. Denique cum apostolicae sanctitatis atque memoriae idem decessor noster papa Benedictus tibi privilegium, de quo nunc diximus, contulisset, ita quae[m] in eo continentur[n] firmavit, ut suspensam sententiam his iungeret et ut per omnia sedi apostolicae sua[o] privilegia, sicut iam fati sumus, et auctoritatis propriae[p] iura — quem[q] in hoc et nos quoque secuti

---

a) secum *C, D, E.* b) scilicet *E.* c) uissioni *E.* d) videlicet — est *desunt B.* e) frustato *B.* f) *om. C.* g) Cum quae *C.* h) surripit *B.* i) ipsius *D.* k) unus *C.* l) surripi aut *B;* subripuit *E.* m) suadere *E.* n) -le- *ss. ead. m. B.* o) habere repositam *E.* p) *post* spiritu *duae litterae del. B; corr. al. m. ex* ipsum *E.* q) *suprascr. ead. m. B.* r) *al. m. ss. add.* spiritus *B.* s) divini *B.* t) prudentissima *E.* u) *corr. in marg.* manere *ead. m. E.* v) omnia quidem acta, illa synodo sicut sibi *E.* w) *del., ut videtur, E.* x) difinitionis *E.* y) apostolicę *E.* z) tu̇ *(sic) B.* a) e *suprascr. ead. m. B.* b) subdixeris *C.* c) *deest E.* d) quod *E.* e) alter *B.* f) *corr. ss. ex* alter *B.* g) discreperet *(?) D.* h) *hic est finis epistolae in fol. 193' B.* i) adicisti *E.* k) perpende *E.* l) inmuit *E.* m) quod *E.* n) continetur *E.* o) *ead. m. corr. in marg.* sed *E.* p) propria *E.* q) quae *E.*

1) *Supra n. 59 a (p. 367 sq.).* 2) *De hac interpolatione Hincmaro obiecta cf. etiam quae infra loquitur papa p. 427 l. 8 sqq.*

866 Dec. 6. sumus — inviolabilia reservaret, interponens praeterea nodos anathematis in eo, quibus prohibendum censuit, ne quilibet contra eadem canonica constituta et decreta pontificum Romanorum pertinaciter obviasset, id est ne quis vel[a] contra illa, quae tibi concesserat vel quae sedi propriae reservarat, agere temptavisset. Sed tu, quae horum tuo[b] libitui[b] favere conspexisti, omnium notitiae[c] patefecisti; quae autem sedis[d] sunt apostolicae reservata iuri, cunctorum notioni subduxisti. Testantur[e] hoc exemplaria eiusdem privilegii[e], quae sunt ad sedem apostolicam diverso tempore missa. Quantum vero talis scriptorum depravatio ac[f] mutilatio noceat, ipse iam potuisti cum fratribus et coepiscopis tuis advertere, qui in concilio videntes quaedam[g] ipsius constituti, sicuti relatu[h] ipsorum didicimus, quaedam vero non videntes coeptum circa oppressos pium laborem deterriti minus perfectum deseruisse nunc dinoscerentur[i], nisi nostris instructi monitis et nostris ibidem confortati litteris invenirentur. Quamobrem[1] iure fortassis te fraudis aliquid[k] in talibus committere[l] fateri possemus, nisi reverentiae tuae, quod ipse non speras, parcere nostra moderatio studuisset; siquidem relationum detruncatio non solum cognitionem ab hominibus subtrahit, verum etiam audientes in errorem inducit. Ecce enim dicimus:
cf. Ps. 1, 16. Iustus dominus Deus noster et non est iniquitas in eo; unde si una sola syllaba subtrahitur, blasphemia protinus in Deum sine cunctatione committitur. Si[m] ergo[m] unius syllabae tantum in Deum piaculum gignit ablatio, quantum, putas, tot potest dictionum recisio ignorantibus generare dispendium? Quamvis[n] sit[n] in hoc facto et aliud quoque subtiliter considerandum. Nam cum anathematis interpositio non solum illos, qui contra benefitia tibi[o] concessa committunt, verum etiam et hos, qui iura sedis apostolicae temere dissolvunt, complectendo percellat, et[p] tu ipsam interpositionem anathematis, quae ad sedis apostolicae pertinent privilegia tacens, post textum praeceptionis tibi concessae, in eo dumtaxat, quod te mulcet, commemoraveris[q], aperte claret te nos huiusmodi argumento callide tetigisse, cum profecto liqueat sic illud vinculum anathematis decessoris nostri decretum non observantes percellere, ut tamen ius apostolicae sedis semper maneat inlibatum, et si ita esse[r], quod suggerebatur, foret per omnia comprobatum. Quod ergo nos in causa deiectorum egimus clericorum, ad[s] sedis[s] apostolicae pertinet privilegium ac[t] per hoc merito inde sumus immunes. Tu vero violationis eiusdem privilegii haberis obnoxius, qui pulsis illis clericis ad sedem apostolicam provocantibus manum obicem[u] subdole praeparasse cerneris ac per hoc illatam[v] in eodem constituto anathematis poenam convenientius incidisse crederis[w]; videlicet dum talem crebro dicti privilegii textum et tenorem additione, detruncatione[x] ac mutatione tua cunctis ostenderis[y], ut merito subinde[z] memoratis clericis metum et desperationem posset incutere ac eos ab inchoata reclamationis voce prorsus avertere. Nam cum nobis, quos nosti utique prisco ecclesiae Romanae more in regestis exemplaria scriptorum, quae a sede dantur[a] apostolica[a], reservare[2] et quos conicere potuisti, cum tempore decessoris mei[b] darentur, ea etiam praesentialiter intuitos[c] esse[d] [3], sic[e] mutilatum et[f] depravatum idem institutum[4] mittere[e] non formidaveris, quam depravatum et defraudatum nullam huius

---

a) *om. E.* b) tuorum libitu *E.* c) notioni *E.* d) sedi *C, D, E.* e) Testantur — privilegii *in marg. E.* f) aut *C, E.* g) quasdam *E.* h) relatione *corr. in marg. pro* relatu *E.* i) *corr. in marg. pro* dignoscitur *E.* k) aliquam *E.* l) committe *C.* m) *bis in E.* n) *in marg. corr. pro* quoniam iussit *E.* o) sibi *E.* p) ut *E.* q) cummemoraveris *C, D; al. m. corr. ex* commemoramus *E.* r) est *E.* s) *corr. ead. m. ss. ex* addis *C.* t) hac *C.* u) *corr. in marg. pro* obicere *E.* v) illata *E.* w) *corr. in marg. pro* credis *E.* x) detrucatione *C.* y) ostendis *E.* z) subin *E.* a) apostolica dantur *E.* b) nostri *E.* c) institutos *corr. ead. m. ex* institutum *C.* d) ēē *corr. ex* m *C.* e) sic — mittere *in ras. ead. m. scr. C.* f) ac *E.*

1) *Sequentia usque ad* verecundia, reperireris *(p. 427 l. 4 sq.) ad Hincmarum solum scripta sunt.* 2) *Registrum, quod vocamus, pontificum Romanorum hoc loco significatur.* 3) *Quanta apostolicae administrationis cura Nicolao iam a Benedicto III. papa commissa fuerit, elucet ex Libro pontificali ed. Duchesne II, 151.* 4) *Scilicet Benedicti III. privilegium.*

experientiam habentibus ad subversionem vim patientium forsitan exhibuisti? Quam profecto rem magnopere, frater carissime, fugere debuisti, veritus videlicet, ne[a], si[a] non[a] adversus saepe dictum tibi collatum[b] privilegium vel contra principale[c] sedis apostolicae ius agere videreris, saltem ne in aliquo ipse falsarius, quod absit a sacerdotali verecundia, reperireris. Misisti enim egregiae recordationis decessori meo per scripta tua, quod idem clerici ad vicinos episcopos provocaverint, contra te libellum proclamationis dederint, iudices sibi ipsi elegerint et cetera, quae longum est dinumerare, significans. At[d] ille divinitus inspiratus tibi rescribens: Si, inquit, ita est, nostroque ut scriptis praesulatui intimasti et[e] gestorum serie demonstrasti — quod tu de textu penitus erasisti[f] —, ratas easdem, subaudis diffinitiones, apostolica promulgamus — non in omnibus, ut ipse addidisti — fore auctoritate semperque manere statuimus. Deinde subiunctum est, quod tu longe aliter mutasti scribens, ut inde quaestio nullis[g] aliquando temporibus oriatur. Nunc autem, cum ita non fuisse[h] tam a nobis quam a sancto concilio vestro fuerit[i] comprobatum, quod dudum suggesseras merito in irritum ductum est, quod contra deiectos non simpliciter impetraveras[k]. 866 Dec. 6.

Sed ad propositum redeamus. Igitur tandem aliquando clericis saepe memoratis, qui semper ad apostolicam[l] sedem appellaverunt[m], etiam nobis litteris suis pro deiectione sua querimoniam exponentibus non fuit dissimulandi[n], non fuit nobis tacendi libertas, quibus maior cunctis Christianae religionis zelus incumbit. Ac ideo primum quidem[o] tibi misimus, uti commemoratos viros, Vulfadum scilicet collegasque ipsius, clementi animo studeres ad[p] te vocare[q] depositaque omni[r] funditus animositate de restitutione ipsorum tecum fraterne tractares[s] atque[t] misericorditer consummare contenderes, alioquin ad concilium cum ceteris[u] in illis regionibus constitutis archiepiscopis et episcopis, quibus et nos quoque pro hoc ipso scripsimus, simul occurreres, quatenus omnes in[v] unum[v] convenientes causas eorundem clericorum[w] examinaretis et non aliqua emergente disceptatione, Deo prae oculis habito, diffiniretis; si vero quaelibet inter partes disceptatio proveniret, ad sedem apostolicam nostrum suscepturae speciale iudicium personae vices[x] tenentes utriusque lateris convenirent. Quo Dei gratiae iuvamine peracto suscepimus nunc litteras amplectendae dilectionis omnium vestrum manifestissime significantes crebro memoratos clericos a[y] totius[y] consona voce concilii dignos graduum suorum receptione pronunciatos; ubi nulla, sicut eisdem litteris vestris repperimus, disceptatio provenit, nulla, sicut putatum fuerat, varietas alia atque[t] alia defendentium accidit[z], nullus accusator, nullus condempnator repertus est, sed cunctorum una eademque sententia atque[t] in restitutione ipsorum diffinitio claruit, eisdem innoxiis a cunctorum unanimitate modis omnibus approbatis. Ergo si innoxii sunt illi quondam depositi ab unanimitate omnium approbati, qui deposuerunt[a], quomodo non[b] sint[b] obnoxii[b] iure, nescimus.

Arridet autem huius unanimitatis vestrae sententiae atque[t] diffinitioni etiam tua, quamvis non simplex, summissa tamen professio, qua non solum eosdem fratres et antea[c] te[c] minime ab offitio suspendisse vel iudicasse aut a gradibus eiecisse sive in repulsione[d] ipsorum subscripsisse, verum etiam et nunc ad synodum, sicut nos praecepimus[e], convenisse et his, quae de restitutione illorum ceteri antistites consenserunt, paratissime annuisse et optemperare curasse testaris; cuius etiam nomen in epistola synodica, sicut eius relatio indicat, una cum convenientium fratrum et consacerdotum[f] nominibus[g] pariter asscriptum inventum est. Illud tamen ridere libuit, quod fraternitas

---

a) si nonne *C*; si *E*. b) collocatum *C*. c) privilegium *E*. d) Att *C*. e) ut *E*. f) detraxisti *E*. g) nulla *E*. h) fuit *E*. i) fuit *E*. k) imperaveras *E*. l) apostolica *C*. m) apellaverunt *C*. n) dissimulatum *E*. o) *om. E*. p) a *C*, *D*. q) revocare *D*. r) omnia *E*. s) tratares *C*. t) adque *passim C*. u) cunctis *E*. v) in un unum *C*. w) dictorum *E*. x) vice *E*. y) atentius *C*; attentius *E*. z) accedit *E*. a) deposuerant *D*. b) sunt obnoxii, *in marg. corr.* innoxi *E*. c) ante ate *C*, *E*. d) expulsione *E*. e) praecipimus *E*. f) sacerdotum *E*. g) omnibus *C*, *E*.

866 Dec. 6. tua crebro memoratos clericos ab offitio se[a] minime suspendisse vel iudicasse aut a gradibus eiecisse fatetur, praesertim cum haec non veritate[b] fulta multis essè[c] probentur indiciis[d]. Sed quamvis superius summatim tetigissemus quae gesta sunt, nolumus[e 1] tamen haec pleniter exaggerare, ne compellamur quae digna sunt iudicare. Nam nisi tu illos etiam ante omnem audientiam et adhuc, cum ad te non accusantes, sed misericordiam postulantes accesserint, ab officio suspendisti, quid est[f], quod in actis concilii tui, quod ipse ad sedem apostolicam misisti, a te suspensi ab officio fuisse memorantur? Quibus cum tacens nihil ipse responderis, quid aliud nisi vera eos prosecutos silentio tuo tribuisti patenter intellegi? Et e diverso illi super quo querelas suas crebro dicto sanctae memoriae Leoni papae mittebant[g]? Vel quem nisi te, suum inpulsorem[h] a gradibus propriis, infestum sibi, quem[i] circa se[k] veluti patrem benignum debebant cognoscere, frequenti relatione pandebant? Postremo nisi tu in deiectione ipsorum[l] subscripsisti, immo nisi totius depositionis eorum seriem ipse scripsisti, quid est, quod in subinde[m] memorato privilegio, quod tibi ab apostolica sede roborari[n] petisti[o], beatae memoriae decessor meus ad te loquens, quod tu diffinitiones illas in synodo cum ceteris episcopis collecta iuxta relationem utique tuam propriis digitis roboraveris, manifestat? Quodsi dicis numquam te in illa synodo subscripsisse, ergo nec[p] decessor noster aliquam tibi synodum privilegio suo firmavit. Quippe cum ipse eam, quam auctoritate apostolica stabilivit, propriis digitis tuis te specialiter roborasse commemoret.

Iam[2] vero, quod in epistola tua nobis scripsisti[3], dicens eorundem[q] clericorum salubrem ac regularem statum et cupisse te et cupere et quaesisse et quaerere, quis audiens eorum, qui cursum negotii vel controversiae huius novit, non miretur et non obstupescat? Porro si cupisti, ubi est certamen, quod pro eorum utpote filiorum recuperatione sumsisti? Et si quaesisti, ubi apparet? Ubi datur saltem intellegi? Verum ostende tu nobis, quando statum[r] eorum cupiveris vel quaesieris, et nos ostendemus tibi prolixitate dimissa breviter, quod non statum, sed casum semper eorum cupiveris et quaesieris. Nam quid est, quod obtinere modo legatis, modo litteris apud decessores meos, Leonem scilicet et Benedictum beatae recordationis pontifices, te cupere et quaerere signas[s], nisi ut eorum quidem deiectio[t] firmetur, restitutio vero numquam speretur, casus perpetuo roboretur, status aliquando minime reformetur? Ecce quomodo statum eorum cupivisti! Ecce quomodo statum quaesisti! Sed dicis fortasse te non qualemcumque statum eorum, sed salubrem ac regularem cupivisse atque quaesisse. Verum vel hoc quibus vis exhibe testibus aut quibus cupis ostende probationibus. Nam nec tua nec alia, quae penes nos reiacent, de te tale quid indicant scripta, cum potius ad omnimodam ruinam ipsorum affectum tuum iugiter intentum fuisse patenter insinuent. Ad extremum, si tu eos non deiecisti, quare non, cum tui fuerint, erexisti? Iam vero, si et id tua[u] sola[u] auctoritate agere nequivisti, quare pro eis[v] apostolicae sedis auctoritatem[w] non petivisti? Quam sic contra eos utinam non petisses! Siquidem ubi est dolor, quem pro eis utpote pro[x] filiis incurristi? Ubi est saltem modicus labor, quem

---

a) *deest E.* b) veritati *E.* c) etiam *D; om. E.* d) iudiciis *E.* e) noluimus *E.* f) *om. E.* g) mittebantur *C, E.* h) *corr. in marg.* expulsorem *E.* i) quae *C.* k) *deest E.* l) non *add. C, E.* m) sup̂ *in marg. corr. pro* sublime *E.* n) roborat; *E.* o) petít; *E.* p) ne *C.* q) eorumdem *C.* r) statutum *C.* s) *ead. m. corr. in marg.* significas *E.* t) eiectio *E.* u) sola tua *C.* v) eius *C.* w) auctoritate *C, D.* x) *om. E.*

1) *Cf. epistolam Simplicii papae ad Iohannem Ravennatem episcopum, Migne, Patr. lat. LXVII, 321, Mansi VII, 972 (J.-K. Reg. n. 583):* nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod dignum est. 2) *Haec quoque* — Iam vero *usque ad* perpetuo celebrari *(p. 430 l. 6) — ad Hincmarum specialiter directa sunt.* 3) *Hincmarus ait:* Quorum salubrem ac singularem statum et cupivi et cupio et quaesivi et quaero et quorum deiectioni condolui et statui eorum congaudeo *(Migne, Patr. lat. CXXVI, 63 D). V. etiam supra p. 423 ann. 2.*

pro[a] restituendis illis clementer arripuisti? Quamvis forte verum sit, quod te deiectioni[b] eorum condoluisse[c] et statui gaudere testaris: hoc dumtaxat modo, ut, sicut de[d] deiectione ipsorum condolueras, ita nunc de statu congaudeas, quia videlicet nec tunc casui[e] eorum condoluisti nec nunc statui fortasse congaudes. 866 Dec. 6.

Sed inter haec libet ad epistolae tuae verba intuitum mentis inflectere et, quam nobis non simpliciter scripseris, strictim ostendere. Indecens quippe est, licet[f] te non pudeat, sedi apostolicae subdole scribere, nisi astutiae tuae argumenta ipsa valeat comprehendere. In illa namque epistolae tuae constantia nihil de abiectione clericorum eorum commemorasti et, quam[g] iniuste fuerint depositi, nil penitus demonstrasti, cum te oportuerit eosdem profiteri clericos pro consecratione sibi per Ebbonem collata[h i] nullam sui gradus pati debuisse iacturam; praesertim cum ipse cum ceteris fratribus et coepiscopis tuis in synodica epistola, quam communiter[k] ad sedem apostolicam[k] misistis, Ebbonem solum[l] iram[h] principis in sua qualicumque dicta dampnatione incurrisse profitearis*[1]. Verum si ita sacros canones intellexisti[m], cum illos iudicasti, saltem hoc ipsum diceres et quod hinc nos censuissemus[n] utpote maioris auctoritatis amplecti contenderes. Per talem enim confessionem[2], quam Ebbo fecisse praetenditur, nemo canonice damnationi[o] subicitur. Quodsi[p] tu[p] taces[p], nos silere non possumus, et, quod omnes iniustum fatentur, ipse iustum, quantislibet utaris argumentis, probare non poteris. Quodsi formidatum est, ne iniusta damnatio eorum in discrimen redundaret auctoris et ideo, quod iniuste fuerit prolata, taceatur, non congruum initur consilium. Facilius[q] quippe veniam quis veritate quam exquisitis et minus aptis adinventionibus impetrat, praesertim cum veritas liberet, mendatium vero perdat, maxime cum non sit timendum, ubi timor non est, nec agnoveris[r] nos talem circa te gestare dilectionis affectum, ut quid te velimus[s] incurrere detrimenti, cum potius tui semper avidi[t] fuerimus[u] augmenti. Nam et Ebbonis causa et istorum clericorum negotium, quae prima transierunt[v], ut tibi[w] cautelam, non discrimen tribuant, anhelamus. Regiam quippe viam tenentes sic illis prodesse decrevimus, ut tuae sanctitati obesse nullo modo videremur[x]. Sicque[y] rursum securitatem tibi super hoc praebemus[z], ut clericis crebro dictis hanc nullatenus adimamus.

cf. Ioh. 8, 32; Ps. 5, 7.

cf. Ps. 52, 6.

Ad ultimum vero epistola, quae nobis a te nunc missa dicitur, utrum tua fuerit, convenienter ambigitur, cum nec legatum tuum, qui hanc a te nobis transmissam ediceret, direxeris nec eam sigillo tuo secundum morem signare studueris[3]. Unde mirandum est, cum in deiectionem[a] ipsorum clericorum etiam volumen non breve composueris[b 4], quamobrem in restitutionem[c] saltem unam epistolam[d] simplicem non edideris. In quo apparet, quantum ibi alacritatis, quantum hic desidiae studium fuerit. Quamvis haec ne nos arbitreris ad discrimen quodlibet tuae[e] sanctitatis[e] vel dignitatis exaggerasse,

---

*) *In margine adnotavit alia manus coaeva:* Portitor falsavit epistolam synodi et ideo Nicolaus ista respondit *D.*

a) *om. E.* b) deiectione *E.* c) cumdoluisse *C.* d) *om. E.* e) statui *ante* casui *del. C.* f) ut *E.* g) quoniam *E.* h) collata — iram *(l. 13) desunt C.* i) collatam *D; corr. ex* collatam *E.* k) ad sedem apostolicam communiter *E.* l) *apte coniecit Harduin, Acta conciliorum V, 646;* solam *D, E.* m) intellexistis *E.* n) consueuissemus *E.* o) damnationis *C.* p) *desunt, del.* quod scrutatos *E.* q) falius *C.* r) agnoscis *E.* s) velim *E.* t) avidus *corr. al. m. ex* avide *E.* u) fuerim *E.* v) transierat *E.* w) *om. E.* x) videremus *E.* y) neque *E.* z) pręber *E.* a) deiectione *D, E.* b) cumposueris *C.* c) restitutione *E.* d) epistola *C.* e) sanctitatis tuae *E.*

1) *Haec in illa epistola non continentur, v. Mansi XV, 728 sqq. Cf. etiam Hincmarum in epistola iam laudata ad Nicolaum respondentem (Migne, Patr. lat. CXXVI, 85 D):* In qua [epistola synodali] nullam mentionem de quacunque Ebonis depositione habuimus. — *De depositione Ebonis cf. MG. Concilia II, 696 sqq. et Schrörs, l. c. p. 29 sqq.* 2) *Cf. MG. Concilia II, 702.* 3) *Quid responderit ad haec obiecta Hincmarus cf. ap. Migne, Patr. lat. CXXVI, 86 A.* 4) *Hoc loco Nicolaus ad synodum Suessionensem a. 853 eiusque acta alludere videtur.*

cf. Prov. 27, 6. cum meliora esse vulnera diligentis quam fraudulenta odii[a] oscula non nescias: sed ne
866 adeo in privilegiorum tuorum[b] defensionem[c] vel elationem[d] inmoderatius erigaris, ut
Dec. 6. apostolicae sedis iura quoquomodo temere tetigisse videaris. Nam mala[1] consuetudo, quae non minus quam[e] pernitiosa corruptela vitanda est, nisi citius radicitus evellatur, in privilegiorum ius ab improbis assumitur, et incipiunt praevaricationes et variae praesumptiones celerrime non compressae pro legibus venerari et privilegiorum more perpetuo celebrari.

Igitur nos in praefatorum clericorum restitutione gradus omnibus actenus argumentis rite collectis et omnium vestrum hortatu generalis incitante consensus omnimodam conhibentiam praebere potuisse cognosce[f]. Sed quoniam non secundum decretum nostrum eorum examinatio mera[g] et perfecta discussio provenit nec promotio vel abiectio ipsorum in synodali conventu qualis fuerit liquido reperta est nec apostolicae sedi sufficienti relatu monstrata: idcirco paululum a[h] consumanda[h] restitutione[h] ipsorum interim deliberativum consensum nostrum cohercere necessarium duximus. Verum quia in decernendo et[i] in[i] iudicando[i] quod canonice deliberatum est ac in restituendis saepe[k] dictis clericis atque in omnibus Deo praeduce, sicut decuit et ordo poposcit, nostra praecessit auctoritas, conveniens ac honestum est, ut iuxta postulationem vestram nostrae firmationis perfecta subsequatur integritas, eo dumtaxat ordine, ut frequentius intimati clerici, qui evidentissime inregulariter ab officio graduum suorum suspensi fuisse noscuntur et hinc sedem apostolicam saepissime provocasse nonnullis indiciis comprobantur, ante omnia pristinis gradibus et officiis reformati consistant, ita ut prioribus redditi gradibus et ordinibus et quodammodo suis omnibus revestiti vires adversus impetentes se integras habeant. Non enim inermis cum armato rite conflictum inire potest. Quibus videlicet gradibus ac officiis fruentibus eis fraternitati tuae licentia sit intra totius huius capedinem anni saepe dictos exhibere clericos ab ordinibus suis canonice fuisse deiectos, ita ut quicquid habes adversus eos calumniarum prosequendi et[l] exequendi[l] tibi sit omnino facultas. Quodsi[m] totius huius anni circuitu dilapso[n] contra eos nullam iustam apud sedem apostolicam querimoniam composueris nec illos appetere de quocumque vel cuiuscumque reatu vel excessu seu dampnatione studueris, ipsis quidem deinceps in suis ordinibus permanentibus nos profecto nulli torpori dabimus operam nec ullo pacto a summa cessabimus diligentia, donec aut tu iuste nunc illos comprobes restitutos aut iuste per[o] te quondam ostendas remotos. Alioquin nos subsequenter exhibere procul dubio convenit non solum saepe fatos clericos praeiudicialiter[p] absque canone[q] ab officio sequestratos, verum et ordinatorem eorum inconvenienter ac sine consequentia ecclesiastica[r] regimine praesulari[s] privatum. Quod plane praeter te nullus, ut remur, omnino dubitat, nullus profecto non praedicat, quandoquidem et nobis ita claret[t], quantum autumare possumus, quemadmodum his, qui illo in tempore praesto fuisse[u] memorantur.

Postremo[2] scire te volumus nostris auribus intimatum esse fraternitatem tuam non certis temporibus et iuxta morem aliis metropolitanis antistitibus diffinitis pallio a sede apostolica concesso uti. Quod valde displicet, si id a sanctitate tua fuerit elate commissum, ut humilitatis oblita ceteris fratribus suis[v] studeat videri sublimior, quamvis hoc non ad inanem gloriam utendum sit, sed ad ornatum cunctarum virtutum gestandum. Quod bene tempore, quo ipsius pallii usum a sede apostolica percepisti, scripto paginae

---

a) odia *C.* b) *om. E.* c) defensione *E.* d) *corr. in* elatione *E.* e) quam *non iam recognosci potest, sicut etiam infra nonnulla verba vel omnino vel ex parte evanuerunt C.* f) cognosse *C.* g) *deest E.* h) ad consumandam restitutionem *E.* i) *desunt E.* k) sepae *C;* sepę *E.* l) *desunt E.* m) quid si *E.* n) delapso *E.* o) pro *E.* p) preiudicaliter *C.* q) canonice *E.* r) ecclesiasticam *C.* s) pro seculari *E.* t) *corr. al. m. pro* daret *E.* u) fuissent *C, D.* v) tuis *E.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 3 D. 8. Cuius loci initium a Nicolao sumptum est ex concilio Sardicensi c. 1 (Mansi III, 22).* 2) *Hic finis in praesenti videlicet tantum epistola exstat, cum quod continet ad Hincmarum specialiter pertineat.*

more solito tibi ostensum atque praeceptum est[1]. Cuius usus si fraternitati tuae[a] a sede apostolica omni tempore concessus est[2], licet sit praeter ecclesiae consuetudinem perceptus ac per hoc rationabiliter amittendus — nam privilegium meretur[b], ut sanctus papa Simplicius scribit[3], amittere, qui concessa sibi abutitur potestate —, tamen his nostris admonitus competenter affatibus stude ita modeste hoc uti, ut nec elatio mentis invadat nec iactantia inflet nec vana gloria vulneret nec modum propriae dignitatis excedat nec temperantia, sine qua ceterae virtutes inperfectae[c] consistunt, oblivioni tradatur. Optamus fraternitatem vestram nunc et semper bene valere[4]. 866 Dec. 6. cf. 2. Mac. 5, 21.

Data VIII.[d] Idus Decembris indictione XV.

81.

Nicolaus Wulfado sociisque eius congratulatur et restitutionem eorum confirmat. Ut Hincmaro debitam reverentiam exhibeant, eos hortatur. *866 Dec. 6.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 169—169' (B); Laudun. 407 fol. 117' (C).

Edd. Baronius, Annal. eccles. a. 866 n. 85—87; Sirmond, Conc. Gall. III, 317; Mansi, Conc. coll. XV, 754; Migne, Patr. lat. CXIX, 1112. — Cf. J.-E. Reg. n. 2825 (2136).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI VENERABILIBUS CLERICIS, VULFADO SCILICET ARCHIEPISCOPO[a] ET CETERIS, QUI CUM EO DUDUM DEPOSITI, NUNC VERO[b] DECRETO SEDIS APOSTOLICAE AC SYNODALI PROMULGATIONE RESTITUTI DEO AUCTORE CONSISTUNT*[5].

Divinae miserationis plenitudinem neminem velle perire nec de sacrato numero gregis sui casu quolibet decidere nullus, qui divitias bonitatis eius considerat, prorsus[c] ignorat, cum etiam proprio filio non pepercerit[d], sed pro nobis omnibus tradiderit illum; cuius ovis, quae perierat, pietatis humeris[e] reportatur ad gregem; cuiusque clementiae viscera nos quoque pro modulo nostro sectantes non passi sumus voces vestras diu contemnere[f] nec super contritione[g] ac gemitu vestro compassionis aures obstruere nec deiectionem, quam a fratre et coepiscopo nostro Hincmaro seu ceteris episcopis nullius aequitatis censura[h] pertulistis[6], sine iteratae ventilationis examine praeterire[i]. Ideoque iussimus[7] fratrum et coepiscoporum nostrorum Galliae, Neustriae vel Germaniae synodum celebrari et causam vestram in eodem[k] venerando concilio[8] examinari et non aliqua emersa disceptatione, Deo prae oculis habito, diffiniri. Quo cf. 2. Petr. 3, 9. cf. Rom. 2, 4. cf. Rom. 8, 32. cf. Luc. 15, 4. 5.

---

*) In hac epistola humanus largitor atque indultor, quem veritas et ratio atque auctoritas plene defendit, sua commendatione tuetur *adnotavit al. m. coaeva in marg. C.*

a) sibi *add. C, D, E.* b) mereretur *C; corr. ras. ex* mereretur *D.* c) inperfecte *C;* inperfectę *D.* d) V. *E.*

81. a) *om. C.* b) *corr., ut videtur, ex* vere *B.* c) prorsas *B.* d) pepercit *B.* e) *ss. corr. ex* umeris *B.* f) contempnere *C.* g) contritionem *B.* h) *ss. corr. ex* censure *B.* i) p̄teriret *B.* k) o *ss. B.*

1) *Prima concessio pallii (v. J.-E. Reg. n. 2596*) non exstat; cf. de duabus pallii concessionibus a Leone IV. Hincmaro datis Schrörs, l. c. p. 55, 58, von Noorden, 'Hinkmar, Erzbischof von Rheims' p. 129 sq.* 2) *V. MG. Epist. V, 591 sq. n. 13 (J.-E. Reg. n. 2608). Cf. ibid. p. 590 sq. n. 12 (J.-E. Reg. n. 2607), p. 591 ann. 1 et 4. — Respondit Hincmarus ad hanc reprehensionem in epistola iam allegata, Migne, Patr. lat. CXXVI, 88 sq.* 3) *Epist. ad Iohannem episc. Ravennatem, Migne, Patr. lat. LXVII, 321, Mansi VII, 972 (J.-K. Reg. n. 583).* 4) *Postea autem Hincmaro scripsit Nicolaus:* de omnibus sibi satisfactum esse, *cf. Ann. Bertin. a. 867 ed. Waitz p. 89 (J.-E. Reg. n. 2881*).* 5) *Cf. epistolas antecedentes (nn. 79, 80), quarum verba ex parte in hac quoque epistola proferuntur (v. supra p. 418 sq. 427), et annotationes ad eas additas. V. etiam supra p. 412 sq. ann. 8. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 283. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 94. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 157. — Pro restitutione sua clerici Remenses Nicolao gratias egerunt in epistola edita ap. Mansi XV, 785.* 6) *In Suessionensi synodo a. 853.* 7) *V. supra epp. nn. 74—76 (p. 404 sqq.).* 8) *Suessionensi scilicet, die 18. Aug. 866 celebrato.*

866 Dec. 6. Dei gratiae iuvamine peracto suscepimus[a] nunc litteras[1] synodi relationem omnium continentes episcoporum vos innoxios a cunctorum unanimitate comprobatos et a totius consona voce concilii dignos graduum vestrorum receptione pronuntiatos manifestissime referentes; ubi nulla disceptatio, nulla varietas alia atque alia defendentium, nullus accusator vel condempnator inventus est, sed cunctorum, una cum iam dicti fratris et coepiscopi nostri Hincmari consensu, una eademque sententia atque in restitutione vestra par omnium consonantia similisque pronuntiata diffinitio claruit.

Propterea et nos quoque in restitutione vestra et receptione graduum vestrorum conhibentiam praebuisse cognoscite et congratulari vobis pro[b] statu[b] vestro, quemadmodum de abiectione[c] condoluimus, procul dubio credite. Igitur quoniam in decernendo et in iudicando quod canonice deliberatum[d] est et in restituendis vobis Deo praeduce, sicut decuit et ordo poposcit, nostra praecessit auctoritas, conveniens ac honestum est, ut nostrae firmitatis perfecta subsequatur integritas[e]. Ea pro re[f] congaudemus[e] vobis et, ut iam fassi sumus, congratulamur et quae decreta sunt super status vestri recuperatione Dei[g] omnipotentis[g] et beatorum apostolorum principum Petri ac Pauli atque
cf. Ephes. 1, 9. per eos nostrae mediocritatis auctoritate roboramus et, ut secundum beneplacitum Domini iugi stabilitate faciente Deo maneant, libenter oramus. Praeterea[h] volumus et hortamur vos, ut tales de cetero in omnibus vos exhibeatis, ut in nullo ingrati circa beneficia Dei vobis collata reperiamini[i]. Proinde misericordiae ipsius gratias agite[k] et, quoniam vos in finem non[l] deseruit, semper in[m] mentem reducite, humilitatem prae oculis semper habentes et cor vestrum ad meditandum quae aeterna sunt infatigabiliter erigentes,
cf. Gen. 50, 15. ante omnia vero sollicite praecaventes, ne memores vestrarum sitis iniuriarum neque succenseatis[n] adversus eos, qui has vobis intulisse probantur[o]. Fratri autem et coepiscopo nostro Hincmaro debitam humilitatem et competentem reverentiam exhibete, nec sit aliquo tempore vobis licentia contra eum pro eo, quod ab eo fueritis ab officio suspensi, querimoniam componendi vel sinistram vicissitudinem retribuendi, quoniam nos in erectione vestra nullius ruinam quaesivimus nec sic unam partem stabilire volumus, ut alterius partis dignitatis vel iuris detrimenta fieri patiamur[p].

Fruimini ergo huius nostrae praeceptionis[q] decreto et hoc pro vestri munimine ac graduum stabilimento contra omnes calumniatores vestros utimini, vobisque semper existat[r] facultas in oportunitatibus ad sedem apostolicam provocare et eius iuditium secundum canones praestolari. Nolumus tamen vos ignorare nos[s] fratri et coepiscopo nostro Hincmaro dedisse indutias[2], ut intra spatium anni huius licentiam habeat contra vos de deiectione vel de[t] restitutione vestra, si velit, apud nos negotium exequendi[u]. Quod idcirco dicimus, ut sollicitos vos reddamus et, qualiter, si necesse fuerit, ei resistatis, antea praesciatis, ut eius telis[v] arma[v] iustitiae vestrae[w] praeparare[x] valeatis. Optamus vos[y] in[y] Christo[y] bene valere.

Data VIII. Idus Decembris indictione decima quinta.

---

a) suscipimus *B.* b) prorestatu *B.* c) adiectione *B.* d) de- *ss. al. man. recent. B.* e) -tegritas. Ea pro re con- *desunt laesione membr. B.* f) *corr. ras. ex* rem *C.* g) Dei omni- *desunt propter laesionem membr. B.* h) -a *in fine ss. B.* i) repperiamini *C.* k) agentes *B.* l) *ss. al. man. B.* m) ad *C.* n) subcenceatis *B.* o) *ss. corr. ex* probatur *B.* p) *corr. ex* patiaemur *B.* q) perceptionis *B.* r) exsistat *B.* s) *om. B.* t) *deest B.* u) exsequendi *B.* v) talis ullus *B.* w) nostrę *B.* x) reparare *B.* y) in Christo vos *B.*

1) *Mansi XV, 728.* 2) *Cf. supra epp. nn. 79, 80 (p. 420 l. 35—421 l. 1, 430 l. 23 sqq.).*

III.

NICOLAI I. PAPAE EPISTOLAE AD RES ORIENTALES, PRAECIPUE AD CAUSAM IGNATII ET PHOTII PERTINENTES.

82.

Nicolaus Michaelem Graecorum imperatorem reprehendit, quod Ignatio patriarcha sine consultu Romani pontificis deiecto Photius laicus sedem illam obtinuerit. Ad quorum causam perquirendam sibique ad diffinitionem referendam Radoaldum Portuensem et Zachariam Anagninum episcopos Constantinopolim dirigit. Imagines coli iubet. Vicariatum Thessalonicensem, patrimonium Calabritanum Siculumque, consecrationem archiepiscopi Syracusani reposcit. Legatos commendat. 860 Sept. 25.

860 Sept. 25.

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 3—8' (B); Vatic. lat. 3827 fol. 142'—145 (C); Vatic. lat. 4965 fol. 44 (D); Vatic. lat. 5749 fol. 36' (E).

Edd. Nicolai primi pont. maximi epistolae (Romae, apud Franciscum Priscianensem, 1542) p. III; Epistolarum decretal. summorum pontif. (Romae, in aedibus populi Romani, 1591) III, 6; Mansi, Conc. coll. XV, 162. XVI, 59; Migne, Patr. lat. CXIX, 773. — Cf. J.-E. Reg. n. 2682 (2021).

NICOLAUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO MICHAHELI[1] GLORIOSO[b] IMPERATORI GRAECORUM[c 2].

Principatum[d] divinae potestatis, quem[e] omnium conditor electis suis apostolis largitus est, super solidam fidem apostolorum principis, Petri videlicet, soliditatem constituens, eius egregiam[f], immo primam sedem deliberavit[g]. Nam voce dominica ipsi dictum fuerat: 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi[h] non praevalebunt adversus eam.' Petrus denique a firmitate petrae, quae Christus est, structuram universalis ecclesiae inconcussam et fidei robore solidatam ita precibus suis munire non cessat, ut errantium vesaniam rectae fidei norma reformare festinet necnon intrepide eam consolidantes remunerare procuret, quatenus portae inferi, malignorum utique spirituum suggestiones atque hereticorum impetus, non praevaleant eiusdem ecclesiae unitatem refringere. Matth. 16, 18. cf. 1. Cor. 10, 4

Quapropter Deo omnipotenti multiplices referimus grates, qui vestro pectori hoc infundere dignatus est, ut fautores[i] ecclesiae Dei effecti concordiae ipsius desideretis

---

*) *Lemma:* Incipit epistola prima missa ab apostolica sede ad imperatorem Michahelem per Rhadoaldum et Zachariam[a] episcopos *B, C.* Epistola prima missa ab apostolica sede ad imperatorem Michahelem per Rhadoaldum et Zacchariam dudum episcopos *D, E.* — *In marg.* periocha II *B.*

82. a) Zacchariam *C.* b) gloriosi *C.* c) *deest E.* d) itaque *add. B.* e) quod *B, C.* f) egregium *B, C.* g) liberavit *C.* h) inferni *B.* i) factores *C.*

1) *III. (a. 856—867).* 2) *Fontes, qui ad dissensiones inter occidentalem et orientalem ecclesiam eo tempore exortas, id est praecipue ad causam Ignatii et Photii pertinent, enumerat Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 228. Ex libris scriptis ad epistolas Nicolai de rebus orientalibus directas conferatur imprimis J. Hergenröther, 'Photius, Patriarch von Constantinopel I (Regensburg' 1867). — De praesenti epistola cf. specialiter Hergenröther, l. c. I, 415 sqq. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 56 sq. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 9 sqq.*

cf. Deut. 28, 42; Ezech. 24, 11. favere, ne quavis rubigine erroris consumatur[a] pulchritudo fidei et[b] frangatur[b] intellectus
860 apostolicae traditionis. Ad cuius etenim, sicut ipsi scitis, integritatem observationis
Sept. 25. multotiens conventus factus est[c] sanctorum patrum, a quibus et deliberatum ac observatum extitit[1], qualiter absque Romanae sedis Romanique pontificis consensu nullius insurgentis deliberationis terminus daretur. Igitur a vobis Constantinopolim[d] congregatum concilium[2], ut vestris apicibus[3] nostris[e] intimatum est auribus, huius tenoris seriem parvipendens ab institutis supradictis manum considerationis suae reflectere non trepidavit, adeo ut Ignatium, supra iam nominatae urbis patriarcham[4], sine Romani consultu pontificis ibidem coetus conveniens proprio privasset honore. Quod quam sit reprehensione dignum, testes illi, qui ei oppositi fuerant, manifestant, quia tales, quos in epistola vestra legimus, canonica institutio prohibet et invidiose datos manifeste claret, quoniam nec ipse proprio ore manifestavit, ut directionis vestrae asserunt litterae, illa, quae ei obiciebantur, neque accusatores illius secundum sacrorum canonum instituta probaverunt. Ceterum[f] his etiam sic[g] iniuste peractis ad detestabiliora inconsiderationis suae votum supradicta populi caterva dirigendo de laicorum habitu qui ei praeesset elegit pastorem[5]. O quam presumptiosa[h] temeritas! Ille praeponitur ovili[i] divino[k], qui nescit adhuc dominari spiritui suo. Nam qui ignorat disponere vitam suam per gradus[l] ecclesiae minime ductus, quomodo corrigere quibit vitam alienam subito electus? Latuisse vos non credimus, quid apostolorum egerit coetus post acceptum donum sancti Spiritus. Ecce etenim ipsi visione[m] Domini et locutione[n] illius[o] assiduati[p] eiusdemque resurrectione laetificati atque gratia spiritalis descensus consolidati non praesumpserunt de electis septuaginta duobus eligere tam audacter duodecimum, qui Iudae praevaricatoris suppleret locum, sed per gradus[q] quosdam, ut ita dicatur, de septuagenario binarioque numero elegerunt
cf. Act. 1, 23–26. duos, Ioseph, qui vocabatur Iustus, et Mathiam. Et sic ex his, quem alteri praeponerent interim ignorantes, divinum examen postulavere electioneque[r] data[r], qui humanis obtutibus[s] iustior videbatur, coram divinitatis conspectu inferior est inventus. Igitur illius congregationis conatus, nihil horum studens exercere, visus[t] est[t] a recti[u] itineris[v] tramite declinasse, cum in custodiam[w] dominici gregis non taliter, ut decuit, studuerunt pastorem praeponere. In[6] notitia siquidem saecularium litterarum nemo magistri[x] nomine merito censetur, nisi per gradus disciplinarum procedens fuerit doctus. Verum iste Photius[7] videlicet antea doctor prorupit quam doctus extiterit, prius magister videri cupiit[y] quam discipulus audiri, prius[z] auditor esse debuit ac deinde institutor[a]. Sed hic

---

a) *corr. ex* consumetur *D;* consumetur *E.* b) et *(post. add.)* exfrangatur *B.* c) fuerit *B, C.* d) Constantinopoli *B.* e) *om. C, D; post* auribus *sup. lin. add. E.* f) verum *add. B;* vero *add. C.* g) si *C; om. D, E.* h) praesumptuosa *D.* i) *om. D.* k) gregi *add. D, E, in D man. paulo recent. in marg.* l) grados *B.* m) visionem *B.* n) *al. atram. corr. in* locutionem *B.* o) ipsius *C.* p) *corr. ead. m. ss. ex* assidua *B.* q) *corr. ex* grados *B.* r) *al. atram. corr. in* electionemque datam *B.* s) optutibus *B.* t) visi sunt *B, C.* u) recte *B.* v) iteneris *C.* w) *ras. corr. in* custodia *B.* x) magri *C.* y) cupit *D, E.* z) pridie *B, C, D, E.* a) institutorum *B.*

1) *Non certum canonem hic significare, sed ex se ipso istud praeceptum promere nobis videtur Nicolaus, qui autem haec scribens memoria fortasse complectebatur Sardic. conc. c. 4 (Mansi III, 23 sq.), Gelasii papae ep. ad episc. per Dardaniam constit. (Mansi VIII, 51, 65, J.-K. Reg. n. 664), Innocentii I. ep. ad Victricium Rotomag. episc. (Mansi III, 1033, J.-K. Reg. n. 286; v. supra p. 396), Cassiodori Hist. trip. l. IV c. 9 (Migne, Patr. lat. LXIX, 960). In falsis decretalibus, quas hoc loco respici censuit C. H. Föste, 'Die Rezeption Pseudo-Isidors (Leipzig' 1881) p. 6, haec frustra quaeruntur. — Cf. supra p. 380 cum ann. 2 (n. 66 a), p. 389 cum ann. 8 (n. 70), p. 407 cum ann. 1 (n. 74); infra ep. n. 90.* 2) *Anno 858 vel 859. Cf. Hergenröther, l. c. I, 382 sq.* 3) *Non iam exstant hi imperatoris Graecorum apices; Hergenröther, l. c. I, 407.* 4) *Annis 847—858, 867—877. Cf. C. de Boor in 'Byzantinische Zeitschrift' IV, 448 sqq. 454 (1895).* 5) *Scilicet Photium.* 6) *Cf. ad hunc locum Coelestini papae decr. c. 16, Migne, Patr. lat. LXVII, 275 sq. (J.-K. Reg. n. 369).* 7) *Patriarcha Constantinopolitanus a. 858—867 et a. 877—887. Cf. C. de Boor, l. l.*

doctoris e contrario cathedram eligens docere prius elegit ac deinde coepit doceri, prius sanctificare curavit ac demum sanctificari, prius inluminare voluit et postmodum inluminari. 860 Sept. 25.

Haec itaque catholicus ordo prohibet[a], et sancta nostra Romana ecclesia talem electionem semper prohibuit per antecessores nostros catholicae fidei doctores, quorum nos tenorem[b] observantes instituta ipsorum esse inviolabilia censemus. Sardicense denique concilium, ut de laicis non eligeretur[c] antistes, in tertio decimo capitulo per omnia prohibuit ita inquiens[1]: Si forte aut dives aut scolasticus de foro aut ex administratore[d] episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur, nisi ante et lectoris munere et officio diaconii aut presbyterii fuerit perfunctus[e], ut per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus, et reliqua.

Caelestinus itidem[f], sanctissimus doctor et nostrae Romanae sedis praesul egregius, in decreto suae sanctionis[g] capitulo vicesimo primo asserens dicit[2]: Audivimus quasdam propriis destitutas[h] rectoribus civitates episcopos sibi petere velle de laicis tantumque fastigium tam vile credere, ut hoc illis, qui non Deo, sed saeculo militaverunt, aestiment nos posse conferre, non solum male de suis clericis, in quorum contemptum[i] hoc faciunt, iudicantes, sed de nobis pessime, quos credunt hoc posse facere, sentientes[k]; quod numquam auderent, si non quorundam illic his consentiens sententia[l] con hiberet[m]. Ita nihil quae frequentius sunt decreta proficiunt, ut hoc, quasi numquam de hac parte scriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit per singula clericos stipendia militasse et omnem egisse in dominicis castris aetatem, si qui his[n] praefuturi sunt ex laicis requiruntur? Qui vacantes saeculo et omnem ecclesiasticum ordinem nescientes saltu praepropero in[o] alienum honorem ambiunt[p] immoderata cupiditate transcendere et in aliud vitae genus calcata reverentia ecclesiasticae disciplinae transire. Talibus itaque, fratres karissimi, qui iuris nostri, id est canonum, gubernacula custodimus, necesse est obviemus hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem[q] clericatus admittat et sinat fieri, unde et illum decipiat et sibi causas generet, quibus reus constitutis decretalibus fiat.

Leo denique, sanctissimus doctor et apostolicae Romanaeque sedis pontifex egregius, cuius laus in quarta synodo[3] magnificatur, hoc ipsum in decretalibus suis prohibuit capitulo tricesimo tertio[4]: In civitatibus, quarum rectores obierint, de substituendis episcopis haec forma servetur, ut is[r], qui[s] ordinandus est, etiamsi bonae vitae testimonio fulciatur, non laicus, non neophytus, nec secundae coniugis sit maritus, et reliqua.

Gelasius autem supradicti doctoris, Leonis videlicet, meritis non impar, sanctissimus Romanae ecclesiae praesul, non solum episcopos de laicis fieri prohibuit, sed etiam presbyteros, ne talia praesumerent, vetuit[t] in decretalium suorum capitulo tertio ita inquiens[5]: Si vero de laicis quispiam ecclesiasticis est adgregandus[u] officiis, tanto sollicitius[v] in singulis, quae superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinari[w] personam, quantum[x] inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis, quia[y] utique convenientia ecclesiae ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda, tantoque magis, quod sacris aptum possit esse servitiis, in eorum quaerendum est institutis, quanto de tempore, quo fuerant haec assequenda, decerpitur[z], ut morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non

---

a) inhibet *C, D, E.* b) tenore *B.* c) elegeretur *C.* d) administratione *D, E.* e) praefunctus *B, D, E.* f) etidem *C;* it idem *D, E.* g) sanctificationis *B.* h) distitutas *C, E.* i) contemptu *B, C.* k) mentientes *D, E.* l) sententias *B.* m) cohiberet *B.* n) *deest D, E.* o) *deest B, C.* p) ambiuntur *B, C.* q) ordinationem *B.* r) his *C, D, E.* s) quis *B, C, D.* t) *ss. al. atram. corr. in* vetauit *B.* u) aggregandus *D, E.* v) sollicius *E.* w) examinare *B, C.* x) quanto *D, E.* y) qua *D, E.* z) decernitur *D, E.*

1) *Mansi III, 27 c. 13.* 2) *Epist. ad episcopos per Apuliam et Calabriam constitutos, Migne, Patr. lat. LXVII, 278, Hinschius, Decr. Pseudo-Isid. p. 561 (J.-K. Reg. n. 371).* 3) *Id est in Chalcedonensi a. 451. celebrata.* 4) *Epist. ad Anastasium episcopum Thessalonicensem, Migne, Patr. lat. LXVII, 293, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 619 (J.-K. Reg. n. 411).* 5) *Epist. ad episcopos per Lucaniam etc. constitutos, Migne, Patr. lat. LXVII, 303, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 651 (J.-K. Reg. n. 636).*

860 Sept. 25. contulit, ne per occasionem[a] supplendae penuriae clericalis vitia potius divinis cultibus intulisse, non legitimae familiae confutemur[b] procurasse compendia, quorum promotionibus[c] super anni metas sex menses nihilominus subrogamus. Quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam divino cultui deditam et de laicorum conversatione venientem; quae tamen[d] eatenus indulgenda credidimus, ut illis ecclesiis, quibus infestatione bellorum vel nulla penitus vel exigua remanserunt ministeria, renoventur: quatenus his Deo propitio restitutis in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma servetur, nec[e] contra eos ulla ratione praevaleat, quod pro accidentis defectus remedio providetur, non adversus scita maiorum nova lege[f] proponitur, ceteris ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas pristinam faciendis ordinationibus convenit tenere sententiam. Quo magis hac oportunitate commoniti observantiam venerandorum canonum propensius delegamus, singulorum graduum conscientias admonentes, ne in[g] illicitos[g] prorumpere moliatur excessus, ne fas esse confidat quisquam pontificum bigamos[h] aut coniugia sortientes aut ab aliis derelicta sive quoslibet post poenitentiam vel sine litteris vel corpore vitiatos vel conditionarios aut curiae publicarumque rerum nexibus implicatos aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos divinis[i] servituros applicare ministeriis; neque pro suo libitu iura studeant aliena pervadere, absque sedis apostolicae iusta dispositione[k] mandante.

Praedecessor itaque noster, huius almae sedis Hadrianus videlicet sanctissimus praesul[1], in epistola[2], quam Constantinopolim pro venerandis imaginibus destinaverat, ita instituit, ut amplius de laicis nullatenus in eadem vestra Constantinopolitana ecclesia ordinaretur antistes[l]; cuius textum si scire vultis, in concilio[3], quod eius tempore in supradicta urbe celebratum est, invenire potestis.

His ita paulisper praelibatis in supradicti viri consecratione consensum apostolatus nostri praebere non possumus, donec per missos[m] nostros[m 4], quos ad vos destinavimus, cuncta, quae in iam praenominata saepius urbe de ecclesiasticis causis seu ordinibus peracta sunt vel agentur, nostris intimata fuerint auribus. Et ut in omnibus rectus ordo servari queat, volumus, o clemens Auguste, ut Ignatius, quem sedis supradictae gubernacula propria spontaneaque voluntate deseruisse et totius plebis congregato concilio depositum esse vestris apicibus nobis intimare curastis, in conspectum veniat nostrorum missorum et universi concilii, vestris quidem imperialibus institutis, quatenus perquiratur, quamobrem spreverit traditam sibi plebem et instituta antecessorum nostrorum sanctorumque pontificum, Leonis videlicet quarti papae[5] atque Benedicti[6], parvipendendo contempserit[7], et in hoc agendum subtili examine a nostrae iussionis legatis depositionis eius censura perquiratur: quatenus inquirentes invenire queant, utrum canonicus tenor in eadem observatus fuerit vel non, manifestum existat: ac deinde, cum nostro praesulatui significatum fuerit, quid de eo agendum sit, apostolica sanctione diffiniemus, ut vestra ecclesia, quae tantis cotidie quatitur anxietatibus, inviolabilis deinceps et inconcussa permaneat.

De imaginibus autem earumque observationibus, licet nulla necessitas esset scribere, eo quod nostrorum antecessorum venerabilium[n] pontificum sancta sollicitudo, catholico[o] ardore succensa, multa et valde utilia ecclesiae Dei profutura instituit[8], tamen quia

---

a) occansionem *B*. b) confitemur *B, C*. c) promotionis *B*. d) *add.* et *C*, en *D*. e) ne *D, E*. f) *corr. in* lex *B*. g) in licito *B*. h) bigamus *B*; bagamos *C*. i) divinos *C*. k) depositione *B*. l) antistites *corr. ex* antistestes *C*. m) nostros missos *C, D, E*. n) vero *add. B, C*. o) catholicę *C*.

1) *I., a. 772—795.* 2) *Cf. Mansi XII, 1074 sq.; J.-E. Reg. n. 2448. V. autem infra ep. n. 86 p. 448 cum ann. 11.* 3) *Concilium Nicaenum II. a. 787. celebratum papa sentit.* 4) *Radoaldum scilicet et Zachariam episcopos, v. infra p. 439.* 5) *A. 847—855.* 6) *III. (855—858).* 7) *Cf. Hefele, 'Konziliengeschichte' IV*[2]*, 238 sq., Hergenröther, l. c. I, 416 ann. 66.* 8) *Praecipue Hadrianus I. studiosissime pro imaginum veneratione laboraverat — cf. etiam infra p. 438 l. 22 sqq. cum ann. 1 necnon epistolam Karolo Magno directam, MG. Epist. V, 6 sqq. (J.-E. Reg. n. 2483—2485) —, in quarum erectione Gregorius II. quoque, Gregorius III., Stephanus III. aliique papae occupabantur (cf. MG. Epist. V, 15 sq.).*

frequens iteratio informationis solet venerabiliorem intentionem reddere audientum[a], ideoque de[b] eisdem[b] pro conservanda unitate populi[c] Dei aliquid exponere curamus[d]. Pristinam itaque sanctorum patrum traditionem, quam a praedecessoribus nostris beatissimis et orthodoxis[e] pontificibus, qui[f] post beatum Petrum in eius[g] apostolica sede resederunt, nobis observandam suscepimus, et actenus immutilatam haec sancta catholica et apostolica tenet ac defendit ecclesia. Oportet ergo tota mentis intentione summique desiderii conamine venerandas tam domini nostri Iesu Christi quamque suae sanctissimae genitricis[h] et beatorum apostolorum atque omnium sanctorum imagines venerari et colere; et eo, quo valemus, adnisu contra hereticorum[i] vesaniam, qui ab earum veneratione populum prohibent, resistere studeamus. 860 Sept. 25.

Nam in pace ecclesiae constitutis nil contrarium esse potest, si sanctorum effigies[k] propriae depictae fidelibus augeant incrementi[l] amorem[m]. Revera quia, dum eorum vultus aspicitur et operis actio recolitur, Deus, cuius habitatio in eis esse dinoscitur, perfecte laudatur. Certe si Deus, qui est invisibilis et incorporeus, non per propriam substantiam deitatis, sed per subiectam creaturam mortalium apparuit oculis, ut credentibus summum esset culmen honoris: quare animae sanctorum, quae manentes in corpore[n] vultus uniuscuiusque habuisse noscuntur[o] secundum dispositionem Dei[p] ipsi placentia operatas esse, non venerentur a nobis magno honore? Cur eorum execremur[q] effigies, per quos agnovimus fidei veritatem?

Apparuit nempe Deus Abrahae patri nostro non in carne neque in anima, sed in specie trium virorum; quibus ille aliud cernens et aliud esse intellegens pronus in terra adoravit et dixit: 'Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, afferam aquam, et laventur pedes vestri.'[r] Credidit ilico Abraham[s] Deo, et reputatum est illi ad iustitiam, et amicus Dei appellatus est. Apparuit denique Iacob per subiectae creaturae speciem, unde et dixit: 'Vidi Dominum facie[t] ad faciem, et salva facta est anima mea.' Ecce[u] incorporeus Deus et invisibilis per speciem subiectae creaturae ita se mortalium voluit videri obtutibus[v], ut credentibus esset ad gratiam; cur nobis sanctorum iconae, quos corporeos et visibiles fuisse credimus, si illos ut vere Christi veneremur amicos, poterunt esse ad culpam? Nam si eorum effigies execrabiles[w] esse crederentur, profecto et ipsorum reliquiae, quorum caro corruptionem sensit in tumulo, pro[x] neutro[x], quod absit, haberi debentur. Verumtamen si ad eorum consortium venire optamus, profecto hic omnia in honore sanctorum, id est tam reliquias non solum corporum, sed et vestimentorum seu etiam imagines vultus illorum in quolibet loco depictas, celeberrimo[y] honore venerari debemus, reminiscentes illud, quod Esaias[z] speciem subiectae creaturae se vidisse testatur dicens: 'Vidi dominum Sabaoth sedentem super solium excelsum, et ea, quae sub ipso[a] erant, implebant templum' et cetera. Accessit itaque Moyses et Aaron, ut[b] viderent[b] thronum, ubi steterat Deus, et erat sub pedibus eius tamquam opus lapidis saffiri[c] et velut firmamentum caeli in claritate fulgoris et stabat[d] cherubin[e] ex auro mundo. Quae omnia, secundum quod Salomon postea in templo instruxit, in monte[f] cum Domino loquens imaginata et praesignata vidit.

cf. Gen. 18, 1–2. Gen. 18, 3–4. cf. Gen. 15, 6. cf. Iudith 8, 22. cf. Iac. 2, 23. Gen. 32, 30. Isai. 6, 1. cf. Exod. 24, 9–10.

Haec et his similia praecedentes patres sciendo iconas salvatoris nostri Iesu Christi eiusque sanctissimae genetricis semperque[g] virginis omniumque sanctorum in

---

a) audientem *B.* b) deisdem *B;* hisdem *C;* de his *D, E, post* his *ras. 3—4 litterar.* (dem?) *in D.* c) *corr. in* populo *B.* d) caramus *C.* e) horthodoxis *D, E.* f) qđ *C.* g) epius *C.* h) genetricis *C.* i) schismaticorum *C, D, E.* k) effugies *C.* l) incrementum *D, E.* m) amoris *D, E; post* fidelibus *del., hic inter lineas suppletum D.* n) dicit *add. B, C;* dicit *del. D.* o) et *supplendum videtur.* p) *hoc loco interponunt priores editiones* dicit. q) execramur *C, D, E.* r) et cetera *add. C.* s) Abraam *C.* t) faciae *B.* u) si *add. C.* v) optutibus *C.* w) essecrabiles *B.* x) prone utro *B;* prone utidus *C.* y) sceliberrimo *D;* scę liberrimo *E.* z) Isaias *E.* a) eo *C.* b) videre *C, D, E.* c) saffari *C.* d) *ss. corr. in* stabant *E.* e) cherubim *C, D; corr. in* cherubyn *E.* f) montem *B.* g) semque *B.*

860 Sept. 25. parietibus ecclesiarum, secundum quod tempus hodie probat, depinxerunt et pingere per[a] congrua loca omni dilectione usque in praesens non prohibuerunt. Quid Christiano verissimo nocet, si quod amat et diligit non ad[b] adorandum deificet, sed ad tremendum terribiliter in pariete vel ligno depingit? Verum quid officit[c], si aspicimus imagines Christi in templo ecclesiae et in archano cordis praemeditamur eum venturum, cuius
cf. Act. 10, 42. imaginem cernimus, citius vivorum et mortuorum iudicem adventurum? Quid fidei nostrae contradicit, quod in centro camerae super altare eius figuram, quod 'verbum[d]
Ioh. 1, 14. caro factum est et habitavit in nobis', animae nostrae affectando desiderant, cuius imago nominis titulum retentat[e], et quia per naturam filium adoramus, quare[f] per adoptionem
cf. Apoc. 2, 17. nomen novum scriptum in calculo vel gemma[g] non adoremus? Altare itaque sanctum, in quo Deo omnipotenti sacrificiorum vota persolvimus, lapis est naturaliter communis, nihil differens ab aliis tabulis, quae parietes nostros et pavimenta adornant; quia vero[h] sacratum[i] est Dei adiutorio[k] et benedictionem suscepit, unde et mensa sancta efficitur. Panis iterum, qui super eum offertur, panis est quidem communis; sed quando ipse sacramento sacratus fuerit, corpus Christi in veritate fit[l] et dicitur. Sic et vinum modicum aliquid dignae[m] existentiae[n] est[n] ante benedictionem; post sanctificationem[o] spiritus sanguis Christi efficitur. Ipsa enim[p] crucis[q] imago, antequam suscipiat eius formae figuram, lignum ab[r] omnibus commune est; suscipiens autem omnimodo venerandam similitudinem, sacra est et demonibus terribilis, propter quod in ea figuratus est Christus.

Haec brevi stilo transcurrentes, cum multa dicere quivissemus, vestrae serenitati transcripsimus, quia Hadrianus[s] sanctissimus praesul, antecessor noster, multa de his in epistolis[1], quae hactenus apud Constantinopolitanam habentur ecclesiam, scribens contradidit, in quibus quicquid huius rei necessitas coegerit invenire poteritis.

Oportet enim vestrum imperiale decus, quod in omnibus ecclesiasticis utilitatibus vigere audivimus, ut antiquum morem, quem nostra ecclesia habuit, vestris temporibus restaurare dignemini, quatenus vicem, quam nostra sedes per episcopos vestris in partibus constitutos habuit[2], videlicet Thessalonicensem[t], qui Romanae sedis vicem per Eperum[u] veterem Eperumque[v] novum atque[w] Illiricum[x], Macedoniam[y], Thessaliam[z], Achaiam, Daciam[a] riperensem, Daciam[a] mediterraneam, Misiam, Dardaniam et Praevalim, beato Petro apostolorum principi contradicere nullus praesumat; quae antecessorum nostrorum temporibus, scilicet[3] Damasi[4], Siricii[5], Innocentii[6], Bonifacii[b 7], Caelestini[8], Xysti[c 9],

---

a) pro *B.* b) *deest C, E.* c) efficit *B.* d) verbo *(?) C.* e) retenti *C.* f) qui re *C.* g) gemmas *B.* h) *corr. in* verum *B.* i) sacramentum *C.* k) *ras. corr. ex* adiutorium *B;* adiutorium *C, D, E.* l) fiet *B, C.* m) digna *B, C.* n) existentia *B, C.* o) vero *add. corr. D, sine corr. E.* p) autem *corr. pro* enim *D;* autem *E.* q) *in ras. corr. pro* xpi, *ut videtur, B;* xpi *C, D, E.* r) *eras. D; om. E.* s) Adrianus *C.* t) Thesalonicensem *C.* u) *corr. in* Epirum *D;* Epirum *E.* v) *corr. in* Epyrumque *E.* w) utque *C.* x) Yliricum *B;* Illyricum *D, E.* y) Machedoniam *D, E.* z) Thesaliam *B, C.* a) Datiam *E.* b) Bonafacii *C.* c) Syxti *C.*

1) *Cf. Hadriani I. epistolas ap. Mansi XII, 1056, 1077; J.-E. Reg. nn. 2448, 2449.* 2) *Quam perdiderat sub Leone III. Isaurico anno 733; cf. Hergenröther, l. c. I, 237, v. etiam ibid. I, 46 sqq.* 3) *Decretales infra allegatae omnes collectioni q. d. ecclesiae Thessalonicae, quae in concilio Romano III. a. 531 sub Bonifacio II. papa habita (v. Hefele, 'Konziliengeschichte' II², 746 sq.) relecta actisque synodalibus inserta est, inerant; exstant vel memorantur ap. Mansi VIII, 749—772 praeter epistolas Hilari, Simplicii, Felicis, Hormisdae, quae una cum reliquis synodi actis deperditae esse videntur. — Cf. etiam Maassen, 'Geschichte der Quellen und der Litteratur des kanonischen Rechts' I, 766 sq., cuius descriptio illius collectionis ex hoc loco suppleri potest; Friedrich in 'Sitzungsberichte der philos.-philol. und histor. Kl. der k. b. Akademie der Wissenschaften zu München' 1891, p. 771 sqq. L. Ober in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' LXXXVIII, 628 sq. ann. 2 (1908).* 4) *J.-K. Reg. nn. 237, 238; Mansi VIII, 749, 705.* 5) *J.-K. Reg. nn. 257*, 259; Mansi VIII, 750.* 6) *J.-K. Reg. nn. 285, 300; Mansi VIII, 750. 751.* 7) *J.-K. Reg. nn. 350, 351, 363—365; Mansi VIII, 752—756.* 8) *J.-K. Reg. n. 366; Mansi VIII, 760.* 9) *J.-K. Reg. nn. 393—396; Mansi VIII, 760—762.*

Leonis[1], Hilari[a 2], Simplicii[2], Felicis[2] atque Hormisdae[2] sanctorum pontificum sacris dispositionibus augebatur. Quorum denique institutiones ab eis illis in partibus destinatas per nostros missos, ut rei veritatem cognoscere queatis[b], vestrae augustali potentiae dirigere curavimus. Praeterea[c] Calabritanum patrimonium Siculumque, quae[d] nostrae ecclesiae concessa fuerunt et ea possidendo[e] optinuit et disponendo per suos familiares regere studuit, vestris concessionibus reddantur[3], quoniam irrationabile[f] est, ut ecclesiastica possessio, unde luminaria et concinnationes ecclesiae Dei fieri debent, terrena quavis potestate subtrahantur; sed domui Dei restituta meritum redditoris multiplicent et suscipientis votum spiritalis desiderii lucris exerceatur. Inter ista et superius dicta volumus, ut consecratio Syracusano[g] archiepiscopo nostra a sede impendatur, ut traditio ab apostolis instituta nullatenus vestris temporibus violetur. 860 Sept. 25.

Destinavimus autem vestrae serenitati reverentissimos et sanctissimos episcopos, Rhadoaldum[h] videlicet sanctae Portuensis[i 4] ecclesiae[5] atque Zachariam[k] Anagninae[l 6] sanctae ecclesiae[7], fungentes legatione[8] apostolatus nostri, quos ut honorifice suscipiatis, vestram amplitudinem deprecamur; quibus etiam frequens colloquium tribuatis et eis, quae de ecclesiae statu inreprehensibiliter dixerint, credere non ambigatis. Et cum in conventu ecclesiae sederint pro ecclesiasticis diffinitionibus, nihil a vobis vel ab aliis alicuius contrarietatis impetum sentiant; et cum fas illis fuerit revertendi, vestros concedite missos[m] et tales, qui in dromonibus[9] congruis eos Romam incolumes[n], favente Deo, apostolorum precibus studeant referre, quatenus pro omnibus vestris bonis devotionibus gratias Deo omnipotenti patri[o] atque eius unigenito filio domino nostro[p] Iesu Christo et spiritui sancto devotius agere valeamus. Cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Data mense Septembri die XXV. indictione[q] VIIII.*

83.

Nicolaus Photio scribit se eius consecrationi, quam contra canonica instituta factam esse contendit, assentire non posse, donec per legatos Constantinopolim directos totam causam cognoverit. *860 Sept. 25.*

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 8'—9 (B); Vatic. lat. 3827 fol. 145—145' (C); Vatic. lat. 4965 fol. 58' (D); Vatic. lat. 5749 fol. 49' (E).

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. X; Editio Romana (1591) III, 11; Mansi, Conc. coll. XV, 168. XVI, 78; Migne, Patr. lat. CXIX, 780. — Cf. J.-E. Reg. n. 2683 (2022).

---

*) *Hic sequuntur:* Explicit epistola ab apostolica sede ad imperatorem Michahelem per Rhadualdum et Zachariam episcopos missa *B, C.*

a) Hilarii *E.* b) quęatis *D, E.* c) pretea *C.* d) que que *B.* e) possidenda *B, C.* f) inrationabile *C, D, E.* g) Syriacusano *C.* h) Rhadualum *B, C.* i) Portuensaes *corr. in* Portuensais *B.* k) Zachariam *C.* l) Anagnitae *corr. ex* Adagnitae *B;* Agninę *D, E.* m) *om. C, D, E.* n) incolomes *D, E.* o) *deest C, D, E.* p) *om. D, E.* q) inditione *C.*

1) *J.-K. Reg. nn. 481, 483, 510, 509, 404, 403, 409; Mansi VI, 187, 198, 292, 290, V, 1233, 1230, 1273. Cf. etiam Mansi VIII, loco p. 438 in ann. 3 laudato.* 2) *Decretales epistolae, quarum hic mentio fit, non iam exstare videntur, cf. supra p. 438 ann. 3. Friedrich, l. l. p. 773.* 3) *Haec quoque ablata erant a Leone Isaurico imperatore, repetita iam ab Hadriano I., cf. Mansi XII, 1073 (J.-E. Reg. n. 2448) et MG. Epist. V, 57 (J.-E. Reg. n. 2483); cf. Hergenröther, l. c. I, 237, 248. P. Fabre, De patrimoniis Romanae ecclesiae usque ad aetatem Carolinorum (1892), p. 61 sqq.* 4) *Hod. 'Porto'.* 5) *A. 853—864. V. etiam supra p. 270 cum ann. 2.* 6) *Hod. 'Anagni'.* 7) *Ca. 860—863 (quo anno depositus est), restitutus ab Hadriano II. papa, bibliothecarius sedis apostolicae post Anastasium (ca. 879), mortuus ca. a. 885; cf. Duchesne, Lib. pontif. II, 196 sq. ann. 2.* 8) *Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 155, 158.* 9) *Id est navibus cursoriis; cf. Ducange, Glossarium med. et inf. Latinitatis ed. nov. (1884) III, 195 sq.*

862 Mart. 18.

NICOLAUS[a]* EPISCOPUS[b] SERVUS SERVORUM DEI PHOTIO[a] CONSTANTINOPOLEOS[1].

Omnis utilitas et profectus animarum catholica fide munitur et dilectione evangelii tuetur, quae omnes intra[c] se conclusos salvat et extra se positos suos non aestimat. Unde directionis vestrae sumptis apicibus[2] laetificati sumus, quia vos catholicum in eis cognovimus. Nam ibi prudentiae vestrae utilitatem intelleximus ideoque multas gratias Deo omnipotenti retulimus, quia[d] vestrum scire de catholico fonte manare[e] experti sumus. Sed rectum vos ordinem[f] non[g] tenuisse[g] doluimus, eo quod non per gradus ecclesiae ductus ad tantum honorem[3] de laicali habitu vos prosiluistis[h], cum oporteret[i] vestram prudentiam ita canonice vixisse in clericali ordine, ut nihil extra canonica instituta agentes tempore congruo atque ascensu legitimo constitueremini[k] ecclesiae pastor. Vos itaque hoc praetermittentes contra statuta patrum egisse manifestum existit. Nam Sardicense concilium per omnia tantae temeritatis praesumptionem vetuit[4]; pariter et sanctorum pontificum Romanae sedis Caelestini[1 5] doctoris egregii, Leonis[5] sanctissimi, cuius laus in quarta synodo[5] clara existit, seu Gelasii[5] doctrina et meritis aeque beatissimi — horum videlicet instituta hoc prohibuerunt, ut talis ordinatio fieri non praesumeretur.

Quapropter vestrae consecrationi consentire modo non possumus, donec nostri[6], qui a nobis Constantinopolim sunt directi, revertantur, qualiter per eos cognoscamus vestrae observationis actus et ecclesiasticae utilitatis constantiam et quo[m] studio circa catholicae fidei defensionem exerceatis. Et tunc, si dignum fuerit, ut tantae sedis praesulem, ceu convenit, honorabimus et fraterna dilectione amplectemur.

Data mense ut supra die XXV. indictione[n] VIIII[o].**

84.

Nicolaus omnibus fidelibus nuntiat se et Photii subrogationem et Ignatii depositionem per legatos suos sine apostolicae sedis conscientia, iussione, voluntate factam irritam reputare. Omnes orientalis ecclesiae patriarchas, metropolitas, episcopos de ea causa eadem sentire hasque litteras ad omnium notitiam pervenire facere iubet. 862 Mart. 18.

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 9—10 (B); Vatic. lat. 3827 fol. 145'—146 (C).

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. XI; Editio Romana (1591) III, 12; Mansi, Conc. coll. XV, 168; Migne, Patr. lat. CXIX, 783. — Cf. J.-E. Reg. n. 2690 (2029).

---

*) *Lemma:* Incipit per eosdem prima epistola ad Photium a sede apostolica destinata *B, C.*

**) *Sequuntur haec:* Explicit epistola ad Photium missa per Rhadoaldum et Zachariam episcopos *B, C.*

83. [a]) Nicolaus — Photio *desunt B.* [b]) *deest E.* [c]) infra *B, C, D, E; sed in inferiore marg. adnotatur:* alibi intra *D, E.* [d]) *deest C.* [e]) manere *C.* [f]) ordine *E.* [g]) minime *(post. add.)* continuisse *B;* non *corr. ras., ut videtur ex* con *D, E.* [h]) prosilistis *corr. ex* persiluistis *D;* prosilistis *corr. in* prosiliistis *E.* [i]) oportet et *B.* [k]) constitueris *B;* constituereris *C; corr., ut videtur ex* constitueremus *E.* [l]) Celestini *C, D, E.* [m]) quod *C, D, E.* [n]) inditione *C.* [o]) nona *D, E.*

1) *Cf. de hac epistola Hergenröther, 'Photius' I, 417 sq.* 2) *De Photii litteris, quae exstant graece ap. Migne, Patrol. graec. CII, 585 sqq., latine ap. Baronium, Ann. eccles. a. 859 n. 61—67, cf. Hergenröther, l. c. I, 407—412.* 3) *Videlicet ad patriarchatum.* 4) *C. 13, Mansi III, 27. Cf. anteced. epist. p. 435 l. 5 sqq.* 5) *Cf. supra ep. n. 82 p. 435 sq. et annotationes 2—5 (p. 435).* 6) *Scilicet legati, Radoaldus et Zacharias, v. supra p. 439 l. 12 sqq.*

NICOLAUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS FIDELIBUS SANCTAE DEI ECCLESIAE[1]. 862 Mart. 18.

Quod igitur generali notitia extat universae plebi Dei vulgatum, minime vestrae sanctitati habetur[a] incognitum[b], qualiter praeterito iam tempore sancta[c] Constantinopolitanae urbis ecclesia, immo Graecorum inclitus imperator[2] cum christianissima plebe suae dicioni subacta pro quibusdam praevaricationibus in eadem ecclesia pullulatis ac variis dissensionibus in eodem populo super Photio invasore et Ignatio patriarcha nequiter obortis legatos proprios ad hanc sanctam et omnium ecclesiarum matrem miserunt[3] ecclesiam, discretissima[d] videlicet postulatione consulentes, qui diffinitionis calculus super huiuscemodi praevaricationibus nostro iudicio deberetur imponi; sancta scilicet ac salubri discretione perducti[e] ab hac principali ecclesia, quam veraciter intellegunt a Christo salvatore percepisse sui principatus privilegia, non immerito ob aedificationem[f] religionis et recuperationem pacis atque concordiae sub canonica diffinitione sibi dari poscentes iudicia. Quorum saluberrimae petitioni[g] cedentes dirigere, ut omnibus claret, illuc studuimus ex latere[4] pontificatus nostri legatos[5], qui nostra apostolica auctoritate muniti errata corrigerent, depravata quaeque ad rectitudinis tramitem perducerent, super Photio quoque[h] et Ignatio patriarcha rei gestae veritatem diligenter inquirerent nostroque apostolatui, Deo auctore, legitime[i] diffinienda ad[k] liquidum nuntiare studuissent[6], quatenus missorum nostrorum fieret tantum inquisitio et vera examinatio, nobis tamen remaneret[l] reservata diffinitio, utrum vera esset an falsa super Ignatii patriarchae criminibus accusatio.

Sed legatis nostris, qui super hoc opere missi fuerant, revertentibus imperialem ab eisdem partibus epistolam[7] nostro apostolatui per ipsius legatum[8] directam nihilominus recepimus, in cuius serie et eorum actionibus cognovimus, quia dissensionis[m] et invidiae inter illos crebrescentibus malis absque[n] nostro iussu et[n] absque ullo nostro consensu vel nostra omnino conscientia Photium in[o] episcopatum[o] indiscrete subrogarunt et Ignatium patriarcham deposuerunt. Quod utique indiscretissimum factum nobis et universae ecclesiae nostrae omnimodis habetur contrarium; quia contra sacros canones[9], qui absque verissima probatione neminem damnari[p] nec alterum prius in eius loco subrogari praecipiunt, Ignatium patriarcham damnarunt. Et iterum, cum[q] dicente Domino: 'Non sit discipulus super magistrum neque servus super dominum suum' memoratus Matth. 10, 24. antistes[r] Ignatius a sibi subiectis et ministris sui ordinis proprii[s] gradus sustinuit praeiudicium, econtra doctore egregio Paulo dilecto discipulo suo Timotheo praecipiente, cf. 1. Tim. 5, 22. ut nemini cito manus imponeret, et: 'Non neophytum[t]', inquit, 'ne in superbiam elatus 1. Tim. 3, 6. in iudicium incidat diaboli', Photium subito ex laicali militia tractum indiscrete ordinare

*) *Antecedunt in codicibus haec:* Hic sequitur satisfactio sedis apostolicae, cuius textus a Deo conservandae christianae et catholicae generalitati dudum a sede apostolica fuerat transmissus, sed quia ignoratum est utrum fuerit datus, idcirco haec satisfactio denuo visa est esse mittenda. — *In marg.* periocha III. *B, C.*

84. a) *corr. ex* habeatur *C.* b) incognatum *C.* c) sanctae *B;* sancti *C.* d) decretissima *C.* e) perdocti *C.* f) oedificationem *B, C.* g) petioni *C.* h) quoquo *B;* que *C.* i) legitimae *B;* legitima *C.* k) a *C.* l) maneret *C.* m) dissensionibus *C.* n) absque — et *desunt B.* o) *desunt B.* p) dampnari *hic et infra C.* q) cu *C.* r) antistites *C.* s) propriis *C.* t) neophitum *C.*

1) *Cf. de hac epistola Hergenröther, 'Photius' I, 510 sq. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 18 sq.* 2) *Scil. Michael.* 3) *Hic significatur prima legatio Graecorum pro hac causa a. 860 missa, de qua cf. Hergenröther, l. c. I, 413 sq.* 4) *Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 158:* Tunc e latere suo duos episcopos ... direxit. *V. etiam supra p. 272 l. 7, p. 361 l. 32. Hunc titulum iam multo ante Nicolaum I. adhibitum esse recte adnotat Langen, l. c. III, 9 ann. 2; v. conc. Sardicense c. 7 (Mansi III, 24).* 5) *Radoaldum et Zachariam.* 6) *Cf. supra ep. n. 82 p. 436 l. 32 sqq.* 7) *Non exstat; cf. Hergenröther, l. c. I, 438.* 8) *Leonem a secretis; v. infra ep. n. 85 (p. 443 l. 19 et 37, p. 446 l. 37) et Lib. pontif. ed. Duchesne II, 158 sq.* 9) *Cf. Sardic. conc. c. 4, Mansi III, 23 sq.*

862 Mart. 18. praesumpserunt episcopum. Quae causa contra ordinem divinum nequiter[a] acta valde nostro apostolatui et universae, ut dictum est, ecclesiae nostrae omnimodis manet contraria. Unde generaliter agnoscat omnis ecclesia sanctorum, quia nec nostra fuit conscientia nec iussio nec voluntas super Photii subrogatione vel Ignatii patriarchae depositione, et super huiuscemodi praevaricationibus omnium vestrorum sanctitati satisfaciendo verissime denunciamus[b], quia usque post verissimam nostri examinis deliberationem nec Photium recipimus nec Ignatium patriarcham damnamus nec iussimus nec consensimus nec ratam huiuscemodi[c] ordinationem vel indiscretam depositionem manere iudicamus[d] neque firmam absque iustae diffinitionis libramine ullo modo consentiemus nec Ignatium videlicet patriarcham inter depositos reputamus neque reputabimus, sed nec Photium in episcopali ordine annumeramus nec annumerabimus.

Igitur, dilectissimi fratres, sanctitati vestrae, qui catholicas Alexandrinorum[e], Antiochenorum vel Hierosolymorum[f] gubernatis ecclesias, seu cunctis orientalibus[g] metropolitis atque episcopis luce clarius expressiusque significamus[h], quoniam sedes apostolica nullo pacto venerabilem Ignatium patriarcham dignitatis propriae privilegio nudari tam improvide patitur, sed magis repulso[i] a sanctae catholicae et apostolicae sacro ecclesiae
cf. Rom. 7, 2. 3. viscere pervasore coniugis, ut ita dixerimus, viri viventis[1], scelestissimo[k] videlicet Photio[l], sanctissimum patriarcham Ignatium[m] in sui[n] sacerdotii dignitate manere, sicuti olim statuit[2], iterum quoque canonico ac legali examine iudicat et decernit. Et ut[o] vos huius sedis privilegium rite servantes pari religione catholici, pari etiam nobiscum super venerabilis Ignatii patriarchae sacerdotii recuperatione[p] et Photii pervasoris expulsione[q] eadem sentiatis, apostolica auctoritate vobis iniungimus atque iubemus. Et ut huius praesulatus nostri paginam in cunctis parrochiis[r] vestris ad omnium faciatis notitiam pervenire atque de hac re iuxta apostolicae sedis diffinitionem praedicare curetis aliis ipsique similiter incommutabiliter teneatis, paterno more praecipimus. Quid praeterea, fratres karissimi et filii dilectissimi, eidem imperatori Graecorum[3] et universae generaliter sanctae Constantinopolitanae ecclesiae[4] super huiuscemodi praevaricationibus et de his, pro quibus nuper illas in partes nostros cum apostolicis epistolis[5] direxeramus missos[6], sicut omnibus vobis manifestum est, respondendo nostri apostolatus remandat auctoritas, omnium vestrorum sanctitati satisfaciendo in subsequentibus relegi iubemus.

Data mense Martio die XVIII. indictione[s] X.

85.

Nicolaus Michaeli imperatori scribit se eis, quae facta sint in synodo Constantinopolitana nuper habita, scilicet Ignatii depositioni et Photii promotioni, assensum praebere non posse, antequam totius rei veritas in sua praesentia eluceat, praesertim cum de illa causa inquiri et sibi renuntiari, non diffiniri iusserit. De depravatione priorum litterarum (supra n. 82) conquerens eum admonet, ut errata corrigantur paxque ecclesiae restituatur.

862 Mart. 18.

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 10'—13' (B); Vatic. lat. 3827 fol. 146—147' (C); Vatic. lat. 4965 fol. 48 (D); Vatic. lat. 5749 fol. 40' (E).

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. XIII; Editio Romana (1591) III, 14; Mansi, Conc. coll. XV, 170. XVI, 64; Migne, Patr. lat. CXIX, 790. — Cf. J.-E. Reg. n. 2692 (2031).

---

a) nequeter *C.* b) denuntiemus *C.* c) huiuscemedi *B;* huiusmodi *C.* d) iudicacamus *C.* e) Alexandrorum *B.* f) Hierosolimorum *C.* g) origentalibus *C.* h) significavimus *B.* i) *corr. ex* repulsos *C.* k) scelestissimum *B, C.* l) Photium *B, C.* m) Ignatii *C.* n) suo *C.* o) *om. C.* p) recuperationem *C.* q) expulsionem *C.* r) *corr. ex* parroechiis *B;* parroechiis *C.* s) inditione *C.*

1) *V. infra ep. n. 86 p. 449 cum ann. 4.* 2) *Cf. epistolas supra nn. 82, 83 (p. 436, 440); ubi vero diffinitivam sententiam Nicolaus differt.* 3) *V. sequentem epist. (n. 85).* 4) *Hanc epistolam desideramus.* 5) *Supra nn. 82, 83 (p. 433 sqq.).* 6) *Radoaldum et Zachariam episcopos.*

NICOLAUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI PIISSIMO ET GLORIOSISSIMO[b] FILIO MICHAHELI MAGNO IMPERATORI[1]. 862 Mart. 18.

Si[c] serenissimi imperii vestri gloria, quae super orthodoxae[d] fidei integritatem firmata constare cernitur, dum aliqua in sancta Constantinopolitana ecclesia, quae sub vestrae defensionis tutamine consistere videtur, inconvenientia provenerint, hanc sanctam catholicam et apostolicam, caput omnium ecclesiarum, Romanam scilicet ecclesiam, quae semper[e] sanctorum patrum sincerissimas auctoritates in omnibus suis[f] actibus sequitur, consulere decreverit et eius consultu quae ecclesiasticis conveniunt negotiis agere curaverit, procul dubio quae agenda aut abigenda[g] fuerint[h] inretractabiliter cuncta disponere, ordinare atque diffinire poterit. Quod vos fecisse in epistolis[2] nuper ad hanc sedem missis recolimus; pro quibus etiam et nostros[i] secundum vestram petitionem[k] illas in partes pro quibusdam praesumptionibus, quibus vestram asserebatis fatigari ecclesiam, seu ob dissensiones, quae propter religiosum virum Ignatium patriarcham et Photium emerserant[l], subtiliter investigandis et nobis renuntiandis missos[3] direximus[l]. Sed cum ad nos reversi fuissent, nihil nobis, ut illis et in nostris institueramus, de reverentissimo viro Ignatio renuntiaverunt, apicibus, sed verbis tantum, quae de eo contra nostrae voluntatis peracta sunt observantiam, retulerunt.

Post aliquot autem dierum[m] vestrarum partium prudens et fidelis legatus nomine Leo[4] a[n] secretis apostolatui nostro imperialem cum actis apud vos gestis detulit epistolam[5], quos[o] legi iubentes cognovimus de memorati viri Ignatii patriarchae negotio contra praeceptum nostrum improvide inlatam[p] sententiam et nihil omnino nostris iussionibus saltem similem, sed magis contrarie perpetratam. Etenim, quia dudum in epistolis vestris[q], quas tenemus prae manibus, illum multis accusationibus affirmabatis obnoxium ob idque hunc eiectum, Photium elegisse, necessario nostrae sedis legatos apostolica auctoritate fultos de pluribus praedicti viri Ignatii patriarchae criminibus intentatis indagandum et nobis renuntiandum direximus, suspendentes videlicet sententiam expulsionis reverentissimi viri Ignatii vel Photii receptionis non in legatorum nostrorum, sed specialiter in nostro examine[6]. At quia nunc Photium retinentes prudentissimum virum Ignatium patriarcham absque nostri apostolatus eiecistis iudicio[r], nosse vos omnimodis volumus nullatenus nos Photium recipere vel Ignatium patriarcham damnare.

Denique considerare libet, quid sibi vult hoc, quod per duodecim fere iam annos[7] regiae urbis vestrae innocue sacerdotium agere et sanctis virtutibus[s] pudicitiae[t] castitatisque florere fatum virum Ignatium non solum ipsi per vestras innotuistis epistolas, verum[u] etiam synodicis vocibus eius sub tempore habitis magnis honoribus, ut[v] epistolae vestrae fatentur[w], quas prae manibus tenemus, laudastis iugiter et extulistis, minime eum ad apostolicam sedem invasoris[x] vel alicuius[y] criminis[z] opinione notantes, nunc inprovide[a]

---

*) *Lemma:* Hic posita est epistola, quam per Leonem a secretis imperialem videlicet legatum, de quo superius diximus, post[a] reversionem missorum nostrorum imperatori Michaheli direximus cum epistola ad Photium *B, C.* — *In marg.* periocha IIII. *B (?), C.*

85. a) pot *C.* b) dilecto *add. C;* glorioso ac dilecto *D, E.* c) *deest B, C.* d) horthodoxę *D, E.* e) per *add. C.* f) *om. D, E.* g) ambigenda *D, E.* h) fuerit *D, E.* i) nostris *C; corr. ex* nostris *D.* k) *om. B.* l) emersos direximus, *cetera desunt B.* m) *corr. in* dies *D;* dies *E.* n) *deest B.* o) *sic B, C, D, E.* p) illata *E.* q) *corr. ex* nostris *B.* r) iuditio *C, E.* s) viribus *C.* t) puditiae *C.* u) velut *B.* v) *deest B.* w) faventur *B.* x) invavoris *B; corr. ex* invasorem *D.* y) alicuique *D, E.* z) *corr. ex* crimini, *ut videtur D.* a) invide *B.*

1) *De hac epistola cf. Hergenröther, 'Photius' I, 516 sqq. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 59.* 2) *Epistolae imperatoris Graecorum hic saepius laudatae desiderantur. Cf. etiam supra ep. n. 82 p. 434 ann. 3.* 3) *Radoaldum scilicet et Zachariam episcopos.* 4) *V. Lib. pontific. ed. Duchesne II, 158 sq.* 5) *Non iam exstantem, cf. supra ann. 2.* 6) *Cf. supra ep. n. 82 (p. 436).* 7) *Cum ab a. 847. usque ad a. 858. patriarchatum obtinuisset Ignatius. V. etiam C. de Boor in 'Byzantinische Zeitschrift' IV, 450 (1895).*

862 Mart. 18. dampnastis. Quod utique indiscretissimum factum sanctae nostrae generaliter ecclesiae nostroque apostolatui ac sanctorum patrum priscae definitioni[a] omnimodis extat inconveniens. Nos quidem de nobilissimo viro Ignatio patriarcha non tantum haec, verum et illud comperimus[b], quod non solum genere claruit[1], verum etiam a primevo suae aetatis per singulos[c] ecclesiasticos[d] gradus ascendens ex monastica[e] vita omni ecclesiastico coetu consentiente, sicut in apicibus, quos sanctissimo Leoni[2] praesuli praedecessori nostro destinaveratis[f][3], comperimus, episcopatus culmen promeruit. Photium autem novimus per nullos ecclesiasticos gradus ascendentem, sed tantummodo ex laicali militia episcopum pertinaciter ordinatum. Quamobrem necessario in sententia nostra, qua stetimus, persistimus[g] et neque venerabilem Ignatium patriarcham in aliquo damnamus neque Photium quolibet[h] modo[h] suscipimus. Verum, quia omnibus accusationibus remotis, quibus strenuum virum Ignatium patriarcham ad apostolicam sedem asserebatis notabilem, unum opponentes tantummodo, quod potentia saeculari sedem pervaserit[4], vestro speciali deposuistis, damnastis et expulistis arbitrio et Photium ex laicali agmine vobis[i] improvide in eius loco subrogastis episcopum, aequanimiter ferre omnino non possumus, maxime cum horum duorum negotium investigari et nobis renuntiari, non diffiniri, mandaverimus[5]. Quapropter, ut diximus, nullo modo prudentis viri Ignatii patriarchae depositioni vel Photii subrogationi assensum praebemus, quousque veritas omni falsitatis fuco nudata in praesentia nostra eluceat. Quia consuetudinem vestram novimus[k] in regia urbe minime apicem archieraticae potestatis aliquem posse habere sine ecclesiasticae plebis consensu atque imperiali suffragio, et ob id Ignatium patriarcham damnare nolumus nec debemus.

Praeterea Photii, quem ex militia subito ad tanti culmen regiminis consecrastis[l], ordinationem ratam haberi decernitis, eo quod Nectarius[m][6] non solum ex laico habitu, verum etiam ex pagano sancta synodo secunda[7] ordinante meruerit[n] episcopus fieri. Qui tamen Nectarius verae[o] religionis[p] catholicus, nullius depositionis catholici conscius sedis gubernacula sine scandalo, sine vi[q], sine[q] omni[r] schismate suscepit; quem spiritus sancti auxilio et talento sibi credito hereticorum perfidiis restitisse eorumque dogma, quod iam ex longo tempore pullulaverat et plurimos sui contagione infecerat, destruxisse ipsi recolitis. Et idcirco bene et optime sanctae secundae synodo apostolicae sedis auctoritate fultae ita de Nectario placuisse testamur.

Sed et beatus nihilominus fulgidissimus[s] doctor Ambrosius[8], quem similiter ex militia et cathichumino asseveratis episcopum[u], cum divinitus per miraculorum signa ab ipsis cunabulis usque ad consecrationis suae tempus fuisset evocatus et ad regimen a dissidentibus populis subito in unam sui concordiam provocatis compelleretur ecclesiasticum suscipiendum, minime seditioni vel schismati[v] studuit, quin potius eas, quas repperit,

---

a) diffinitione *C*; difinitioni *corr. ex* difinitione *E*. b) compedimus *D*, *E*. c) suos *C*. d) ecclesiasticae *C*. e) monachica *C*, *D*, *E*. f) *corr., ut vid., in* destinaveritis *D*. g) persistemus *D*, *E*. h) modo quolibet *B*. i) *eras. B*. k) *corr. in* nolumus *D*; *corr. ex* nolumus *E*. l) consecratis *B*. m) uectarius *C*. n) meruit *D*, *E*. o) vere *B*, *C*, *E*. p) regionis *C*. q) visione *C*. r) omnis *B*. s) fulcidissimus *C*. t) cathicumino *D*, *E*. u) *scil.*: factum esse. v) schismatici *C*.

1) *Cum esset filius Michaelis I. imperatoris Graecorum (811—813). V. etiam ad haec Hergenröther, l. c. I, 355 sq.* 2) *IV. papae (847—855).* 3) *Hi quoque apices deperditi sunt, v. supra p. 443 ann. 2. — Cf. ad praecedentia (praecipue ad supra p. 443 l. 34 sq.) Liber pontificalis, in quo leguntur (ed. Duchesne II, 158):* Verum quia Michael imperator Grecorum super his Ignatium .., quem tempore domni Leonis quarti papae laudum preconiis extulerunt, vituperando ... Romanam sedem ... consuluit. *Hergenröther, l. c. I, 357.* 4) *V. can. apostol. 31 (Migne, Patr. lat. LXVII, 144):* Ut ecclesia saeculari potentia minime pervadatur. *Cf. Hergenröther, l. c. I, 427.* 5) *Cf. supra ep. n. 82 (p. 436).* 6) *Constantinopolitanus episcopus a. 381—397. — Cf. Theodoreti Hist. eccles. l. V c. 8 (Migne, Patr. graeca LXXXII, 1209 sqq.).* 7) *Constantinopolitana I. habita a. 381.* 8) *† 397. — V. etiam infra p. 449 l. 5 sqq. cum ann. 1 (ep. n. 86).*

semetipsum non ultro, sed coactus[a] populo offerens, reppulit et removit neque damna- 862
tionem molitus est alicuius, quam numquam omnino ob[b] sui culminis consentiret incre- Mart. 18.
mentum, sed coactus atque conpulsus votis[c] eorum consentiens[d] ecclesiasticarum[e] regularum normam toto vitae suae tempore custodivit, omnes hereses debellans verbi Dei telo succinctus, pro quo aeque haec sancta Romana ecclesia eos rite suscepit; ideoque hoc ad[f] tempus necessitatis probe suscepit, quia contra canonum privilegium sibi concessum nihil novit temere perpetratum. Vos autem non ita horum illustrium[g] virorum comparationem[h] perpendistis, ubi saepedictum virum Ignatium patriarcham iuste a vobis ordinatum iniuste de patriarchio[i] eicientes Photium subito ex laicali militia in episcopali dignitate elevastis; et ob id nihil valere patimur: quia sanctae Romanae ecclesiae numquam extitit mos inprovide vel iniuste unum eicere et alterum subrogare, sed magis studuit[k] aequa[l] lance omnium librare et iuste diffinire negotia.

Igitur, quia ad Niceni venerandi coetum concilii vestrum, qui in depositione Ignatii patriarchae affuistis, totidem numeri[1] fore[m] dicitis, miramur. Et quid prodesse considerabamus eiusdem numeri collegium posse, ubi ipsius sententiae praevaricantur, cuius et numerus imitatur! Quod non laude magis quam reprehensione ducimus dignum, quia omnino magis peccati[n] est cumulus, ubi multipliciter fuerit agmen praevaricatorum[o]. Nos quidem non numerosum tantum sanctorum episcoporum collegium Niceni vel[p] Chalcedonensis[2] conciliorum[q] ceterorumque sanctorum patrum[q] synodicas constitutiones sequimur, sed illorum librales[r] veneramur, iustas et divinitus inspiratas sententias; et non tantum pro suorum multitudine observantur a nobis, quia revera[s] multi in personis fuere, sed in validissimis sententiis eos perpendimus plures.

Quod autem asseveratis fatos fuisse legatos nostros post damnationem religiosissimi viri Ignatii patriarchae omnis eius consecratio debere cassari[t], damnari atque evelli: absit, ut hoc fieri patiamur; quia[u] neque Ignatium patriarcham damnamus neque Photium moechum suscipimus, qui sedem viventis viri et pudice[v] servantis temere sibi usurpare praesumpsit, atque, ut ita dicamus, quia contra ordinem in ea conversari non erubescens[w], ecclesiae vestrae scandala multiplicari consentiamus. Quin potius, serenissime fili[x] Auguste[x], dilectionem vestram monemus, suademus atque apostolica auctoritate denuntiamus, ut tandem aliquando resistatis illis, qui pro libitu suae voluntatis contra Constantinopolitanae ecclesiae se praesulem erigentes sine examinatione canonica ignorantibus nobis crebro unum deponentes, alterum inopinate consecrare nituntur, unde haec discissio in orientalibus[y] vestris ecclesiis, heu! plurimum[z] agitatur. Sed magis[a] studeatis[a], quando aliqua emerserint[b] unde schisma possit oboriri, nostrae ecclesiae consultu peragere, quatenus, sicut iam factum pro sanctis imaginibus[3] novimus, quod iuste deliberatum est, maneat apostolicae sedis auctoritate firmatum; quod autem tantummodo aemulatione voluntatis contra canonicas vel synodicas censuras inconsulta[c] Romana ecclesia[d] perpetrari conatur, vestrae religionis brachio arceatur, ne videlicet sanctae Dei ecclesiae ac regiae[e] urbis gloria vestro[f], quod absit, sub tempore in aliquo minuatur. Liceat ergo sanctam ecclesiam, quam Christus sacro suo sanguine a servitute cf. Rom. 8, 21.

---

a) coacte *B.* b) *deest D, E.* c) vitis *C.* d) consenties *D; corr. ss. ex* consenties *E.* e) ecclesiarum *C.* f) *om. B.* g) illustrum *B, C.* h) comparatione *D, E.* i) patriarchatio *B.* k) stuit *C.* l) aequo *B, C.* m) *rectius:* fuisse; *al. atram. corr. in* fere *B.* n) peccatis *B.* o) prevaricatorem *C.* p) *deest D.* q) conciliorum — patrum *desunt C.* r) librares *C; corr. ex* liberales *E.* s) revara *C.* t) *ss. corr. pro* cessari *B.* u) ut quia *B, C.* v) pudicae *B;* pudicę *C.* w) erubescit *D, E,* -it *in ras. D.* x) fili augustae *B;* filiaguste *D.* y) origentalibus *C.* z) primum *C.* a) magestudeatis *B, C.* b) emerserit *B, C.* c) inconsulata *D, E.* d) ecclesiae *C.* e) regę *D.* f) vestra *D, E.*

1) *Alluditur ad illum saepe laudatum numerum trecentorum decem et octo patrum concilii Nicaeni I. a. 325 celebrati.* 2) *'Quartae synodi' a. 451 habitae.* 3) *V. quae antea de imaginum veneratione Nicolaus scripserat in ep. supra n. 82 (p. 436 sqq.).*

862 Mart. 18. corruptionis redemit, orthodoxam fidem servantem vestro certamine manere ab omni inquietudine infestatorum tranquillam atque pacatam. Denique ecclesiae Constantinopolitanae hortantes statum, ut tales alere omni religione eruditos studeat viros, qui ad honorem cardinis ipsius sanctae ecclesiae suis praesulibus mortis[a] vel quolibet casu amodo discedentibus[b] valeant subrogari[c]; quod non solum in tanto patriarchio[d] observari omnino debetur[e], verum etiam in singulis quibusque civitatibus ex consuetudine canonica magna cum cautela servatur[f] et custoditur.

Sed et hoc vestrae clementiae intimare curavimus, quia, sicut in vestris actis[1] apostolicae sedi et nostro pontificio directis insertum invenitur, nescimus, cuius fraude vel dolositate epistola[2] nostra ad vos directa fraudata est[3]. Et non solum quia in vestra praesentia secundum illius textum vel ordinem relecta[g] non est, sed plura excepta, quibus intellectus ipsius epistolae continebatur, aliud pro alio, ignoramus, quis temerarius coram vestro imperiali conspectu legendo percurrere vel interpretari[h] praesumpsit, quam si coram vestrae maiestatis praesentia scrutari iusseritis, in aliquibus eam mutatam atque fraudatam locis repperietis.

Nos autem volentes, clementissime triumphator, excellentiam vestram ab omni labefactionis crimine inlesam consistere[i] et per diuturna[k] tempora[l] tranquillissimam[m] imperii vestri sublimitatem in Dei sincerissime manere servitio, ut spiritalis pater spiritalem filium commonentes[n], et ea, quae Deo placabilia sunt, apostolicis exhortationibus adimplendam commonentes[n] et, sicut vestri soliti sunt praedecessores, qui in culmine imperiali consistebant[o], hanc[o] sanctam Romanam ecclesiam pleno devotionis venerari[p] affectu, ita et vos apostolicis perficere oraculis obsecramus, quia ea, quae in praesenti negotio ecclesiasticis procuravimus sancire institutionibus, non invidiae causa vel aliqua dolositate peregimus, sed volentes[q] vestram imperialem dignitatem et sanctam Constantinopolitanam ecclesiam inlesam servare et[r] ab omni reprehensione, ducti ferventissimo[s] zelo caritatis, custodire, sicut in epistolae serie[t] ad vos missae repperitur, Deum timentes ordinare decrevimus et cuncta observanda praeoptamus.

Omnipotens autem Deus, qui vos ad reprimendas multarum gentium feritates in imperiali culmine eligere dignatus est[u], piissimum imperium vestrum ad statum et defensionem sanctae suae ecclesiae per multa annorum conservet curricula et sospite vita[v] semper vos ea, quae illi sunt placita, vobis velle concedat, quatenus, ut in praesenti vobis saeculo feliciter imperandi potestatem tribuit, in futuro pro bonis actibus et iustitiae[w] observantia, quae sub vestro libramine[x] ponderari debetur[y], praemia aeternae felicitatis habere permittat.

Data mense Martio die[z] XVIII[z]. indictione X[a].*

---

*) *Sequuntur haec:* Explicit epistola a sede apostolica missa ad Michahelem Augustum per imperialem legatum Leonem videlicet a secretis *B, C.*

a) mortuis *D.* b) decidentibus *C, D, E.* c) subrogare *C.* d) *ss. corr. ex* patriarchao *B.* e) *corr. in* debet *D;* debet *E.* f) servetur *C.* g) relicta *C.* h) interpraetari *B, D, E.* i) insistere *D, E.* k) diuturnam *C.* l) tempore *C.* m) tranquillissima *D, E.* n) communentes *C.* o) consistebantānc *D;* consistebant tam *E.* p) benerari *D; corr. ex* benerari *E.* q) voluntates *C.* r) *om. C.* s) fruentissimo *D; corr. ras. ex* fruentissimo *E.* t) saeriae *B.* u) et *add. D, E, E postmodum.* v) vitę *C; corr. ex* vitae *D.* w) iustię *D.* x) librā ne *C.* y) *corr. in* debet *D;* debet *E.* z) *om. D, E.* a) IX *B;* decima *D, E.*

1) *Synodi Constantinopolitanae a. 861, de qua cf. Hergenröther, l. c. I, 419—438. Actorum fragmenta tradidit Deusdedit in collectione canonum l. IV c. 428—431 ed. Wolf von Glanvell (1905) p. 603 sqq. (cf. Duchesne, Lib. pontif. II, 169 ann. 35); v. etiam vitam Ignatii auctore Niceta, Mansi XVI, 237 sqq., libellum Ignatii a Theognosto abbate Nicolao porrectum, Mansi XVI, 295 sqq.* 2) *Supra n. 82 (p. 433 sqq.).* 3) *De his fallaciis cf. Hergenröther, l. c. I, 421, 428 sqq.*

86.

Nicolaus de primatu Romanae ecclesiae agens Photio promotionem suam defendenti respondet se argumentis eius commoveri non posse, ut ordinationi assensum praebeat, praesertim cum non solum ex laicali ordine, sed etiam Ignatio patriarcha vivente cathedram illius invaserit. Sardicense concilium et decretalia Romanorum pontificum observare nolentem increpat. De missis non digne receptis fraudataque epistola sua conqueritur. 862 Mart. 18.

862 Mart. 18.

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 13'—17 (B); Vatic. lat. 3827 fol. 147'—149' (C); Vatic. lat. 4965 fol. 51' (D); Vatic. lat. 5749 fol. 43 (E).

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. XVIII; Editio Romana (1591) III, 17; Mansi, Conc. coll. XV, 174. XVI, 68; Migne, Patr. lat. CXIX, 785. — Cf. J.-E. Reg. n. 2691 (2030).

NICOLAUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI PRUDENTISSIMO VIRO PHOTIO[1].

Postquam beato Petro principi apostolorum dominus ac redemptor noster Iesus Christus ex utero virginis pro nostra redemptione, ut erat verus Deus ante saecula, verus homo in fine saeculorum apparere[a] dignatus est, ligandi atque solvendi in caelo et in terra potestatem tribuit et ianuas regni caelestis reserandas[b] concessit, supra soliditatem fidei suam sanctam dignatus est stabilire ecclesiam, secundum illius veridicam vocem dicentis: 'Amen dico tibi, tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves[c] regni caelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis.' Ad quam promissionem sanctae apostolicae institutionis cimento coeperunt huius fundamenta[d] ex preciosis succrescere lapidibus et annuente divina clementia per studium structorum et apostolicae auctoritatis sollicitudinem usque ad culmen insolubiliter perducta perpetualiter mansura sine sinistrae[e] aurae[f] inpulsu consistere. Cuius primatum, sicut omnibus orthodoxis manifestum est viris, ceu[g] in superioribus praemodicum declaratum est, beatus Petrus, princeps apostolorum et ianitor[h] regni caelestis, merito promeruit; post quem et huius vicarii sincerissime Deo famulantes[i] carentes nebularum densitatibus, quae recto itineri[k] impedire[l] assolent, dignius perceperunt et cura regiminis, quam pro dominicis ovibus[m] susceperant, sollicite permanserunt. Inter quos et nostram parvitatem omnipotentis Dei misericordia connumerare dignata[n] est; pro quibus tantum consistimus pavidi, quantum consideramus in aeterno examine pro omnibus et prae omnibus, qui Christi censentur nomine, rationem reddituri. Et quia universitas credentium ab hac sancta Romana ecclesia, quae caput omnium est[o] ecclesiarum, doctrinam[p] exquirit, integritatem fidei deposcit, criminum solutionem qui digni sunt et gratia Dei redempti exorant, oportet nos, quibus commissa est, sollicitos esse et ad speculationem dominici gregis tantum ferventius anhelare, quantum hunc avidi lupi ad dilaniandum hinc inde patentia ora exquirunt, quod et audiendo cognoscimus et experiendo comprobamus. Et quos per corporalem ob longinqua terrarum spatia aut tumentes marinos fluctus nequimus visitare praesentiam, saltem series[q] apicum quasi viva ora[r] declarent, ut nec a nobis silentii exquiratur culpa nec audituris de ignorantia excusandi tribuatur facultas, quia et illud a nobis cavendum est, quod per prophetam dicitur: 'Canes muti non valentes latrare.' Nam et apostolus ait: 'Insta oportune, inportune.' Constat enim sanctam Romanam

Matth. 16, 18. 19

Isai. 56, 10.

2. Tim. 4, 2.

*) *Lemma:* Incipit ad Photium per eundem *B, C.*

86. a) apperere *C.* b) reserendas *C.* c) clabes *B.* d) fundamina *C.* e) suustrae *C.* f) aure *C;* auris *D; corr. ex* auris *E, ubi exhibetur in marg.:* alibi auris. g) caeči *B;* seu *E.* h) iamnitor *C.* i) fabulantes *D; corr. ex* fabulantes *E.* k) itinere *D; corr. ex* itinere *E.* l) impediri *C.* m) suis *add. C.* n) dignatus *B, C.* o) esse *B, C, D; corr. ras. E.* p) doctisnam *B, C.* q) saeries *B;* sacries *C.* r) voce *D, E,* c *in ras. super* r *D.*

1) *Cf. de his litteris Hergenröther, 'Photius' I, 511—516.*

862 Mart. 18. ecclesiam per beatum Petrum principem apostolorum, qui dominico ore primatum ecclesiae suscipere promeruit, omnium ecclesiarum caput esse et ab ea[1] rectitudinem atque ordinem in cunctis utilitatibus et[a] ecclesiasticis institutionibus, quas secundum canonicas et synodicas sanctorumque patrum sanctiones inviolabiliter atque inrefragabiliter retineret[b], exquirere ac sectari. Et ideo consequens[2] est, ut, quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate sancitur[c], nullius consuetudinis praepediente occasione proprias tantum sequendo voluntates removeatur, sed firmius[d] atque inconcusse[e] teneatur.

Nam in hoc, quo noster apostolatus vestram prudentiam commonuit[3], quia ex laicali ordine sine canonica approbatione ad patriarchatus dignitatem subito transcendere contra patrum promulgationes non recusastis, sed temere atque inpudenter ad tanti honoris culmen accedere praesumpsistis, assumentes vobis[4] quasi a sanctissimo viro Nectario[5] occasionem, quem sancta secunda synodus[6] non ob aliud ad sacerdotalem eligere atque ordinare ex laicali ordine voluit dignitatem, nisi quia magnae necessitatis contritione anxiabatur, eo quod in sancta Constantinopolitana ecclesia nullus clericorum inveniri poterat, qui pessimae hereseos nimbosa[f] caligine non fuerat impeditus; et ob[g] hoc, ne diu iam dicta ecclesia sub distitutione pastoris quasi viduata maneret, praedictum Nectarium expugnatorem hereticorum et defensorem atque gubernatorem ecclesiarum ad ecclesiasticam curam et dignitatem sacerdotalem iam fata[h] secunda sancta[i] synodus elegit, sed ut hoc iterum fieret non confirmavit neque sanxit aut instituit. Et ideo licet contra patrum atque canonicas institutiones, quod per necessitatis fieri eventus comprobatur, non in auctoritate tenendum est[7], sed, ne iterum talis proveniat necessitas, magis magisque cavendum; quia omne, quod ab aliis reprehendi poterit, convenientius ac decentius videtur existere, si, antequam fomes reprehensionis accrescat, emendationis cura succedat.

De Tarasii[8] siquidem promotione[k], qui similiter ex laicali coetu ad patriarchatus extimplo culmen promotus est, quam et vos quasi in auctoritatem[l] vestrae defensionis assumere vultis, si sanctam, quae apud vos tempore sanctissimi viri domni[m] Hadriani[9] papae celebrata est, synodum[10] diligentius scrutati fueritis atque attentius intenderitis*, invenietis, quid in ea idem sanctissimus vir consultus decreverit et quod, dum eius consecrationis reprehenderet actus, et merorem se pro tam praesumptiva factione nimium sustinere profiteretur. Dicit enim[11]: Quod nisi in erigendis imaginibus ferventius contra

---

*) *In infer. marg. adnotata sunt haec:* Sciendum est, quia quicquid Hadrianus papa tunc contra Tarasium scripsit apud Grecos in actis illius septimę synodi non habetur. Quia enim ille de laicali catalogo subito est factus episcopus, quicquid reprehensionis in epistola repperit in synodicis actis fautores eius scribere minime pertulerunt, sed hoc e codicibus eradentes sub silentio contexerunt *D, E. V. etiam infra ann. 11.*

a) *deest C.* b) retinet *C.* c) sanccitur *C.* d) firmus *C.* e) inconcussu *C.* f) nymbosa *D, E.* g) *corr. C, E.* h) facta *B.* i) *deest B.* k) promotionem *C.* l) auctoritati *B;* auctoritate *C.* m) *corr. in* domini *D;* domini *E.*

1) *Hergenröther, l. c. I, 512 ann. 18 pro* ab ea *ponere vult* eam; *nobis potius post* ab ea *supplendum videtur*: omnes ecclesias. 2) *Cf. Decr. Grat. c. 2 D. 11.* 3) *V. supra p. 440 ep. n. 83.* 4) *Cf. — etiam ad sequentia — epistolam Photii, quae exstat graece ap. Migne, Patr. graeca CII, 593 sqq., latine ap. Baronium, Ann. eccles. a. 861 n. 34—54. De qua agit Hergenröther, l. c. I, 438—460.* 5) *Episcopo Constantinopolitano (381—397).* 6) *Constantinopolitana I. a. 381 celebrata.* 7) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 512 sq. ann. 19.* 8) *Constantinopolitani patriarchae (784—806).* 9) *I. (772—795).* 10) *Nicaenam II. congregatam a. 787.* 11) *Cf. epist. Hadriani I. ad Tarasium patriarcham, Mansi XII, 1077. 1084 (J.-E. Reg. n. 2449); neque autem verbotenus quae hic sunt allegata in illa reperiuntur. V. etiam epistolam Hadriani Constantino et Irenae imperatoribus directam, Mansi XII, 1074 sq. (J.-E. Reg. n. 2448), ubi simillima verba invenies. Duas autem has epistolas in synodo VII. generali recitatas a Graecis compluribus et quidem ipsis ad Tarasii ordinationem pertinentibus locis mutilatas esse refert Anastasius bibliothecarius, cf. Mansi XII, 1071 sqq. et praefat. in synod. octavam, Migne, Patr. lat. CXXIX, 22: — —* quia saepe contra canones Constantinopoli ex neophytis antistites provehuntur et eo tempore Tarasius ex laicis patriarcha fuerat ordinatus, ita epistolam beatae recordationis papae Adriani existimant transcribendam,

illarum depositores atque conculcatores ut verus miles Christi resisteres, nequaquam vestrae consecrationi assensum praeberemus aut in ordine patriarchatus vestram dilectionem susciperemus: quae tantum declaratur inordinate promota, quantum conprobatur contra apostolica decreta inormiter praesumpta. cf. 2. Tim. 2, 3. 862 Mart. 18.

Beatissimum quoque Ambrosium[1], clarissimam[a] et splendidissimam[b] lucernam[c] ecclesiae, qui ex caticumino[d] divino praesagio ad episcopalem per continuos gradus promotus est dignitatem, cur nobis pro vestro tutamine obponitis et ad vestram[e] inlicitam[e] promotionem[f] antefertis[g], qui non instinctu hominum, sed divina vocatione[g] per miraculorum prodigia electus est? Nam cum in[h] infantiae cunis sub nutricis cura dormiens sollicite verteretur, aperto ore ecce[i] examen apum subito affuit, quod faciem eius et ora complevit, ita ut ingrediendi et[k] egrediendi vices frequentarent. Quem pater cum matre vel filia deambulans, ne abicerentur ab ancilla, quae curam nutriendi infantis susceperat, prohibebat; sollicita[l] enim erat, ne infanti nocerent[l]. Expectabat tamen patrio affectu[m], quo fine illud miraculum clauderetur. At illae post aliquandiu[n] volitantes in[o] tantam aeris altitudinem sublevatae sunt, ut humanis oculis minime viderentur. Quo facto territus pater ait: Si vixerit infantulus iste, aliquid magni erit. Post haec vero adultus puer liberalibus artibus inbutus Mediolanum perrexit, ubi Auxentius Arrianorum episcopus[2] cathedram non regendam, sed[p] dilaniandam tenebat episcopalem. Quo defuncto, dum ad electionem episcopi popularis fieret in ecclesia conglobatio, ecce quidam infans adclamabat, dicens Ambrosium episcopum; ad quam vocem et omnis illa conventio similiter adclamabat Ambrosium[q] episcopum. Quod non humanis id fieri credendum est voluntatibus, sed divinis ad salvationem et ereptionem fidelium de adversarii nostri faucibus, qui tamquam leo rugiens quaerit quem devoret[r], inspirationibus. Qui dum se multis ac variis voluisset occultare argumentis et a tanto honore delitescere, tandem superatus ad sacerdotalem ab omni populo et clero divinitus est dignitatem electus et a caticumino[s] per singulos gradus ecclesiasticos proficiscens[t] octavo die ab omni catholicorum divina annuente clementia consensu est consecratus episcopus. cf. 1. Petr. 5, 8.

Attendat igitur prudentiae vestrae dilectio et intimo cordis prospiciat oculo, si debentur ea, quae per miraculorum signa fidelibus proveniunt, his aequari, quae proprio tantum libitu ad dignitatis gloriam percipiendam peraguntur: et sic ad auctoritatis vestrae excusationem praefatos assumite viros. Ecce propter necessitatem et inopiam clericorum Nectarius, ecce propter ecclesiastica dogmata et hereticorum expugnationem, qui venerandas deponere imagines praesumpserunt, Tarasius, ecce per miraculorum signa Ambrosius ad regendas ecclesias promoti sunt. De vobis autem, quibus perplures auctoritates conciliorum atque decreta sanctissimorum pontificum resistunt[3], quid aliud est sentiendum, nisi inopinata[u] a vobis consuetudo[u] adolevisse credendum? Et secundum sanctorum patrum sententiam non solum quia ex laicali ordine[v] contra canonicas auctori-

---

a) clarissima *B, C.* b) splendidissima *B, C.* c) lucerna *B, C.* d) catichumino *D, E.* e) vestra militia *corr. in* vestram ex militia *D;* vestram ex militia *E.* f) *ss. corr. in* promonitionem *B;* promonitionem *C.* g) antefertis — vocatione *in marg. infer. add. E.* h) *deest C.* i) *deest B.* k) atque *C.* l) sollicita — nocerent *desunt C.* m) effectu *D; ex* effectu *corr. E.* n) aliquamdiu *C.* o) ut *C.* p) red *C.* q) in *add. C.* r) et *add. C.* s) cathicumino *B;* catichumino *D, E.* t) proficiens *D, E.* u) *sic B, C, D, E.* v) ordi *C.*

ut nihil in ea ex his, quae ad praedictum praesulem vel contra neophytos idem pontifex sanctissimus scripserat, vel scriptum vel translatum Graece reperiatur. *Cf. etiam supra p. 448 l. 31 sqq.; ep. n. 82 p. 436 l. 18 sqq. cum ann. 2, infra ep. n. 88 p. 457 cum ann. 9. Hergenröther, l. c. I, 513 ann. 22. Hefele, 'Konziliengeschichte' III², 448. 452 sq.*

1) *Cf. ad sequentia Paulini vita S. Ambrosii († 397), ex qua pleraque hausta sunt, c. 3—9, Migne, Patr. lat. XIV, 30 sqq., Ambrosii opp. (Mediolani 1883—86) VI, 886 sqq.* 2) *A. 355—374.* 3) *Cf. supra (in epp. nn. 82, 83) laudata: Concil. Sardicense, decreta Coelestini, Leonis, Gelasii, Hadriani pontificum.*

862
Mart. 18. tates ad regendam Constantinopolitanam ecclesiam subito transvolastis, sed etiam quia
cf. Rom. 7, 2. 3. vivente viro et incolume[a] persistente[1] — videlicet religiosissimo Ignatio patriarcha — cathedram illius, scilicet Constantinopolitanam ecclesiam, ut moechus subripuistis et
Matth. 7, 12. invadere praesumpsistis, postponentes illud, quod scriptum est: 'Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris'; et ideo vestrae consecrationi aequitatis libramina tenentes assensum praebere, quia enormiter[b] et contra sanctorum patrum institutiones peracta est, minime praesumimus.

Quod[2] dicitis[3] vero neque Sardicense[c] concilium neque decretalia vos habere sanctorum pontificum vel recipere, non facile nobis facultas credendi tribuitur; maxime cum Sardicense[c] concilium, quod penes vos in vestris regionibus actum est et omnis ecclesia recipit, qua ratione convenerat, ut hoc sancta Constantinopolitana ecclesia abiceret et, ut dignum est, non retineret? Decretalia[4] autem, quae a[d] sanctis pontificibus primae sedis Romanae ecclesiae sunt instituta, cuius auctoritate atque sanctione omnes synodi et sancta concilia roborantur et stabilitatem sumunt[5], cur vos non habere vel observare dicitis, nisi quia vestrae ordinationi contradicunt et ex laico subito ad culmen
1. Tim. 5, 22. patriarchatus transvolare resistunt, contra illud apostolicum: 'Nemini cito manum inposueris'? Quodsi[6] ea non habetis, de neglectu atque incuria estis arguendi; si habetis et non observatis, de temeritate estis corripiendi et increpandi. Quod violenter vos ad sacerdotalem dignitatem promotos asseveratis atque protestamini, vestrae consecrationis tempore non ita esse declaratur; qui, postquam in patriarchatus throno stabiliti[e] estis, non ut pater in filiis blandus, sed ut inmitem in depositione[f] archiepiscoporum et episcoporum per severitatem vos demonstrastis et in damnatione innocentis Ignatii, quem vos ut depositum habetis, immoderate exarsistis, in cuius depositione, nisi prius veracissime illius cognoverimus transgressionem vel culpam, inter depositos illum non numeramus[g] neque damnamus, quia valde cavendum est, ne sine[h] causa innocens damnetur; et sicut illum in pristino mansurum, si ei damnationis crimina non conprobantur[i], sancta Romana honore retinet ecclesia, sic vos, qui incaute et contra paternas traditiones promoti estis, in patriarchatus ordine non recipit[k] et neque ante iustam damnationem Ignatii patriarchae in ordine sacerdotali vobis manendo consentit.

Quod non ideo vestra arbitretur dilectio contra vos invidiae causa aut exosos vos habendo id agere atque incongrue contra vestram ordinationem exardescere, sed ducti zelo paternae traditionis volentes sanctam Constantinopolitanam ecclesiam, quae pro sui stabilitate atque firmitate censura sanctorum patrum ad hanc sanctam Romanam ecclesiam solito more percurrit, sine macula, sine reprehensione aut aliqua transgressione inlesam consistere et ea, quae ecclesiasticis regulis obviant[l], resecare et maxime hoc, quod omni auctoritate canonica[m] revincitur et tali consecrationi contraitur[n], quod iam per longam consuetudinem quasi regulariter actum[o] defenditis, omnimodis amputare.
cf. Matth. 22, 39. A qua, quia vos sicut nos diligimus, per increpationem paterni affectus providentiam[p]
cf. Hebr. 12, 6. 7. vestram procul dubio volumus revocare, imitantes apostolum dicentem: Filium, quem diligit pater, flagellando[q] castigat et corripit.

---

a) incolome *D, E.* b) innormiter *D;* inormiter *E.* c) Serdicense *B, C.* d) *deest C.* e) stabilitati *C.* f) depositionem *C.* g) numeratus *B;* muneramus *D; corr. ex* muneramus *E.* h) in ea *C.* i) conprobatur *B.* k) recepit *C, E; corr. in* recepit *D.* l) obviam *B, C.* m) canonice *B.* n) contrahitur *B, C; ras. corr. ex* contrahitur *E.* o) ac cum *C.* p) prudentiam *C, D, E.* q) flagellandum *C.*

1) *In his vestigia Pseudo-Isidori conspicit C. H. Föste, 'Die Rezeption Pseudo-Isidors' p. 7; neque vero eius opinioni assentimur. V. iam supra ep. n. 84 p. 442 l. 17.* 2) *Cf. Decr. Grat. c. 14 D. 16.* 3) *V. epistolam Photii iam laudatam, Migne, Patr. graec. CII, 600 sq., 604. Cf. Hergenröther, l. c. I, 514 et praecipue I, 444 sq.; contraria profert Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 19 sq. ann. 3.* 4) *Laudat hunc locum Hincmarus Laudunensis in Hincmari opp. ed. Sirmond II, 374, Migne, Patr. lat. CXXIV, 1022.* 5) *Cf. supra ep. n. 29 p. 296 l. 30 sq., ep. n. 70 p. 389 l. 26 sq.* 6) *Cf. Decr. Grat. c. 2 D. 20.*

De consuetudinibus quidem, quas nobis opponere visi[a] estis[a] scribentes[1] per diversas ecclesias diversas esse consuetudines[2], si illis canonica non obsistit auctoritas, pro qua eis obviare debeamus, nil iudicamus vel eis resistimus; tamen cavere volumus, ne haec vestra consuetudo, quae omnium[b] sanctorum patrum promulgatione convincitur, ut ex laico non subito ordinetur episcopus, vires accipiat aut in vestra ecclesia magis pullulet[c], operam dare minime cessamus. Quam etiam nostra[d] apostolica tantum abigit censura, quantum hanc temere recognoscit praesumptam. 863.

De missis siquidem nostris[3], quos petitos in servitio beati Petri principis apostolorum pro utilitate sanctae Constantinopolitanae ecclesiae contra depositores imaginum vel alias necessitates ingruentes necnon et pro causa solummodo depositionis saepefati viri Ignatii inquirenda illas in partes direximus[e], silendum non est. Qui, cum eis, sicut dicunt[4], per centum dierum spatia omnium nisi suorum loquendi facultas fuisset denegata, ut apostolicae sedis missi non digne[f] suscepti sunt atque, ut decuerat, retenti[g]. Quod non pro alia gestum putamus re[h], nisi ut[i] inquirendi locum de depositione praefati viri non invenirent; quia — ceu[k] in apostolica nostra insertum fuit epistola[5], quae, nescimus cuius inlusione, sicut in synodo[6] a vobis missa repperimus, fraudata extitit[7] — non illius promotionem aut ingressionem, sed tantummodo depositionis exitum per nostros audire vel cognoscere, sicut nunc volumus, missos volebamus. Quibus secundum[l] horum[l] relationem[m] longa exilia et diuturnas pediculorum[n] comestiones, si in tali intentione persisterent, quidam minantes[o] quod illis a nobis iniunctum fuit clam vobis cum sequacibus vestris[p] resistentibus perficere minime potuerunt aut depositionem iam dicti Ignatii, utrum iusta an[q] iniusta fuerit, invenire valuerunt, qua[r] cognita secundum sui modum canonica atque apostolica in eo censura extenderetur[8].

Data mense Martio die[s] XVIII. indictione X.*

87.

Fragmentum epistolae Nicolai, quae missa videtur esse Armeniorum principi. Quem certiorem facit de statutis synodi Romanae (a. 863), i. e. de Ignatii confirmatione et Photii damnatione. Conqueritur de haereticis dogmatibus, quae apud illos a quibusdam praedicentur. Mittit ei epistolam Leonis I. ad Flavianum (q. d. dogmatica). Fidem eius laudat; actum autem corrigendum censet et, ut subiectos sibi ad orthodoxam fidem convertat, admonet. *863.*

Cod. Casin. 220 p. 233—236 (B).

Edit. Bibliotheca Casinensis IV (1873), Florilegium Casinense p. 359. — Cf. J.-E. Reg. n. 2736.

. . . et[9] divinorum mysteriorum communionem. Nam praedictum confratrem nostrum Ignatium patriarcham tamquam innoxium [confirm]avimus[a] in eadem Constan-

---

*) *Sequuntur haec:* Explicit epistolae *(sic)* a sede apostolica Constantinopolim missa *B*; expliciunt epistolae a sede apostolica Constantinopolim missae *C*.

a) uistestis *C*. b) omninum *C*. c) pollulet *B, C*. d) nostro *C*. e) dixerimus *D; ras. corr. ex* dixerimus *E*. f) dignae *B*. g) retent *B*. h) rem *B*. i) *om. D; post. add. E*. k) caeu *B*. l) scdmorum *D*. m) lationem *C*. n) peduculorum *C, D, E*. o) nunantes *B*. p) vestri *C*. q) aut *B*. r) Qui *C*. s) dee *B*.

87. a) *partim evanuit B.*

1) *Cf. epistol. Photii, Migne, Patr. graec. CII, 604 sqq.* 2) *Cf. Decr. Grat. c. 3 D. 12.* 3) *Radoaldo videlicet et Zacharia episcopis; cf. supra ep. n. 82 p. 439 l. 12 sqq.* 4) *De statu et tractatione illius legationis cf. Hergenröther, l. c. I, 419 sq.* 5) *Cf. supra ep. n. 82, quam Nicolaus significare videtur, p. 436.* 6) *V. supra ad ep. n. 85 p. 446 ann. 1.* 7) *V. supra ep. n. 85 p. 446 cum ann. 3.* 8) *Tum Nicolaus nondum compererat, quam perfide legati Constantinopoli se gessissent.* 9) *Hanc epistolam Nicolai non Graecorum imperatori — ut princeps editio, cuius coniectura in Regestis pontificum (n. 2736) non mutata*

863. tinopolitanorum ecclesia[a]; et omnis, [qui[b] non[b]] receperit eum patriarcham et non communicaverit ei, sit anathema. Similiter et qui susceperit adulterum Photium in quocumque gradu ecclesiastico usque in finem vitae ipsius aut communicat ei[c] usque[c] quo recipiat, quae posita est contra se diffinitione a sancta nostra synodo[1], sit anathema. Similiter et Gregorius[2] exepiscopus[d] Syracusorum et omnes consentanei eius et qui ab eis consecrati sunt post eorum depositionem necnon et hi[e], qui a Photio consecrati sunt[3], omnes vacui sint et inefficaces. Haec autem ideo tibi scripsimus, ut noscas observare, et quibus te oporteat participari et a quibus oporteat recedere. Qui enim
cf. Matth. 10, 40. consentaneos nostros recipit, nos recipit et per nos principem apostolorum et per eum
cf. 1. Petr. 2, 25. Christum. Nostrum igitur est errantes convertere, utpote qui locum sortiti sumus primi
Luc. 22, 32. pastoris, ad quem magister et salvator Christus: 'Et tu', inquid, 'aliquando conversus confirma fratres tuos.'

Auditum est autem apud nos, quod in provincia vestra[f] diversarum hereseon pravitate nonnulli decipiantur et non solum simpliciores et minimi, verum etiam et prudentes viri; magis autem et ipsi, qui in in eis caput existunt, erroris caligine obcaecentur, alii quidem dominum nostrum Iesum Christum humanam habuisse naturam negantes, alii vero in eo deitatem passibilem affirmantes, alia atque alia polluta lingua blasphemant[4]. Quia vero passionem eius praedicant et naturam in eo humanam inesse diffidunt, quid aliud innuunt, nisi quod deitati eius passiones crucis et reliquarum contumeliarum obprobria dant. Quod alienum est a recta fide, quod, inquam, extraneum est a sancta catholica et apostolica ecclesia. Etenim illa ita credit in domino nostro Iesu Christo humanam, quemadmodum credit et divinam, in eo esse substantiam. Propter hanc fidem multi sanctorum mortui sunt, multi autem diversa sustinuere tormenta; propter hanc fidem synodus sanctorum et probabilium decem et octo et trecentorum patrum, qui in Nicea congregati sunt[5], et ceterorum convenit. Hanc fidem beatissimus Leo apostolicae nostrae sedis praesul et universalis papa in orbe terrarum praedicans disseminavit. Huius autem fidei epistolam[6] ad beatum Flavianum Constantinopoleos archiepiscopum[7] scriptam totus oriens occidensque columnam orthodoxiae appellavit[8] et eam[g] ut divinum oraculum omnes coluerunt et amplexati sunt. Quam et nos tamquam Deo amabilem et ratam venerantes sufficere putamus ad confusionem et refutationem audentium[h] passibilem dicere esse deitatem et dominum nostrum Iesum Christum humanam naturam non assumpsisse et ad confirmationem et stabilimentum horthodoxae fidei et omnium Christianorum. Quapropter eandem sanctam et venerabilem epistolam iudica-

---

a) ęcclesia *hic et saepius B.* b) *evanuerunt B.* c) eiusque *B.* d) exepiscopo *B.* e) hic *Florileg. Casin.* f) -a *suprascr. B.* g) ea *B.* h) audientium *B.*

est, opinabatur —, sed potius principi Armeniae secundum tenorem eius et stilum directam esse censemus. In Armenia haeresis, cuius infra mentio fit, eo tempore divulgabatur, Armenii de ipsis his rebus Romanum papam consuluisse videntur. Cf. Hergenröther, 'Photius' I, 495 sq.; v. etiam infra epp. nn. 98, 98 a, 99 c. 106. — Multis huius epistolae locis firmari nobis videtur nostra coniectura, cui obstans nihil in ea repperimus; quod fusius alio loco demonstrare conabimur.

1) *Referenda sunt haec ad synodum Romanam a. 863. contra Photium habitam, cuius statuta infra in epp. nn. 91 et 98 inserta invenies. V. Jaffé-Ewald, Reg. pont. I, 350. Ex tempore illius synodi etiam concludi potest, quando haec epistola scripta sit.* 2) *Asbesta, caput partis Photianae, archiepiscopus sed. a. 845., depositus est a. 863. in synodo Romana supra in ann. 1 memorata. Cf. de eo Hergenröther, l. l. I, 358 sqq. et saepius, Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 231 sqq. V. etiam infra epp. nn. 91, 98 (synodi Romanae c. 2).* 3) *V. infra epp. nn. 91, 98 (synodi Romanae c. 3).* 4) *Cf. infra ep. n. 98, Jaffé-Ewald, Reg. pont. I, 344 sq. (decreta adversus Theopaschitas), supra p. 451 sq. ann. 9. Hergenröther I, 496.* 5) *A. 325.* 6) *Q. d. dogmatica, Mansi V, 1365 sqq., Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 597 sqq. (J.-K. Reg. n. 423). Cf. Hefele, l. l. II², 353 sqq.* 7) *† 449.* 8) *Cf. conc. Chalcedon. act. V (symbolum centum quinquaginta sanctorum patrum), Mansi VII, 114 sq.:* — — communem quamdam columnam existentem adversus perverse sentientes, ad confirmationem rectorum dogmatum congruenter aptavit.

vimus post finem horum nostri apostolatus apicum subicere et mittere ad vos. Hanc 863.
ergo epistolam suscipientes semper prae oculis habetote, ita sapientes atque credentes. Sic enim et nos et antecessores nostri omnes a sancto Petro principe apostolorum ac Paulo praedicatore veritatis crediderunt et praedicaverunt, et ita sentit et credit atque praedicat sancta Dei catholica et apostolica Romanorum ecclesia. Eos autem, qui non ita sapiunt et credunt, repellit et a sua communione sequestrat. Porro de epistola hac nichil vos conturbet, eo quod non est eiusdem, quo in Chalcedona[1] facta est translatio, stili; illa enim proprietatem Grecae[a] vocis custodiens non e verbo verbum interposuit, sed sensum veritatis observans ad perspicuitatem perduxit, qua nec nos caremus. Sed sicut apud vos, ita apud nos quoque est acceptabilis. Nos autem utraque lingua proponentes scribere necessarium existimavimus duarum vocum consonantiam demonstrare verbum e verbo transferentes, quemadmodum et in antiquis arcivis invenimus. Verum sancta nostra catholica et apostolica ecclesia, cui Deo auctore praesidemus, et illam et hanc reverenter amplectitur. Quamvis enim sit stilus diversus, sed sensus unus existit et nequaquam indifferens[2].

Et haec quidem de epistola. Ceterum de fide vestra, quam ad nos scripsistis et per nos beato Petro et per eum Christo Deo nostro, dicendum est, quoniam bona quidem est et susceptibilis, ostendens videlicet, quia orthodoxam fidem nobiscum colitis. Verumtamen quod melius est elegisti, ut accipias quod maius est, quemadmodum et Cornelius. cf. Act. 10, 4. 5.
Ille quippe non quo infidelis esset — nam quomodo orationes eius ad Deum ascenderent — nequaquam oraret ignotum Deum, sed quo indigens perfectionis erat; propter quod et Petrum a divino praecepto accersire iubetur, sicut et tu nunc. Sed tua quidem fides praestantior illo, quoniam Christum filium Dei et Deum in duabus naturis et totidem voluntatibus atque operationibus inconfuse inseparabiliter in una persona confiteris. Quod vero restat, non de fide vestra est, sed de actu, sicut apostolus Iacobus dicit: 'Quid proderit, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid Iacob. 2, 14.
poterit[b] fides salvare eum?' Et post pauca: 'Sicut enim corpus sine spiritu mortuum ib. 2, 26.
est, ita et fides sine operibus mortua est.' Actus autem tuus in hoc maxime corrigendus est, quoniam Deo, qui dedit virtutem et roborem brachio tuo et subiecit tibi barbarorum hostium nationes, ipse has non subiecisti neque donasti ad cognoscendum et serviendum eidem creatori potius quam creaturis sicut et tu; sed volens eos praepositis gentis tuae ac satrapis donare dimisisti eos in tenebris manere atque consumi. Quapropter rogamus te, fili dilecte et fidelis, da danti tibi ad serviendum servos[c] ipsius, ut tibi plures alios cf. Eccli. 35, 12.
subiciat; non enim, ut servos eos faceres, Deus tibi hos[d] donavit, sed ut fideles et orthodoxos eos existere doceas.

Et haec quidem in brevi tibi sermone descripsimus. Speramus autem per lationes, syllabas et apochrisiarios nostros, cum Deus annuerit et prosperum iter fecerit, mittere tuae desiderabili dilectioni competentia[e] et salutaria dogmata. Post haec vero benedictionem beatorum apostolorum misimus dilectioni tuae iuxta quod possibile nobis fuit, quam ut annualem unus per singulos annos ab eis recipiamus tamquam ex ipsis honorabilibus eorum reliquiis aliquam partem aut haec eadem sancta ipsorum corpora suscipientes. Benedictio vero ipsa est in huiusmodi imagine. Audisti enim prophetam Iohel clamantem: 'Et erit in novissimis diebus, dicit Deus, effundam de spiritu meo super omnem carnem et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae et iuvenes vestri visiones videbunt et seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super servos meos et super Ioel 2, 28—32. Act. 2, 17—21.
ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo et prophetabunt et dabo prodigia

---

a) Grece *B.* b) poterit *B.* c) suos *B.* d) hoc *B.* e) competenti *B.*

1) *I. e. in Chalcedonensi concilio a. 451.* 2) *In his praecedentibus Anastasium interpretem doctissimum verba facere conicimus. Cf. etiam infra ep. n. 88 p. 459.*

865 Sept. 28. in caelo sursum et signa super terram deorsum, sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus. Et erit: omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.' Sanguinem dicentem incarnationem, ignem deitatem, vaporem autem fumi spiritum sanctum, sicut Act. 2, 2. 3. et evangelista Lucas ait in actibus apostolorum: 'Et factus est repente sonus sicut advenientis spiritus vehementis et replevit totam domum, ubi erant sedentes, et apparuerunt illis dispertitae linguae velut ignis.' Huius ignis figuram non secundum[a] quod nobis possibile est habere semper volentes de paterna traditione desursum ad nos descendentem . . .

88.

Nicolaus ad Michaelis Graecorum imperatoris epistolam blasphemiis refertam uberrime respondit. Iniurias contumeliasque illius reicit. Defendit Ignatium iniuste depositum patriarcham. Defendit etiam studiosissime privilegia apostolicae sedis, quae ab ipso Christo in beato Petro firmata numquam, quousque Christianum nomen praedicatum fuerit, minui, infringi, commutari possint. Ignatium et Photium vel eorum vicarios Romam ad renovandum examen venire iubet. Imperatorem ad oboediendum monitis suis adhortatur.

865 Sept. 28.

Codd. Valentianensis 160 fol. 111—140 (B); Vatic. lat. 3789 fol. 24'—51 (C); Vatic. lat. 3827 fol. 127—141 (D); id. fol. 154—167' (E); Casin. 220 p. 161—231 (F).

Edd. Cochläus, Antiqua et insignis epistola Nicolai pape I. ('quam olim Colonię — — ex vetusto quodam codice, casu repertam, dum pervestigarem opera Ruperti Tuitiensis, excripsi'), Lipsiae 1536 (cf. etiam 'Zeitschrift für Kirchengeschichte' XVIII [1898] p. 242 n. 30 et M. Spahn, 'Iohannes Cochläus' [Berlin 1898] p. 258 cum ann. 1, p. 359 n. 118); Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. XXXIV; Editio Romana (1591) III, 30; Mansi, Conc. coll. XV, 187; Migne, Patr. lat. CXIX, 926. — Cf. J.-E. Reg. n. 2796 (2111).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS[a] SERVORUM[a] DEI[a] PIISSIMO ET DILECTISSIMO FILIO SUPERATORI GENTIUM ATQUE TRANQUILLISSIMO IMPERATORI MICHAHELI A DEO PROTECTO SEMPER AUGUSTO[b 1].

Proposueramus quidem, antequam Michahel gloriosus protospatharius[c 2], legatus vester, Romam veniens epistolam[3] nobis claritatis vestrae detulisset, talia vobis scripta per missos nostros, quae iam et parata erant, transmittere, qualia gratissimus filius a diligente[d] patre ac Dei cultores imperatores a sedis apostolicae praesulibus soliti erant suscipere. At vero[e] praefato viro perveniente epistolamque[f] nobis vestrae gloriae, quae cf. Iob 30, 31. tota blasphemia, tota erat iniuriis plena, porrigente mutata est in luctum cithara nostra cf. Isai. 5, 4. et organum nostrum in vocem flentium; quoniam expectavimus tamquam de bona vite[g] uvas, suscepimus autem labruscas: ideoque mutavimus stilum et ostenso vulneri congrua praevidimus adhibere medicamenta[h]. Igitur ad potentiam vestram inspirante Domino scripturi nostraeque mentis affectus industriae vestrae reseraturi necnon et pro sancta cf. 2.Cor. 11, 28. ecclesia catholica et apostolica, cuius nos praecipua cura et cotidiana secundum aposto-

---

a) sęcundum *B.*

88. a) *desunt F.* b) *sequitur:* Periocha VIIII. *E.* c) h *suprascr. B.* d) dilecto *B.* e) a *add. del. B;* a *add. D.* f) epistolam quae *C.* g) vita *E;* vitę *F.* h) medicinam *F.*

1) *Tempus, immo diem huius epistolae cognovimus ex codice Casinensi 220. Cf. etiam Bibliotheca Casinensis IV, 205; Jaffé-Ewald, Reg. pontif. n. 2796; Analecta iuris pontificii X, 59 sq.; E. Kunik — non W. von Gutzeit, ut legitur apud Jaffé-Ewald, l. l. — in 'Mélanges Russes tirées du Bulletin de l'académie impériale des sciences de St.-Pétersbourg' tom. V, 27 sq. (1886). — De ipsa praesenti epistola cf. Hergenröther, 'Photius' I, 555—579. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 193. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 68—71. Lämmer, 'Papst Nikolaus I. und die byzantinische Staats-Kirche seiner Zeit' (Berlin 1857), p. 31—36. Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 334—339.* 2) *Ad quem directa est infra ep. n. 89. Cf. etiam infra epp. nn. 90, 91.* 3) *Non iam exstantem. Cf. de ea Hergenröther, l. c. I, 552—554.*

lum sollicitudo constringit, apud vos interventuri et epistolae vestrae assertionibus, prout Dominus posse et nosse dederit, responsuri nihil[a] oportunius, nihil[a] aptius, nihil[a] profecto salubrius arbitramur — licet vos a conviciis[b] inchoassetis — quam prae omnibus flagitare suppliciter eum, per quem reges regnant et legum conditores iusta decernunt et in cuius manu corda sunt regum et ex quo regnat[c] omnis, qui pie regnat[d], et imperat omnis, qui eidem regi regum et domino dominantium non repugnat[e], dominum videlicet nostrum Iesum Christum, cui omnis rationabilis creatura ministrat, nimirum cui et insensibiles venti et mare imperanti oboediunt[f]: quatinus et labia nostra ad annuntiandum laudem suam aperiens, dilatatum quoque os nostrum pastu doctrinae salutaris adimpleat et, quae per nostri apostolatus officium auribus vestris exterius dicimus, per se quoque nutu suae aspirationis interius mentibus vestris aspiret. Quia incassum terra cordis vomere[g] nostrae[h] linguae proscinditur, nisi caelestis roris aspersione intrinsecus infundatur. Deus est enim, qui incrementum dat et qui docet[i] hominem scientiam.

865 Sept. 28.

cf. Prov. 8, 15.
cf. ib. 21, 1.
cf. 1. Tim. 6, 15.
cf. Matth. 8, 27.
cf. Prov. 8, 6.
cf. Ps. 34, 21.
cf. 1. Cor. 3, 6.
cf. Ps. 93, 10.

Putas, imperator, non bene facimus, quod vos ab[k] iniuriis[l] scribentes inchoaveritis, nos ab orationibus, vos[m] a conviciis in nos, immo contra primam et magistram ecclesiarum omnium loquentes exordium feceritis, nos in laudibus et in nomine Domini ad potentiam vestram sermonem habituri os aperuerimus? Videmus enim gigantem allophilum contra puerum sanctum et citharedum[n] nostrum David furore plenum et blasphemias eructantem primo impetu populo Dei terrorem[o] non modicum intulisse. Sed expecta paululum et ecce illum videbis in nomine Domini percussum[p] et a[q] iam dicto hymnidico et laudes et psalmos ac orationes Domini maiestati humiliter effundente[r] gladio suo prostratum. Et quidem nos iniurias nobis specialiter[s] irrogatas et maxime pro iustitia laborantibus et a iustitiae impugnatoribus[t] ingestas libenter ferimus[u]; discipuli enim sumus illius, de quo apostolorum princeps ait: 'Qui[v] cum malediceretur, non maledicebat[w] et, cum pateretur[x], non comminabatur.' De talibus enim veritas[y] loquitur: 'Si patremfamilias Behelzebub[z] vocaverunt, quanto magis domesticos eius?' Et rursus eos, qui propter nomen illius persecutionem et maledicta toleraturi erant, beatos esse pronuntiat dicens: 'Beati estis, cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint et dixerint omne[a] malum adversus[b] vos mentientes propter me.' Ubi ergo, teste conscientia[c], Deus in causa est, ibi omnino beatitudo speranda et, ubi mendacium saevit, ibi convicia nulla timenda. Sicut ergo nos propter Deum etiam a non vera dicentibus iniurias nobis illatas aequanimiter ferimus, ita quoque oportet pietatem vestram sacerdotibus, qualescumque sint, propter eum, cui deserviunt, reverentiam potius quam iniurias exhibere[d]. Sed de his iam cum sancto papa vobis loquamur Gregorio[1]: Nam in[e] divinis eloquiis sacerdotes aliquando dii, aliquando angeli vocantur. Nam et per Mosen[f] de eo, qui ad iuramentum deducendus est, dicitur: 'Applica illum ad deos', videlicet ad sacerdotes; et rursum scriptum est: 'Diis non detrahes', scilicet sacerdotibus; et propheta ait: 'Labia sacerdotis custodient[g] scientiam et legem requirent[h] ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.' Quid ergo mirum, si illos imperialis pietas honoret, quibus in suo eloquio honorem tribuens eos aut angelos aut deos ipse etiam appellat Deus? Ecclesiastica[i] quoque testatur[2] historia[k], quia

cf. 1. Reg. 17.
1. Petr. 2, 23.
Matth. 10, 25.
Matth. 5, 11.
Exod. 22, 8.
Exod. 22, 28.
Malach. 2, 7.

---

a) nichil *hic et saepius F.* b) convitiis *hic et infra B.* c) *corr. ss. in* regnant *F.* d) regnant *F.* e) pugnat *E;* repugnant *F.* f) oboediuit *E.* g) uomerę *F.* h) vestrę *E.* i) docent *F.* k) ad *D.* l) iuriis *F.* m) nos *D.* n) cytharedum *F.* o) terrore *F.* p) percussus *F.* q) *deest F.* r) effundete *F.* s) spetialiter *B.* t) inpugnationibus *F.* u) *corr. ex* inferimus *C.* v) Quia *E, F.* w) remaledicebat *E, F.* x) patere *E.* y) *om. F.* z) Beelzebub *C, E.* a) omnem *F.* b) *ss. corr. ex* adversum *B.* c) conscientie *D.* d) exhibre *F.* e) *om. C.* f) *corr. in* Moysen *C.* g) custodiunt *B.* h) requirunt *B.* i) Ecceclesiastica *E.* k) hystoria *B;* istoria *F.*

1) *I. (590—604). Registr. Gregor. V, 36 (MG. Epist. I, 318 sq.); J.-E. Reg. n. 1359.* 2) *Cf. ibid. ann. 5; v. Rufini historiam ecclesiasticam l. I, 2 (X, 2), Migne, Patr. lat. XXI, 468 sq., 'Eusebius Kirchengeschichte herausg. von E. Schwartz [Griechische christliche Schriftsteller IX] II, 961, Leipzig' 1908.*

865 Sept. 28. cum piae memoriae Constantino principi scripto oblatae accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accepit et eosdem, qui accusati fuerant, episcopos convocans in eorum conspectu libellos, quos acceperat[a], incendit dicens: 'Vos dii estis, a vero Deo constituti. Ite et inter vos causas vestras[b] disponite[c], quia dignum non est, ut nos iudicemus deos.' In qua sententia sibi magis ex[d] humilitate[d] quam illis aliquid praestitit ex reverentia inpensa. Ante eum quippe pagani in republica principes fuerunt, qui verum Deum nescientes deos ligneos et lapideos colebant et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum, si christianus imperator veri Dei sacerdotes honoret, dum pagani, ut praediximus, principes honorem impendere sacerdotibus noverunt, qui diis ligneis et lapideis[e] serviebant? Haec ergo non tantum specialiter, quantum generaliter pro omnibus asserimus sacerdotibus, quoniam adhuc nescimus, quis in terribili Dei iudicio qualis futurus sit; etenim Paulus egregius praedicator dicit:

1. Cor. 4, 5. 'Nolite iudicare ante tempus, donec veniat Dominus, qui et inluminabit[f] abscondita tenebrarum et manifestabit[g] consilia cordium.'

Hoc tamen breviter dicimus, quoniam, licet peccatores et indigni, plus tamen de venturi Domini misericordia quam de vestra pietate praesumimus. Nam sunt multa, quae de iudicio illius homines ignorant, quia fortasse quae vos laudatis ille reprehendit et quae vos reprehenditis[h] ille[h] laudabit. Non[1] ergo quales sint sacerdotes Domini, sed quid de Domino loquantur[i], est vobis magnopere praevidendum nec in vicariis beati Petri apostoli vobis est attendendum, qui sint, sed quid pro correctione ecclesiarum, quid pro salute vestra satagant. Neque enim illos inferiores dicetis scribis et Phariseis sedentibus super cathedram Moysi, de quibus Dominus praecipit[k] dicens:

Matth. 23, 3. 'Quaecumque dixerint vobis, facite et observate; secundum opera vero[l] eorum nolite facere.' Ergo[m], imperator, considera, si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant, quanto potius his, qui super cathedram[n] Petri resident, esse existimatis obaudiendum? Et si illorum non opera, sed dicta facere et observare iubet, quanto potius horum, quicumque sint ipsi, dicta et monita custodienda sunt et amplectenda? Quid[o] autem nos mali volumus, quia frustra indignamini et contra evangelium, quod

Matth. 5, 22. dicit: 'Qui dixerit fratri suo: Fatue, reus erit gehennae ignis', nos[p] levitatis nomine lacessendos opinamini, vobis nihil nisi quod est salubre, nihil nisi quod sit[q] Deo acceptum offerre studentes? Scimus tamen nos a freneticis[2], quos portamus, et sputa perpeti et colaphis[r] caedi[s] et eis quod ad[t] salutem pertinet nihilominus exhibere. Nam et in eorum loco per habundantiam gratiae Dei sedemus, qui propter veritatem laborantes[u] a Constantinopolitanis[v] saepe talia pertulerunt, qualia nunc nos ferre dinoscimur[w]. Quae sufficienter, ubi oportunitas exegerit, ostendemus[x] in subditis; neque enim fas esse iudicamus, ut ad imitationem inferiorum[y] ac[z] infirmiorum[z] tales nos sinamus credi, quales a vobis cernimur praedicari, exemplum sequentes salvatoris, qui, cum a Iudeis:

Ioh. 8, 48. 49. 'Demonium habes[a]' audiret[a], hoc humiliter dicens: 'Ego demonium non habeo[b]' refutavit. Ita quoque nos, cum de nobis quae vera non sunt audimus, veraci ac rationabili responsione a nobis illa removere satagemus.

Verumtamen quae ad ecclesiae Romanae iniuriam, quae ad ipsius privilegiorum imminutionem, quae ad sedis apostolicae praesulum derogationem scripsistis, quanta[c]

---

a) acceperant *F.* b) vestra *E.* c) deponite *C.* d) humilitati *C.* e) lapidibus *C.* f) inluminavit *C.* g) manifestavit *C.* h) ille reprehenditis *F.* i) loquatur *F.* k) praecepit *C.* l) *ss. B.* m) Ego *F.* n) vel *add. B, D.* o) *in initio paginarum laes. membr. hic et infra nonnulla verba omnino vel ex parte evanuerunt F.* p) non *F.* q) est *B, D.* r) colophis *C, D.* s) cedi *B, C, D, E, F.* t) a *E.* u) laborantem *E.* v) Constantinopolitani *E.* w) disnoscimur *F.* x) ostendemur *D.* y) *corr. ex* inferiorem *B.* z) infirmorum *E, F.* a) *ss. corr.:* habe' audiret *F.* b) abeo *C.* c) Quan *C.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 86 C. 1 q. 1.* 2) *Cf. Gelasii I. papae commonitor. ad Faustum magistrum, Mansi VIII, 19, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 638 (J.-K. Reg. n. 622):* Sic phreneti solent medicantes quosque velut hostes putare vel caedere.

possumus constantia retundemus et nullis terroribus nec ullis detractionibus vestris[a] repressi quanta possumus virtute destruere utpote veritatis inimica studebimus. Dixistis enim, quod nullus antecessorum nostrorum a sexta synodo[1] meruerit a vobis, quod nos meruisse dinoscimur: quid tamen meruerimus, evidenter nullatenus indicastis, nisi forte litteras[2] precatorias[b] hoc dicto velitis intellegi nos a vobis nunc tantum meruisse suscipere a sexta synodo propter aliquod dogma vel disciplinam quamlibet ecclesiasticam. Et hoc dicitis[c], quasi nostrum[d] fuerit obprobrium, eo quod sedem apostolicam in nullo quaerere antecessores[e] vestri dignati fuerint, cum magis eorum fuerit dedecus, quia per tot annorum curricula diversarum hereseon morbis languentes medicinale remedium non quaesierint[f], quin potius medicinam sponte a nobis sibi porrectam quasi desperati vel quasi cor impenitens gerentes ab ipsis faucibus proiecerint, dum tantae salutis oblatae ministros duplici modo interemerint; quoniam aut participes illos sui erroris[g] effectos spiritaliter occiderunt, sicut tempore reverendae memoriae Cononis[h] papae[i 3] contigit, qui post sextam synodum extitit, aut certe corporaliter illos non consentientes sibi necaverunt, sicuti sub venerabili papa Gregorio[4] factum est, qui[k] aeque[l] post sextam synodum fuit, quando pro[m 5] zelo fidei et sanctarum imaginum reverentia religiosi viri ac Dei famuli directi in exilium missi[n] sunt[n] et bona confessione huius mundi finierunt vitam. 865 Sept. 28. cf. Rom. 2, 5.

Denique a[o] sexta synodo imperatores aut heretici aut, licet perpauci, catholici fuerunt: et heretici quidem, si mittere ad nos dedignati sunt, non est mirum; noverant enim per gratiam Dei se nos numquam penitus sibi sociaturos. Fuit autem, quando nos sibi saepe sociare temptantes cum magno sunt dedecore et obprobrio repulsi et digna constantia a nobis et non a Constantinopolitana ecclesia crebro retunsi. Quando vero catholici fuerunt et pium dogma vel ecclesiasticam correctionem defendere voluerunt, nostrum praesidium quaesierunt, sicut synodus[6] sub Constantino et Herene facta indicat, in cuius initio, id est in epistola[7] beatae memoriae praesulis[p] Hadriani[p q 8], quantum idem[r] pontifex illam praesumptionem, qua ex laicis quidam subito tonsorantur[s] et in episcoporum numerum exacerbate prosiliunt[t], damnaverit[u], si diligenter inquisieritis[v], profecto invenietis — si tamen non falsata[9] Graecorum more, sed sicut a sede missa est apostolica penes ecclesiam Constantinopolitanorum[w] hactenus perseverat —, et epistolae diversae sanctissimis pontificibus, Leoni[10] scilicet et Benedicto[11] decessoribus nostris, missae testantur[12]. Ergo cum ita sint haec, quae de multis partim commemoravimus, non iam verum est illud, quod dicitur, a sexta synodo non nos meruisse suscipere, quod nunc a vobis ipsi meruimus.

Praeterea scripsistis iussisse[13] vos quosdam, qui sub nobis existunt, mitti ad vos[14]; quod longe est a piorum imperatorum affectu, quorum sicut locum tenetis, utinam ita

---

a) vestri *F.* b) praedicatorias *C, D.* c) dic̄ *F.* d) nostram *F.* e) antedecessores *B, (corr. ras.) D.* f) requisierint *B;* requesierint *D.* g) *unum verbum erasum post* erroris *B.* h) Canonis *C.* i) papa *E.* k) q̇ *B.* l) equę *B;* eque *C;* equae *D;* quae *E;* ęque *F.* m) per *D.* n) missunt *F.* o) *om. F.* p) Hadriani praesulis *B.* q) Adriani *F.* r) id est *F.* s) tonsoranter *D;* tonsoratur *E.* t) prosiliuit *E.* u) damnanaverit *F.* v) inquesieritis *D.* w) Constantinopolitanam *D.*

1) *Id est a concilio Constantinopolitano III., habito a. 680.* 2) *Alludit papa ad illas litteras, quae a Graecorum imperatore a. 860 pro impetranda patriarchae Photii confirmatione Romam missae erant.* 3) *A. 686—687. — Cf. Hefele, 'Konziliengeschichte' III², 344 sq. Langen, l. c. III, 68 ann. 2.* 4) *II. (715—731). Cf. Hergenröther, l. c. I, 234 sq.* 5) *Cf. epistolam Hadriani I. papae Constantino et Irenae imperatoribus directam, Mansi XII, 1073 (J.-E. Reg. n. 2448).* 6) *Nicaena II., celebrata a. 787.* 7) *J.-E. Reg. n. 2448; cf. Mansi XII, 1074 sq., v. supra ep. n. 82 p. 436 l. 18 sqq., ep. n. 86 p. 448 l. 26 sqq. 31 sqq.* 8) *I. (772—795).* 9) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 513 ann. 22. V. supra ep. n. 86 p. 448 l. 31 sqq. et ann. 11.* 10) *IV. (847—855).* 11) *III. (855—858).* 12) *Has epistolas desideramus. Cf. Hergenröther, l. c. I, 357, 360 sq.* 13) *Ad hunc locum cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 538.* 14) *Hoc ad legatos apostolicae sedis a. 860 missos refert Hergenröther, l. c. I, 552. V. etiam infra p. 458 l. 31 sq.*

865 Sept. 28. et pietatem sectemini[a]! Quod longe[b], inquam, est a principibus sedis apostolicae reverentiam observantibus[c]. Non quippe hoc dicit Honorius, qui reverendo praesuli Bonifacio[d] scribit dicens[1]: Petimus, uti[e] cotidianis orationibus apostolatus tuus studium ac votum suum circa salutem atque imperium nostrum dignetur impendere. Non, inquam, hoc dixit Valentiniani et Marciani pia dualitas ad beatum papam Leonem scribens[2]: Et tuam, inquiens, sanctitatem principatum in episcopatu divinae fidei possidentem sacris litteris in principio iustum credimus[f] alloquendam, invitantes atque rogantes, ut pro firmitate et[g] statu nostri imperii aeternam divinitatem tua sanctitas deprecetur. Non hoc dixit Iustinianus, qui dicit sancto papae Iohanni, etiam promulgatis legibus id interserens[3]: Petimus vestrum paternum affectum[h], ut vestris[i] ad nos destinatis litteris manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui praedicta[k] recte[l] confitentur, suscipit[m] vestra[n] sanctitas[n] et eorum, qui Iudaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat[o]. Et rursus[4]: Petimus, inquit[p], vestram beatitudinem orare pro nobis et Dei nobis adquirere[q] providentiam. Non hoc dicit Constantinus, qui Dono[r] papae scribens etiam iurando benignitatem et honorem circa sedem exhibet apostolicam in his verbis[5]: Per Deum[s], inquiens, omnipotentem, non est apud nos partis cuiuslibet favor[t], sed aequalitatem utrisque partibus conservabimus[u], nullatenus necessitatem facientes in quocumque capitulo[v] eis, qui a vobis diriguntur quoquomodo, sed et omni honore cum competenti munificentia et susceptione dignos eos habebimus; et si quidem utrique convenerint, ecce bene, sin autem minime convenerint, iterum cum omni humanitate[w] eos ad vos dirigemus. Et post pauca[6]: Invitare enim et rogare possumus ad omnem emendationem et unitatem omnium Christianorum, necessitatem vero inferre nullatenus volumus. Non hoc alius Constantinus et Herene Augusti dicunt, qui ad Hadrianum papam scribentes aiunt[7]: Rogamus vestram paternam[x] beatitudinem[x], magis quidem dominus Deus rogat, 'qui vult omnes salvos fieri et in agnitionem veritatis venire', ut det se ipsam et nullam tarditatem faciat et ascendat huc. Et paulo post[8]: Si non potuerit[y], inquiunt, ascendere huc, eligat viros pretiosissimos et dirigat una cum syllabis et cetera.

1. Tim. 2, 4.

O imperator, saltem nunc non agnoscitis, quam a priorum imperatorum pietate in hac re differatis et quam vox[z] vestra ab eorum discrepet[a] divinitus inspirata modestia? Illi quippe: petimus, invitamus[b] ac[b] rogamus[b], ecce sparsim ad sedis apostolicae praesules, sed pari pietate clamant. Vos autem, quasi non mansuetudinis et reverentiae, sed solius imperii eorum heredes effecti[c] et[c] in causa pietatis illos imitari nolentes, praecepisse, iussisse ac imperasse vos, ut quosdam subiectorum nostrorum ad vos mitteremus, asseritis; et hoc ipsum vos quidem egisse nescimus, cuius instigationibus fascinati et oblivioni traditi dicitis, porro factum a vobis nulla recordatione recolimus; nusquam enim nobis tale quid iussisse vos, ni[d] fallimur, hactenus reminiscimur, nusquam vos ad tantam circa sedem beati Petri apostolorum principis irreverentiam devenisse cognovimus. Revolventes enim epistolam[9], quam tunc[10] per venerabiles episcopos[11] et

a) sectamini *F.* b) loge *E.* c) obserbantibus *E, F.* d) *corr. in* Bonefacio *B.* e) ut *E.* f) credidimus *C, E, F.* g) *om. B.* h) *post* affectum *verbum unum eras. B.* i) vestras *F* k) praedictum *B, D.* l) necte *F.* m) suscepit *E.* n) sanctitas vestra *B.* o) perfidiam *add. Iustinianus;* contemnat *B, D.* p) inquid *C, D, E.* q) acquirere *C, D, E, F.* r) *corr. in* dōno *m. rec., ut videtur B.* s) dominum *B.* t) fabor *C, D, E, F.* u) conserbabimus *E.* v) kapitulo *B.* w) humilitate *E, F.* x) beatitudinem paternam *F.* y) *man. rec. corr. ex* potuerint *B;* potuerint *D.* z) vos *C.* a) discrepat *B;* discerpet *F.* b) *desunt F.* c) efficiet *corr. F.* d) nisi *F.*

1) *Epist. Honorii ad Bonifatium I. papam (418—422); Mansi IV, 393, Hinschius, Decr. Ps.-Isidor. p. 554 sq.* 2) *Mansi VI, 94.* 3) *Epist. Iustiniani imperatoris ad Iohannem II. papam (532—535), Mansi VIII, 797; Codex Iustinianus 1, 1, 8 § 22 (ed. Krüger-Mommsen 1906 p. 11).* 4) *Ibidem § 24.* 5) *Epist. Constantini IV. imperatoris ad Donum papam (676—678); Mansi XI, 198 sq. V. etiam vitam Agathonis in Lib. pontif. ed. Duchesne I, 350 (cf. F. Thaner, Anselmi Lucensis collectio canonum (1906) I, 41 ann. 7) et Hadriani I. epist., Mansi XII, 1073 (J.-E. Reg. n. 2448).* 6) *Mansi XI, 199.* 7) *Mansi XII, 985.* 8) *Mansi XII, 986.* 9) *Hodie deperditam.* 10) *Anno 860.* 11) *Quorum nomina tradit Liber pontificalis ed. Duchesne II, 154. Cf. etiam de eis Hergenröther, l. l. I, 413 sq.*

Arsavir[a 1] gloriosum spatharium[b] miseratis, nil iussisse vos nobis, sed potius obsecrasse atque rogasse nos omnino repperimus. In quo datur intelligi, cum nunc aliter perhibeatis, aut vos oblitos eorum fuisse, quae antea miseratis, aut certe penituisse[c] pro his, quae humiliter petiveratis. 865 Sept. 28.

In tantam vero furoris habundantiam prorupistis, ut linguae Latinae iniuriam irrogaretis, hanc in epistola vestra barbaram et Scythicam[d] appellantes ad iniuriam eius, qui fecit eam; omnis enim operis derogatio ad opificis redundat iniuriam. O furorem, qui nec linguae novit parcere, quam Deus fecit, et quae inter ceteras in nomine Domini hortante apostolo 'confitetur, quia dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris' et quae[e] cum[e] Hebrea atque Graeca in titulo Domini a reliquis discreta insignem principatum tenens omnibus nationibus praedicat Iesum Nazarenum regem Iudaeorum. Quem titulum multi Iudaeorum corrumpere voluerunt, sicut vos nunc huius celeberrimae linguae temptatis insigne destruere[f], sed minime potuerunt; scriptum quippe divinitus in libro psalmorum fuerat: Ne[g] corrumpas tituli inscriptionem. Vel quia Christiani sunt, quorum linguam barbaram vel Scythicam[h] appellatis, gloriam vestram quare non pudeat, obstupescimus. Cum enim barbari omnes et Scythae ut insensata animalia vivant, Deum verum nesciant, ligna autem et lapides adorent, in eo ipso, quo[i] verum Deum colit lingua Latina, quantum barbaram vel Scythicam linguam antecedat, agnoscitur. Iam[1] vero, si ideo linguam Latinam barbaram dicitis, quoniam illam non intelligitis, vos considerate, quia ridiculum est vos appellare[k] Romanorum imperatores et tamen linguam non nosse Romanam. Ad extremum autem, si iam saepe nominatam linguam ideo barbaram nuncupatis[l], quoniam a translatoribus in Graecam dictionem mutata barbarismos generat, non linguae Latinae, sed culpa est, ut opinamur, interpretum, qui quando necesse est non sensum e sensu, sed violenter verbum edere conantur[m] e verbo[2]. Ecce enim in principio epistolae vestrae imperatorem vos nuncupastis[n] Romanorum et tamen Romanam linguam barbaram appellare non veremini. Ecce cotidie, immo vero in praecipuis festivitatibus inter Graecam linguam veluti quiddam[o] pretiosum hanc, quam barbaram et Scythicam linguam appellatis[p], miscentes, quasi minus decori vestro facitis, si hac etiam non bene ac ex toto intellecta in vestris obsequiis ac officiis non utamini. Quiescite igitur vos nuncupare Romanorum imperatores, quoniam secundum vestram sententiam barbari sunt, quorum vos imperatores esse asseritis. Romani quippe hac lingua, quam barbaram vos et Scythicam vocatis, utuntur. Quiescite iam utpote tantae detestationis dictionem in vestro palatio memorare[3] et adhuc, si pleniter illam execramini, etiam ab ecclesiis vestris removere satagite. Istius

Phil. 2, 11. cf. Ioh. 19, 20. 21. cf. Ps. 56, 1; 57, 1; 58, 1.

---

a) Assabir *B, D;* Arsa uir *F.* b) spatarium *C.* c) poenituisse *D, E.* d) Sciticam *C, E;* Scithicam *F.* e) quecumque *F.* f) desastruere *F.* g) nec *corr. E.* h) Scithicam *hic et infra C, E, F.* i) quoque *F.* k) appellari *D.* l) nunc cupatis *E, F.* m) *ss. corr. al. m. B;* conatur *C, D, E, F.* n) nuncupatis *F.* o) *corr. ss. ex* quidam *E;* quidam *F.* p) appellabas *F.*

1) *De hoc nomine et viro cf. Hergenröther I, 413 cum ann. 37.* 2) *Cf. ad haec et sequentia Ludowici II. imperatoris epist. in Chronic. Salern., MG. SS. III, 524 l. 18 sqq. — K. Brandi, 'Der byzantinische Kaiserbrief aus St. Denis' in 'Archiv für Urkundenforschung' I, 62 sq. (1908). H. Steinacker, 'Die römische Kirche und die griechischen Sprachkenntnisse des Frühmittelalters' in 'Festschrift Theodor Gomperz dargebracht zum siebzigsten Geburtstage' (1902) p. 339.* 3) *In his se aperire Anastasium bibliothecarium pro certo habemus. Cf. eius prologum ad Nicolaum papam (Migne, Patr. lat. LXXIII, 339 sq.):* — — nec Graecorum idiomata nec eorum ordinem verborum sequi potui vel debui. Non enim verbum e verbo, sed sensum e sensu excerpsi. *Similia invenies in eiusdem praefationibus ad translationes septimae et octavae synodorum (Migne, Patr. lat. CXXIX, 195. 18), in epistolis ad Karolum Calvum et Iohannem diaconum (Migne, Patr. lat. CXXIX, 737. 739. 558). Cf. etiam supra ep. n. 87 (p. 453 cum ann. 2). Lapôtre, De Anastasio bibliothecario p. 111 cum ann. 3. V. praeterea iam Hieronymum in praefatione in librum Iudith confitentem (Migne, Patr. lat. XXIX, 40 sq.):* — — magis sensum e sensu quam ex verbo verbum transferens. 4) *De usu latinae linguae apud Graecos cf. Hergenröther, l. l. I, 300 sqq. Steinacker, l. l. Krumbacher, 'Geschichte der byzantinischen Litteratur'* [2] *(1897) p. 3 sq.*

865 Sept. 28. enim dictione linguae Constantinopolitana ecclesia lectionem apostolicam et evangelicam in stationibus fertur primitus recitare sicque demum Graeco sermone propter Graecos utique ipsas lectiones pronuntiare; sed quia tantum haec impietas ecclesiae Constantinopolitanae hactenus defuisse putatur, ut tota ibidem nequitia suppleatur[a]: hoc restat a vobis solummodo perficiendum[b 1]. Verum de hoc nos[c] respondisse sufficiat, non tam iniuriam linguae defendere procurantes quam mutatae mentis vestrae inconstantiam exaggerantes.

Ceterum dicitis non ideo ad nos misisse vos, ut secundum iudicium Ignatius sustineret. Ad quod veraciter respondemus: ideo vos misisse procul dubio, quia[d] posterior hoc probat eventus[e]. Nisi enim[f] voluissetis, nec id fieri sineretis. Immo nos[e], ut verius dicatur, non ideo misimus, ut interim quodlibet Ignatius frater et coepiscopus noster subiret iudicium, sed ut causa illius diligenter investigata et ad liquidum reperta iuxta
Iob 29, 16. illud beati Iob dicentis: 'Causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam' plena nobis ac incunctanti relatione patesceret[2] sicque demum iuxta sacros canones[3] missorum nostrorum[g] relationibus certificati, si decerneremus mittendos esse qui praesentes cum episcopis iudicarent, habentes nostram auctoritatem, a quo destinarentur[h], esset in nostro arbitrio; si vero crediderimus[i] episcopos sufficere, ut negotio terminum imponerent[k], faceremus quod sapientissimo iudicio iudicaremus. Si autem Ignatius, ut fertis, iam iudicatus erat[4],
cf. Nah. 1, 9 sec. Septuag. quamobrem illum secundo iudicio subici voluistis contra illud, quod scriptum est: Non[5] iudicabit[l] Deus[m] bis in id ipsum? Sed in hoc manifeste datur intellegi[n] non vos bonam conscientiam gessisse, quando iterato illum ad tribunalia concilia pertraxistis, sed quasi non perfecte neque legitime depositum praesentia missorum nostrorum[o] tamquam maioris auctoritatis existentium damnationi[p] subicere contendistis.

Dicentes vero, quod synodice fuerit condemnatus, fortasse quia non addidistis canonice, divinitus actum est. Congregatio enim malignantium, non canon iuste iudicantium illum damnationi subegerat, immo[q] vero[q] afflictioni et[r] tribulationi subdiderat. Etenim illi, qui tunc convenerunt contra iam dictum venerabilem virum, aut suspecti et ab heri et nudiustertius inimici eius erant[6] aut excommunicati aut depositi aut subiecti ipsius aut certe inferioris dignitatis extiterunt. Quorum omnium nullus personam legitimorum iudicum[s] habere sine dubio poterit vel accusatorum[t] in omnibus dumtaxat negotiis. Quae singillatim[u] Deo docente ac summatim omnia ita se habere monstrare conabimur.

Igitur quia[7] suspecti et inimici[v] iudices esse non debeant, et ipsa ratio dictat[w] et plurimis probatur exemplis. Nam quid[x] gratius[y] et amabilius dare quis inimico potest, quam si ei ad impetendum commiserit, quem laedere forte voluerit? Quod provide Constantinopolitana synodus[8] canonum suorum sexto dinoscitur prohibere kapitulo[z], quod tamen non apud nos invenitur[a], sed apud vos haberi perhibetur. Verum

---

a) supplicatur *F.* b) perfaciendum *F.* c) *om. F.* d) *om. C.* e) eventus — nos *desunt C.* f) eum *B, D.* g) nostrum *E.* h) destinerentur *F.* i) crederemus *B, D;* credideremus *E, F.* k) inponerent *B.* l) iudicat *B.* m) dominus *D, E, F.* n) intellegit *C.* o) nostrum *E.* p) *al. m. corr. ex* damnationis *B;* damnationis *D.* q) Iā mouero *F.* r) ex *D.* s) iudicium *C.* t) accasatorum *D.* u) sigillatim *F.* v) inimicis *E.* w) dicta *E.* x) *corr. ex* quod *E.* y) gratis *F.* z) capitulo *D, F.* a) inventum *C.*

1) *Ad haec conferas quae duobus post saeculis Leo IX. papa (1048—1054) similia Graecis obiciet (C. Will, Acta et scripta quae de controversiis ecclesiae Graecae et Latinae s. XI. composita extant [1861] p. 78, Mansi XIX, 649 c. 23; J.-L. Reg. n. 4302):* Quod si contradicitis, ad quid vestro imperatori Latinae laudes et in ecclesia Graecis recitantur Latinae lectiones? 2) *V. supra ep. n. 82 (p. 436), ep. n. 85 (p. 443 sq.).* 3) *Cf. conc. Sardicense c. 7; Mansi III, 24 sq.* 4) *In synodo Constantinopolitana a. 858—859 habita.* 5) *Cf. can. apostol. c. 25 (Mansi I, 53).* 6) *In Ps.-Anacleti decr. c. 35 (Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 84; J.-K. Reg. n. 4) secundum S. Ambrosii ep. 5 (Migne, Patr. lat. XVI, 892) leguntur haec:* Accusatores autem et testes esse non possunt, qui aut hesterno et nudiustertius die inimici fuerint. *Cf. etiam Ps.-Fabiani decr. c. 13 (Hinschius p. 162).* 7) *Cf. Decr. Grat. c. 15 C. 3 q. 5.* 8) *Haec est synodus Constantinopolitana a. 382 congregata; cf. Hefele, 'Konziliengeschichte' II², 13 sq. 24 sqq. Hergenröther, l. l. I, 562 ann. 51.*

novimus nos, apostolicis imbuti documentis, etiam sententiis uti paganorum; quanto magis Christianorum atque catholicorum et contra ipsos, quorum nec vitam sequimur nec mentem erroneam imitamur! Denique apostolus[1] Paulus de libris paganorum aliqua in suis scriptis posuit, ut est illud ad Titum: 'Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres cupidi.' Et iterum in actibus apostolorum cum[a] de[a] Deo[a] dixisset[a]: 'In quo vivimus, movemur et sumus', ilico[b] subiunxit: 'Sicut et quidam vestrum poetarum dixerunt: Ipsius enim et genus sumus[b].' Numquid[1] ideo etiam cuncta recipienda sunt, quae cum his pariter sunt prolata? Ait autem praedictus canon[2]: Quoniam multi ecclesiasticum ordinem confundere ac subvertere volentes amore inimicitiae et calumniose causas quasdam contra dispensatores ecclesiarum horthodoxos episcopos confingunt, nihil aliud quam fedare sacerdotum existimationes et turbationes[c] pacatorum populorum[d] conficere conantes: propter quod placuit sanctae synodo episcoporum, qui Constantinopolim concurrerunt, ne sine discussione admittantur accusatores nec omnibus praecipiatur accusationes facere contra dispensatores ecclesiarum. 865 Sept. 28. Tit. 1, 12. Act. 17, 28.

Veniamus ergo et ad sanctam Chalcedonensem synodum[3] et, quid nobis de[e] Athanasio[e] Perrhenorum[f 4] episcopo referat, audiamus[5]. Is enim antistes tertio evocatus ad synodum, quia non occurrit, a patriarcha suo[6] canonice condemnatus extiterat; sed solum, quia, cum vocaretur ad synodum, quod inimicus[g] suus[g] esset ipse qui iudicabat, clamavit, a sancta Chalcedonensi[h] synodo ad causas illatas sibi examinandas reservatur et, nisi denuo convincatur[i], recipere ecclesiam propriam iudicatur. O si Athanasius a patriarcha suo depositus, quia de inimicitia ipsius conquestus est, iterato ad iudicium renovandum dirigitur et, nisi manifesta sibi officiant crimina, suae reddi ecclesiae praecipitur, quanto magis Ignatius, qui non a patriarcha, sed ipse potius existens patriarcha minime debuit ecclesia propria inimicis et suspectis iudicibus decernentibus expoliari! Quod quamvis factum sit, multo magis quam Athanasius inimicorum[k] soluto iudicio sua oportuerat ab ecclesia recipi.

Veniat et facundissimus noster papa Gelasius, hereticorum expugnator fortissimus, et quod de Constantinopolitanis more solito tunc aegrotantibus dixit etiam nunc[1] nobis edisserat[7]: Quaero, inquit[m], tamen ab his, iudicium quod praetendunt, ubinam possit agitari[n]: an apud ipsos, ut idem sint inimici testes et iudices? Sed[o] tali iudicio nec humana debent committi negotia. Quodsi iudicio, ubi idem sunt inimici qui iudices, nec humana debent committi iudicia, quanto minus divina, id est ecclesiastica! Qui sapiens est intellegat. cf. Ier. 9. 12. Et revera[p] hinc Iustinianus imperator pius legibus suis promulgasse dinoscitur dicens[8]: Liceat ei, qui suspectum iudicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium recurratur. Nam quodammodo naturale est suspectorum iudicum[q] insidias declinare et inimicorum iudicium semper velle refugere. Hinc sanctus Athanasius[9] inimicorum saepe declinavit insidias; hinc sanctus Iohannes[10] os aureum concilii[11] contra se congregati renuit[r] intrare collegium; quinimmo hinc psalmista David et Helias eximius prophetarum Saulis vel Achab refugiunt prorsus insaniam. cf. 1. Reg. 21, 10. cf. 3. Reg. 19.

---

a) de Deo ait *C, D, E, F.* b) ilico — sumus *desunt C, D, E, F.* c) conturbationes *B.* d) *om. B, D.* e) dethanasio *F.* f) Pirrhenorum *D.* g) suus inimicus *C.* h) Calcidonensi *C;* Calchedonensi *E.* i) convincantur *E.* k) *sequentia desunt usque ad* centum quinquaginta *(infra p. 462 l. 21), uno folio codicis, ut opinamur, deperdito F.* l) *om. C.* m) inquid *C, E.* n) agritari *D.* o) et *add. C, D.* p) revereatur *corr. ex* reverat *B; ras. corr. ex* reveratur *D.* q) iudicium *D.* r) *al. m. corr. ex* rennuit *B.*

1) *Cf. Gelasii I. tom. de anathematis vinculo, Thiel, Epist. Rom. pontif. gen. I, 559, Mansi VIII, 88 sq. (J.-K. Reg. n. 701).* 2) *Haec versio aliunde ignota est. Cf. Mansi III, 559—562. Hefele, l. c. II², 24.* 3) *A. 451 celebratam.* 4) *'Perrha'; v. Gams, Series episcopor. p. 436.* 5) *Cf. conc. Chalcedon. act. XIV. ap. Mansi VII, 314—358; Hefele, l. c. II², 499 sqq.* 6) *Domno Antiocheno.* 7) *In commonitorio ad Faustum magistrum, Mansi VIII, 19, Hinschius, Decr. Pseudo-Isid. p. 639 (J.-K. Reg. n. 622).* 8) *Cod. Iustinianus 3, 1, 16 (ed. Krüger-Mommsen 1906 p. 122).* 9) *Scriptor ecclesiasticus († 373).* 10) *Chrysostomus (= os aureum) † 407.* 11) *Significatur synodus 'ad quercum' habita a. 403; cf. Mansi III, 1141 sqq. Hefele, l. c. II², 89—93. Hergenröther, l. c. I, 40 sq.*

865 Sept. 28. Quod[1] autem hi[a], qui a iam fato fratre et comministro nostro Ignatio depositi, excommunicati vel anathematizati fuerant, nullam[b] adversus eum intorquere damnationem potuerint, ex prolato secundae universalis synodi kapitulo[c] declaratur, cum dicitur[2]: Si vero ecclesiasticum fuerit crimen, quod episcopo illatum extiterit, tunc probari oportet accusantium personas, ut primo quidem hereticis non liceat accusationes contra horthodoxos episcopos pro ecclesiasticis negotiis facere. Sed ne hos hereticos esse denegetis, audite sequentia: Hereticos autem, inquiunt, dicimus tam eos, qui olim ab ecclesia proiecti sunt quam qui post haec a nobis anathematizati sunt. Porro si adhuc nec sic creditis, audite quod subditur[3]: Praeter hos autem, aiunt, et eos, qui fidem quidem sanam simulant confiteri, schismaticos etiam et eos, qui seorsum a communicantibus nobis episcopis collectas faciunt. Deinde vero et, si quidam ab ecclesia super causis quibusdam reprehensi fuerint et proiecti[d] aut excommunicati, sive ex clero sive ex laicali ordine, nec his licere accusare episcopum, antequam proprio crimine primitus exuantur. Similiter autem et eos, qui sub accusatione priori consistunt, non ante esse acceptabiles in accusationem episcopi aut aliorum[e] clericorum, quam innoxios semetipsos illatorum sibi ostenderint criminum. Quid[f] autem periculi regulae huius immineat contemptoribus, non ignoratis.

Praeterea quis de consedentibus ibidem non de praedictis extitit hereticis atque schismaticis? Nonne Gregorius[4] Syracusanus millies condemnatus[g]? Nonne Eulampius[5], Petrus[6], item Petrus[7], qui pro nefandis actibus suis et ore confessis[h] depositionem, deinde anathema[i] inciderunt, et alii[k], quos enarrare longissimum est? Ecce quales inter ceteros erant, qui contra praefatam regulam[8] centum quinquaginta[l] patrum os contra venerandum patrem suum aperire non sunt reveriti. Et, cum essent ligati, ligare et, cum essent mortui et in suis penetrabilibus iam fetidi, virum per totum mundum redolentem mortificare conati sunt et malae opinionis nidoribus aspergere[m] temptaverunt.

Sed iterum videte Romanae sedis pontificem a vobis quidem derogatum, sed a[n] totius christianitatis unanimitate veneratum et magnae synodi Ephesenae[9] praesulem Caelestinum[o], quid censeat de his, qui depositi et excommunicati a Nestorio[10] fuerant, postquam[p] depositus coram oculis summi arbitris iam esse credebatur, et multo magis hoc de fratre et consacerdote nostro Ignatio esse censendum arbitramini, qui non a praelato quolibet, sicut isti, sed a se deiectis talia pertulit[q]. Ait[11] enim episcopis[r] Orientalibus scribens[12]: Si quis vero aut ab episcopo Nestorio aut ab aliis, qui eum sequuntur, ex quo talia praedicare coeperunt, vel excommunicatus vel exutus est seu antistitis[s] seu clerici dignitate, hunc in nostra communione et durasse et durare manifestum est; nec iudicamus eum remotum, quia non poterat quemquam eius removere sententia, qui se iam praebuerat ipse removendum. Item idem ad clerum Constantinopolitanum: Aperte[13], inquit[14], sedis nostrae sanxit auctoritas nullum sive episcopum sive clericum seu professione aliqua Christianum, qui a Nestorio vel eius similibus, ex quo talia praedicare coeperunt[t], vel loco suo vel communione deiecti sunt, vel deiectum vel excommunicatum videri, sed hi[u] omnes[u] in nostra communione et

---

a) hii *E.* b) nullus *B.* c) capitulo *C, D, E.* d) proiec *D.* e) laicorum *C.* f) Quod *E.* g) condempnatus *C, E.* h) confessus *B, D.* i) anathama *D.* k) aliis *B, D.* l) *hic pergit F, cf. supra p. 461 l. 41 sq.* m) aspergeret *C.* n) *suprascr. E; om. F.* o) Celestinum *C.* p) postqua *D.* q) intulit *B.* r) episcopus *D.* s) antistis *E.* t) ceperant *F.* u) *ss. al. m.* ii omnes *pro* iohs *F.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 2 C. 4 q. 1.* 2) *Cf. Mansi III, 562. Neque autem hoc capitulum ad universalem synodum a. 381. pertinet, sed ad synodum a. 382; cf. supra p. 460 ann. 8, p. 461 ann. 2.* 3) *Cf. ibidem.* 4) *Cf. supra p. 452 ann. 2.* 5) *Apamensis episcopus. Cf. Hergenröther, l. c. I, 359. 366. 380.* 6) *Miletanus episcopus, deinde Sardensis metropolita, cf. Hergenröther, l. c. I, 359. 380. 383 ann. 45. 403.* 7) *Quam sedem obtinuerit hic alter Petrus, ignoro.* 8) *Sentit Nicolaus illud c. 6 synodi Constantinopolitanae; v. supra p. 460 l. 34 sq. cum ann. 8, p. 462 ann. 2.* 9) *A. 431. celebratae.* 10) *Patriarcha Constantinopolitano (428—431).* 11) *Cf. Decr. Grat. c. 35 C. 24 q. 1.* 12) *Mansi IV, 1050; J.-K. Reg. n. 373.* 13) *Cf. Decr. Grat. c. 36 C. 24 q. 1.* 14) *Mansi IV, 1046; J.-K. Reg. n. 375.*

fuerunt et hucusque perdurant; quia neminem vel deicere vel removere poterat[a], qui praedicans talia titubabat. 865 Sept. 28.

Intellexistisne, imperator, ex[b] superius[b] memoratis non potuisse, ut non dicamus[c] praelatum suum, saltem quemlibet removere, qui fuerant olim ipsi remoti, nec[d] deicere[e] quemquam iam ante prostrati[df]? Ad infirmandam quoque sententiam damnatorum etiam illud valere credimus, quod sancta synodus ad praelatum[g] papam quae apud se gesta sunt referens[1] pro Iohannis Antiocheni[h] amputanda[i] antistitis[2] exaggerata praesumptione quosdam eorum, qui contra sanctum Cyrillum[3] et Memnonem[4] latrabant, sine civitatibus vacantes autem et ecclesias non habentes, alios vero ante multos annos pro acerbis[k] causis depositos a suis metropolitis[l] inter alios plurimos fuisse suggessit. Quibus per omnia vestrates[m], ut ita dicamus, depositores Ignatii comparari plurima ex parte non inmerito possunt. Ibi namque et sine sedibus et vagi atque pro suis acerbis facinoribus a[n] propriis[n] metropolitis inventi sunt episcopatu privati, ibi etiam communione extorres et anathematis damnationis[o] consortes[p] fuisse probantur. Unde miramur[q 5], quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sint, cum secundum apostolicos canones[6] sine commendaticiis[r] litteris in communione sola recipi prohibeantur. Absurdum etenim est[s], ut, cui non licet etiam cum minimis[t] iuxta[t] sacras regulas communicare, liceat penes vos etiam de maioribus iudicare.

Sed iam de hoc plenissime, Deo auxiliante, dicamus et, quod a subiectis suis praelatus non debeat sui dispendium perpeti aut calumniis impeti, demonstremus. Quod quia Ignatius frater[u] et coepiscopus noster inique pertulit, omni lamentatione plorandum est. Et certe patres a filiis honorari non solum divinis, verum etiam humanis legibus praecipiuntur; et si hoc carnales, quanto potius spiritales digna penitus a filiis debent veneratione potiri[v]? Quanto enim spiritus[w] carnem praecellit[x], tanto magis ea, quae sunt spiritalia, carnalibus oportet omnibus anteponi. Verum si hoc Ignatii subditi dedignati sunt adtendere, saltem scelus Iudaeorum in Christum patratum perhorruissent committere nec acuerent[y] linguas suas adversum patrem ac magistrum suum[z] ipsi[a] sicut serpentes[7] nec esset gladius in labiis eorum[b] nec fierent dentes eorum arma et sagitta et lingua eorum machera acuta, formidantes scilicet, ne de se Salomon sapientissimus dixisse videretur: 'Generatio, quae patri[c] suo maledicit', et rursus: 'Generatio, quae pro dentibus gladios habet[d] et commandit[e] molaribus[f] suis', et iterum: 'Oculum, qui subsannat patrem, effodiant eum corvi de torrentibus et comedant eum[g] filii aquilae[h].' Denique si Cham videns patris[i] verenda risit potius quam, ut ceteri, cooperuit, maledictionem in filio percepisse legitur, quanto potius hi, qui verecundiam patris non solum, si quaelibet fuit, minime cooperuerunt, sed et riserunt et falso ad subsannationem[k] sui moris homines provocaverunt atque, quod est deterius, patenter contra ipsum de pharetra iniquitatis suae sagittam iudicii produxerunt. Non sic econtra filii sobrii, non sic, sed aversi operuerunt[l]. Quod moraliter egregius[m] doctor papa Gregorius interpretatus ait[8]: Aversari dicimus quod reprobamus. Quid est ergo, quod filii verecunda[n] patris

cf. Exod. 20, 12. cf. Ps. 56, 5. Prov. 30, 11. 14. Prov. 30, 17. cf. Gen. 9, 22. 25. cf. Gen. 9, 23.

---

a) poterit *D.* b) ex uperius *D.* c) dicatis *B, D.* d) nec — prostrati *desunt F.* e) decere, *ras. post* d *D.* f) praelati *E.* g) praefatum *F.* h) Anthioceni *C.* i) iam putanda *B.* k) acervis *hic et infra C, E, F.* l) metropolis *E.* m) usates *F.* n) aprobriis *E.* o) damnatis *C.* p) consorte *E.* q) miraramur *F.* r) commendatitiis *B;* commendatitis *ras. corr. D.* s) erit *B, D.* t) nimis iusta *F.* u) fratrem *E.* v) poteri *E.* w) $\overline{\text{eps}}$ *F.* x) procellit *D.* y) *al. m. corr. ex* acuere *B;* acuer̄ *F.* z) ut *add. B, D, F.* a) *corr. ex* ipsis *D.* b) illorum *B, D.* c) patre *C.* d) habent *F.* e) *corr. ex* commandat *D.* f) moralibus *C;* malaribus *F.* g) illum *C, D, E, F.* h) aque *D.* i) patri *C, E.* k) subsannatione *D.* l) cooperuerunt *B.* m) gregis *F.* n) *corr. ex* verecundia *B;* verecundia *D, E.*

1) *Cf. epist. synodi Ephesinae a. 431. ad Coelestinum papam, Mansi V, 645.* 2) † *441.* 3) *Patriarcham Alexandrinum († 444).* 4) *Ephesinum metropolitanum.* 5) *Cf. Decr. Grat. c. 37 C. 24 q. 1.* 6) *Cf. can. apost. 13, 34, Mansi I, 52, 54.* 7) *Cf. Isidor. Etymol. l. XII c. 4 § 10. 11 (Migne, Patr. lat. LXXXII, 443).* 8) *Gregorii M. Moral. lib. XXV c. 16 [vet. 22] § 37, Migne, Patr. lat. LXXVI, 345 sq.*

865 Sept. 28. superiecto dorsis pallio aversi venientes operiunt, nisi quod bonis subditis sic praepositorum suorum mala displicent, ut tamen haec ab aliis occultent? Operimentum aversi deferunt, quia diiudicantes factum et venerantes magisterium nolunt videri quod tegunt.

Sed haec dicentes nolite[1] nos aestimare cuiuscumque proximorum nostrorum, quae sunt digna reprehensione, velle defendere, sed quod ita velimus[a] filios circa spiritalem patrem et discipulos erga magistrum devotos ac sobrios esse[b], ut nulla penitus[c] temeritate ad eorum vitam, ut non dicamus, diiudicandam, sed nec saltem tenuiter reprehendendam prosiliant. Quoniam docente praelato papa in libro regulae pastoralis[2] admonendi sunt subditi, ne[d] praepositorum[e] suorum vitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter videant[f], ne, unde recte mala redarguunt, inde per[g] elationis[g] inpulsum in profundiora mergantur. Admonendi sunt[d], ne, cum culpas praepositorum considerant, contra eos audaciores fiant, sed sic[h], si qua valde sunt eorum prava, apud semetipsos diiudicent, ut tamen divino timore constricti ferre sub eis iugum reverentiae non recusent. Quod melius ostendimus, si David
cf. 1. Reg. 24, 4–8. factum ad medium deducamus. Saul quippe persecutor cum ad purgandum ventrem speluncam fuisset ingressus, illic cum viris suis David inerat, qui iam tam longo[i] tempore persecutionis eius[k] mala tolerabat; cumque eum[l] viri sui ad feriendum Saul incenderent, fregit eos responsionibus[m], quia manum mittere in christum Domini non deberet. Qui tamen occulte surrexit et oram clamidis eius[n] abscidit. Quid enim per Saul nisi mali rectores, quid per David nisi boni subditi designantur? Saul igitur ventrem purgare est pravos praepositos conceptam in corde malitiam usque ad opera miseri odoris extendere et cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo[o] monstrare. Quem tamen David ferire metuit: quia piae[p] subditorum mentes ab omni se peste obtrectationis abstinentes praepositorum vitam nullo linguae gladio percutiunt[q], etiam cum de inperfectione reprehendunt; qui, etsi quando pro infirmitate sese[r] abstinere vix possunt, ut extrema[s] quaedam atque exteriora mala praepositorum, sed tamen humiliter, loquantur, quasi oram[t] clamidis silenter incidunt, quia videlicet, dum praelatae dignitati saltem[u] innoxie[v] et latenter derogant, quasi regis[w] superpositi vestem fedant[x], sed tamen ad[y] semetipsos redeunt seque vehementissime
1. Reg. 24, 6. vel de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Unde bene et illic scriptum est: 'Post haec David percussit cor suum, eo quod abscidisset oram clamidis Saul.' Facta quippe praepositorum oris gladio ferienda[z] non sunt, etiam[a] cum recte reprehendenda[b] iudicantur. Si quando vero contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est, ut per afflictionem poenitentiae cor prematur[c], quatenus ad semetipsum redeat et, cum praepositae potestati deliquerit, eius contra se iudicium,
cf. Rom. 13, 2. a quo sibi praelata est, perhorrescat. Nam cum praepositis delinquimus, eius ordinationi, qui eos nobis praetulit, obviamus. Unde Moyses quoque cum contra se et Aaron conqueri populum cognovisset,
Exod. 16, 8. ait: 'Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.'

Hinc etiam praedicator veritatis Paulus apostolus subditis suis et quibus Christi
1. Cor. 4, 3. **evangelium praedicabat dicit[d]: 'Mihi autem pro minimo est, ut a vobis iudicer.' Hinc Xystus[e] apostolicae sedis antistes[f] Euphimium[g] episcopum dampnasse discribitur[h] 3, nihil**

---

a) velim *C, E.* b) et *add. D.* c) *hic et infra corr. ex* poenitus *B.* d) ne — sunt *(infra l. 11) desunt B.* e) propositorum *C, E, F.* f) vident *E, F.* g) p̄lationis *F.* h) *om. C.* i) longe *C.* k) *om. E.* l) *deest B.* m) *corr. in* resposisionibus *F.* n) *om. B.* o) exsequendo *B.* p) pie *F.* q) percitiunt *D.* r) esse *E.* s) extremo *(?) B.* t) horam *C;* ora *E.* u) saltim *C.* v) innoxiae *C, E, F.* w) regi *F.* x) foedant *C.* y) a *E.* z) *ras. corr. ex* feriendam *D.* a) etia *D.* b) reprehenda *D.* c) praematur *C, E, F.* d) dicens *F.* e) Sixtus *C;* Xistus *E;* Syxtus *F.* f) *al. m. corr. ex* antestis *B.* g) Euphemium *hic et infra D.* h) describitur *B;* disscribitur *C;* desscribitur *E.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 5 D. 21.* 2) *Gregorii M. Liber reg. pastor. III c. 4, Migne, Patr. lat. LXXVII, 55 sq.* 3) *Cf. Gesta de Sixti papae III. (432—440) purgatione et Polychronii Hierosolymitani episcopi accusatione c. 8; Mansi V, 1171, Coustant, Epistolae Romanorum pontificum I, Append. p. 121 (cf. p. 111 sqq.). — De hoc et aliis nonnullis fontibus apocryphis in hac epistola infra allegatis cf. Maassen, 'Geschichte der Quellen und der Litteratur des kanonischen Rechts' I, 411 sqq.; quos ex parte ab uno eodemque auctore confectos esse demonstravit Coustant, l. c. I, p. LXXXIV sq., App. p. 27, 115 sq.*

aliud in depositione illius obiciens, nisi quod Polychronium[a] Hierosolymitanum[b] episco- 865
pum pontificem suum accusaverit. Et quidem[a] Polychronius[c] a legatis sedis apostolicae, Sept. 28.
eo quod sedem Hierosolymitanam[d] primam esse mendaciter affirmabat et per simoniacam[e] heresim ordinationes fecisse probatus est, ecclesiae privatus est gubernaculis et urbe[f] reiectus. Sed et Euphimius nihilominus, quia[g] hunc praesumptiose[h], licet veraciter[i], accusaverat, dampnationi[k] a synodo subactus[1] est et, quoniam linguam suam contra sibi praelatum erexerat, anathema suscepit, adeo ut Leo ecclesiae Romanae diaconus ei diceret[1]: Ex te enim dampnaberis[m], quoniam pontificem, qui te consecravit coepiscopum, condemnabas[n] et accusabas. Qui cadens in terra[o] ante omne concilium episcoporum ibi confitebatur se peccasse[p], Abundio episcopo, misso ab urbe Roma, dicente: Non licet quemquam[q] accusare pontificem suum, quoniam iudex non iudicabitur. Quo audito Valentinianus[2] Augustus, sicut apud nos scriptum habetur[3], cuius vos in hoc imitatores esse debetis, gavisus[r] est in dampnatione episcopi Euphimii, qui extitit accusator Polychronii pontificis sui. Consonat autem huic necessariae sententiae sanctus Silvester et magni Constantini baptizator Augusti dicens[4]: Neque ab Augusto neque ab omni clero neque a regibus neque a populo iudex iudicabitur. Haud[s] dubium, quin ecclesiasticus.

Pelagius quoque praesul apostolicus cuidam regi Francorum scribens hinc dicit[5]: Cum celsitudini vestrae multa dona misericordia divina[t] contulerit, pro amore tamen, quem ecclesiae eius sinceriter exhibetis, fecit vos multis regnantibus clariores, quoniam inter alias regni vestri curas pro tranquillitate sanctae ecclesiae praecipuam sollicitudinem vos certum est exhibere. Quae cum ita sint[u], miramur, quia, quantum nobis praesentium portitorum suggestio patefecit, passi estis subripi vobis et Sapaudum fratrem et coepiscopum[v] nostrum, Arelatensis civitatis antistitem[w], cuius ecclesia in regionibus Gallicanis primatus privilegio et sedis apostolicae vicibus decoratur, ad petitionem episcopi ab ipso ordinati in iudicium sequentis civitatis episcopi, quod nulla ecclesiastica lege vel ratione conceditur, iudicandum iuberetis occurrere, ut, ipso de conculcato loci sui praeiudicio[x] conquerente[y], ille[z], qui usurpavit, necesse sit de illicita praesumptione culpari. Pro quibus Christianitatis vestrae confidentia freti paterno studio postulamus, ut, si quid tale factum est, congrua satisfactione celeriter amputetur nec ullum sui exemplum in perturbatione ecclesiarum, quas vobis Deus credidit, relinquere concedatur. Et[a] huiusmodi[b] causis sollicitam vos in reliquo decet exhibere cautelam, ne quid contra ecclesiasticas regulas petentibus concedatis; quia, quod[c] bene cognitum est religiosae menti[d] vestrae, non aliter Deo nostro recte potest regalis devotio famulari, nisi providentia eius ecclesiasticorum ordinum servetur[e] integritas.

Praeterea suavissimus pater et papa noster[f] Gregorius, de quo[g] supra diximus, clero Mediolanensis[h] ecclesiae pro eligendo sibi[i] episcopo litteris suis[k] praecipiens ait[6]: Pensantes ergo, quae cunctis expediunt, et, quem vobis gratia divina praetulerit, integerrimam semper in omnibus oboedientiam praebete[l]. Iudicari namque a vobis ultra non debet semel praelatus, sed tanto nunc subtiliter[m] iudicandus[n] est, quanto postmodum iudicandus non est. Con-

---

a) Polychronium — quidem *desunt F.* b) Hyerosolymitanum *D.* c) Polichronius *hic et infra F.* d) Ierosolimitanam *F.* e) simonicam *C, D.* f) turbe *E.* g) qui *B.* h) praesumtuose *B.* i) veraci *D.* k) *corr. ex* dampnatione *al. m. B.* l) *corr. ex* subiactus *C.* m) dampnaueris *E.* n) condempnabas *E, F.* o) terram *B, F.* p) paccasse *corr. ex* passcasse *D.* q) quenquam *hic et infra B, F.* r) gavius *D.* s) Aut *C.* t) *deest B.* u) sit *D.* v) episcopum *E.* w) *al. m. ss. corr. ex* antestitem *B.* x) praeiudicium *B, D.* y) conquirent *C;* conquirente *E, F.* z) *al. m. ss. corr. in* illum *B.* a) in *add. F.* b) huius *E.* c) de *add. D.* d) mentis *E.* e) seruatur *F.* f) nostrą *D.* g) qua *F.* h) Medolanensis *E.* i) *deest B, D.* k) *om. F.* l) *corr. al. m. ss. ex* praebere *B;* praebere *D.* m) suppliciter *B, D.* n) indicandus *B, D, E, F.*

1) *Eodem loco.* 2) *III. (425—455).* 3) *L. c., c. 9; Mansi V, 1173, Coustant, l. c. I, app. p. 122.* 4) *Conc. Roman. II. sub Silvestro I. (314—335) [spurium] c. 20; Mansi II, 631, Coustant, l. c. I, app. p. 52.* 5) *Cf. epist. Pelagii I. papae (555—560) ad Childebertum regem, MG. Epist. III, 76; J.-K. Reg. n. 948.* 6) *Gregorii M. Registr. III, 29, MG. Epist. I, 187; J.-E. Reg. n. 1233.*

865 Sept. 28. secrato autem[a] vobis Deo auctore pastori tota vos mente committite[b] atque in illo omnipotenti Domino, qui vobis hunc praetulit, deservite[c].

Quibus[1] omnibus rite collectis satis evidenter, ut opinamur, ostensum est non posse legitime subiectos de praelati sui vita iudicare nec praeter heresim cuiuscumque sit meriti temere reprehendere. Sed si adhuc placet aliquid de hoc nosse quod delectet[d], antiqui patris et venerabilis doctoris Ariopagitae Dyonisii ad Dimophilum[e] verba[2] vobis recitari praecipite, qui etiam in causa pietatis delinquentem[f] sacerdotem nefas sancit a minoribus vel ab inferioribus iudicari, ne fiat in ecclesia Dei aliquid inordinatum et status eius in aliquo confundatur.

Verum hucusque quod a suis suffraganeis atque subditis frater et comminister noster Ignatius non debuerit iudicari, sed nec facile reprehendi, breviter comprobavimus. Nunc[3] autem divina inspiratione non nos pigebit nec nobis impossibile erit ostendere vobis, si tamen audire velitis, non posse quemquam rite ab his, qui inferioris dignitatis vel ordinis sunt, iudicialibus summitti diffinitionibus. Siquidem tempore Diocletiani[g] et Maximiani Augustorum Marcellinus[4] episcopus[h] urbis Romae[5], qui postea[i] insignis martyr effectus est, adeo compulsus est a paganis, ut in templum eorum ingressus grana turis super prunas[k] poneret. Cuius rei gratia collecto numerosorum concilio[6] episcoporum et inquisitione facta hoc se idem[l] pontifex[m] egisse[l] confessus est. Nullus tamen eorum proferre in eum sententiam[n] ausus est, dum ei saepissime omnes perhiberent[7]: Tuo ore iudica causam tuam[o], non nostro iudicio; et iterum[p]: Noli, aiunt, audiri[q] in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam; et rursus: Quoniam ex te, inquiunt, cf. Matth. 12, 37. iustificaberis[r] aut ex ore tuo condempnaberis[s]; et iterum dicunt[8]: Prima sedes non iudicabitur a quoquam.

Hinc etiam superius memoratus confessor Christi Silvester fecit gradus in gremio synodi[9], ut non presbyter adversus episcopum[t], non[u] diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconem[v], non[w] acolithus[x] adversus subdiaconem[w], non exorcista adversus acolithum[y], non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem[z] Matth. 10, 24. aliquam. Neque praesul summus a quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est: 'Non est discipulus[a] super[b] magistrum.' Sed et, cum quidam tempore quodam contra Syxtum[c] papam temptassent quaedam non boni rumoris obicere et in concilio, cui Valentinianus Augustus intererat, dictum fuisset non licere adversum pontificem dare sententiam, surrexit[d] idem protinus imperator et in arbitrio praefati pontificis tribuit iudicare iudicium suum[10]. Etenim nullus pontificum minorum vel inferiorum urbium subactus iudiciis invenitur.

Unde Iohannes Antiochenus, tertiae[e] videlicet sedis episcopus, inter cetera legitur in Ephesena synodo usque ad correctionem dampnatus, quia Cyrillum Alexandrinum,

---

a) a *add. E.* b) committere *B, C, D, E; corr. ex* committe *F.* c) deservire *B.* d) delectes *F.* e) Dimopolum *C.* f) deliquentem *ex* deliquentium *ss. corr. al. m. B.* g) Dioclitiani *F.* h) episcopis *D.* i) post *D.* k) pruinas *D.* l) egisse idem *B.* m) *om. B, D.* r) sententia *D.* o) et *add. B, D.* p) ite *D.* q) *deest B, C, D, E.* r) uiuificaris *C;* iustificaueris *E.* s) condempnaueris *C, E.* t) *sequitur ras. B.* u) nec *F.* v) diaconum *B, D.* w) non — subdiaconem *desunt B, D.* x) acolothus *C;* acolitus *E.* y) acolitum *B;* acolotum *C, D.* z) accusatione *C.* a) discipulum *F.* b) supra *D, E, F.* c) Xistum *F.* d) *corr. ras. D.* e) terrę *E.*

1) *Haec sunt verba Gelasii I., v. infra p. 486 l. 16 sq. l. 40 sq.* 2) *V. epistol. Dionysii Pseudo-Areopagitae ad Demophilum monachum, Migne, Patr. graec. III, 1083 sqq.; cf. Lapôtre, l. c. p. 108 sq.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 7 D. 21.* 4) *Sequentem locum ex cod. Taurin. E. V. 44 depromptum perperam Iohanni VIII. papae (872—882) adscribit J. von Pflugk-Harttung, Acta pont. Roman. ined. II, 37 n. 75 (cf. J.-E. Reg. n. 3368).* 5) *A. 296—304.* 6) *Sinuessano [spurio] a. 303; Mansi I, 1249 sqq., Coustant, l. c. I, app. p. 29 sqq. Cf. supra p. 464 ann. 3, Hefele I², 143 sqq.* 7) *Ibid.; Mansi I, 1255, Coustant I, app. p. 32 sq.* 8) *Ibid.; Mansi I, 1257, Coustant I, app. p. 36.* 9) *Concil. Roman. II. sub Silvestro I. [spurium] c. 3; Mansi II, 623 sq., Coustant I, app. p. 47.* 10) *Cf. Gesta de Sixti papae III. purgatione c. 5; Mansi V, 1163, Coustant, l. c. I, app. p. 119. V. supra p. 464 ann. 3.*

secundae scilicet sedis episcopum, inregulariter dampnationi praesumpsit addicere, eadem venerabili[a] synodo ad Caelestinum summae sedis praesulem taliter in scriptis postulante ac dicente[1]: Indignetur ergo tua religiositas competenter pro his, quae facta sunt. Si enim data fuerit volentibus licentia[b] et maiores iniuriis sedes afficere et contra eas, in quibus non habent potestatem, contra leges sic et contra canones proferre sententias, ibunt ad ultimam confusionem ecclesiae res. 865 Sept. 28.

Deinde vero in sancta Calcedonensi[c] synodo[2], cum a iudicibus Basilio episcopo Seleuciae obiceretur, quare in dampnatione Flaviani subscripserit, et ipse responderit: Quoniam in iudicio centum viginti aut triginta episcoporum traditus necessitatem habui parere his, quae ab illis ordinabantur, et Dioscorus ad haec diceret ei: Erubescens homines praevaricatus es quod bonum est et fidem sprevisti. Non audisti quod scriptum est: Non erubescas cf. 2. Cor. 10, 8.
in ruinam tuam, praefatus Basilius episcopus respondit: Si apud iudices habuissem, martyrium[d] sustinuissem; etenim Constantinopoli ostendi fiduciam meam. A patre autem qui iudicatur, iustis[e] non utitur: filius enim patri etiam iusta[f] dicens moriatur.

Denique[3] si in epistola legimus ad Hebreos, quod minor a maiore benedicatur, cf. Hebr. 7, 7.
restat[g] profecto, ut exigente ratione etiam maledicatur[g]. Siquidem haec utique praenoscentes periculosa tempora illi, qui ante nos fuerunt, providam in ecclesiis consuetu- cf. 2. Tim. 3, 1.
dinem tradiderunt, hodie[h] quae[h] in ecclesia Romana, quae magistra est omnium ecclesiarum, inpraetermisse servatur, ita ut nullus sacerdos[i], maiore suo non innuente consacerdote, cuilibet rei[k] benedicere[l] nitatur[l]; sed et anterior stans ad pronuntiandum aliquam lectionem benedictionem quidem postulat[m], sed ei quislibet inferior non audet penitus benedicere. Cur hoc? Numquid benedicere peccatum est? Absit. De maledicis enim, non[n] benedicis, dicit apostolus, 'quia regnum Dei non possidebunt', sed per hoc 1. Cor. 6, 9.
innuitur, quantae[o] censurae freno inferiores quique ad suos[p] iudicandos praepositos coercendi[q] sunt, si his nec etiam benedicendi ius ullum penitus optineant. Et revera, ut superius ex evangelio, beato Silvestro commemorante[4], iam diximus: 'Non est discipulus super magistrum'; si[r] ad benedicendum non, quanto minus ad maledicendum! In[5] tantum autem hanc praesumptionem[s] sancti patres apud Chalcedonam[t] detestati sunt, ut Dioscorum Alexandrinum antistitem[u] inter cetera idcirco potissimum sine ulla restitutione dampnaverint[v], quia in contumacia permanens erga primae sedis Romanae privilegium resipiscere[w] a suis superstitionibus, ut servaretur a prima sede apostolica, noluit et ponens in caelo os suum et lingua eius transeunte super terram excommuni- cf. Ps. 72, 9.
cationem in sanctum Leonem papam dictavit, ita ut in[x] sententia contra ipsum prolata[y] hoc videantur memorare praecipue dicentes[6], quoniam secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit. Praesumpsit enim et excommunicationem dictare adversus sanctissimum et beatissimum archiepiscopum magnae Romae Leonem. Numquid ibi[z] legitur inquisitionem fuisse factam, utrum iuste an iniuste ipsam iam fatum[a] Dioscorum excommunicationem dictasse[b]? Non plane, sed absque omni controversia hoc in eo ulti sunt, quia, cum esset[c] inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere contumeliis, teste Anatolio[d]

---

a) venerabilis *F.* b) licentiam *E.* c) Chalcedonensi *B;* Chalchedonensi *D.* d) *corr. ex* marptyrium *B.* e) iustus *C, E.* f) iusti *B, D.* g) restat — maledicatur *desunt C.* h) *corr. in* hodie que *m. rec. B;* hodieque *C, D, E, F.* i) *om. B.* k) raei *D.* l) benedicatur *B;* benedicatur *corr. ex* benedicantur *D.* m) postu *E.* n) de *add. D, E.* o) qui antę *D.* p) vos *F.* q) cohercendi *C, E, F.* r) sed *E.* s) praesumptione *C.* t) Calcedonam *E, F.* u) *al. m. corr. ex* antestitem *B.* v) dampnabierint *D.* w) respicere *C.* x) *om. F.* y) prolatam *C, D, F;* prolatum *E.* z) *ss. corr. pro* igitur *C.* a) *corr. ex* fatam *C;* factum *F.* b) indictasse *E.* c) estset *E.* d) *al. m. ss. corr. in* Anatholio *B.*

1) *Cf. epist. synodi Ephesinae a. 431. ad Coelestinum papam, Mansi V, 647 sq.* 2) *V. Chalcedon. conc. a. 451. action. I., Mansi VI, 638. Cf. Hefele, 'Konziliengeschichte' II², 431.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 6 D. 21.* 4) *V. supra p. 466 l. 28 sq.* 5) *Cf. Decr. Grat. c. 9 D. 21.* 6) *Conc. Chalcedon. act. III., Mansi VI, 1047.*

865 Sept. 28. Constantinopolitano praesule[1], qui dicit[2]: Propter fidem non est dampnatus Dioscorus[a], sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni. Voluerunt enim in domo Dei nihil fieri praeproperum[b], nihil confusum, nihil inordinatum. Unde apte quoque in Africano concilio diffinitum est capitulo quinquagesimo tertio ita[3]: Unusquisque nostrum ordinem sibi decretum a Deo cognoscat et posteriores anterioribus deferant nec eis inconsultis aliquid agere praesumant. Et supra memoratus Gelasius papa, multarum destructor hereseon, in decretali[c] epistola[4] ad universos dicit episcopos per Dardaniam constitutos[d]: Si certe de dignitate agitur civitatum secundae sedis et tertiae, maior est dignitas sacerdotum quam eius civitatis, quae non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter metropolitanorum iura censetur. Et item idem in tomo ad Orientales episcopos[5]: Praecipue, inquiens, cum de secundae sedis ageretur antistite, nec ab inferiore qualibet, sed a prima[e] sede[e] iure possit[f] absolvi. Inferior[6] quippe potiorem absolvere non[g] potest; sola ergo potior inferiorem convenienter absolvit. Hinc liquido pervidetur[h], quia, quem non potest absolvere, non potest iudicio inferior potiorem[i] ligare.

Porro cum Theodoricus[k 7], hereseos Arrianae fece pollutus, papam Symmachum usque ad dampnationem multis hunc accusantibus impetere voluisset et quotquot potuit ex Liguria[l], Emilia[l], Valeria et ex diversis regionibus atque de Sicilia insula[m] huius rei gratia episcopos Romam colligi praecepisset[n] et his ad se venientibus dixisset[8] plura ad se de papae[o] Symmachi actibus horrenda fuisse perlata[p] et in synodi oportere, si vera esset inimicorum eius obiectio[q], iudicatione[r] constare, memorati pontifices, quibus allegandi[s] imminebat occasio, suggesserunt ipsum, qui dicebatur impetitus[t], debuisse synodum convocare, scientes, quia eius sedi primum Petri apostoli meritum vel principatus[u], deinde secuta iussionem[v] Domini conciliorum venerandorum[w] auctoritas ei singularem in ecclesiis tradidit potestatem, nec antedictae sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio. Et rursus[9]: Causas, inquiunt, Dei ipsius esse iudicio[x] committendas, qui valet[y] corpus occidere et animam mittere in gehennam, qui dicit: 'Mihi vindictam[z] et ego retribuam', apud quem conscientia[a b] nuda[b] est, cui non absconduntur occulta. Et iterum idem ipsi dicunt[10]: Quod dicebatur maiori iudicio[c] servabamus, instruentes eos, quia per nos illis Christus innotuit non esse ovium lupi insidias praevidere, sed pastoris[d]. Ad postremum vero isti[e] ipsi venerabiles praesules cum vidissent, quod non sine sui discrimine potuissent contra caput ovices[f] manus suas erigere, quicquid de saepefati[g] Symmachi sanctissimi papae actibus delatum fuerat, totum Dei iudicio reservarunt, ita ut singuli[h] quique in subscriptione sua hoc patenter indicent, cum dicunt[i 11]: Laurentius episcopus ecclesiae Mediolanensis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsi, similiter Petro episcopo ecclesiae Ravennatis et ceteris episcopis

cf. Matth. 10, 28; Luc. 12, 5.

Rom. 12, 19; Hebr. 10, 30.

---

a) Dioscurus *F.* b) *corr. ss. B.* c) decratali *F.* d) contitutos *E.* e) prime sedis *C.* f) posset *E.* g) *add. m. corr. B; deest D.* h) providetur *B.* i) pitiorem *D.* k) Theodericus *F.* l) liguriae milia *C.* m) in sua *B, D.* n) praecipisset *C, E.* o) papa *D.* p) praelata *C.* q) *corr. ex* obiectione *B;* obiectioni *D.* r) iuditione *E.* s) alligandi *B, F.* t) impietatus *D.* u) prinpatus *E.* v) iussione *B, D.* w) veneranda *B;* venerando *D.* x) iudicium *F.* y) et *add. B, D.* z) vindicta *C.* a) conscientiam *D.* b) nuda conscientia *B.* c) iudici *C, F;* iudicis *E.* d) a pastoribus *B, D.* e) *om. B, D.* f) *sic codices, i. e.* obices, *ut editiones habent.* g) se *(corr. ex* de*)* praefati *C.* h) singulis *D.* i) *corr. ss. ex* dicent *B.*

1) *A. 449—ca. 458 vel 459.* 2) *Conc. Chalcedon. act. V., Mansi VII, 103.* 3) *Codex canonum vetus ecclesiae Romanae (= Coll. Dionysio-Hadriana) ed. 1609, p. 241 c. 53; Migne, Patr. lat. LXVII, 208, Mansi III, 786 c. 86.* 4) *Mansi VIII, 59, 68, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 644; J.-K. Reg. n. 664.* 5) *Cf. Gelasii tom. de anathematis vinculo, Mansi VIII, 94, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 569 (J.-K. Reg. n. 701). — V. etiam Thiel, l. c. I, 78 n. 3.* 6) *Cf. Decr. Grat. c. 4 D. 21.* 7) *Magnus rex (493—526).* 8) *Cf. synodum Romanam a. 501 Oct. 23 sub Symmacho papa (498—514) collectam, MG. Auct. antiquiss. XII, 426 sq., Mansi VIII, 247 sq., Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 662.* 9) *Ibid., MG. Auct. antiquiss. XII, 430, Mansi VIII, 250, Hinschius, l. l. p. 663.* 10) *Eodem loco.* 11) *Ibid., MG. Auct. antiquiss. XII, 432, Mansi VIII, 251, Hinschius, l. l. p. 664.*

subscribentibus. Nimirum quoniam, sicut magnus Christi confessor Ennodius, Ticinensis episcopus[1], qui ab[a] Hormisda[b] apostolicae memoriae Constantinopolim missus[c 2] innumeras miserias a Graecorum vesania pro Christi fide et statu ecclesiae non semel pertulit, ex[d] propheta de his meminit[3]: 'Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? Aut exaltabitur serra[e] contra eum, qui trahit eam?' Isai. 10, 15. 865 Sept. 28.

His[f] ita[f] ex divina scriptura et probabilium patrum doctrina commemoratis sole clarius exhibuimus non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui maioris potestatis est, iudiciis suis addicere[g] aut propriis diffinitionibus subiugare. Verum de hoc generaliter nos hucusque dixisse sufficiat.

Ceterum, ut calamum ad Constantinopolitanos praesules specialiter extendamus, aut numquam omnino aut certe vix[h] eorum[h] aliquis sine consensu Romani pontificis reperitur[i] eiectus, qui tamen hactenus[k] inter depositos annumeretur et non ab hereticis vel tyrannis pulsus aut interemptus commemoretur. Denique, ut ex his paucos commemoremus, nonne Maximus[4], postquam multum a Damaso papa, sicut eius ad[l] diversos[l] epistolae[5] missae indicant, laboratum est, Constantinopoli pulsus est? Nonne Nestorius[6], nonne[m] Acacius[n 7], nonne Anthemus[8], Sergius[9], Pyrrus[m 9], Paulus[9], Petrus[9] sedis apostolicae discurrentibus consultationibus ac decretis eiecti sunt? Cur ergo, cum ita sit, in solo Ignatio Petri memoriam despicere[o] ac oblivioni tradere studuistis, nisi quia pro voto cuncta facere voluistis, constituentes synodum Ephesenae[p] secundae[10] crudelitate consimilem? Quamvis ibi Alexandrinus erat[11], qui cum ceteris sibi sociatis[q] compatriarchis[r] adversus sanctum Flavianum[s 12] agebat. Hic autem, ut[t] de[t] patriarchis omittamus, nec unius episcopus civitatulae aut quilibet ignotae personae adversum tantum pontificem extitit sententiae promulgator, qui non de suffraganeis et[u] subiectis eius fuit. Sed dicitis fortasse non fuisse in causa Ignatii[v] sedem apostolicam convocare necesse, quia non hunc ullus hereseos error involverat. O pietatis intuitum ita recte Deum colentis et magis suam iniuriam quam sui Dei et domini vindicantis[w]! Nonne magis oportuit circa eum magnanimitatem ostendere et regularem vos observare[x] censurant. quoniam a Deo nec per heresim nec per ullum[y] omnino schisma discessit, quam si cunctis pollens virtutibus omnipotenti minime Domino per orthodoxam fidem penitus adhaesisset?

Congregastis[z] concilium adversus eum et ad imperii[a] vestri nutum cuncti sunt famulati minores et ad votum saecularium, ut cum pace vestra dicamus, de solio imperiali descendentes cathedram praesularem, ut ita fateamur, ascendistis et pro desiderio

---

a) a *D.* b) *corr. ss. ex* ormisda *B.* c) missis *E.* d) et *B.* e) sarra *D.* f) Hista *F.* g) adicere *F.* h) visorum *C.* i) repperitur *C, E, F.* k) *corr. ss. ex* actenus *B.* l) *corr. ss. ex* adiversos *B, F;* a diversos *C.* m) nonne — Pyrrus *desunt C.* n) Accatius *E.* o) dispicere *B, D.* p) Ephenę *E.* q) sotiatis *B.* r) cumpatriarchis *E, F.* s) Fluuianum *E.* t) uide uide *C.* u) *deest F.* v) Igatii *E.* w) *corr. ead. m. ss. ex* iudicantis *B.* x) obserbare *D.* y) illum *C.* z) Congregatis *F.* a) impi *F.*

1) *A. 511—521.* 2) *V. 'indiculum' Hormisdae papae (514—523), Mansi VIII, 389 sqq., Thiel, Epist. Rom. pontif. gen. I, 748 sqq. (J.-K. Reg. n. 774).* 3) *Cf. Ennodii libellum pro synodo IV. Romana, MG. Auct. antiquiss. VII, 53, Mansi VIII, 276. — V. etiam Decr. Grat. c. 4 D. 21.* 4) *Cf. de eo Hergenröther, l. c. I, 19 sqq.* 5) *J.-K. Reg. nn. 237, 238; cf. Hergenröther, l. c. I, 22, qui ex hoc loco alias quoque epistolas Damasi (366—384) de hac causa Nicolaum cognovisse conicit (ibid. ann. 130).* 6) *428—431. Cf. Hergenröther, l. c. I, 50 sqq., qui etiam ad hunc et ad ceteros hic nominatos patriarchas paparum epistolas diligenter annotat.* 7) *471—489. Cf. Hergenröther, l. c. I, 122 sqq.* 8) *535—536. Cf. Hergenröther, l. c. I, 161 sq.* 9) *Qui quattuor — Sergius (610—638), Pyrrhus (639—641, 655), Paulus II. (641—654), Petrus (655—666) — monotheletae a sexta universali synodo, scil. Constantinopolitana III., una cum Honorio I. papa (625—638) a. 680. anathematizati sunt, cf. Mansi XI, 622. 655. Cf. de eis Hergenröther, l. c. I, 199—207; Hefele, 'Konziliengeschichte III²', 277, 283, 286.* 10) *'Latrocinali', a. 449. habitae.* 11) *Scilicet Dioscurus (444—451, † 454).* 12) *Constantinopolitanum patriarcham (c. 446—449).*

cf. 2. Par. 26, 16—18. hostium[a] eius augustalium obliti sceptrorum quendam regem Israhel[1] imitantes adversus illum sacerdotalis ministerii arripuistis officia[b], praesertim cum imperium[2] vestrum suis
865 Sept. 28. publicae rei cotidianis[c] administrationibus debeat esse contentum nec usurpare quae sacerdotibus[d] Domini solum conveniunt. Dicite, quaesumus, ubinam[3] legistis imperatores[e] antecessores vestros in synodalibus conventibus[f] interfuisse, nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quae universalis est, quae omnium communis est, quae non solum ad clericos, verum etiam ad laicos et ad omnes omnino pertinet Christianos? Vos autem non[g] solum[g] synodo in causa sacerdotis collecta interfuistis, verum etiam numerosa
cf. Isai. 47, 3. saecularium milia ad[h] videndum[h] eius obprobrium aggregastis, cum magis debueratis in hoc imitari Constantinum pium Augustum, de quo scriptum est[4], quod dixerit: 'Quia si vidissem aliquem eorum, qui religioso circumamicti sunt habitu, turpitudinem aliquam operantem, clamidem meam explicassem et cooperuissem eum, ne videretur[i] a quoquam[k].' Sed in viro[l] hoc omnia haec oblivioni[m] traduntur; fit plausus de Domini sacer-
Thren. 4, 1. dote scurris[n] et histrionibus[o]. Heu, 'quomodo obscuratum est aurum', libet cum Hieremia clamare, 'mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum.'

Deinde vero contra[5] ritum ecclesiasticum contraque venerandas leges producitur accusator de imperialibus aedibus et cui imperari potest ad falsum dicendum testimo-
cf. Ioh. 10, 12. nium adhibetur[6]. Fiunt suspecti iudices et lupi custodes et mercenarii[p] qui videbantur
cf. Ezech. 13, 5. esse pastores, non ascendentes[q] ex adverso potestatibus mundi iuxta Hiezechielem nec
cf. Ps. 54, 16. opponentes murum pro domo Domini, sed descendentes in infernum viventes, hoc est scientes. Submittitur[7] minorum, inferiorum et subiectorum deliberationibus, cum sacris canonibus praecipientibus et exemplis sanctorum patrum semper ubi est[r] maior auctoritas sit eundum et in omnibus controversiis ad potioris sedis[s] iudicia dirigatur[8]. Quod non solum a catholicis, verum etiam ab ipsis constat observatum hereticis. Alioquin acephalum liquet esse concilium, ubi de tanta[t] persona agitur et maiorum[u] non expectatur sententia, cum nec in causa clericorum inferioris gradus solius[v] episcopi sui iudicium tantummodo prestolandum sit.

Sed ne sine auctoritate canonica quicquam prosequi videamur, sancti[w 9] Chalcedonensis[x] concilii sanctiones ad memoriam reducamus, quae ita decernunt[10]: Si clericus

---

a) ostium *B*. b) officium *D*. c) cottidianis *B*. d) sacerdobus *F*. e) et *add. F*. f) conventiculis *B*. g) *desunt B*. h) videndi *B, E, F*. i) viderentur *F*. k) quoqua *D*. l) uoro *E*. m) oblivione *E*. n) *corr.* scrurris *C, D;* scrurris *E, F*. o) historionibus *E;* histruonibus *F*. p) mercennarii *C, E, F*. q) ascendentis *F*. r) et *B*. s) *vel* sedes, *corr. B*. t) tantla *E*. u) *corr. ex* malorum *B;* malorum *D*. v) soli *B;* solus *D*. w) nunc *B;* cum *C*. x) Chalchedonensis *D;* Chalcidonensis *E;* Calcedonensis *F*.

1) *Oziam.* 2) *Cf. Decr. Grat. c. 5 D. 10.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 4 D. 96.* 4) *Non invenimus verba Constantini hoc loco laudata; cf. autem quae admodum similia exstant atque ad eandem sententiam referenda esse videntur in Theodoreti Hist. eccles. lib. I c. 10, Migne, Patr. graec. LXXXII, 937 sqq., in Gelasii Cyziceni commentario actorum concilii Nicaeni lib. II c. 8 (Mansi II, 819), in Theophanis Chronographia ed. de Boor I, 23 l. 3 sq. II, 84 l. 11 sq. (Anastasii bibl. Hist. tripertita).* 5) *Cf. Decr. Grat. c. 3 C. 4 q. 4.* 6) *Hoc loco papam respicere I.: ad conc. African. c. 98 Dion.-Hadr. ed. 1609 p. 273, Migne, Patr. lat. LXVII, 223 c. 131:* Testes autem ad testimonium non admittendos ... quos ipse accusator de sua domo produxerit, *II.: ad Cod. Iustin. 4, 20, 3 (ed. Krüger-Mommsen 1906 p. 158):* Etiam iure civili domestici testimonii fides improbatur *conicit v. cl. E. Seckel.* 7) *Cf. Decr. Grat. c. 8 D. 21.* 8) *Cf. conc. Carthaginense III., Mansi III, 718, Migne, Patr. lat. LXVII, 189 c. 15 et Ps.-Iulii decr. c. 12, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 470 (J.-K. Reg. n. 196):* Placuit, ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices aecclesiasticos, ubi est auctoritas maior, fuerit provocatum, audientia non negetur. *V. etiam infra allegatum Chalcedonensem can. 9 (l. 30 — p. 471 l. 3).* 9) *Sequentia usque ad* intellegi voluit *(p. 471 l. 27) laudat Hincmarus Laudunensis, Migne, Patr. lat. CXXIV, 1022 sq.* 10) *Conc. Chalcedon. c. 9, Mansi VII, 376. De falsa, quae hoc loco fit, interpretatione illius canonis cf. Hergenröther, l. c. I, 568 ann. 92. Rocquain in 'Journal des Savants' 1880 p. 645 sq. Lapôtre, De Anastasio*

865
Sept. 28.

habet causam adversus episcopum proprium vel adversus alterum, apud synodum provinciae[a] iudicetur; quodsi adversus eiusdem provinciae metropolitanum episcopus vel clericus habet querelam, petat primatem[b] dioceseos[c] aut sedem regiae[d] urbis Constantinopolitanae. In quo hic tenor observandus[e] est, ut, si videlicet clericus aut episcopus adversus metropolitanum habet querelam[f] et tanta urguetur[g] necessitate vel si hoc grave non ferat, ubicumque sit positus, primatem dioceseos petat; quodsi iuxta Constantinopolitanam[h] urbem quisquam eorum constitutus et solius praesulis eius iudicio velit esse contentus, petat eandem regiam[i] urbem[i]. Cum enim dixisset: Petat primatem dioceseos, praeceptum posuit eadem[k] sancta[k] synodus regulamque constituit. Cum vero disiunctiva[l] coniunctione[m] addidisset[n]: Aut sedem regiae urbis Constantinopolitanae, liquet profecto, quia hoc secundum permissionem indulsit. Ergo saltem nunc non[o] videtis ad maiora semper esse properandum[p]? Et quanto magis ad potioris auctoritatis[q] iudicium tenditur querimonia, tanto adhuc amplius maius[r] culmen petendum est, quousque gradatim perveniatur ad eam sedem, cuius causa aut a se[s] negotiorum meritis exigentibus in[t] melius[t] commutatur aut solius Dei[u] sine quaestione[v] reservatur arbitrio. Quem autem primatem[w] dioceseos sancta synodus dixerit praeter apostoli primi vicarium, nullus penitus intellegitur. Ipse est enim primas, qui et[x] primus habetur et summus[y]; quae viritim[z], si locus exegerit, in subditis demonstrabimus. Ne vero moveat, quia singulari numero 'dioceseos' dictum est, sciendum est, quia tantundem[a] valet dixisse primatem[b] 'dioceseos', quantum si perhibuisset 'dioceseon'; plenae[1] sunt enim sanctae[c] scripturae tali forma locutionis. Denique scriptum est: 'Fons[d] ascendebat e terra, irrigans universam[e] superficiem terrae.' Qui enim non ait: 'Unus fons ascendebat e terra', sed ait: 'Fons autem ascendebat e terra', pro numero plurali posuit singularem, ut sic intellegamus fontes multos[f] per universam terram loca vel regiones[g] proprias irrigantes; sicut dicitur miles, et multi intelleguntur; sicut dicta[h] est locusta et rana in plagis, quibus Aegyptii[i] percussi sunt, cum esset innumerabilis locustarum numerus[k] et ranarum. Ita et hic diocesim singulariter dixit; sed hanc propter unitatem pacis et fidei pluraliter intellegi voluit. Gen. 2, 6. cf. Ps. 77, 45. 46; Exod. 8. 10.

Illud autem ridere libuit, quod quasi ad maiorem firmitatem concilium adversus Ignatium fratrem et comministrum nostrum[l] congregatum aequalis numeri cum sancta olim synodo in Nicea[m] a sanctis patribus[n] celebrata fuisse perhibetis[2]. Quodsi ideo est admittendum[o], quia[p] aequalis numeri cum sancta Nicena synodo habetur, necesse est, ut aut septimam aut octavam[q] hanc[r] synodum vocitetis[3]; necesse est etiam, ut tot in[s] stabilitate[s] illius synodos colligatis[t], quot[u] pro[v] Nicenae[w] synodi[x] sequendis decretis constat fuisse concilia congregata[y]. Quid[z] autem proficit solo numero convenientium personarum sanctam[a] synodum vos fuisse secutos et moribus hanc esse crudeliter per-

a) provintiae *hic et infra B, E.* b) primitatem *D.* c) dioeceseos *hic et infra C, E, F.* d) regis *F.* e) observandum *D.* f) querela *C.* g) *corr. in* urgetur *B.* h) Constantinopolitanum *E.* i) urbem regiam *B.* k) eandaem sanctam *D;* sancta *deest E.* l) disiunctivam *B.* m) coniunctionem *B, D.* n) addidisse *E.* o) *deest F.* p) perpetrandum *B, D.* q) ad *add. B.* r) magis *B, D.* s) sede *E.* t) immelius *E, F.* u) Deus *E.* v) quaestio non *D.* w) primatum *B; om. C;* primate *F.* x) *deest B, D.* y) sumus *E.* z) viritutim hec *B;* viritim *(corr. ex* viritutim*)* hęc *D.* a) tantunde *F.* b) primate *F.* c) scae scae *C.* d) fors *D.* e) uniumsam *D.* f) inultos *D.* g) religiones *D.* h) dictum *B.* i) egyptii *E, F.* k) numeris *D.* l) *om. E.* m) Nicena *C.* n) fratribus *C.* o) ammittendum *E, F.* p) qui *E.* q) octava *F.* r) hoc *C, D, E, F.* s) instabilitates *B; corr. ex* instabilitates *D.* t) collegatis *D, E.* u) quotquot *B;* quod *C, E;* quotquod *D.* v) per *E.* w) Nicęnę *B.* x) sinodi *B.* y) congregrata *E.* z) Quod *E.* a) sancta *D, E.*

bibliothecario p. 179 sqq. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 69 sq., 70 ann. 1. J. von Döllinger-J. Friedrich, 'Das Papsttum (München' 1892), p. 38. 376 sq. Richterich, 'Papst Nikolaus I. (Bern' 1903) p. 45 sq. — V. etiam supra ep. n. 69 p. 385.

1) *Cf. Gelasii I. tom. de anathematis vinculo, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 561, Mansi VIII, 89 (J.-K. Reg. n. 701).* 2) *V. supra ep. n. 85 (p. 445 l. 13 sqq.).* 3) *Re vera Graeci, ut illa synodus anni 861. universalis haberetur, studuerunt; cf. Hergenröther, l. c. I, 436.*

865
Sept. 28. secutos? Utinam non essent tot numero, sed tamen existerent tales meritis[a], quales
Luc. 12, 32. erant, quibus Christus[b] aiebat[c]: 'Nolite timere, pusillus grex, quia conplacuit patri meo dare vobis regnum'! Non ergo totidem praesules, sed merita non minora synodum synodo Nicenae possunt facere parilem magisque illud advertendum est, quia ibi contra unius nuncupati[d] presbiteri[1] vesaniam non solum multarum regionum pontifices, verum etiam et patriarchae praesedisse referuntur. Hic autem in patriarchae negotio non solum ullus patriarcharum, sed[e] nec ullus[f] alterius[g] dioceseos inventus est quisquam episcopus, sicut iam significavimus[2]. Numerus igitur pusillus nec obest, ubi abundat[h] pietas, nec multiplex prodest[i], ubi[k] regnat impietas[3]. Quinimmo quanto numerosior est congregatio malignorum, tanto validior est ad sectandum suorum prava votorum; nec[l]
cf. Eph. 6, 12. gloriandum est in multitudine, ubi non contra mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae certamen assumitur, sed adversus carnem et sanguinem, id est adversus homines totius belli pondus inducitur[m]. Nisi enim psalmista nosset[n] quandam[o]
Ps. 58, 12. non bonorum multitudinem, nequaquam Deo supplicando diceret: 'Disperge illos in virtute tua.' Dispersio enim minorationem[p] facit, minoratio vero abolitionem[q] generat.
cf. Ps. 48, 7. Nolite ergo gloriari in multitudine, quia non multitudo, sed causa dampnationem vel iustificationem adducit. Neque enim Ignatium[r] iustiorem dixerimus iam memorato David
Ps. 39, 13; 34, 19. rege et propheta Domini, qui dicebat: 'Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.' Sed quid de homine dicimus, cum de Deo nimirum, ex cuius persona haec psalmista dicebat, in passione[s] ipsius, sicut evangelium attestatur, tale quid nihilominus agnoscamus?

Quod autem scripsistis vos idcirco quosdam[t] nostrorum adesse voluisse, quoniam dicebamur cum expugnatoribus sacrarum imaginum concertare[4], nova profecto adinventio est. Nam apud vos praesentia[u] missorum nostrorum pro imaginibus sacris nec digne decertatum est nec inpugnatores earum[v] hactenus errare desierunt, sed sicuti usque ad illud tempus apud vos super hac causa strepitus et blasphemiae non cessarunt, ita et nunc ibidem profana praedicantur et hucusque sacrilega pronuntiantur. Unde apparet legatos nostros non causa pietatis a vobis, sed crudelitatis argumento fuisse quaesitos. Verum ad quid fuerint petiti, res ipsa declarat, videlicet, sicut iam dictum est, ut, quod de Ignatio iudicandum erat, et[w] acceptum apud omnes et fixum semper maneret[x], utpote quod tantae auctoritatis vicarii iudicassent. Nos[y] enim nec saltem tenuis rumor aspersit aliquando cum prava sapientibus sapere, quanto minus concertare! Siquidem nusquam frigidus, nusquam[z] tepidus labor sanctorum apostolicae sedis praesulum circa[a] debitam[a b] sacrarum[b] imaginum[b] reverentiam et competentem venerationem apparuit. Nec defuerunt harum inpugnatoribus decessorum nostrorum certamina, qui hoc egerunt scriptis, hoc
cf. Ioh. 12, 31. diversis laboribus, hoc etiam suis increpationibus apud mundi huius principes, ut talis error eminus pelleretur. Quamvis dixeritis non nostri eguisse[c] vos ad expugnandos hereticos pro eo, quod iam fuerit huiusmodi heresis in Nicea secundo convocata synodo[5]

---

a) merititis *C.* b) xp̄i *E.* c) agebat *B, D.* d) nunccupati *F.* e) *deest C.* f) ullus ullus *C.* g) ulterius *C;* alteriis *D.* h) habundet *C.* i) *post pag. 196 sequitur pag. 199, in textu autem nihil deest F.* k) ut *D.* l) ne *E.* m) induitur *B, D.* n) nosse *D.* o) quondam *C.* p) *corr. nonnulla verba ead. m. partim in ras., partim in marg. scribendo F.* q) aliolitionem *D.* r) Ignatiꝰ *F.* s) passionem *B.* t) quos *E.* u) est *add. C; corr. E.* v) erant *B, D.* w) *om. B, D.* x) manere *B, D.* y) nec *E.* z) nūquam *B.* a) debitam circa *F.* b) sacrarum imaginum debitam *B, D.* c) egisse *C.*

1) *Videlicet Arii.* 2) *V. supra p. 469 l. 21 sqq.* 3) *Hunc locum et infra l. 16 sq. sequentem:* multitudo — adducit *similem esse illi in ep. Gelasii ad episcopos Orientales ap. Thiel, Epist. Rom. pontif. gen. I, 310 (J.-K. Reg. n. 611):* sicut multitudo non efficit, ut falsitas non sit falsitas, ita nec parvitas efficit, ut veritas non sit veritas *annotavit Thiel, l. l. I, 310 sq. ann. 79; nobis autem Nicolaus haec non ex Gelasio haurire videtur, quamquam sensus ex parte cum eo consentit.* 4) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 569 ann. 95.* 5) *A. 787. celebrata.*

et a magno Methodio[a 1] deinde subversa, quasi non et ipsi[b] secundo[c] in Nicea collectae synodo apostolica nostra sedes praesederit[2] et prima contra male[d] sentientes spiritalem sagittam emiserit. Et rursum, quasi non et venerandae memoriae Methodius in Graecia[e] persecutione[f] fervente hic apud beatum Petrum et apud nos, ubi olim Athanasius[g], ubi[h] Paulus, ubi plurimi[i] cum illis et praeter illos, ubi denique semper[3] catholicis subvenitur, consecuti sint[k] requiem, donec apprehenderet campum[l] certaminis iam satiatus lacte huius[m] matris[m] omnium, sanctae videlicet Romanae ecclesiae, catholicum dogma defendere fuerit eruditus[4]. Et quasi non hinc auctoritatem praedicandi sumpserit nec hic infulis sacerdotalibus ditatus extiterit, ad extremum quasi non hinc constantiam[n] Petri et omnia Pauli ad debellandos[o] iconomachos[p] arma portaverit, id est loricam iustitiae, calciatos[q] pedes in praeparatione[r] evangelii pacis, scutum fidei, galeam salutis et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Non ergo dicatis non[s] eguisse vos in causa pietatis Romanae ecclesiae, quae[5] collecta[t] concilia sua auctoritate firmat, sua moderatione[u] custodit. Unde quaedam eorum[v], quia consensum[w] Romani pontificis non habuerunt, valitudinem perdiderunt. Quomodo non egeat quaelibet synodus[x] Romanae sedis, quando in Epheseno[y] latrocinio[z 6], cunctis praesulibus et ipsis quoque patriarchis prolabentibus, nisi magnus Leo, imitator scilicet illius leonis, de quo scriptum est: 'Vicit leo de tribu[a] Iuda', divinitus excitatus os aperiens totum orbem et ipsos quoque Augustos[7] concuteret et ad pietatem commoveret, religio catholica penitus corruisset. Nam et in causa sacrarum imaginum ante sanctissimum Methodium[b], quin immo et ante synodum in Nicea[c] sub Herene[d] congregatam, cum adhuc hoc schisma[e] noviter esset exortum et Constantinopolitanos pene cunctos more pestilentiae invasisset, Romani praesules, Gregorius[8] inter ceteros et Stephanus[9], convocatis episcopis Occidentalium regionum inveniuntur fortiter dimicasse[f] et hoc funditus condempnasse[g 10].

865 Sept. 28.

cf. Eph. 6, 14–17.

Apoc. 5, 5.

Haec quidem primordiis epistolae imperii vestri respondimus, non quantum poteramus adhuc, sed quantum sufficere credidimus, ad convincendam scilicet stoliditatem eorum, qui talia sapiunt, qualia in epistola vestro[h] signo[i] signata et nobis missa resonare videbantur. Non enim nos[k] ex pio corde vel ore vestro tam profana tamque perversa processisse putavimus[11].

---

a) Mehodio *D.* b) *corr. ex* ipsa *C;* ipsis *F.* c) secundę *B, D.* d) mala *C;* malę *F.* e) Gręciam *B, D;* Grecia *C, E, F.* f) persecucione *B.* g) Anathasius *D.* h) ibi *D.* i) pririmi *D.* k) sunt *D, F.* l) *corr. ex* capud *E.* m) matris huius *D.* n) constantia *C.* o) bellandos *E.* p) hiconomachos *B, D.* q) caltiatos *B.* r) preparationem *B.* s) nonne *F.* t) *corr. ex* collectia *B.* u) moderatio non *D.* v) āieorum *C.* w) censensum *D.* x) sinodus *B.* y) Ephesino *B;* Efeseno *F.* z) latrocio *E.* a) tribus *F.* b) Nechodium *D.* c) Niceam *B.* d) Herenę *B, D.* e) scisma *B, D; non iam legi potest F.* f) dimicasset *D.* g) condemnasset *C;* condempasset *D.* h) vestra *B;* v̄r *D.* i) *corr. ex* signa *ss. al. atram. B;* signa *D.* k) vos *D.*

1) *Constantinopolitano patriarcha (a. 843—847, v. C. de Boor in 'Byzantinische Zeitschrift' IV, 448 sqq. 454). De quo cf. Hergenröther, l. c. I, 351 sqq. V. etiam infra ann. 4.* 2) *Nomina legatorum apostolicae sedis anteponuntur in actis illius synodi nomini Tarasii patriarchae, qui autem re vera concilio praesedisse videtur. Cf. Hefele, 'Konziliengeschichte' III², 458 sq. I², 31 sq. V. etiam in epistola Hadriani I. papae ad Carolum Magnum (MG. Epist. V, 56):* et sic synodum istam secundum nostram ordinationem fecerunt, *cf. Hefele, l. c. I², 14. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 313 ann. 1.* 3) *Cf. Coelestini I. epist., Mansi IV, 1046 (J.-K. Reg. n. 375).* 4) *Cf. ad haec Usener, 'Beiträge zur Geschichte der Legendenlitteratur' in 'Jahrbücher für protestantische Theologie' XIII, 248 sqq. (1887); Hergenröther, l. c. I, 354 sq. Methodius Romae morabatur a. 815—821. — V. etiam vitam S. Methodii, Migne, Patr. graec. C, 1248.* 5) *Cf. Gelasii I. ep. ad episc. per Dardaniam const., Mansi VIII, 51, 65; Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 642 (J.-K. Reg. n. 664).* 6) *V. supra p. 469 l. 19 cum ann. 10.* 7) *Theodosium II. (408—450) eiusque sororem Pulcheriam; cf. Hergenröther, l. c. I, 64 sq.* 8) *III. (731—741) hic significari videtur.* 9) *III. (768—772).* 10) *Cf. synodos Romanas habitas sub istis pontificibus a. 731 et a. 769, J.-E. Reg. I, 257. 285. K. Hampe in 'Neues Archiv' XXI, 103 sqq. (1896). Hefele, 'Konziliengeschichte' III², 406. 438 sq.* 11) *Haec ultima Photium attingere videntur.*

865 Sept. 28. Ad reliqua vero, quae ex eadem[a] epistola vestra plurima ex parte remanebant[b], rescribere his pro causis omisimus, videlicet quoniam tanta nos pater caelestis secundum
cf. Hebr. 12, 7. beneplacitum suum aegrotatione[c] quasi filios suos corripuit, ut non solum, quae ad respondendum propositionibus vestris idonea esse perspeximus, valeremus exponere, verum etiam eadem ipsa, qualiter dictarentur, nulli, aegritudine[d] nimia[e] pressi, quiverimus edicere[1]. Et quia legatus vester[2] tanta est inpatientia usus, ut, antequam nos ex validissima infirmitate respirare aliquantulum cognovisset, nullam moram passus[f] mox etiam nobis inconsultis Urbe, quam vos quidem[g] inveteratam, sed Honorius pius imperator aeternam vocat[3], discesserit; ob nihil aliud, nisi quia iam tempus hiemis imminebat et periculum sui vel militum vestrorum, qui secum erant, vehementissime formidabat. Apud quem vix optinere potuimus, ut saltem, dum haec scriberentur — quoniam ad Urbem reverti nullo modo voluit[4] — in Ostia[h] positus expectaret. Tertio quia, cum eadem, quae superfuerunt in ipsa epistola — ad[i] quae[i] nihil respondimus, sed potius philosophando contempsimus — plena essent omni pravitate[k] atque blasphemia et contra ipsam dispositionem Dei, qua[l] ecclesiae sedisque Romanae privilegia cunctarum ecclesiarum privilegiis sua ineffabili providentia praetulit, venena diffunderent, non vestra esse verba, sicut praediximus[5], quae tam perperam sonabant credidimus ac[m] per hoc his, quae in ambiguum venerant, non potuimus tamquam indubitatis responsa vel apologetica scripta remittere. Verumtamen si vestra fuerunt verba, quae in despectu beati[n]
cf. Rom. 13, 2. Petri[n] apostolorum principis, immo Dei, cuius ordinationi resistitis, scripta et quasi detrahentia privilegiis huius sacratissimae ecclesiae missa[o] sunt, fateor non vos studiose sacras regulas[p], non venerandarum synodorum actiones, non piorum imperatorum leges, non veraces probabilium virorum historias lectitasse, quas tam conati estis in derogationem ecclesiae tantae inutiliter ac incompetenter atque incongrue[q] memorare. Sed[r] rogamus omnipotentem Deum, ut qui suae cognitionis vobis reseravit mysterium[s], tribuat quoque nosse ad plenum suae dispositionis, qua[t] sancta ecclesia moderatur, arcanum[u] et, quae sint vel quanta et qualia privilegia ecclesiae Romanae et ex quo ceperint[v] exordium et quis eius summae auctoritatis auctor existat, vobis clementer aperiat.

cf. 1. Cor. 4, 1. Quodsi a nobis quaeritis scire, utpote a ministris Christi et dispensatoribus[w] mysteriorum[x] eius, vobis evidentius ostendemus; si vero nosse parvipenditis et solum contra privilegia ecclesiae Romanae nisus vestros erigitis, cavete, ne super vos conver-
cf. Eccli. 4, 32. cf. Act. 9, 5; 26, 14. tantur. Durum quippe est vobis contra impetum fluminis reluctari durumque est contra stimulum calcitrare. Porro si nos non audieritis, restat, ut sitis[y] apud nos necessario,
cf. Matth. 18, 17. quales dominus noster Iesus Christus hos haberi praecepit[z], qui ecclesiam Dei audire contempserint, praesertim cum ecclesiae Romanae privilegia Christi ore in beato Petro firmata, in ecclesia ipsa disposita, antiquitus[a] observata et a sanctis universalibus[b] synodis celebrata atque a cuncta ecclesia iugiter venerata nullatenus possint[c] minui[c], nullatenus[c]
cf. Luc. 6, 48; 2. Tim. 2, 19. infringi, nullatenus commutari; quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valet amovere conatus et, quod Deus statuit, firmum validumque consistit, illeque[d]

---

a) in *add. E.* b) remanent *B;* remaneant *D.* c) aegrotatio non *D.* d) aegritudi *D.* e) non minima *B;* non nimia *D.* f) passis *D.* g) qui dicit *D.* h) hostia *F.* i) atque *C, D, F.* k) parvitate *C.* l) quae *C.* m) hac *D.* n) beatus Petrus *D.* o) misse *E.* p) regulis *F.* q) congrue *D.* r) Sicut *C.* s) misterium *B, D.* t) qua' *F.* u) archanum *B, D.* v) ceperit *B;* coeperint *D.* w) dispensationibus *D.* x) ministeriorum *B, D.* y) scitis *D.* z) praecipit *E.* a) antiquitis *D.* b) uniumsalibus *D.* c) *desunt F.* d) Ille quę *F.*

1) *Cf. ad hunc locum, de quo alibi accuratius disseremus, F. Rocquain in 'Journal des Savants' 1880 p. 583. A. Lapôtre, De Anastasio bibliothecario p. 101.* 2) *Michael protospatharius. Cf. ad haec infra ep. n. 89 (p. 487 sq.).* 3) *Cf. rescriptum Honorii ad Bonifacium I. papam (a. 419 vel 420), Mansi IV, 393, Migne, Patr. lat. LXVII, 265:* Honorius — — — Bonifacio, papae urbis aeternae. 4) *Cf. infra ep. n. 89:* quia tu ad nos venire noluisti *(p. 487).* 5) *V. supra p. 473 l. 28 sq. cum ann. 11.*

potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere temptat. Privilegia, inquam, istius sedis vel ecclesiae perpetua sunt; divinitus radicata atque plantata sunt; impingi possunt, transferri non possunt[1]; trahi possunt, evelli non possunt. Quae ante imperium vestrum fuerunt et permanent Deo gratias actenus illibata manebuntque post vos et, quousque Christianum[a] nomen praedicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutilata. cf. Rom. 13, 2. 865 Sept. 28.

Ista igitur privilegia huic sanctae[b] ecclesiae a Christo donata, a[c] synodibus[d] non donata[e], sed iam solummodo celebrata et venerata, per quae non tam honor quam onus[f] nobis incumbit, licet ipsum honorem non meritis nostris, sed ordinatione gratiae Dei per beatum Petrum et in beato Petro simus[g] adepti[h], nos[i] cogunt nosque[k] compellunt omnium habere sollicitudinem ecclesiarum Dei. Cui, sancto scilicet Petro, addita[2] est societas beatissimi Pauli apostoli, vasis[l] electionis, magistri veritatis, cui iugiter immine- cf. Act. 9, 15.
bat omnium[m] ecclesiarum sollicitudo. Hi ergo tamquam[n] duo[n] luminaria magna caeli cf. 2. Cor. 11, 28.
in ecclesia Romana divinitus constituti totum orbem splendore fulgoris sui mirabiliter illustrarunt, et Occidens eorum praesentia veluti rutilante sole tam per se nitorem dante quam per discipulos suos quasi quosdam radios lucis micante[o] factus[p] est[p] Oriens; quique non, postquam mortui sunt, Romam a principibus[q] sunt delati[r], ut Romanae ecclesiae maiorem conferrent privilegiorum[s] honorem — sicuti apud vos non rationabiliter, sed potentialiter actum est, videlicet ut ecclesiae ceterae patronis suis privarentur[t] et sola Constantinopolis spoliis et opibus, quas violenter[u] abstulit, ditaretur[3] —, sed Romam in carne venientes, vitae verbum evangelizantes, ab ea erroris caliginem cf. Act. 8, 4.
amoventes, veritatis lumine mentes hominum illustrantes et in ea uno[2] eodemque[v] die martyrium[w] consummantes sanctam Romanam ecclesiam roseo cruore[x 4] suo consecraverunt et hanc non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi exhibentes Deo domino cf. Eph. 5, 27.
dedicaverunt. Sicque demum Alexandrinam ecclesiam suam fecerunt, per beatum scilicet Marcum, unius[y] horum filium ac discipulum. Hereditas quippe filii in potestate parentis cf. 1. Petr. 5, 13.
existit[z] et gloria discipuli ad magistrum sine cunctatione[a] refertur. Fecerat autem beatissimus Petrus praesentia corporali et ecclesiam Antiochenam iam suam, quae, sicut beatus papa dicit[5] Innocentius, urbis Romae sedi non cederet, nisi quod illa in transitu[b] meruit[b], ista susceptum — quin beatum Petrum — apud se consummatumque gauderet.

Per has igitur tres praecipuas ecclesias omnium ecclesiarum sollicitudo beatorum cf. 2. Cor. 11, 28.
apostolorum principum Petri ac Pauli procul dubio moderamen expectat. Pro[c] quibus patribus nos divinitus incremento gratiae ministrato nati sumus filii et constituti, licet indigni, licet eis longe meritis impares[d], principes super omnem terram, id est super cf. Ps. 44, 17.
universam[e] ecclesiam[6]. Terra enim ecclesia dicitur, sicut scriptum est: 'Non sic impii, Ps. 1, 4.
non sic: sed tamquam pulvis, quem proicit ventus a facie terrae.' Quae[f], sicut sanctus

---

a) cristianum *B, D.* b) Christi *add. B, D.* c) *om. C.* d) *corr. in* synodis *C;* synonibus *D.* e) *corr. in* damnata, *ut videtur, F.* f) honus *F.* g) simul *B, D.* h) adempti *C.* i) vos *B, D.* k) noque *F.* l) basis *D.* m) *sequitur ras. 3 litterar. B.* n) tamdiu *B, D.* o) *corr. al. m. in* micantes *C.* p) *al. m. ss. corr.* factus sit *pro* factum est *B;* factum est *D.* q) princibus *E.* r) delate *E.* s) privilegiorem *E.* t) primarentur *D.* u) biolenter *D.* v) eademque *B, D.* w) martyrum *D.* x) colore *E.* y) hunius *D.* z) exsistit *B.* a) cunctatio non *D.* b) transitum eruit *F.* c) *deest B.* d) inpares *corr. ex* inpartes *B;* inpartes *D.* e) omnem *F.* f) Quem *D.*

1) *V. Hergenröther, l. c. I, 571 ann. 105. — Cf. etiam ad haec et sequentia Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 534 sq.; infra p. 485 cum ann. 3.* 2) *Cf. ad omnia hic prolata Gelasii I. decretal. de recipiendis et non recipiendis libris, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 455, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 635 (J.-K. Reg. n. 700).* 3) *Alluditur hic a Nicolao ad translationem sanctorum Andreae, Lucae, Timothei a. 356. factam; cf. Hergenröther, l. c. I, 6. 572. Langen, l. c. III, 70 ann. 3.* 4) *Cf. supra ep. n. 71 p. 394 l. 3 cum ann. 2.* 5) *Epist. ad Alexandrum Antiochenum episc.; Mansi III, 1055, Hinschius, Decr. Pseudo-Is. p. 548 (J.-K. Reg. n. 310).* 6) *Cf. Hauck, l. c. II², 540 sq. et 'Der Gedanke der päpstlichen Weltherrschaft (Leipzig' 1904), p. 22 sq. V. etiam supra epp. nn. 29, 71 (p. 296 l. 10 sq., p. 392 l. 21 sq.).*

865 Sept. 28. Augustinus exponit[1], ecclesia intellegitur. Heredes quippe horum effecti facultatem potestatis, quam a Domino perceperunt, et onus[a] sollicitudinis nihilominus[b] capessere[c] nos oportet.

Proinde animadvertendum est, quia non Nicena, non denique[d] ulla synodus quodquam Romanae contulit ecclesiae privilegium, quae in Petro noverat eam totius iura potestatis pleniter meruisse et cunctarum Christi ovium regimen accepisse, sicut beatus praesul Bonifatius[e] attestatur[f] universis episcopis per Thesaliam constitutis scribens[2]: Institutio universalis nascentis ecclesiae de beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen eius et summa consistit. Ex eius enim[g] ecclesiastica disciplina[h] per omnes[i] ecclesias, religionis iam crescente cultura, fons emanavit. Nicenae synodi non aliud praecepta testantur, adeo ut non aliquid super eam ausa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique huic noverat Domini sermone concessa. Si[3] omnia, ergo nihil[k] defuit[k], quod non illi concesserit. Denique si instituta Nicenae synodi diligenter inspiciantur[4], invenietur profecto, quia Romanae ecclesiae nullum eadem synodus contulit incrementum, sed potius ex eius forma, quod Alexandrinae ecclesiae tribueret[l] particulariter, sumpsit exemplum.

Haec igitur et his similia nos pro cunctis ecclesiis sollicitos reddunt; haec etiam de Constantinopolitana ecclesia inpigram curam arripere vehementer hortantur; haec, inquam, Ignatium patriarcham nulla regula nulloque ordine ecclesiastico[m] dictante deiectum tamquam[n] fratrem adiuvare[o] compellunt. Nam et inter cetera is, per quem nobis
Luc. 22, 32. praecipue ista sunt privilegia collata: 'Tu aliquando conversus', audivit a Domino, 'confirma fratres tuos.'[5] Siquidem et ideo in culpam cecidit, ut sciret, qualiter aliorum infirmitatis misereri debuisset. Haec privilegia Photium vivente[p] Ignatio in caulas
cf. Ioh. 10, 1. dominicas non per ostium[q], sed aliunde ascendentem et pastorem inpellentem[r] et oves
cf. Ioh. 10, 12. dispergentem nobis et ab honore, quem irregulariter usurpavit, et a communione[s] Christianorum amovere divinitus inspirata iusserunt.

Quod autem perhibet[6] excellentia[t] vestra noluisse vos, ut a missis nostris Ignatius iudicaretur, eo quod fuerit iam iudicatus et condempnatus: fatemur veraciter, quia nec illud ulla ex parte videtur fuisse canonicum nec hoc ipsorum iudicium fieri praecepimus[u] nec factum admisimus[v]. Verumtamen cui magis placuit, evidenter intellegitur, cum patratum vos scribendo roborassetis, quod nusquam aliquando factum ab imperatore recolitur, et omnes in eo[w] scribere imperassetis. Nos autem non solum factum minime recepimus, verum etiam doluimus et a nostro consensu procul amovimus, quin immo auctoritate et exemplo antecessorum nostrorum in irritum duximus. Quodsi tempus indulgeret, quod dicimus facile probare ex monumentis[x] poteramus ecclesiasticis. Patra-
cf. Matth. 7, 2. tores autem praesumpti iudicii iudicio, in quo iudicaverunt, iudicati sunt[7], secundum evangelium, et mensura, in qua mensi fuerunt, dimensum[y] est de[z] eis. Nos quippe illos non, ut Ignatii ad patriarchalem sedem promotionem[a] vel ingressum inquirerent

---

a) honus *D.* b) nihilhominus *B.* c) capescere *D.* d) deniquena *E.* e) Bonefacius *B*; Bonifacius *D, E, F.* f) actestatur *D.* g) *om. B, D.* h) disciplinam *D.* i) omnis *F.* k) defuit nihil *C.* l) *om. F.* m) ecclesiastica *E.* n) tantam *D.* o) adiubare *F.* p) viventem *D.* q) hostium *D.* r) implentem *C.* s) communio non *D.* t) excelletia *F.* u) praecipimus *E.* v) ammisimus *C, E*; amisimus *D.* w) eos *F.* x) monimentis *B.* y) dimissum *C.* z) di *E.* a) promonitionem *D.*

1) *Cf. Augustini enarrat. in Ps. 44, 17 (Migne, Patr. lat. XXXVI, 513):* Haec est catholica ecclesia: filii eius constituti sunt principes super omnem terram, filii eius constituti sunt pro patribus. 2) *Mansi VIII, 755; J.-K. Reg. n. 364.* 3) *Similia leguntur in epist. supra n. 71 (p. 399 l. 5); cf. ibid. ann. 2.* 4) *Cf. Conc. Nicaen. c. 6, Mansi II, 679. — Hergenröther, l. c. I, 571 sq.* 5) *Cf. Leonis I. sermonem IV. ap. Migne, Patr. lat. LIV, 151 sq. Hergenröther, l. c. I, 573 ann. 114.* 6) *V. supra p. 460 l. 7 sq. l. 17 cum ann. 4.* 7) *Radoaldus scilicet et Zacharias episcopi, legati apostolicae sedis, qui in synodis Romanis a. 863 et a. 864 excommunicati et deiecti erant, cf. J.-E. Reg. I, 350 (post n. 2735) et I, 355 (post n. 2771). V. etiam infra epp. nn. 91, 98.*

aut iudicarent, destinavimus, sed ut circumstantiam[a] deiectionis eius[b] ediscerent nobisque veritatem repertam[c] repedantes[d] intimarent, direximus[e]. Quod nostrae Deo gratias liquido testantur epistolae [1], quas ternas[f] per Zachariam et Petrum atque Leonem, Deo amabiles scriniarios[g] sanctae Romanae ecclesiae [2], uno textu scribi praecepimus et coram sancta[h] ecclesia[h], quae apud nos est, dispertiti sumus. Et unam quidem apud nos retinuimus[i], pro futura scilicet cautela et propter quaestionem, quae oriri poterat in posterum[k]. Quod ecce inpraesentiarum, pro dolor! cernimus. Aliam vero dilectae sublimitati vestrae direximus. Porro tertiam eisdem legatis nostris tribuimus, ut illam velut specular[l] prae oculis habentes in ea meditarentur, quid[m] agere debuissent, atque recordarentur, quid sibi a nobis constiterat esse praeceptum. Et si fortasse vestra magnitudo dedignaretur sibi missam epistolam in episcoporum ostendere coetu, iussimus eis, ut illam, quam sibi specialiter dederamus quamque[n] unius formae cum[o] reliquis[o] duabus[p] esse noverant, in eo conventu, in quo causam deiectionis Ignatii praeceperamus inquirere ac diligenter investigare, inpraetermisse legerent et in auribus omnium recitarent, licet ipsi contrarii facti sint[q] eorum omnium, quae sibi fuerant imperata [3]. Quamobrem et nunc, quia quaedam scripta dicuntur apud vos esse tamquam ex nomine nostro missa, quae nos omnino non misimus, idcirco et hanc, quam mansuetudini vestrae dirigimus, in altero tomo scribi praecepimus; et hanc quidem Petrus, qui unius praedictarum trium scriptor extitit, quam vero penes nos retinemus praefatus Leo, Deo amabiles[r] scriniarii sanctae Romanae ecclesiae, quorum fides nobis probata est, scripsisse noscuntur. 865 Sept. 28.

Porro scripsit nobis imperium vestrum, ut Theognostum [4], qui[s] a[s] fratre et coepiscopo nostro Ignatio super quasdam provincias exarchatus[t] pondus accepisse dinoscitur, necnon[u] et alios monachos sibi tamquam vestrae[v] augustalis iniuriatores excellentiae destinemus. In quo[w], cum[w] ipsi iniuriatores vestri non fuerint, quid[x] aliud[vy], nisi ut, quanta poena et quibus tormentis subiciantur[z] hi, qui ex parte Ignatii sunt et apud vos in ditione[a] vestra consistunt, liquidius[b] agnoscamus. Quando hi non utique ad epulas[c], non ad infulas alicuius honoris percipiendas[d] profecto quaeruntur, sed potius ad puniendum, quos forte nec vidistis nec, cuius moris sint, penitus agnovistis. Denique quidam eorum ab ineunte[e] aetate Romae divinis obsequiis famulati sunt et non iustum credimus[f] huiusmodi tormentis fore subdendos. Theognostum[g] autem non de vobis sinistra, sed potius grata praedicare testamur. Quamobrem ergo eum quaeratis, ignoramus, nisi forte quia illinc [5] fugatus hic apud nos requiem[h], quemadmodum innumeri Christiani, aliquantulam[i] repperit. Siquidem tanta milia hominum protectioni ac intercessioni beati apostolorum principis Petri ex omnibus finibus terrae properantium sese cotidie conferunt et usque in finem vitae suae apud eius limina semet mansura proponunt, ut praeter illud, quo vas e caelo[k] summissum[k], in quo cunctorum ostensa sunt eidem beato Petro, horum omnium rectori[l], animantium genera, catholicam signat ecclesiam, etiam ipsa sola Romanorum urbs[m], apud quam eiusdem apostoli corporalis praesentia sedule cf. Act. 10, 11. 12; 11, 5. 6.

---

a) circumstantia *F.* b) *deest B, D.* c) reppertam *C, E, F.* d) repedantem *D.* e) dixerimus *E.* f) terrenas *D.* g) scrinia nos *D.* h) sanctam ecclesiam *B, D;* sanctę ecclesię *E.* i) retenuimus *D.* k) postremum *B, D.* l) speculum *B, D.* m) quod *E.* n) quamquam *E.* o) cure liquis *D.* p) duobus *D.* q) sunt *D.* r) amabilis *B, D.* s) quia *E.* t) exarchadus *E.* u) necnos *D.* v) vestrae — aliud *(l. 24) in ras., ex parte etiam in marg. scr. F.* w) quocumque *B, D.* x) quod *D.* y) -ud *desectum F.* z) subitiantur *B.* a) dicione *C, F;* ditio non *D.* b) liquidus *D.* c) pulas *E.* d) praecipiendas *C.* e) inunte *D.* f) credidimus *B, D.* g) Theosnostum *E.* h) requiei *B, D.* i) aliquantula *F.* k) cęlorum missum *E.* l) recto *E.* m) urbis *D.*

1) *Supra n. 82; cf. supra p. 436 l. 32 sqq.* 2) *V. J.-E. Reg. I, 341.* 3) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 419—428.* 4) *Cf. de Theognosto eiusque legatione Hergenröther, l. c. I, 460 sqq. 519. Marin, 'Les moines de Constantinople' (330—898), 'Paris' 1897, p. 250 sqq. 206.* 5) *Cf. ep. Coelestini I. papae ad Constantinopolitanos, Mansi IV, 1043. 1046 (J.-K. Reg. n. 375).*

865 Sept. 28. veneratur, ipsius vasis instar[a] dinoscatur in se continere universorum animalium[b], quae homines intelleguntur, spiritaliter nationes. Suscepit[c] ergo ac continet in se Romana ecclesia, quod Deus universalem ecclesiam suscipere ac continere praecepit. Decentissimum quippe est atque convenientissimum, ut apud se Petrus, quod sibi specialiter ostensum atque praeceptum est, exhibeat sicque demum, quod in generali ecclesia facilius credendum sit, innuat. Sane intuendum est, quia et hic vas, in quo omnia genera erant animantium, Petro specialiter ostensum est et, ut ea[d] mactaret et manducaret, illi soli iussum[e] est. Et post resurrectionem, ut rete plenum diversis piscibus ad littus traheret, a Domino ipsi proprie soli praeceptum est. Ipsum enim, cuius nos, licet immeriti, vicem suscepimus, principaliter ac[f] specialiter[f] universalis ecclesiae curam divinitus accepisse, etiam nobis tacentibus credimus, quod vestra sapientia iam animadvertat[g].

cf. Act. 10, 11–13; 11, 5–7.

cf. Ioh. 21, 6–11.

Putasne ergo, imperator, iustum est, ut tradamus aliquem eorum, quos nunc commemoravimus, principibus[h], quorum aulas, dignitates, honores et beneficia contempserunt vel quorum forte indignationes aut persecutiones sustinuerunt? Absit. Nolumus enim Deo auctore nec Iudae proditori[i] similes[i] inveniri[k] nec paganorum excedere profecto nequitiam; ipsi enim nihil tale agere penitus patiuntur[l], quale nos perpetrare cohortamini[m] vos. Denique cum quidam antecessorum[n] vestrorum quendam[o] venerabilem virum ab[p] Agarenorum[p] principe[q] multis oblatis[r] muneribus sibi mitti poposceret[s], non solum minime impetravit[t], verum etiam, ut fertur, ab[u] eo[v], quem quaerebat, pudorem conferentia scripta[w] recepit. Quamvis Deo gratias et per[1] principalem beatorum apostolorum[x] Petri ac Pauli, de qua supra partim exposuimus, potestatem[y] ius habeamus non solum monachos, verum etiam quoslibet clericos de quacumque diocesi, cum necesse fuerit, ad nos convocare atque ecclesiasticis exigentibus oportunitatibus invitare. Hoc quidem nostrum; vestrum autem et piorum imperatorum non est ullum[z] penitus quaerendi monachos ministerium nisi ad miserendum et orationes eorum summisse[a] poscendum.

Quodsi forsitan opinamini Theognostum apud nos Photio detrahere Ignatiumque[b] iugiter commendare, scitote veraciter, quia nihil ipse de utroque loquitur nisi quod in propatulo est, quod mundus dicit, quod omnis ecclesia clamat, quod ipsi per innumeros homines Romam[c] ab Alexandria[d], ab Hierosolymis[e], a Constantinopoli et[f] confinibus eius[g], ab Olimpo[h] monte atque a ceteris mundi[i] partibus[i] adventantes agnovimus: ad extremum quoque quod nos per missos vestros et diversa scripta patenter intelleximus. Quid ergo quis peccat, si ea dicit, quae vos dixisse constat? Ecce enim scripta vestra[2] missa ad antecessorem[k] nostrum[k 3], quae penes[l] nos recondita[m] servantur, quosdam partis[n] Gregorii Syracusani[o 4] congregatis episcopis etiam absente fratre nostro Ignatio vos anathematizasse testantur. Quid ergo quispiam delinquit vel nos in quo, rogamus, offendimus — licet vos versa[p] vice, quos tunc laudastis[5], nunc vituperetis[q] et, quos tunc reos et dampnatos pronuntiastis, nunc miris praeconiis[r] efferatis —, si quod scripsistis credidimus[s] et quod dixistis nos quoque nunc[t] dicimus?

---

a) cunctae *C, E, F.* b) genera *add. B, D.* c) Suscipit *B, D.* d) eum *corr. ex* eam *B;* eam *C, D.* e) ostensum *C.* f) *desunt F.* g) *membr. compluribus locis laes. B.* h) princibus *E.* i) proditoris miles *F.* k) invenire *F.* l) potiuntur *F.* m) quoortamini *D.* n) *corr. ex* antecessorem *E.* o) *om. B.* p) a paganorum *C.* q) principem *B;* incipe *E.* r) oplatis *C.* s) poposcerit *C.* t) imperavit *C.* u) hab *E, F.* v) hoc *B;* haec *D.* w) scripti *E.* x) *deest B.* y) et *add. m. corr. in marg. C.* z) vel *B, D.* a) submisse *C.* b) Ignatium quae *C.* c) Roma *F.* d) Alexandriam *D.* e) Hierusolimis *B;* Hierosolimis *E;* Ierosolimis *F.* f) a *C, E.* g) *om. D.* h) Olippo *B, D.* i) montibus, *in marg.* pār, mundi *deest C.* k) antecessorum nostrorum *E.* l) per *D.* m) rea indita *E.* n) partibus *E.* o) Syracusā *B.* p) verra *E.* q) *corr. ss. al. m. ex* vituperastis *B;* vituperastis *D.* r) pcon ... tis, *inter* n *et* t *ras. C.* s) credimus *D, E.* t) *corr. al. m. ex* non *B;* non *D.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 21 C. 9 q. 3 et c. 123 C. 1 q. 1.* 2) *Hodie deperdita. Cf. ad haec Hergenröther, l. c. I, 361 cum ann. 64.* 3) *Benedictum III. papam (855—858).* 4) *Cf. supra p. 452 ann. 2.* 5) *V. supra ep. n. 85 (p. 443 l. 34 sq., p. 444 ann. 3).*

Postremo, nisi correxerimus consilium nostrum, videlicet ut[a] illud iuxta consilium vestrum dirigamus, vel si non effecti[b] similes[b] Iudae, sicut ipse caput, ita quoque nos membra tradamus, interminationibus[c] crebris deterrere[d] nos[d] et minitare videmini, tamquam sitis patriae et urbi nostrae[e] ultimum exterminium illaturi. Quae nos Christo propitio atque custode, de quo scriptum est[f]: 'Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant qui custodiunt eam', sicut eatenus[g] non timuimus, nec modo timemus[h], credentes super muros eius angelorum custodiam, immo[i] vero scientes, quod salvator positus sit in ea murus et antemurale, id est apostolorum munimentum[k] intercessionum. Neque enim non legimus aut obliti sumus minarum Sennacherib regis[l] Assyriorum[m] et servorum eius contra urbem Hierusalem et populum eius, quae non minores nec pauciores minis vestris fuerunt. Et rursus miserationum Domini recordamur et, qualiter centum octoginta[n] milia hominum de castris[o] Assyriorum[p] interierint[q] et urbs cum habitatoribus suis evaserit, in mente revolvimus et gratias agimus et spem sumimus[r] ac fiducialiter[s] de domo Domini, si virtutem ipse donaverit, cultum[t] Bahal amovere curabimus[u], quoniam ipse est nunc, qui tunc, ipse[v] et in saecula, nec minor misericordia nec infirmior omnipotentia[w]. Ergo ne velit minari pulvis et vermis[xy]; scriptum est: 'Quid[z] superbit terra et cinis?' Ne velit ampulla in aquis inflari, quia post pauxillum et ecce non est. Quid gloriatur in malitia, qui potens est in iniquitate? Quid facturus[a] est? Occisurus[b] est[b], ut verbi gratia dicamus, hominem, quoniam amplius non habet quid[c] faciat? Hoc et unus fungus malus[de] facit[d]. O imperator, in[f] hocine redacta est malitia hominis in iniquitate potentis, ut fungo malo[g] comparetur? Heu[h] quam inutilem potentem, heu[h] supervacue gloriantem!

865 Sept. 28.

cf. Isai. 26, 1.

cf. 4. Reg. 18, 19.

cf. 4. Reg. 19, 35.

cf. Hebr. 13, 8.

Eccli. 10, 9.

cf. Ps. 51, 3.

cf. Luc. 12, 4.

Porro vestra potens virtus in Domino potius glorietur, in bonitate laudetur, in iustitia exaltetur, non minas nobis, non[i] terrores velit incutere. Nescitis enim, secundum Salomonem[k], quid superventura pariat dies, et iuxta psalmographum: 'Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum et reprobat consilia principum[l]'; praesertim cum inter nos et vos non modica sit intercapedo, quae cotidie populos non pauxillas vobis iniurias, immo discrimina inferentes producit, et de his vos conveniat potius quam de nobis ulcisci. Nos enim apici[m] gloriae vestrae non damna, non convicia[n], non prorsus ullas, quod absit, iniurias irrogavimus[o]. Verumtamen quamdiu subsistemus, ministerium nostrum honorificabimus[p], dispensationem[q] nobis creditam exercebimus, antecessorum vestigia[r] nostrorum[r] sectabimur, ecclesiarum cunctarum sollicitudinem baiulabimus in eo, qui nos confortabit, domino nostro Iesu Christo. Quid saeviunt homines? Quid mali[s] fecimus[t] nos? Certe[l] non Cretam[u] invasimus, non Siciliam ex-

cf. 1. Cor. 1, 31; 2. Cor. 10, 17.

cf. Prov. 27, 1.

Ps. 32, 10.

cf. 2. Cor. 11, 28.

cf. Phil. 4, 13; 1. Tim. 1, 12.

---

a) *om. E.* b) effectissi miles *F.* c) interminationationibus *E.* d) deterreremur *B.* e) nostra est *D.* f) *deest E.* g) *corr. in* hactenus *C.* h) tinemus *D.* i) imma *D.* k) munumentum *E.* l) regisit *E.* m) Assiriorum *B, D.* n) octinginta *E.* o) crastris *E.* p) Assiriorum *D.* q) interierunt *F.* r) *corr. E.* s) fuducialiter *D.* t) cultu *E.* u) curauimus *C, E.* v) *deest E.* w) omninopotentia *E.* x) veritus *D.* y) quod *add. B.* z) Quod *D.* a) factusũs *(sic) E.* b) *desunt F.* c) quod *F.* d) facit malus *C.* e) malus *B;* mal *D.* f) *deest C.* g) maro *B.* h) Eheu *B, D.* i) nos *E.* k) Salamonem *E.* l) prinpum *E.* m) accipi *E.* n) convitia *B, E.* o) inrogavimus *C.* p) honorificamus *F.* q) dis dispensationem *F.* r) nostrorum vestigia *F.* s) male *B, D.* t) femus *E.* u) Cretām *E.*

1) *Quae hic significantur, omnia perpetrata erant per Sarracenos et Bulgaros ineunte saeculo nono (cf. Hergenröther, l. l. I, 286 sq. 272 sq. C. J. Jireček, 'Geschichte der Bulgaren, Prag' 1876, p. 145 sq.); Anastasium dictatorem pontificalem haec, praecipue illa incendia suburbii Byzantini a Crumo Bulgarorum duce facta a. 813, cognovisse ex Theophane, auctore Graeco ab eo translato, annotat Lapôtre, De Anastasio bibliothecario p. 110 sq., 117 ann. 1. Est autem ad infra p. 480 l. 2 sq. animadvertendum Constantinopolim ipsis Nicolai temporibus impetus diversorum hostium suburbia vexantium sustinuisse: a. 860. Russi (Ῥώς) urbem adire conabantur, neque Sarraceni eo tempore illa loca vastare desierunt; ad hos C. de Boor, 'Der Angriff der Rhos auf Byzanz' in 'Byzantinische Zeitschrift' IV, 460 sq. (1895), ad illos E. Kunik in*

865 Sept. 28. terminavimus, non innumeras Graecis[a] subiectas provincias[b] obtinuimus[c], postremo non[d] ecclesias sanctorum interfectis numerosis hominibus ac suburbana Constantinopoleos, quae et muris eius pene contigua sunt, incendimus. Et vere de istis nulla fit ultio, qui pagani sunt, qui alterius fidei sunt, qui inimici Christi sunt, qui veritatis ministris iugiter adversantur; et nobis, qui per[e] gratiam[e] Dei Christiani sumus, qui ex parentibus Christianis existimus atque catholicis, qui unius eiusdemque fidei dogmata credimus, qui servi Christi vocamur[f], qui veritatis cultores quantum possumus esse desideramus, minae[g] praetenduntur, terrores promittuntur, etiam et nonnullae molestiae irrogantur. Non est iste ordo laudabilis, non est ista commutatio imitabilis, ut qui innumera mala ingerunt impuniti evadant[h] et qui nihil mali gesserunt pro his talia recipiant et[i] qui Christum blasphemant dimittantur et qui Christum celebrant huiusmodi minis[k] subiciantur. Sed habemus ad[l] quem[l] respiciamus nos, habemus in quo consolemur. Fecerunt enim hoc et Iudaei, latronem[i] dimittentes et salvatorem tenentes[m], occisorem iustificantes et vivificatorem condemnantes, Barraban liberantes et Christum morti subdentes[n].

cf. Matth. 27, 21.

Sed his tandem omissis[o] ad ea, quae cum universa[p] sancta ecclesia, quae apud nos est, dispensatorie consideravimus, stilum[q] iam dirigemus et cum[1] beato Gelasio nostrae sedis antistite consulte dicemus[2]: Necessaria rerum dispositione constringimur et apostolicae sedis moderamine convenimur sic canonum paternorum decreta librare et retro praesulum decessorumque nostrorum praecepta metiri, ut, quae praesentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis[r] relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus. Et quoniam de persona Ignatii atque Photii nihil discretius atque mitius necnon et salubrius arbitramur, quam ut uterque Romam ad renovandum[s] examen veniat, hoc magnopere volumus et, ut vos annuatis, salubriter ammonemus. Sed hoc[t] secundum indulgentiam[u] concedimus, non licentiam id efficiendi pro libitu cuiuslibet tribuimus. Quoniam cum secundum canones[3] ubi est maior auctoritas iudicium inferiorum sit deferendum, ad dissolvendum scilicet vel ad roborandum, patet[4] profecto sedis apostolicae, cuius auctoritate maior non est, iudicium a nemine fore[v] retractandum neque[5] cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permissus. Iuxta quod et Bonifatius[w] atque Gelasius sanctissimi praesules non suis adinventionibus, sed ecclesiae Romanae consuetudinem non ignorantes dicunt; Bonifatius[x] quidem Rufo et ceteris episcopis per Thesaliam et alias provincias constitutis scribens[6]: Nemo, ait, umquam apostolico culmini, de cuius iudicio[y] non licet retractare[z], manus obvias audacter intulit. Nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari, Gelasius autem in commonitorio Fausto magistro

---

a) gregis *F.* b) provintias *hic et infra B.* c) optinuimus *C, E, F.* d) *om. D, E.* e) gratia *C.* f) vocatur *D.* g) minime *F.* h) *corr. ex* evadunt *C;* evadunt *D.* i) et — latronem *(l. 13) plerumque in ras. et in marg. scr. F.* k) -nis *desectum F.* l) at qui rem *D.* m) *bis in D.* n) subdantes *C.* o) omisis *B, D.* p) universę *D.* q) et illum *F.* r) ecelesiis *E.* s) ronovandum *E.* t) *corr. ex* hos *C.* u) indulgentia *E.* v) fero *E.* w) Bonefacius *B;* Bonifacius *D, E, F.* x) Bonefacius *B, D;* Bonifacius *F.* y) iuditio *B.* z) retractari *E, F.*

'*Mélanges Russes tirés du Bulletin de l'académie impériale des sciences de St.-Pétersbourg*' *tom. V, 27 sq. (1886) illa verba epistolae referenda esse censet. De Russorum invasione v. etiam — praeter C. de Boor, l. l. IV, 445—466, qui imprimis conferatur — Hergenröther, l. l. I, 531 sqq.*

1) *Sequentia usque ad* posse capi mendacium *(p. 481 l. 30) allegantur ab Hincmaro Laudunensi, Migne, Patr. lat. CXXIV, 1023 sq.* 2) *Gelasii epist. ad episcopos per Lucaniam etc. constitutos, Mansi VIII, 37, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 650 (J.-K. Reg. n. 636). — Cf. MG. Libelli de lite II, 140, ubi in libello Bernaldi presbyteri monachi idem locus laudatur ex Gelasio, Nicolao I., Symmacho.* 3) *Cf. conc. Carthagin. III., Mansi III, 718, Migne, Patr. lat. LXVII, 189 c. 15; conc. Chalcedon. c. 9 (Mansi VII, 376). V. etiam supra p. 470 l. 23 sq. cum ann. 8.* 4) *Cf. Decr. Grat. c. 10 C. 9 q. 3.* 5) *Cf. Gelasii I. epist. ad episcopos per Dardaniam constitutos, Mansi VIII, 54, 66; Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 643 (J.-K. Reg. n. 664).* 6) *Mansi VIII, 757 (J.-K. Reg. n. 365).*

fungenti legatione Constantinopolim dato: Nobis, inquit[1], opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur[a]; contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primae sedi sana rectaque suadenti parere refugiunt[b]. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius ecclesiae ad huius sedis[c] examen voluere[d] deferri, ab ipsa vero nusquam prorsus appellari[e] debere sanxerunt ac[f] per hoc illam[g] de tota[h] ecclesia[i] iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium nec de eius umquam praecepe-runt iudicio iudicari sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cuius potius sequenda decreta mandarunt. Ergo de iudicio Romani praesulis non retractando, quia nec mos exigit, quod diximus comprobato, non[2] negamus eiusdem sedis sententiam posse in[k] melius commutari, cum aut sibi subreptum aliquid fuerit aut ipsa pro consideratione aetatum vel temporum seu gravium necessitatum dispensatorie quiddam[l] ordinare decre-verit, quoniam et egregium apostolum Paulum quaedam[m] fecisse dispensatorie legimus, quae postea reprobasse dinoscitur; quando tamen illa, Romana videlicet ecclesia, dis-cretissima consideratione fieri delegerit, non quando ipsa quae bene sunt diffinita retrac-tari[n] rennuerit[o].

865 Sept. 28.

Porro ne dicatis praeter ecclesiae legem Ignatium vel Photium[p] Romam venire sanxisse, scitote nos[q] antiqui patris et praedecessoris nostri Iulii in hoc esse secutos exemplum, qui, iuxta quod in epistola[3] sua repperitur, his, qui convenerant Antiochiae[r], hoc praecepisse dinoscitur. Et Theodoritus historiographus[s] in his hoc ipsum verbis[t] ostendit[4]: Verum, inquiens, Eusebius[u] eiusque consortes calumnias in Athanasium factas[v] Iulio Romano pontifici destinaverunt. Qui ecclesiasticam sequens legem etiam ipsos Romam venire prae-cepit et venerabilem Athanasium ad iudicium regulariter evocavit. Ille continuo evocatione suscepta venit. Quodsi ad hoc dicitis: 'Ille quidem vocavit, sed ipsi venire contempserunt[w]', audite sequentia et videbitis, utrum in laudem an in vituperium ista sit illis[x] reputata contemptio. Subiunxit[y] enim idem[z] historiographus[a] dicens[5]: Calumniarum vero sarcina-tores Romam quidem profecti non sunt, scientes facile suum posse capi mendacium. Ne ergo dicatis nos praeter ecclesiae legem praefatos Romam venire sanxisse, quoniam, sicut ex historiographo ecce audistis, beatus Iulius et accusatum et accusatores Romam venire praecepit et venerabilem Athanasium[b] ad iudicium regulariter evocavit. Sed ille, qui bonam conscientiam gerebat[c], nihil reluctans venit; illi[d] vero, qui malam, contempserunt, scientes profecto, sicut ibi legitur, facile suum posse capi[e] mendacium. Quod nos quoque in Ignatio ac Photio modo probabimus[f], quia conscientia se remordente qui pavet[g] nobis oboedire contempnet; si tamen[h] Ignatius, qui omni est humano destitutus praesidio, vestrum non impedimentum passus, sed potius fuerit misericorditer vestro, qualiter venire possit, adiutus auxilio.

---

a) loquatur *D.* b) fugiunt *C, D, E, F.* c) *bis in D.* d) voluerunt *B, D.* e) appellarari *B.* f) hac *F.* g) illa *F.* h) tot *B, D.* i) *ss. corr. in* ecclesiis *B.* k) *deest B, C, D.* l) quid-dum *D;* quidam *E.* m) quaedum *D.* n) retractare *B.* o) renuit *B, D.* p) thotium *E;* fotium *F.* q) non *F.* r) Anthiochiae *B, C, E.* s) historiagraphus *D.* t) verbum *C;* umbis *D;* ūb̄ *F.* u) Euseuius *E, F.* v) factus *D.* w) contempserint *D.* x) illius *F.* y) Subiuncxit *D, F.* z) eidem *C;* id est *D.* a) istoriographus *D.* b) Anathasium *B.* c) regebat *C, D.* d) ille *E.* e) cupi *D.* f) prouabimus *F.* g) pabet *C, E.* h) tam *C.*

1) *Mansi VIII, 17, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 638 (J.-K. Reg. n. 622).* 2) *Cf. Decr. Grat. c. 6 C. 35 q. 9. Respicit papa ad illud Innocentii I. decretum, quod inscribitur:* Quod subreptum fuerit apostolicae sedi et suam in melius sententiam commutarit, quando damnationem Photini rescindit *(Migne, Patr. lat. LXVII, 262; J.-K. Reg. n. 303). V. etiam supra p. 349 l. 9 sq. 361 l. 19 sq. 471 l. 14 sq. — Hunc locum etiam Bonizo laudat in decreti sui l. I (cf. A. Mai, Nova patrum bibliotheca VII, 3 p. 2 n. 3 [Romae 1854]) dicens:* Ut enim beatus Nicolaus scribens ad Michaelem imperatorem ait, licuit semper-que licebit Romanis pontificibus novos canones cudere et veteres pro consideratione temporum immutare. 3) *Cf. Iulii I. epistol., Mansi II, 1211 sqq.; J.-K. Reg. n. 186.* 4) *Immo Cassiodorus in Hist. tripart. l. IV c. 6 (Migne, Patr. lat. LXIX, 959), translato ex Theodoreti l. II c. 3 (Migne, Patr. graec. LXXXII, 996); cf. Lapôtre, l. c. p. 159. V. etiam supra ep. n. 69 p. 385 l. 29 sqq. cum ann. 10.* 5) *L. l.*

865 Sept. 28. Porro si venire illi per se nequeunt, primo quidem ipsi, cuius rei causa venire non valeant[a], nobis per satisfactorias suas litteras indicent. Deinde veniant de his, qui cum Syracusano Gregorio sunt, quotquot[b] voluerint, vices ceterorum tenentes, qui ipsius sunt partis. Mittantur etiam de parte Ignatii[1] archiepiscopi quidem[c] Antonius[2] Cyzici[d], Basilius[3] Thessalonicae, Constantinus Larissae, Theodorus[4] Syracussianorum[e], Metrophanes[5] Smyrnae[f] et Paulus episcopus Ponti Heracliae[g]; egumeni[h] autem Niceta[i 6] Chrysopoleos[k], Nicolaus[6] Studii, Dositheus[6] Osiidii atque Lazarus[1 7] presbyter et monachus, qui dicitur Chazaris[m]. Qui nisi fuerint missi, suspectos vos[n] reddetis, quia hos, in quibus certificari possumus[o], a nostris obtutibus[p] subtrahere studiose curatis. Et ideo neminem ceterarum partium ammittemus[q], nisi forte quos ex latere vestro destinatos esse veraciter valemus[r] agnoscere. Quibus ex utraque parte convenientibus et coram nostra[s] praesentia ac fratrum et coepiscoporum nostrorum auditis, quid quaestionis inter utramque partem emerserit, facilius agnoscamus et canonice finiamus. Mittat nihilominus et Photius[t] ex sua parte quos decreverit, qui modum promotionis suae inreprehensibilem et canonicum, si possunt, edoceant. Necnon et imperialis apex vester, si libet, suos e latere mittat aulicos[u], qui in praesentia positi, quem iustitia et rectitudo utrisque[v] partibus finem dederit, patenter agnoscant vestraeque pietati[w] renuntient[x]. Hi vero, qui ex latere[y] vestro mittendi sunt, tales sint, qui[z] et Deum timeant et non sint ecclesiasticarum inexpertes[a] traditionum atque veritati oboedienter et facile adquiescant.

Verum quia sunt quidam ex his, quos[b] Romam venire praecipimus[c], qui, nulla sua habentes solacia, nisi aliorum freti subsidiis omnino tantum iter arripere nequeant[d], idcirco quasi praesentaliter clementiam vestram exoramus, ut quibus egent ad tam difficile atque prolixum iter pro dilectione Dei misericorditer praestare dignemini. Credimus enim acceptum esse vobis istud consilium, nec moleste feret honor regius vester, qui iustitiam diligit, pro his, quae taliter efficiendum[e] decrevimus, quoniam[8] iustitia saepius ventilata clarius splendescit in lucem. Proinde materiam, per quam veritas possit fieri manifesta, confidimus, quod pietas vestra benigne cupiat adiuvare. Cum autem legati vestri venerint, mittite, quaesumus, et epistolas[9] authenticas[f], quas per Radoaldum[g] et Zachariam[h] dudum episcopos[10] misimus, vestrae scilicet eminentiae atque synodo[i], quae tunc pro sacris imaginibus esse colligenda putabatur, quatenus, si tales permanent apud vos, quales a nobis constat fuisse transmissas[k], apud nos[l] investigentur: sicque de cetero[m] falso dicentium alia nos scripsisse, praeter quae misimus[n], labia conticescant[o]; si vero quaedam in eis habentur inserta, quae nos scribi non iussimus nec

cf. Ps. 98, 4.

---

a) valent *B*. b) quotquod *D*. c) quidam *C*; quid est *D*. d) Cizici *B*, *D*; Cizyci *C*. e) Syracossanorum *C*; Syracossianorum *E*, *F*. f) Smirnę *B*. g) Hericlię *D*; Eraclię *E*. h) Egumenti *B*. i) Nyceta *C*. k) Chirsopoleos *B*, *D*; Chrisopoleos *F*. l) Latarus *D*. m) Chazarus *B*, *E*; Chatarus *D*; Gazaris *F*. n) nos *B*, *D*, *E*, *F*. o) possimus *F*. p) obtatibus *D*. q) committemus *D*. r) valeamus *C*. s) vestra *D*. t) potius *D*. u) aulieos *E*. v) utrique *D*. w) pietate *E*. x) nuntient *B*, *D*. y) altare *D*. z) *deest C*. a) inexperti *B*, *D*. b) *om. F*. c) praecepimus *E*; cepimus *F*. d) nequiant *D*. e) *al. m. corr. in* efficiendam *B*. f) autenticas *B*, *D*. g) Rhadualdum *C*; Rhadoaldum *D*; Radualdum *E*. h) Zacchariam *C*. i) sinodo *B*, *D*. k) transmissa *D*. l) vos *C*. m) cero *E*. n) missimus *E*, *F*. o) conticiscant *C*, *D*, *F*.

1) *V. Hergenröther, l. c. I, 576 ann. 132.* 2) *Cf. de eo libellum Ignatii, Mansi XVI, 300. Hergenröther, l. c. I, 403.* 3) *Ca. a. 860—862, † ante 870; cf. Gams, Ser. episc. p. 429.* 4) *De hoc cf. Hergenröther, l. c. I, 365 sq. 403.* 5) *Caput partis Ignatianae; cf. de eo Hergenröther, l. c. I, 381. 385 et saepius, v. III, 882.* 6) *De his tribus abbatibus cf. Hergenröther, l. c. I, 394 sqq. Marin, Les moines de Constantinople (Paris' 1897), p. 206 sq.; de Nicolao etiam Marin, De Studio coenobio Constantinopolitano (Parisiis 1897), p. 54 sqq.* 7) *Hic legatus partis Ignatii sub Benedicto III. papa ca. a. 857 Romam venerat. Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 147, 150 ann. 25. Hergenröther, l. c. I, 361 sq.* 8) *Cf. Innocentii I. ep. ad episcopos per Macedoniam constitutos, Migne, Patr. lat. LXVII, 250 c. 35, Mansi III, 1048 (J.-K. Reg. n. 304):* — — quia veritas exagitata saepius magis splendescit in luce. 9) *Supra ep. n. 82 (p. 433 sqq.).* 10) *Cf. supra p. 476 sq. cum ann. 7.*

mitti voluimus, diligenter scrutemur et, cuius culpa sit actum[a], repperiamus. Est enim apud nos socia illarum duarum, quam apud nos, sicut iam supra diximus[1], retinuimus, pro futuro scilicet testimonio, uno tenore cum ipsis duabus exposita et eisdem syllabis contexta[b] per omnia. Precamur etiam dilectionem vestram, ut nobis actionum[c] authentica[d], in[e] quibus continetur, qualiter Ignatius primitus[2] sit existimatus depositus, destinare dignemini, et monumenta[f] gestorum, quae per Leonem a secretis misistis[3], quaesumus, ipsa nobis authentica[g] transmittite, tam illa videlicet, ubi de tyrannica expoliatione Ignatii refertur, quam illa, in quibus de imaginibus est agitatum[h], licet pene nihil et a paucioribus praesulibus, quam in Ignatii putata depositione fuissent inventi. In quo datur intellegi, quod maius studium fuerit arreptum in laesione hominis quam in laude Dei. 865 Sept. 28.

Iam vero si monitis nostris oboedieritis et quae intimavimus[i] adimplere studueritis, favente Domino auctoritateque sanctorum principum apostolorum potiti[k] licentiam Christianissimae[l] ac mansuetissimae sublimitati vestrae concedemus[m] cum sancta catholica et apostolica ecclesia, specialiter autem nobiscum et cum consacerdote[n] nostro Ignatio et cum parte ipsius communionis gratiae participandi[4], excepta communione Gregorii Syracusani et partis eius atque consentaneorum ipsius communione. Porro si fortassis excellentiae vestrae non placet quod superius scripsimus[5] pro mittendis ex utrisque[o] partibus[p] legatis, scitote nos nil convenientius aut commodius quam hoc fieri posse penitus invenisse; quamvis et ad hoc ipsum pro vestro imperiali amore et[q r], ne[r] vobis[s] existimemur[t] in nullo satisfacere velle, condescendamus atque, ne minus pacem ecclesiae nos velle sectari, quam semper voluimus, opinemini. Siquidem, ut praetulimus[6], nulla regula nullaque consuetudo demonstrat sedis apostolicae semel prolatam sententiam, ipsa non annuente, ultra posse mutari. Nihil praeterea est, quod vos avertere debeat, si placet, credite, quominus praefatos viros in nostram praesentiam dirigatis[u], ad inquirendam scilicet iustitiam et veritatem. Testis enim est nobis omnipotens Deus, quia non est in mente nostra quaelibet[v] intentio vel desiderium nisi diligenter investigandi et inveniendi, quid aequitas unicuique parti tribuat et quid ecclesiae praesenti statui et futuro conveniat. Non ergo putetis nos aut Ignatio velle favere contra iustitiam aut Photium[w] inpugnare canonibus sibi non resistentibus. Certe perfectorum Christianorum est non solum nulli velle nocere, verum etiam laedenti se malum pro malo non reddere. In quo ergo coram Deo loco vel inter quos computaremur, si nihil nobis contrarietatis irroganti[x] inimicitias inferre appeteremus? Igitur dignetur credere pietas vestra, quoniam nec isti volumus in[y] sua[y] iustitia[y] contraire nec Ignatio non suffragantibus canonibus et[z] ecclesiasticis traditionibus auxiliari. cf. Rom. 12, 17; 1. Petr. 3, 9.

Credimus autem in Domino, 'qui dixit de tenebris lucem splendescere' et qui dat homini scientiam, quoniam, si partes, quas diximus, ad illius limina[a] pervenerint, qui mentientes Ananiam et Sapphyram[b] gladio[c] sancti spiritus interemit, si qua sunt incerta et abdita, revelabuntur et manifesta fient: quia nos hoc[d e] semper[d] in voto habemus et inhianter desideramus, ut aequalitatem[f] utrisque partibus servantes nihil nisi quod sacri canones, nisi quod aequitas dictaverit adiuvante[g] Domino statuamus, nullius detrimentum 2. Cor. 4, 6. cf. Eccli. 38, 6. cf. Act. 5, 5. 10.

---

a) harum *B, D,* h *ss. m. corr. B.* b) contesta *C, E.* c) actionēm *E.* d) authentiam *D.* e) *deest B, D.* f) monimenta *B.* g) authentia *B, D.* h) agitatam *F.* i) intimamus *F.* k) protiti *E.* l) Cristianissimae *B, D;* Chrystianissimae *C.* m) concedimus *B, D.* n) sacerdote *B.* o) utraque *B, D.* p) *corr. in* parte *B;* parti *D.* q) *om. C.* r) *cognosci non iam potest F.* s) nobis *B, D.* t) existimentur *D.* u) diligatis *E.* v) quilibet *E;* quemlibet *F.* w) Photitum *C.* x) irrogati *E.* y) *desunt B, D.* z) *om. E.* a) lumina *D.* b) Saphyram *C;* Saphiram *F.* c) gradio *D.* d) semper hoc *B.* e) *in marg. post. add. C.* f) aequalitate *D.* g) adiuviante *D.*

1) *V. supra p. 477 l. 5 sqq.* 2) *Id est in synodo a. 858—859 habita.* 3) *Hic videlicet significantur acta synodi a. 861 collectae.* 4) *Cf. infra ep. n. 89 (p. 488 l. 5 sq.).* 5) *V. supra p. 480 sqq.* 6) *Supra p. 480 sq.*

865 Sept. 28. volentes, quanto minus periculum anhelantes. Quamobrem[a] ergo iam, quia sic se veritas habet, contra partem Gregorii Syracusani simus commoti et in flagello profecti, si vultis agnoscere, dignanter audite: videlicet quoniam non surdi fuimus auditores[b] sancti
cf. Ioh. 2, 15. evangelistae, qui nobis refert, quod redemptor noster flagellum fecerit de resticulis et templum ingressus omnes in eo diverso modo male operantes ex ipso proiecerit. Quod cernentes apostoli potuerunt utique minus adhuc perfecti mirari, veluti forsitan nunc vos, quomodo tanta facilitate sacerdotes et cunctos malos operarios foras[c] e templo
Ps. 68, 10. pepulerit[d]; sed postea recordati sunt, quia scriptum erat: 'Zelus domus tuae comedit me.' Non itaque inimicitiae, non humanum odium, non ullum, Deo gratias, malignum desiderium nos contra praefatae[e] partis homines impulit, sed zelus domus Dei, zelus
cf. 2. Cor. 11, 28. paternarum traditionum, ordo ecclesiasticus, antiqua consuetudo atque sollicitudo, quam circumferimus, cunctarum ecclesiarum Dei necnon et privilegia propriae sedis, quae in beato Petro suscepta divinitus et in ecclesiam Romanam dirivata[f] universalis[g] celebrat et veneratur ecclesia, sicut praediximus, nos accendunt et silere ac desides[h] esse nequaquam permittunt.

Ergo cum ita sit, quoniam, ut veritatem dicamus, per omnia ita est et, si tempus indulgeret, mille quae dicimus[i] valeremus testimoniis demonstrare[k] et vobis ex probabilium scriptis virorum indiciis ostendere multiplicibus, nolite indignari, nolite adversus[l] nos frustra causari[m], nolite perversorum[n] hominum verba libenter audire, sed potius nos audite. Nolite nobis minas praetendere, quoniam nec illas Domino protegente metuimus nec per has praecepta vestra, nisi divinis fuerint iussis ornata, faciemus. Parati autem sumus propter veritatem sanguinem nostrum effundere et quidem[o] plebem divinitus nobis commissam nec vobis nec ulli[p] vestrum, propitio Christo, trademus.

Vestrum[q] autem est considerare, utrum quod meditamini valeatis necne perficere.
cf. Ps. 76, 6. Cogitate itaque dies antiquos et annos aeternos[r] in mente habetote et, quid imperatores, qui persecuti fuerunt ecclesiam Dei et maxime ecclesiam Romanam, id est Nero[1], Diocletianus[s 2], Constantius[3], Anastasius[4] et ceteri moris eorum, pertulerint et ubi modo[t] sint[t], adtendite diligenter et, quantum sit[u] in ecclesia Dei exsecrabilis fama eorum et nomen detestabile, sapienter advertite. Quam autem Dei cultorum[v] Augustorum[w], qui ecclesiam Dei exaltaverunt et praecipue Romanam, Constantini[5] videlicet et Constantis[6], Theodosii quoque maioris[7] et Valentiniani[8] et ceterorum laus in universali ecclesia polleat et eorum praeconia ubique personent et nomen eorum inter sacra mysteria[x] impraetermisse commemoretur, attentius et sedule recordamini sicque nos audire illos imitantes satagite. Patres etenim[y] vestri per gratiam[z] Christi sumus et vos tamquam karissimos diligimus filios nec possumus vobis nisi viam veritatis ostendere; terrenam gloriam vestram augeri divinitus exoptamus[a]: sed quid peccamus[b], si caelestem ac[c] aeternam vos capessere nihilominus exoramus?

Quapropter attendat clementia[d] vestra, quantus fuerit[e] erga sedis apostolicae reverentiam antecessorum vestrorum, piorum dumtaxat imperatorum et praecipue quos longe superius memoravimus[9], amor et studium; qualiter eam diversis privilegiis extulerint, donis ditaverint, beneficiis ampliaverint; qualiter illam litteris suis honoraverint,

---

a) Quamobirem *D.* b) adiutores *E.* c) *deest B, D.* d) populerit *E.* e) praefati *B, D, E, F.* f) derivata *F.* g) uniumsalis *D.* h) derides *D.* i) decimus *D; corr. ex* decimus *E.* k) demostrare *B.* l) adusus *D.* m) ausari *D.* n) perusurum *D.* o) siquidem *C.* p) ullum *D.* q) Vestram *F.* r) eteternos *B.* s) Deocletianus *D;* Dioclitianus *F.* t) sint modo *F.* u) sis *F.* v) cultorem *C.* w) *deest B.* x) misteria *B.* y) enim *D.* z) gramen *B, D;* graciam *C.* a) exoramus *C.* b) peccauimus *E.* c) et *B; deest D.* d) clementiam *D.* e) fuerat *B.*

1) *54—68.* 2) *284—305.* 3) *Constantium II. (337—361), Constantini filium, Arianorum fautorem, Nicolaus sentire videtur.* 4) *491—518.* 5) *306—337.* 6) *337—350.* 7) *379—395.* 8) *Valentinianus III. (425—455) hic significatur, qui iam supra laudabatur (p. 458 l. 5).* 9) *Supra p. 458.*

eius votis annuerint, instituta perficienda mandaverint, orationes petiverint, fidem sectandam decreverint; qualiter etiam legibus suis pro adunandis[a] ei ecclesiis promulgaverint, pro colligendis conciliis[b] ac proferendis sententiis non imperaverint[1], sed precati et hortati solum extiterint et[c], quae[d] illi[d] decreverunt, ipsi consenserint[c] et, quae illi damnaverunt, ipsi respuerint[e]. Sic ergo, fili[f] karissime[f], sic et tua sublimitas[g] non ex parte ingratorum et inoboedientium filiorum existens, quod absit, sed hos inter ceteros Dei cultores Augustos imitata, quae decrevimus de Constantinopolitana ecclesia, oboedienter attendat. Ista, quaesumus, suadentibus[h] saepius nobis[i] pietas vestra nos[k] minime spernat[l], prae oculis habitis[m] Domini verbis[n] dicentis: 'Qui audit vos, me audit, et qui vos spernit, me spernit, et qui me spernit' et cetera. Denique et concordans apostolus[o] Domino nostro: 'Quapropter[p]', inquit, 'qui haec spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit spiritum suum[q] sanctum in nobis.' Verum si nos vos spernendos esse ducitis[r], nos tamen non possumus ea, quae Dei sunt, spernere et neglegere, quominus et saluti vestrae consulamus et de acceptione talenti crediti[s] nostrum periculum declinemus, dispensatione[2] nobis caelestis seminis iniuncta[t]: Ve si non sparserimus! Ve si tacuerimus! Quod cum[u] electionis vas formidet et clamet, quanto magis cuilibet exiguo metuendum est.

865 Sept. 28.

cf. 2. Tim. 3. 2.

Luc. 10. 16.

1. Thess. 4. 8.

cf. Matth. 25, 24—29.

cf. 1. Cor. 9, 16.

cf. Act. 9, 15.

Proinde sicut non leve discrimen incumbit[v] pontificibus siluisse pro divinitatis cultu et ecclesiae correctione, quod congruit, ita his, quod absit, non mediocre periculum est, qui, cum debeant parere[w], despiciunt. Et, si cunctis generaliter[x] sacerdotibus divina tractantibus fidelium convenit corda summitti[y], quanto potius sedis illius pontifici consensus est adhibendus, quem[z] cunctae ecclesiae generalis iugiter pietas celebravit[z]? Ubi clementia[a] vestra evidenter advertit numquam quovis penitus humano consilio elevare se[b] quemquam posse contra illius privilegium vel confessionem, quem Christi vox praetulit universis, quem ecclesia veneranda confessa semper est et habet devota primatem[c]. Impelli[3] non valent humanis praesumptionibus quae divino sunt iudicio constituta. Desinant ergo, rogamus, temporibus vestris quidam per[d] occasionem perturbationem ecclesiasticam praecipitanter appetere et quae[e] non licent[f] ambire[g]; alioquin et quod male appetiverunt non perfruentur[h] et ipsam quoque Christianitatem, nisi resipuerint[i], prorsus amittent.

Vos autem, quaesumus, nolite praeiudicium Dei ecclesiae irrogare; illa quippe nullum imperio vestro praeiudicium infert, cum magis pro stabilitate ipsius aeternam divinitatem exoret et pro incolomitate vestra et perpetua salute iugi devotione precetur. Nolite quae sua sunt usurpare, nolite quae ipsi soli commissa sunt velle surripere, scientes, quia tanto nimirum a sacris debet omnis mundanarum rerum administrator esse remotus[k], quanto quemlibet ex catalogo clericorum et militantium Deo nullis convenit negotiis saecularibus implicari[4]. Denique[5] hi[l], quibus tantum humanis rebus et non

cf. 2. Tim. 2. 4.

---

a) adunandi *D.* b) consiliis *E.* c) et — consenserint *desunt B, D.* d) *bis in E.* e) respuerunt *B, D.* f) filii karisimi *E.* g) sumlimitas *D.* h) suadenti *B, D.* i) nos *B, D.* k) *om. B, D.* l) spernant *ead. m. ss. corr. ex* sperant *F.* m) habitus *B, D;* habitatis *C.* n) ūb *F.* o) apostolos *F.* p) Quipropter *D.* q) *om. B, D.* r) dicitis *E.* s) *deest B, D.* t) incuncta *D.* u) tam *add. B, D.* v) incurrit *B, D.* w) parare *corr. E.* x) generater *E.* y) summittit *E.* z) quem — celebravit *desunt B, D.* a) *vel* dementia *E.* b) *deest B, D.* c) priuatem *F.* d) pre *C.* e) quo *B.* f) licet *B, E.* g) abire *B.* h) fruentur *B;* perfruenta *D.* i) resippuerint *D;* respuerint *E, F.* k) semotus *B, D.* l) hic *E.*

1) *Cf. C. A. Kneller in 'Zeitschrift für katholische Theologie' XXX, 416. 421 (1906).* 2) *Sequentia usque ad l. 28 omnia fere Nicolaus sumpsit ex Gelasii I. papae epist. ad Anastasium imperatorem, Thiel, Epistolae Roman. pontif. gen. I, 350 sqq., Mansi VIII, 31, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 639 sq. (J.-K. Reg. n. 632). — Cf. Decr. Grat. c. 5 D. 43.* 3) *Hoc loco Gelasius dicit:* Impeti possunt humanis *usque ad* constituta, *deinde* vinci autem quorumlibet potestate non possunt. 4) *V. supra ep. n. 38 p. 309 sq., infra ep. n. 105 (J.-E. Reg. n. 2688). — Cf. ad haec et sequentia Hauck, 'Der Gedanke der päpstlichen Weltherrschaft bis auf Bonifaz VIII.' (1904) p. 14 sq. Omnia autem fere, quae hic infra sequuntur*

865 Sept. 28. divinis praeesse[a] permissum[b] est, quomodo de his, per quos divina ministrantur, iudicare praesumant, penitus ignoramus. Fuerunt haec ante adventum Christi, ut quidam typice[c] reges
cf. Gen. 14, 18. simul et sacerdotes existerent: quod sanctum[d] Melchisedech fuisse sacra prodit historia quodque in membris suis diabolus imitatus, utpote qui semper quae divino cultui[e] conveniunt sibimet tyrannico spiritu vindicare contendit, ut pagani imperatores idem[f] et maximi[g] pontifices dicerentur. Sed[h] cum[1] ad[i] verum ventum est eundem regem atque pontificem, ultra sibi nec imperator iura pontificatus arripuit nec pontifex nomen imperatorium[k] usurpavit. Quoniam[2] idem[1] mediator
cf. 1. Tim. 2, 5. Dei et hominum, homo Christus Iesus sic actibus[m] propriis et dignitatibus distinctis[n] officia potestatis utriusque[o] discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana[p] superbia[q] rursus in inferna demergi[r], ut et Christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro cursu temporalium tantummodo[s] rerum imperialibus[t] legibus ute-
cf. 2. Tim. 2, 4. rentur, quatenus[u] spiritalis actio carnalibus distaret incursibus[v], et ideo militans Deo minime se negotiis saecularibus implicaret[w] ac vicissim non ille rebus divinis praesidere videretur, qui esset negotiis saecularibus implicatus; ut et modestia utriusque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque suffultus, et competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur.

Quibus omnibus rite collectis satis[3] evidenter ostenditur a[x] saeculari potestate nec ligari prorsus nec solvi posse pontificem, quem constat a pio principe Constantino, quod longe superius memoravimus[4], Deum appellatum, nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum est[y]. Sed et Theodosius minor sanctae synodo scribens Ephesenae primae dicit[5]: Deputatus[z] est igitur Candidianus, magnificentissimus comes strenuorum domesticorum, transire usque ad sanctissimam synodum vestram et in nullo quidem, quae faciendae sunt de piis dogmatibus quaestiones seu potius expositiones, communicare. Illicitum namque est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis intermisceri[a] tractatibus.

Quid[b] praeterea hinc Romani praesules sentiant, quid[b] Latini Graecique doctores hinc exponant, quid[b] denique Maximus[c 6], venerabilis monachus et illo in tempore apud vos pene[d] solus catholicus, in disceptatione sua perhibeat, quoniam longum est scribere, interrogate seniores, qui tamen moribus seniores sunt, et dicent vobis.

His[7] itaque manifeste repertis[e] apparet comministrum nostrum Ignatium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione[f] quia praesulum quoque assensus est subsecutus, apparet id[g] causa fuisse patratum[h] adulationis[i], non legitimae sanctionis. Siquidem in tantum[k] vestra sententia praesulum prae-

---

a) prȩcesse *E*. b) dimissum *B, D*. c) tipice *B, D;* typite *E*. d) sanctus *B, D*. e) cultia *D*. f) id est *D*. g) maxime *F*. h) *deletum F*. i) *om. E*. k) imperatorum *F*. l) id est *D*. m) *corr. ex* catibus *B*. n) distis *B*. o) utrisque *B, D*. p) humanas *F*. q) supervia *D*. r) dimergi *E, F*. s) tantummodum *E*. t) imperalibus, l *corr. ex* r *E*. u) et in *add. B, D*. v) incursoribus *B, D*. w) implicat *B; corr. in* implicat *D*. x) ad *F*. y) *deest F*. z) Deputatum *E*. a) intermiscere *B, D*. b) qđ *E*. c) Maximum *D*. d) penes *B, C, D, E, F*. e) repperitis *C;* reppertis *E, F*. f) dampnatione *C;* damnationem *E*. g) *deest B, D*. h) paratum *D*. i) adolationis *E, F*. k) contra *B, D*.

(usque p. 486 l. 17), hausta sunt ex Gelasii I. tomo de anathematis vinculo, Mansi VIII, 93 sq., Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 567 sq. (J.-K. Reg. n. 701). — V. etiam A. Greinacher, 'Die Anschauungen des Papstes Nikolaus I. über das Verhältnis von Staat und Kirche' (1909) p. 17 sqq. 5) *Cf. Decr. Grat. c. 5 D. 96.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 6 D. 96.* 2) *Sequentia etiam Decr. Grat. c. 8 D. 10 exhibet.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 7 D. 96.* 4) *Supra p. 456 l. 3.* 5) *Cf. epistol. Theodosii II. et Valentiniani III. ad synod. Ephesinam I. a. 431, exstantem in antiqua latina versione nonnisi in cod. Casin. 2 (v. Maassen, 'Geschichte der Quellen und der Litteratur des canonischen Rechts' I, 322 n. 7, 724), ex quo edita est in Biblioth. Casinensi I, Florileg. Casin. p. 5 sq. Aliam versionem edidit Mansi IV, 1118 sqq., cf. etiam Mansi V, 467 sqq.* 6) *Cf. de eo Marin, 'Les moines de Constantinople' p. 240 sqq. 299 sqq. 435 sqq. et saepius; Hergenröther, l. c. I, 203 sqq. 206. 213. — Acta Maximi postea a. 874 Anastasius bibliothecarius e lingua Graeca in Latinam transtulit, cf. Lapôtre, l. c. p. 109 sq.* 7) *Iterum hoc loco Nicolaus Gelasii tomo de anathematis vinculo utitur, cf. Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 568, Mansi VIII, 94 (J.-K. Reg. n. 701).*

cessit sententiam, ut non solum vestro sit iussu credita sibi ante omnem interrogationem 865.
idem[a] antistes pulsus ecclesia, verum etiam postea[b] in damnatione ipsius, sicut gesta illius latrocinalis synodi[1], quae nobis per Leonem illustrem a secretis misistis, indicant, — quod numquam, nisi[c] fallimur, aliquando fuit actum — primi et[d] ante omnem scripseritis episcopum.

His ita praelibatis sub[2] conspectu Dei pure sincereque pietatem vestram deprecamur, obtestamur[e], exhortamur[f], ut petitionem nostram non indignanter accipiatis. Rogamus denique, ut nos in hac vita potius audiatis deprecantes quam, quod absit, in divino iudicio sentiatis accusantes. Et ideo nolite, precamur, irasci, si vos tantum diligimus, ut regnum, quod temporaliter assecuti estis, velimus vos habere perenne et, qui imperatis saeculo, possitis[g] regnare cum Christo. Nam qua[h] fiducia, rogamus, illic Dei praemia petituri estis, cuius hic[i] ecclesiae detrimenta non prohibetis? Non sint gravia, quaesumus vos, quae pro vestrae salutis aeternitate dicuntur. Scriptum legistis: 'Meliora sunt vulnera amici quam fraudulenta oscula inimici'. Prov. 27, 6.

Deus omnipotens cor imperii vestri ad intellegenda quae dicimus clementer aperiat et nobis oboedire in[k] his[k], de[k] quibus scribimus, imperare[l] nutu[m] intimae inspirationis suae dignetur, Christianissime et dilectissime fili.

Quisquis[3] autem[n] hanc epistolam nostram Constantinopoli legerit et Augustissimo filio nostro imperatori Michaheli quicquam ex his, quae in ea scripta sunt[o], occultaverit, si locum apud illum potest invenire sufficientem, anathema sit. Quisquis etiam[p] interpretatus eam fuerit et ex ea quicquam mutaverit[q] vel subtraxerit aut superaddiderit, praeter illud, quod idioma[r] Graecae dictionis exigit[s] vel interpretanti scientia intellegendi non tribuit, anathema sit[4].

Data[t] IIII. Kalendas Octobris indictione XIIII[tu].

89.

Nicolaus Michaeli spathario epistolam (supra n. 88) mittit, quam Michaeli imperatori reddat. Ipsum de sensu illius epistolae breviter certiorem facit et, ut eam receptam, sicut iusserit, ad imperatorem deferat, sub poena excommunicationis ei praecipit.

865.

Cod. Casin. 220 p. 231 (B).

Edit. Bibliotheca Casinensis IV (1873), Florilegium Casinense p. 358. — Cf. J.-E. Reg. n. 2797.

NICOLAUS EPISCOPUS MICHAHELI SPATHARIO[5] IMPERATORIS GRECORUM[6].

Scias[a] iam[a], quia tu ad nos venire noluisti, misisse nos[a] epistolam[a 7] per viros reverendos atque illustres, quam ad dilectum filium nostrum et excellentissimum Augustum

---

a) id est *D;* Idem *E.* b) post *F.* c) ni *C; non certe cognosci potest propter laes. membr. F.* d) ac *D.* e) obstestamur *B.* f) exoramus *B.* g) positis *B, E.* h) qui *D.* i) haec *C.* k) de his in *B, D.* l) impetrare *Edit.* m) *om. B, D.* n) *deest F.* o) *om. E.* p) autem *E.* q) *initium pag. 231 legi vix potest F.* r) odiomo *D.* s) exegit *F.* t) Data—XIIII *desunt B, C, D, E; etiam in codice Casinensi (F) pag. 231 fere deleta sunt. Quae autem speculo utentes in pag. 230 legimus.* u) *quae sequuntur in prioribus editionibus et in codicibus C, E:* Haec quidem — fore praevidimus *referenda sunt ad ep. infra n. 98, ut recte iam cognovit Hefele, Konziliengeschichte IV², 339 ann. 1.*

89. a) *haec verba in pag. 231 fere omnino deleta speculo legi possunt ex pag. 230 adversa B.*

1) *Scilicet a. 861 habitae. — Cf. de his Hergenröther, l. c. I, 436.* 2) *Cf. Gelasii papae epist. ad Anastasium imperatorem, Thiel, Epist. Roman. pontif. gen. I, 352 sq., Mansi VIII, 31 sq., Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 640 (J.-K. Reg. n. 632).* 3) *Cf. infra finem epistolae n. 91.* 4) *Ad haec v. etiam infra ep. n. 89 p. 488 l. 9 sqq.* 5) *Qui legatione functus epistolam Michaelis imperatoris Nicolao attulerat, ad quam papa respondit epistola sua supra sub n. 88 edita.* 6) *Ex tempore antecedentis epistolae (n. 88) huius tempus apparet. Cf. etiam ad istam ea, quae in illa scripta sunt p. 474 l. 6—12.* 7) *Supra n. 88.*

cf. 1. Petr. 3, 9. Michahelem per te transmittimus. Per quam ei non iniurias[a] pro iniuriis reddimus, sed
866 solummodo sicut pater filium admonemus eum et per totam illam epistolam nichil ad
Nov. 13. eum nisi cohortamenta et praedicamenta atque salutifera verba dirigimus. De hoc autem, unde nos precatus est, ut faceremus, quantum pro Deo ausi sumus, fecimus et, ut melius arbitrati sumus, sententiam nostram temperavimus et pacem et communionem reddendam ecclesiae et illi promisimus[1]. Quapropter nichil dubitans tua prudentia illam suscipiat et ad dilectum filium nostrum Michahelem pium imperatorem deferat et eius manibus offerat; atque pro nobis per Deum et beatos principes apostolorum Petrum ac Paulum illum adiura, ut[2] ad talem interpretem illam interpretandam tribuat, qui non sit ausus ex ea quicquam aut minuere aut addere aut aliquid commutare, sed ita eam interpretetur, ut nichil de sensu, qui in ea scriptus est, aliquantisper occultet. Insuper autem obsecra eum ex nobis, ut, postquam interpretata in Grecum fuerit, coram se illam per totum legi praecipiat. Quodsi illam non receperis et iam dicto imperatori Constantinopolim perveniens non detuleris manibusque eius non porrexeris et, unde eum adiurare tibi praecepimus[b], nisi adiuraveris eum vel si quicquam de his, quae tibi eccę per istam epistolam nostram imperamus, neglexeris, a corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi atque ab omni Christianorum communione sis alienus et cum inoboediente[c] Saul rege habeas in divino iudicio portionem.

90.

Nicolaus Michaeli Graecorum imperatori scribit de Radoaldi et Zachariae legatione et depositione. De epistolis suis apud Graecos depravatis conqueritur. Nec Ignatii deiectioni nec Photii promotioni consentit, utrumque Romam ad iudicium renovandum mitti iubet. Denuo in imperatorem propter contumeliosas litteras praeterito anno susceptas acriter invehitur. Donatum episcopum, Leonem presbyterum, Marinum diaconum legatos commendat. *866 Nov. 13.*

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 52—74' (B); Vatic. lat. 3827 fol. 168—178' (C).

Edd. Nicolai I. pont. max. epistolae (Romae 1542) p. LXXI; Editio Romana (1591) III, 58; Mansi, Conc. coll. XV, 216; Migne, Patr. lat. CXIX, 1016. — Cf. J.-E. Reg. n. 2813 (2124).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI PIISSIMO ET GLORIOSISSIMO DILECTO FILIO MICHAHELI MAGNO IMPERATORI[3].

Quanto maiora sunt beneficia Dei, quae gratuita misericordia sua vestrae collata sunt pietati, tanto procul dubio virtutum vestrarum debent insignia fecundius abundare[a] et, quanto dono ipsius imperium vestrum gloriosius esse dinoscitur exaltatum et super omnia regnorum culmina sublimatum, tanto infirmitate propria considerata oportet sub potenti manu eius solo tenus humiliari et prona mente, quod omnia ex illo, quicquid[b] boni habet, quicquid sibi arridet, sine dubio possideat, submisse[c] seduleque pensare.
Eccli. 3, 20. ib. 32, 1. Scriptum quippe est: 'Quanto magnus es[d], humilia te in omnibus'; et rursus: 'Rectorem
1. Reg. 15, 17. te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex illis'; et ad Saul dicitur: 'Nonne, cum parvulus esses in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israhel?' Nihil quippe

---

a) *in rasura B.* b) precipimus *Florileg. Casin.* c) inobędiente *B.*

90. a) habundare *C.* b) quidquid *B.* c) summisse *C.* d) est *B.*

1) *V. supra ep. n. 88 p. 483 l. 11—16.* 2) *Cf. ad haec finem praecedentis epistolae p. 487 l. 18—23.* 3) *Haec et octo sequentes epistolae — uno tempore missae et magna ex parte unius eiusdemque tenoris — Constantinopolim destinatae sunt per legatos infra (p. 510) nominatos; neque vero hi Constantinopolim pervenerunt, sed infecta re Romam reverterunt, cf. Lib. pontific. ed. Duchesne II, 164 sq. et infra ep. n. 100. — Cf. de his epistolis Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 194. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 82—89. Lämmer, 'Papst Nikolaus I. und die byzantinische Staatskirche seiner Zeit' p. 39—42; de praesenti specialiter Hergenröther, 'Photius' I, 618—628.*

a sublimibus personis offertur Deo gratius humilitate. Nihil autem humilitati principum magis congruit quam libenter audire queritantium voces, praedicantium exhortationes et imminentes seu futuras a speculatoribus Domini praenuntiatas cavere calamitates. Denique cum non omnes prophetiae[a] spiritum accepimus, unde scire possumus quae circa subiectos nostros vel circa eos, qui eiusdem fidei sunt nobiscum, aguntur, si praesentium verba vel absentium scripta ab auditu nostro vel visu prorsus excludimus? Epistolae namque stilus tamquam quidam adventantium seu gestorum negotiorum ostiarius est. Quid ergo nosse poterit omnium curam habens subditorum et praecipue religionis providentia vestra, si adempto ianitoris officio intus nuntiari non permittitur, quod a diversis suggerere clementiae vestrae auribus foris[b] deposcitur? Debetis ergo cunctorum suggestiones absque ulla prorsus retractatione pio semper auditu percipere referentiumque[c] voces honestatis, immo repperiendae iustitiae ac aequitatis avidi absque qualibet dispectione dignanter admittere sicque demum magistra ratione, quae semper privatae voluntati non postponi, sed anteponi debetur, a falsis vera et a noxiis salubria sequestrare et falsa quidem seu noxia summo libramine repperta merito iam[d] repellere, quae autem vera sive proficua esse probantur, iure ac[e] consequenter[f] admittere: nam amatoris iustitiae indicium est quoslibet et quomodolibet hanc velle penitus invenire. Iustitia nempe pretiosa[g] margarita est, quae non solum in thesauris regiis, verum etiam in sterquiliniis est quaerenda; quanto potius a sede Petri, cui Deus pater pretiosissimum margaritum, id est filium suum, revelavit, est sine omni cunctatione speranda et expectanda necnon et oblata totis praecordiorum ulnis ardentissime suscipienda. Nolite igitur, fili karissime, scripta nostra vel missos a visione[h] vestra secludere[1]; nolite a beati Petri legatione tranquillissimas aures vestras avertere. Infidelium est enim, immo de salute sua desperantium, aures[i] a voce praedicantium claudere, 'sicut aspidis surdae et obturantis[k] aures suas, quae non exaudiunt vocem incantantium', id est praedicantium.

866 Nov. 13.

cf. Apoc. 19, 10.

cf. Matth. 13, 46.

Ps. 57, 5. 6.

Ceterum vos, qui pii, Deo gratias, suadibiles estis, tanto aures ad audiendos clamores pauperum, id est humilium[2], et pro ecclesia Dei vociferantium[l] aperire debetis tantoque ad audiendam legem dirigere[m] vos intentionem oportet, quanto ipsi penes Deum[n] haberi orationem vestram acceptam desideratis quantoque, cum in oportunitatibus clamatis, et[o] exaudiri medullitus exoptatis. Siquidem virgines illae fatuae, quae foris positae incassum: 'Domine, Domine, aperi nobis' clamaverunt, idcirco apertam ianuam non invenerunt, quoniam aurium suarum ianuam salutiferis vocibus non aperuerunt. Sicut enim misericordiam facientes misericordiam consequentur, quod de unaquaque virtute sentiendum est, ita voces, quae pro causa Dei proferuntur, qui audierit, voces quoque suas constituet exaudibiles, sicut e contra, qui non audierit, non audietur, quemadmodum scriptum est: 'Qui opturat[p] aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.' Porro cum quaedam mulier typum ecclesiae gestans Domino: 'Beatus venter, qui te portavit, et ubera, quae suxisti', clamaret, confestim audivit[q], quod magis 'beati sint, qui audiunt verbum Dei et custodiunt'. Itaque audite, serenissime imperator, voces legatorum nostrorum vel[r] voces litterarum nostrarum, audite patienter, audite tranquille; quas confidimus in Domino non invenietis a divinis praeceptis in aliquo dissentire vel a paternis diffinitionibus studio discrepare. Nam si, antequam has audiatis, repellitis et a vobis[s], antequam de his, quae fortassis in eis in dubium veniunt, interrogaveritis, excluditis contra divinum praeceptum, de incognitis iudicare[2] et non probata damnare procul dubio dinoscemini.

Matth. 25, 11.

cf. Matth. 5, 7; Rom. 11, 30. 31.

Prov. 28, 9.

Luc. 11, 27. 28.

---

a) prophecie *corr. ex* pro specie *B.* b) fores *B.* c) referentiumquae *B.* d) *deest B.* e) *deest B.* f) consequentur *B.* g) praetiosa *hic et infra B.* h) visitatione *B.* i) audiciis, *post. ss.* aures *B.* k) obdurantis *B.* l) vociferancium *B.* m) dirige *B.* n) Dominum *C.* o) *om. C.* p) obdurat *C.* q) audierit *C.* r) *om. C.* s) vocibus *B.*

1) *Quod profecto factum est, v. supra p. 488 ann. 3.* 2) *Cf. supra p. 405 l. 12 sq.*

cf. Prov. 1, 8; 4, 1. 10. 20.

Itaque sapientissimum Salomonem, qui filium, quem instruit, ad auditionem suam potissimum invitat, sequentes haec vobis scripto tamquam carissimo filio praemisisse sufficiat. Ceterum, etsi non vobis, saltem nobis consulentes, quae mittenda operae pretium[a] duximus, scribere non omittimus et causas ecclesiae ipsius vel nostras, etsi non auribus tuis, certe tamquam coram praesentia Dei fidenter exponimus. Igitur quae penes ecclesiam Constantinopolitanam diebus tuis, o excellentissime imperator, acta sunt hactenusque[b] geruntur[b], sapientia quidem tua liquido novit. Sed, qualiter zelo zelati pro domo Dei, sollicitudinem scilicet omnium ecclesiarum, secundum apostolum, more praedecessorum meorum circumferentes, nos de his egerimus vel disposuerimus, non tam brevi quam veraci stilo pietati tuae significamus et, ne aliter sincerae menti tuae suaderi temptetur vel aliter quod egimus tibi subripiatur intellegi[1], praesentibus te syllabis edocemus. Quod prudentiam tuam dudum iam non lateret, si vel hostes Christi, qui vere est veritas, non in mendacium veritatem converterent vel nos affectu voluisse paterno tamquam karissimo filio hanc tibi reserare studuissent asserere vel si, quo dilectionis ardore circa salutem tuam flagremus, falsitatis fuco noluissent contegere.

866 Nov. 13.

cf. 3. Reg. 19, 10. 14.

cf. 2. Cor. 11, 28.

cf. Ioh. 14, 6; 1. Ioh. 5, 6.

Igitur postquam audivimus, quod quidam quidem invidiae facibus accensi et superbiae fastu arroganter elati more Iudaeorum contra pastorem et magistrum suum, fratrem videlicet et comministrum nostrum Ignatium, ecclesiae praefatae sanctissimum patriarcham, insurrexissent, quidam vero instar viperarum[2] ac parricidarum parentem proprium, eundem scilicet beatissimum virum, ferinis dentibus impetissent et ab ecclesia ipsa, cui iure praesidebat, tyrannidis suae cornu penitus removissent, acerrimis doloribus angustati atque meroribus vehementibus cruciati coepimus, qualiter erga eum viscera benignitatis utpote circa fratrem ostenderemus, sedula meditatione tractare. Scriptum quippe est: 'Qui viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo karitas Dei manet in eo?' Maxime cum scandalum et schisma in iam dicta urbe et in adiacentibus sibi civitatibus propter quendam Photium, ex[c] foro ac saeculari militia et habitu atque a palatinis aedibus eductum ac subito tonsoratum et in eadem ecclesia contra sacros canones[3] promotum, non modicum audiremus obortum, aliis videlicet Photii promotionem defendentibus, aliis autem hanc tamquam inconvicto et superstite Ignatio factam merito detestantibus. Sed dum, quid hinc a nobis fieri deberet vel qualiter tantae pestilentiae mederi possemus[d], nobiscum incessanter et anxie cogitaremus, ecce repente legati sublimitatis tuae ad sedem apostolicam cum epistola regia pervenerunt[4], accusationes quasdam adversus[e] iam fatum consacerdotem nostrum Ignatium deferentes et, ut a sede apostolica missos daremus, qui scandala illa sedarent et[f] schismata dissiparent, magnopere postulantes. Quibus benigne receptis et legationis iniunctae sibi seu scriptorum delatorum tenore perspecto mestitiam, quam prius rumor solus in corde nostro pepererat, casuum evidenter ostensorum certior confestim relatio multiplicavit.

1. Ioh. 3, 17.

Quapropter, quia, sicut imperii tui divinitus inspirata sapientia novit[g], cunctarum Christi ovium cura constringimur, cum vices illius per habundantiam caelestis gratiae gerimus, cui specialiter a Deo dicitur: 'Pasce oves meas', et rursus: 'Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos', non potuimus dissimulare, non potuimus neglegere, quominus visitaremus oves dispersas et dissipatas vel quominus confirmaremus in fide et bonis moribus fratres nostros et proximos. Et quia inter cetera, quae de schismate

Ioh. 21, 17. Luc. 22, 32.

---

a) praecium *B*; praetium *C*. b) hactenus queruntur *B*. c) *ss. corr. in* a *B*. d) possem *C*. e) ad *B*. f) ac *C*. g) nobis *corr. ex* nobit *B*.

1) *Cf. finem ep. supra n. 88 (p. 487) et ep. n. 89 (p. 488), in quibus cum anathematis interpositione Nicolaus scripta sua integra ad imperatoris aures perferri iubet.* 2) *Cf. Isidor. Etymol. l. XII c. 4 § 10. 11 (Migne, Patr. lat. LXXXII, 443).* 3) *Sardic. c. 13; Mansi III, 27.* 4) *A. 860. V. supra ep. n. 84 p. 441 cum ann. 3, ep. n. 88 p. 457 cum ann. 14.*

iam fatae Constantinopolitanae ecclesiae hi, qui missi fuerant, testabantur, maxime eandem ecclesiam ab iconomachis recidivam contentionem excitantibus asserebant vexari Christumque per singula conventicula blasphemari, idcirco duos episcoporum, qui nobiscum erant quique ad hoc tantum perficiendum opus idonei nobis esse videbantur[1], Rhadoaldum[2] scilicet et Zachariam[3], una cum ecclesia, quae apud nos est, datis litteris[a 4] Constantinopolim idem nimirum piaculum execrantes e latere nostro[5] direximus, nihil eis[b] penitus iniungentes, nisi ut tantummodo causam Ignatii patriarchae, qui ante de ecclesia pulsus quam ab aliquo accusatus extiterat, diligenter investigarent et sedi apostolicae plenis[c] et[c] veracibus[c] referrent indiciis[6], quemadmodum Iob beatissimus edocens[d]: 'Causam', inquit, 'quam nesciebam, diligentissime investigabam'. Photii vero consecrationem non solum minime interim admittendam esse credidimus, verum etiam ipsis legatis nostris, ne cum illo nisi quasi[e] cum laico usque ad notitiam nostram communicarent, frequenti ac commoda[f] iussione praecepimus, quoniam, sicut magniloquus[g] Leo papa scribens ad sanctum Flavianum dicit antistitem[7], nos, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus incognitis rebus in[h] cuiusquam partis praeiudicium diffinire, priusquam universa, quae gesta sunt, veraciter audiamus, tantum eis de venerabilibus domini nostri Iesu Christi eiusque genetricis semper virginis Mariae ac sanctorum ipsius imaginibus, quidquid quaestio afferret, iuste ac pie diffinire licentiam dantes. Quae cuncta ita esse, ut dicimus, litterae[8] nostrae, quas Augustae mansuetudini tuae necnon et Photio per eosdem missos nostros destinaveramus, si ita sunt apud vos, quemadmodum a nobis fuere transmissae, patenter poterunt indicare. 866 Nov. 13. Iob 29, 16.

Verum de hoc in subditis late dicturi ad propositum redeamus. Pervenientes[i] igitur idem[k] missi nostri Constantinopolim[9] minis imperii tui, sicut ipsi postea nonnumquam fatebantur[l], deterriti et horrendis terroribus inpulsi, spretis monitis nostris, contemptis et epistolis sibi a nobis coram tota ecclesia nostra datis, immo postposito[m] timore Dei, sicuti postea claruit, in contrarium verterunt omnia, quae sibi fuerant imperata[10]. Verum de his a nobis collecto bis[11] sanctissimorum[n] episcoporum Occidentalium regionum concilio, iuxta quod Dominus ait, in quo iudicio iudicaverunt, iudicatum est, et in qua mensura mensi sunt, remensum est eis[12]. Contigit enim illis, quemadmodum[13] Vitali quondam et Miseno episcopis, qui sicut isti Constantinopolim missi eorum, pro quibus destinati sunt, adversae parti communicando non executores, sed impugnatores inventi sunt. De quibus beatus Felix, apostolicae sedis antistes et Alexandrini Petri seu Constantinopolitani Acacii praesulum damnator, imperatori Zenoni[14] scribens[15] inter cetera: Vitalem, ait, atque[o] Misenum, cur vel impulsi ad ista consenserint, honore simul et communione apostolica censura privavit, quoniam factum est, sicut ipse Cyrillo abbati scribit[16] Acymi- cf. Matth. 7, 2.

---

a) quae *add. B.* b) enim *C.* c) et veracibus plenis *B.* d) *corr. ex* edocet *B.* e) *deest B.* f) omnimoda *C.* g) magnilocus *B.* h) *om. B.* i) Provenientes *B.* k) id est *B.* l) fetebantur *C.* m) posito *C.* n) sanctorum *B.* o) adque *B.*

1) *Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 158:* quos idoneos ad hoc opus esse putavit. *Cf. ibid. II, 155, 169 ann. 34.* 2) *Portuensem; cf. supra p. 439 ann. 5.* 3) *Anagninum; cf. supra p. 439 ann. 7.* 4) *Supra nn. 82, 83 (p. 433 sqq.).* 5) *Cf. supra p. 441 cum ann. 4.* 6) *V. supra p. 436; cf. etiam p. 460 l. 11 sqq.* 7) *Mansi V, 1340, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 581; J.-K. Reg. n. 420.* 8) *V. supra ann. 5.* 9) *Cf. supra ep. n. 86 (p. 451). V. etiam Lib. pontif. ed. Duchesne II, 155, 158 sq.; Anastasii bibl. praefat. in synodum octavam, Migne, Patr. lat. CXXIX, 12, ubi leguntur:* Pervenientibus igitur missis apostolicae sedis Constantinopolim — —. — *Hergenröther, l. c. I, 419—428.* 10) *Cf. supra p. 477 l. 15.* 11) *Cf. supra p. 476 ann. 7.* 12) *Cf. supra p. 476 l. 35 sq.* 13) *Cf. de his Hergenröther, l. c. I, 122 sqq. Hefele, 'Konziliengeschichte' II², 606 sq.* 14) *474—491.* 15) *Mansi VII, 1065, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 247; J.-K. Reg. n. 601.* 16) *Nec sequentem locum nec omnino epistolam Cyrillo Acoemitorum monachorum praeposito directam inter Felicis III. papae (483—492) epistolas invenimus. Cyrilli autem abbatis litteras ad Felicem datas commemorat Evagrii Hist. eccles. lib. III c. 19 (Migne, Patr. graec. LXXXVI p. 2, 2636 sq.). V. etiam Thiel, l. l. I, 278 n. III, 280 n. X. Marin, 'Les moines de Constantinople' p. 229 sq.*

866 Nov. 13. tensi[1], ut eorum praevaricatione deciperetur populus Christianus; qui rursus de eis mentionem faciens ad iam fatum principem de eorum transgressione dicit[2]: 'Plebi suasum est Christianae nos talibus praebuisse consensum, quos, mox ut[a] regressi sunt, praevaricatio impune non habuit. Nam eos apud beatum Petrum apostolum sancta mecum synodus residens, dum convicti plura mentirentur, ordine et communione nudavit, ne eorum incorrepta perfidia securitatem praeberet inimicis.' Iam vero si vos praedictis legatis nostris vim, quemadmodum ipsi fatebantur, intulistis, licet eos exemplo memoratorum oportuerit antistitum deterreri, immo, ne vel impulsi[b] ad[c] talia[c] laberentur, Domini:
Matth. 10, 28. 'nolite timere eos, qui corpus occidunt', dicentis debuerint praeceptis arceri, contra divinam tamen reverentiam a te, o catholice princeps, probatur admissum, ut beati apostoli
Luc. 10, 16. Petri directa legatio, immo haec in illo perferentis Christi, qui dicit: 'Qui vos spernit, me spernit', tamquam in captivitatem redacta teneretur. Verum quia res et personae utrarumque partium istius temporis cum illo pene in cunctis conveniunt, memorabilis viri iam nominati Felicis, sedis apostolicae praesulis apud vos etiam celeberrimi[d], te[e] verbis alloqui procurabimus[f], qui ad superscriptum Augustum scribens inter alia[3]: Cum, inquit, apud barbaras etiam nationes atque ipsius Deitatis ignaros[g] pro exequendis negotiis vel humanis iure gentium semper legationis cuiuslibet habeatur sacrosancta libertas, notum est omnibus, quanto magis ab imperatore Romano et Christiano principe, in rebus praesertim divinis, oportuerit intemeratam servari.

Sed quia superius de falsata[h] epistolae per iam dictos tunc Rhadoaldum[i] et Zachariam episcopos ad te directae scriptura memoriam fecimus, restat, ut partim loca, in quibus falsata est, quantum inspectis exemplaribus Graecis, quae nobis per Leonem a secretis misisti[4], nosse tribuitur, aperiamus[5]; asserentes primitus, quomodo non ordo legitimus nec a sanctis patribus usitatus in lectione ipsius epistolae fuerit observatus, quandoquidem eadem epistola[6] non solum de sacris imaginibus, verum et de audiendo fratre et coepiscopo nostro Ignatio sententiam sedis apostolicae continebat. Et vos eam in causa quidem Ignatii consacerdotis nostri, quae prius ventilata est, nescimus, cuius usi consilio silentio contexistis, solum hanc postea, quando pro veneratione sanctarum imaginum synodus collecta est, demonstrantes; quamvis in his, quae ibidem ex ea lecta sunt, nonnulla addita, multa mutata, plura subtracta repperiantur, et per omnia talis a vobis effecta sit, ut aut nihil aut parum aliquid nos per eam de crebro dicti comministri nostri Ignatii disposuisse causa videamur. Sed vere non sic in synodis prisco tempore collectis, non sic actum fuisse nonnullorum gesta conciliorum demonstrant. In
cf. Matth. 5, 15. illis enim apostolicae sedis scripta non sub occultationis modio tegebantur, sed ut omnibus, qui erant in domo Dei, lucerent, in propatulo ponebantur et, ut, si qua tortitudo vel macula in fidei pulchritudinem a quolibet temptaretur induci, facile patesceret, acsi specula in omnibus habebantur et quasi quaedam rectitudinis formula, qua imprimi ceteri possent, posita colebantur.

Quod ut manifestius pateat, ex his huic epistolae pauca duximus inserenda. Primo etenim loco sancta synodus apud Ephesum congregata[k 7] sanctae memoriae Caelestini apostolici papae prius epistolam[8] legit et ita demum ad alia exequenda vacavit, ita ut

---

a) *deest C.* b) si *add. C.* c) attalia *B.* d) celeuertissime *B.* e) *om. B.* f) procuravimus *B.* g) ignoros *C.* h) *corr. in* falsatae *B.* i) Rhadualdum *B.* k) congregato *C.*

1) *De Acoemetis monachis cf. Ducange, Constantinopolis Christiana (Lutetiae Parisiorum 1680) lib. IV sect. VIII n. 2 (p. 151 sq.). Marin, l. c. passim, v. p. 527 s. v. 'Acémètes'.* 2) *Hunc quoque locum in epistolis Felicis III. Zenoni imperatori scriptis frustra quaesivimus; v. p. 491 ann. 16.* 3) *Mansi VII, 1065, Thiel, l. c. I, 247; J.-K. Reg. n. 601.* 4) *A. 862.* 5) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 428 sqq. — Loquitur papa de synodo Constantinopolitana a. 861 habita.* 6) *Videlicet supra n. 82 (p. 433 sqq.), quae omnino ad haec conferatur.* 7) *A. 431. — Cf. Mansi IV, 1279 sqq. V, 568 sq.; Hefele, l. c. II², 198 sq. Primum coram legatis apostolicae sedis hoc factum est, in secundae vero actionis illius concilii exordio.* 8) *Mansi IV, 1283 sqq. V, 569 sqq.; J.-K. Reg. n. 379.*

iubente sancto Cyrillo[1], qui idcirco in[a] praefata[a] synodo ante omnes sedit, quia et ipse locum iam memorati papae ibidem — sicut gesta eiusdem synodi testantur[2] — obtinuit, ipsa epistola[3] cum competenti honore Latine primitus et postea in Graecam dictionem sine ullo fuco falsitatis iam translata sit coram synodo lecta; in tantum, ut ex eius propemodum specialis iudicii tenore sit perfidus Nestorius Constantinopoleos antistes expulsus, dum eadem synodus in sententia contra eum prolata tali modo prosequitur[4]: Necessario, inquiens, coacti tam ex canonibus quam ex epistola sanctissimi patris nostri et comministri Caelestini episcopi Romanorum ecclesiae lacrimantes saepius ad hanc merore plenam contra eum venimus sententiam, et ad eundem papam postea scribens[5] praefatum Nestorium per epistolam ab ipso sanctissimo praesule scriptam rationabiliter asseverat fuisse damnatum. Epistola[6] quoque sancti Leonis papae adeo apud omnes Orientales episcopos extitit venerabilis, ut hanc columnam horthodoxiae vocarent[7] et omnes in ea, praesule Constantinopoleos Anatolio praecedente, subscriberent[8], ita ut Calcedonensis[b] magna synodus nil diffinisse, nil respuisse, nil suscepisse, nisi quod vel illa vel vices apostolicae sedis ibi reservantes diffinierunt, proiecerunt vel admiserunt, penitus agnoscatur, et — sicut in relatione sua, quam ad piae recordationis suae Marcianum Augustum habuit, invenitur — prima ruina Dioscori, qui epistolam sancti Leonis recitari prohibuit[9], extitit, dum sic aiunt[10]: Nos igitur consedentes et universo orbe factae[c] tempestatis[c] causam inquirentes huius rei auctorem comperimus Dioscorum quondam Alexandrinorum episcopum, primum quidem, quia[d] epistolam a sanctissimo archiepiscopo senioris Romae Leone directam ad sanctae memoriae Flavianum quondam Constantinopolitanae urbis episcopum recitari prohibuit. Sed quid per singularum concilia synodorum immoremur, cum in omnibus illis semper ab apostolica sede scriptum prolatum et ordine praeponatur et auctoritate scripturis ceteris antecellat. Quod si sublimitatis tuae non latuit sapientiam, oportebat, ut etiam ipsa diebus suis talium sequeretur exemplorum vestigia. 866 Nov. 13.

Sed tandem aliquando ad ostendenda[e] partim falsata in epistola nostra loca opitulante Domino, sicut praemisimus, accedamus; partim vero dicimus, quoniam prolixitatem vitantes eadem commemorare per singula recusamus, quandoquidem nec in his, quae de venerandis imaginibus per eandem locuti sumus epistolam, tenor stili nostri vel intentionis extiterit observatus. Siquidem cum nos inter alia commemorassemus[11], quod multotiens conventus factus fuerit sanctorum patrum, a quibus et deliberatum ac observatum extitit, qualiter absque Romanae sedis Romanique pontificis consensu nullius insurgentis deliberationis terminus daretur, hoc videlicet de maioribus dumtaxat ecclesiae negotiis[12] nos innuentes — quod et veraces historiae[f] et synodalia gesta saepe diffinitum, sed et factum fuisse testantur —, vos erasistis 'absque' et interposuistis 'cum', significare scilicet adtemptantes, tamquam[g] deliberatum fuerit[h] a sanctis patribus, ut[i] cum sedis apostolicae et ecclesiae vestrae consensu omnis rei finis debeat omnino proferri, cum[k] hoc semper[l] fieri[l] nulla ratione valeat, nullo prorsus exemplo gestum patescat, praesertim cum haec apostolica sedes[m] semper[m] in sana doctrina perstiterit, vestra vero ecclesia, quantum ad praesulatum pertinet, infirmante capite saepe languerit ac[n] per

---

a) praefatę *C.* b) Chalcedonensis *C.* c) factas tempestates *B.* d) qui *C.* e) ostendam *B.* f) istoriae *B.* g) *om. B.* h) fuerat *B.* i) et *C.* k) Com *B.* l) fieri semper *B.* m) semper sedes *B.* n) Hac *B.*

1) *Alexandrino patriarcha († 444).* 2) *Mansi IV, 1123, 1279. V, 568; cf. Hefele, l. c. II², 183 sqq., 198.* 3) *Cf. Mansi V, 569.* 4) *Cf. Mansi V, 558 sq.; Hefele, l. c. II², 188 sq.* 5) *Epist. synodi Ephes. ad Coelestinum papam, Mansi V, 645.* 6) *Ad Flavianum 'dogmatica', Mansi V, 1365 sqq.; J.-K. Reg. n. 423.* 7) *V. supra ep. n. 87 p. 452 l. 28 cum ann. 8.* 8) *In synodo scilicet Chalcedonensi a. 451, cf. Mansi VII, 10 sqq.; Hefele, l. c. II², 453 sq.* 9) *In concilio Ephesino 'latrocinali' a. 449, cf. Hefele, l. c. II², 370 cum ann. 2 et p. 378. V. etiam supra p. 385 l. 16 sq., p. 390 l. 28 sq.* 10) *Mansi VI, 1098; cf. Hefele, l. c. II², 452.* 11) *Supra ep. n. 82 p. 434 l. 3 sqq.* 12) *Cum supra in ep. n. 82 nihil de 'maioribus negotiis' dictum sit, in his effectum falsarum decretalium cognoscere licet.*

866 Nov. 13. hoc ista nequiverit ascire quovis modo consensum, cuius pessimum execrabatur non immerito sensum. Deinde cum nos exprobrantis affectu per eam causari videamur pro eo, quod[1] coetus conveniens Constantinopolim sine Romani consultu pontificis Ignatium proprio privasset honore, quod nusquam nimirum de Constantinopolitano praesule nisi fortassis ab hereticis absque Romano papa factum fuisse recolitur, vos hoc commutastis dicentes, quod id[a] nos prius a vobis fieri non debuisse scripsissemus, tamquam nos[b] vel[b] postea id fieri censuissemus aut tamquam nos legatos nostros non ad audiendam solummodo et nobis referendam Ignatii causam, sed ad diffiniendam Constantinopolim miserimus, cum nonnullis in eadem epistola interpositis inveniri queat[2], quod depositionis eiusdem consacerdotis nostri censuram non terminari, sed tantum perquiri et nobis significari ad diffiniendum auctoritate[c] apostolica luce clarius decreverimus. Nam si nos pro diffinienda controversia fratris nostri Ignatii tunc legatis nostris quicquam praecepimus vel eum damnationi subici decrevimus, ut quid ne sententiam diffinitivam susciperet, licet non digne nec legitime decertaverint, attamen quantumcumque et quomodocumque contradixisse ac, ne deponeretur, restitisse probantur[3]. Siquidem — ut cetera nunc commemorare differamus[d] — in epistola[e] vestra[e 4] ex ore vestro didicimus, quomodo illi non solum consensum noluerunt ipsius praebere damnationi, verum etiam qualiter, ne tantum piaculum a vobis in eum committeretur, interdixerint; quae profecto et ipsi minime contradicerent, si, ut depositioni eius interessent, nos sibi mandatum tribuisse recolerent, et vos postea, nisi illos praeter iussionem nostram egisse clare sciretis, eos et nobis commendare et super huiuscemodi noxa transgressionis excusare nullo modo studeretis.

Iam vero si dicitis, quamobrem illos deposuerimus, cum eos in damnatione saepe fati patriarchae consentire noluisse[f] tam manifeste sciamus, respondemus, quia nihil illis bonum profuit inchoasse et in bonitate minime perdurasse, quoniam 'qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'. Quid enim proderit alicui pro veritate primum quidem impetum dare et post paululum aut suasionibus aut terroribus aut alio quolibet vitio a veritatis tramite declinare? Porro si Vitalis et Misenus, de quibus supra diximus[5], a beato Felice papa honore pariter et communione privati sunt, qui ad talia vel impulsi dilapsi sunt, quanto potius isti pari debent ultioni subcumbere, qui parem quidem praevaricationem, sed non pares, immo nullas poenas, sicut illi quondam, perpessi sunt. Post haec autem, quicquid de iam fati fratris et comministri nostri Ignatii tyrannica repulsione, quicquid de inconsiderata et invidia plena in eum prolata sententia, quicquid de violatis paternis diffinitionibus, quicquid de Photii scripseramus irregulari promotione, saltu quodam astutiae transcendentes etiam sanctorum patrum instituta, quae sancti spiritus afflatu sunt edita, ne ad concilii pervenirent notitiam, contexistis et velut[g] in quodam silentii sudario ligata in terra, dum divinitus attributa talenta fuerint, abscondistis, licet continuatim deveniendo in conspectu missorum nostrorum et perquirendo Ignatio, quamobrem traditam sibi plebem et instituta[h] decessorum meorum spreverit, quae nos post multa scripsimus[6], dictis superioribus conglutinaveritis. Non tamen, quae nos confestim subintulimus, passi estis ad cognitionem ecclesiae Constantinopolitanae vel ad synodi auditionem proferri[i]; subintulimus quippe nos post illa verba ita continuo prosequentes[7]: Et in hoc agendum subtili examine a nostrae iussionis legatis depositionis eius censura perquiratur: quatenus inquirentes invenire queant, utrum canonicus tenor in eadem observatus fuerit vel non, manifestum existat: ac deinde, cum nostro praesulatui significatum fuerit,

cf. Matth. 25,25; Luc. 19, 20; Ioh. 11, 44.

Matth. 10, 22.

---

a) in *C.* b) vel nos *B.* c) auctoritatem *B.* d) differimus *B.* e) epistolam vestram *B.* f) *post. corr. in* noluissent *B.* g) veluti *C.* h) constituta *B.* i) perferri *C.*

1) *Supra ep. n. 82 p. 434 l. 8 sq.* 2) *Supra ep. n. 82 p. 436 l. 32 sqq.* 3) *In principio illius synodi, cf. Hergenröther, l. c. I, 420.* 4) *Hodie deperdita.* 5) *V. p. 491 l. 34 sq.* 6) *V. ep. n. 82 p. 436 l. 28 sqq.* 7) *Supra p. 436 l. 32—37.*

quid de eo agendum sit, apostolica sanctione diffiniamus, ut vestra ecclesia, quae tantis cotidie quatitur anxietatibus, inviolabilis deinceps et inconcussa permaneat. Sed vos haec, ut praetulimus, occultantes a piorum, qui fortassis illic habebantur, notitia subduxistis, ad nihil plane aliud intendentes, nisi ut non tenebrarum opera manifestatione lucis arguerentur[a], et ut nos his, quae illic irrationabiliter acta fuerant, dum nostra scripta tacentur, consensum praebuisse putaremur[b]. Probat[c] hoc praecipue post multa utilia, quae ibi non utiliter corrupta vel defraudata sunt, novissimus eiusdem epistolae locus, in quo nos quidem legatos nostros commendantes amplitudinem tuam deprecati fueramus, de ipsis inter alia dicentes[1]: Et cum in conventu ecclesiae sederint pro ecclesiasticis diffinitionibus, nihil a vobis vel ab aliis alicuius contrarietatis impetum sentiant, vos vero protinus subintulistis, quasi nos his continuatim subiunxissemus perhibentes: 'A nobis enim, quae huiuscemodi sunt dispositionis, et statuta sunt et diffinita', hoc profecto[d] vestra utinam placens Deo sagacitas innuere[e] volens, quod, quaecumque a legatis nostris statuta fuerunt et diffinita, nos statuisse vel diffinisse per omnia dinoscamur. Qui[f] tamen scriptus versiculus nec a nobis prodiit nec eis — praeter quod ad sacras imagines pertinet et id quoque irreprehensibiliter diffiniendum — sive scripto sive verbo[g] terminare quicquam vel deliberare praecepimus, ita esse quae dicimus superius a nobis annotatis sententiis testificantibus et[h] exemplaribus eiusdem epistolae nostrae, ubi non[i] depravata reiacent, affatim edocentibus. Nam si nos ideo missos nostros destinassemus, ut vice nostra Ignatii essent negotii iudices, quemadmodum vos praetenditis, qui latrocinale illud concilium[2], in quo Ignatius deponi putatus est, iudicium nostrum scribentes asseritis, ante[3] totius litis motionem atque ante omnis initium controversiae sedem ei propriam restitui procul dubio censuissemus, ut legitime nimirum reciperet, quod nulla lege dictante perdiderat, atque per ecclesiasticum canonem resumeret, quod illi potentia saecularis ademerat, quatinus sic deinde sede[k] propria[k] necnon et omnibus suis ante receptis viribusque resumptis vestitus iam et armatus cum accusatoribus suis certaminis campum et litigii conflictum posset arripere. Quod cum in mundanis negotiis legibus[4] tuis fieri censeas, imperator, multo magis, ut in ecclesiasticis atque divinis observaretur, pietas tua debuit praevidere.

866 Nov. 13.

cf. Rom. 13, 12; Eph. 5, 11. 13.

Sed haec nos ex innumeris studio veritatis[l] de falsatis memoratae crebrius epistolae nostrae dictionibus[m] summatim tetigisse sufficiat. Cetera vero, quae supersunt, per legatos nostros, quos ad divinitus protectum imperium tuum ecce direximus, inspectis immutilatis exemplaribus, quae illis tranquillitati tuae demonstranda tradidimus, facillime potes agnoscere. Quamobrem et nos quoque dilectionem tuam paterno salutantes affectu deprecamur et per Deum, in cuius manu corda sunt regum, enixius obsecramus, ut eandem ipsam epistolam, quam gloriae tuae per longe superius memoratos[5] Rhadoaldum[n] et Zachariam[o] misimus, his praesentibus missis nostris monstrare atque ad collationem cum exemplari[p] eius[p], quod[p] eis dedimus, faciendam mora sufficiente[q] accommodare

cf. Prov. 21, 1.

---

a) augerentur *C.* b) putarentur *corr. ex* seputarentur *B;* putaremus *C.* c) *corr. ex* provat *B.* d) praecepto *B.* e) inuere *B.* f) qua *C.* g) *corr. ex* ueruo *B.* h) *om., corr. autem* ex *in* exemplaribus *ex* et *B.* i) nos *B.* k) propria sede *B.* l) brevitatis *C.* m) dicionibus *B.* n) Rhadualdum *B.* o) Zacchariam *C.* p) *corr. in* exemplaribus quae *B.* q) sufficienti *C.*

1) *Ep. n. 82 p. 439 l. 16 sqq.* 2) *Scilicet a. 861 habitum; cf. supra ep. n. 88 p. 487 l. 3.* 3) *Dubitari vix potest, quin in sequentibus 'exceptio spolii' secundum falsas decretales proferatur. Cf. Ps.-Damasi decr. c. 12. 13 (Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 503), Ps.-Isidori praefat. c. 6 (Hinschius, l. l. p. 18). V. etiam supra p. 383 sq. cum ann. 6, p. 420 l. 31 sqq., p. 430 l. 19 sqq. — Cf. P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales' p. 89 sq. 107 sq. A. Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 152 sqq.* 4) *Idem contendit Pseudo-Isidorus dicens (Ps.-Damasi decr. c. 13, Hinschius, l. l. p. 503):* Nec saeculi quoque leges haec saecularibus fieri permittunt, sed prius eiectos vel oppressos aut expoliatos cum suis omnibus restitui iubent, et postea — —. *V. etiam praef. Ps.-Isid. c. 6 (Hinschius, l. l. p. 18). Fournier, l. l. p. 108.* 5) *V. supra p. 491 sq.*

866 Nov. 13. digneris, quatenus per hoc scire valeant[a], utrum[b] sic eadem epistola in sua penes vos integritate[c] maneat, quemadmodum extiterat a nobis tuae sublimitati directa, an a quoquam fuerit postmodum ad superius annotatas depravationes perducta[1]. Et siquidem per vestratium aliquem tantum nefas patratum est, quoniam apud Graecos, sicuti nonnulla diversi temporis scripta testantur, familiaris[2] est ista temeritas, miramur et modis
cf. Ps. 93, 4. omnibus obstupescimus, si regius excellentiae tuae honor, qui iudicium diligit, ad tantum potuerit dedecus incurvari, cum ad hoc magis divinitus ordinatus sit, ut depravata corrigat et falsata pristinae veritatis honestati restituat; aut enim iusta fuerunt, quae misimus, sicque consequenter oportuit ea servari aut, si iusta putata non sunt, in quo iusta non fuerint, per aliud saltem scriptum exponi et[d] nobis referri et summa ratione debuerunt patenter ostendi. In nullo tamen horum oportuit ea vel ecclesiae, quae apud vos est, cognitione privari vel aliqua falsitatis depravatione fraudari.

Porro si tuae mansuetudinis postposita notitia hoc immane sacrilegium gestum est, nihilominus immensa admiratione ducimur et, quia tantum imperium illudi potuit et tantam fraudem perferre, iure dolemus. Denique sacrilegium non immerito[e] commisisse dicendus est, qui scripta pietatis fidelium atque pii principis notioni vel subducit vel a sui veritate submovens[f] velamento praestigiorum suorum obnubilat. Verumtamen nos, quomodocumque falsitati vel depravationi eadem sit epistola summissa, grates innumeras agimus Deo, cuius inspiratione et fidelia eius exemplaria penes nos retinuimus et cuius permissu, qui haec vel authenticam ipsam scripsere, superesse noscuntur[3].

Nos autem Ignatii fratris et coepiscopi nostri quocumque discrimine, priusquam a nobis specialiter ad iterationem eius perducatur negotium, quia nec hactenus consensimus aliquando, Deo nos confirmante nullo modo consentiemus. Verum non ita iustificamus eum, ut nihil hunc reprehensione dignum admisisse dicamus, pro quo fortasse merito poterat legitima discussione facta quodlibet kanonicae iaculum pati sententiae, cum
Iac. 3, 2. scriptum in apostolicis litteris confiteamur dicentes: 'In multis offendimus omnes' et
1. Ioh. 1, 8. rursus: 'Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est'; sed ita volumus[4] et ita decernimus istius modi pontificem digna pro factis recipere, ut sacerdotale decus penitus non vilescat nec tam facile pontificalis apex terra tenus incurvetur[g]. Ita, inquam, volumus, et ita decernimus hunc, immo quemcumque[h] pontificem iustae subdi sententiae, ut non a saecularibus quibuscumque iudicetur, non tyrannice propellatur, non ante audientiam ecclesia sua privetur, non ab inferioribus, sed a maioris auctoritatis persona[i] recti calculi sententiam consequatur[5]. Ita denique volumus et ita decernimus istius, immo vero cunctorum sacerdotum causas[k] examinare,
cf. Prov. 22, 28. culpam[l] suam[m] punire, ut paternos terminos non transgrediamur, sacros canones non conculcemus nec decretalia sedis apostolicae constituta, quibus ecclesia tota fulcitur atque munitur, quoquo modo violemus[n]. Ad extremum ita volumus et ita decernimus pontificem, qualiscumque sit, iudicari, ut ecclesiae, cui praeest, iura nulla temeritate, nulla praesumptione frangantur. Nullum quippe poterit ecclesiae ius dignum servari, si praesul eius a quibuslibet vel quandolibet aut quomodolibet impetatur[o] et pro libitu[p] cuiuscumque tanta facilitate pellatur.

---

a) uabaleant *B*. b) utium *B*. c) integitare *C*. d) ut *B*. e) immero *B*. f) summovens *C*. g) incurbetur *B*. h) quaecumque *B*. i) personis *corr. ex* persone *B*. k) culsas *B*. l) culpa *C*. m) suae *B, C*. n) violamus *C*. o) *corr. ex* impetiatur *B*. p) *corr. al. m. in* libito *B*.

1) *Iam antea eandem collationem — Romae autem — fieri voluerat papa, cf. supra ep. n. 88 p. 482 sq.* 2) *De hoc more Graecorum Anastasius bibliothecarius similiter dicit in praefat. in synodum octav. (Migne, Patr. lat. CXXIX, 22):* Nam familiaris est illis ista praesumptio. 3) *Cf. ad haec supra ep. n. 88 p. 477.* 4) *Laudat sequentia usque ad* vocabulis appellandus *(p. 497 l. 7) Hincmarus Laudunensis, Migne, Patr. lat. CXXIV, 1024 sq.* 5) *Cf. ad hunc locum supra ep. n. 88 p. 470 l. 22 sqq.*

Quod cum ita sit, non possumus interim fratrem nostrum Ignatium, qualiscumque sit, non inter sanctissimos et beatissimos patriarchas connumerare. Qui licet apud vos sit tot obprobriis, tot persecutionibus fatigatus, a nobis tamen nonnisi, qualis a decessoribus[1] meis est habitus, creditus et veneratus, habetur[a], creditur et veneratur[a]. Nullo quippe nostro examine alicuius criminis reus, nullo est nostro speciali iudicio repertus obnoxius ac per hoc nulla[b] est nostra[c] sententia condemnandus aut a nostri ecclesiaeque nostrae communione collegii sequestrandus aut aliquibus nisi honorabilibus vocabulis appellandus. 866 Nov. 13.

Sed nec in Photii sacerdotali provectu[d] praestando favorem[e] vota condescensionis nostrae modo quolibet inclinabimus[f]. Ergo tranquillitas[2] tua litterarum saltem nunc tenore cognoscat sedem beati apostoli[g] Petri[g h] neophyto[i] et moecho et Constantinopolitanorum ecclesiae invasori Photio olim iusteque damnato[3] ac nihilominus praesentia synodali nuper[4] eliso communionis numquam, nisi a praevaricatione cessaverit, praebituram esse consensum. Qui, ut cetera nunc omittamus, a Gregorio Syracusano[5] vel ceteris schismaticis[k] institutus, immo destructus, contra omne fas alterius praesidere non potest ecclesiae. Nam merito destructus esse creditur, qui a destructo aedificari sperans, etiamsi qua alia bona fortassis habuit, nimiae praesumptionis eius temeritati communicans perdidit. Nam Gregorius quomodo quemquam[l] aedificare poterat, qui multipliciter iam noscebatur elisus? Quomodo quemquam in aliquo ecclesiastico poterat ordine stabilire, qui ecclesiae unitatem scindens ipse iam videbatur omnino deiectus? Sicut enim ligatus ligare et deiectus deicere non potuit, sic destructus construere et elisus quemquam ordinare nequivit. In summo quippe status sui oportet eum vigore consistere et firmis inniti per omnia basibus, qui alterum vel prosternere vel conatur statuere.

Gregorius ergo, qui canonice ac synodice depositus et anathematizatus[m] erat, quemadmodum posset quemquam provehere vel benedicere, ratio nulla docet. Igitur nihil Photius ex[n] Gregorio percepit, nisi quantum Gregorius habuit; nihil autem habuit, nihil dedit. Per eorum quippe, ut legitur, manus impositionem et invocationem dabatur spiritus sanctus, qui noverant mundas ad Dominum manus levare. Ceterum Gregorius, qui transgressor factus est legis, ad iracundiam sui magis quam ad consecrationem alicuius spiritum sanctum per impositionem suae manus sine dubio provocavit, etiamsi is, qui ordinandus erat, nullas alias haberet sibi regulas obviantes. Hinc enim scriptum est: 'Qui obdurat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.' Si execrabilis, utique et non audibilis; si non audibilis, ergo inefficax; si inefficax, profecto Photio nihil praestans: nimirum qui vulneratum caput per illam manus impositionem potius habere dinoscitur. Porro si praetendit iniuste ab Ignatio se fuisse depositum[6], quid de omnibus, qui in synodo illo tempore convenerunt sententiamque in eum protulerunt, perhibebit[o]? Quodsi et illos iniuste fecisse dicere praesumit, quare cum eis nunc communicat et quosdam eorum sacerdotio dignos existimat, quos tamen recte prius non iudicasse reprehendit et sententiae, quam protulerunt, eos secundum se debere subcumbere non nescit? Sed videamus, quorum iudicio vel quorum auctoritate Gregorius post depositionem et anathema honorem episcopatus resumpsit[p] vel officium pristinum recepit. Omnes enim illum et depositum norunt et anathematis vinculis obligatum ac per hoc totius ecclesiae communione privatum. Iam vero si dixeritis, quia ipse sibi

cf. Act. 8, 18.

cf. 1. Tim. 2, 8.

Prov. 28, 9.

---

a) habetur — veneratur *desunt B.* b) cum nullo *B.* c) nulla *B.* d) *corr. ex* provecto *B.* e) favore in *B.* f) *corr. ex* inclinauimus *B.* g) Petri apostoli *C.* h) in *add. B.* i) neophito *B.* k) schismatis *B.* l) quenquam *hic et infra B.* m) anathematus *C.* n) *al. m. corr. in* a *B.* o) perhibeuit *B.* p) praesit *B.*

1) *Leone IV. et Benedicto III.* 2) *Cf. Felicis III. papae ep. ad Zenonem imperatorem, Mansi VII, 1065 sq., Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 248 (J.-K. Reg. n. 601).* 3) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 363 sq.* 4) *A. 863.* 5) *De quo cf. supra p. 452 ann. 2.* 6) *Inter annos 848 et 854; cf. Hergenröther, l. c. I, 360. Hefele, l. c. IV², 201. 231.*

866
Nov. 13. Gregorius et honorem resumpsit et pristinum officium recepit, audite, quid apostolus
Hebr. 5, 4. 5. dicat: 'Nec quisquam sumit[a] sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron. Sic[b] et Christus non semetipsum clarificavit, ut pontifex fieret.' Sed et venerabiles Antiocheni canones praecipiunt[1]: Si quis episcopus damnatus a synodo vel presbyter aut diaconus a suo episcopo ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere sive episcopus iuxta praecedentem consuetudinem[c] sive presbyter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis, sed et communicantes omnes abici de ecclesia et maxime, si, posteaquam didicerint adversus memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare temptaverint[d]. Karthaginenses[e] quoque regulae[2] excommunicatum, qui ante audientiam communicare praesumpserit[f], ipsum in se damnationem protulisse manifeste denuntiant. Si ergo
cf. Hebr. 5, 4. 5. secundum apostolum nemo sibi honorem accipit et Christus non se clarificavit, ut pontifex fieret,
cf. Ioh. 8, 54. qui omnes cum patre et spiritu sancto glorificantes se glorificat et ipse est
Hebr. 7, 26. pontifex, de quo rursus idem dicit apostolus: 'Talis decebat, ut nobis esset pontifex: sanctus[g]' et cetera, et si episcopus, qui damnatus a synodo est, iuxta sacros canones[3], si ausus fuerit aliquid de sacro ministerio iuxta praecedentem consuetudinem contingere et ante audientiam communicare, ipse in se damnationem protulit, ita ut nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis, sed et communicantes omnes abici de ecclesia: quanta putas Gregorius poena multandus est, qui post damnationem sui et anathema in haec omnia commisisse[h] probatur, id est et super Christum se extulit et, quod ipse non fecit, iste et honorem sibi resumpsit et, ut pontifex esset, se arrogantissime clarificavit et ante audientiam excommunicatus communicare et vetita usurpare praesumpsit et damnatus de sacro ministerio non solum aliquid, verum etiam multa iuxta priorem consuetudinem tetigit. Quod certe Gregorius agere omnino non debuit, etiamsi nulla commissa existerent, pro quibus damnari potuisset, quoniam praelati[4] iudicium semper inferioribus formidandum est, ne, si ei non oboedierint, licet ab eo fortassis iniuste ligentur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa, id est inoboedientia, mereantur.

Igitur praelatos damnare indifferenter[i] oportet[k] horrescere. Quicumque vero[l] minoris auctoritatis[m] sunt, damnare[n] sollicite caveant nec maiorum[o] suorum sententiam transgrediantur; alioquin, licet iniuste nonnumquam damnati sunt, ex[p] ipsa temeraria praevaricatione culpa, quae nondum forte perpetrata fuerat, et ultio, quam culpa nec-
cf. Gen. 2, 17. dum merebatur, procul dubio subsequentur[q]. Nihil quippe lignum vetitum in se mortiferum habuit, sed qui inoboedienter ex eo comedit, mortem[r] sibi et posteris propinavit[s]; non quia lignum malum[t], cum Deus quod[u] fecit, totum fecerit bonum[v], sed quod mala sit transgressio et nolenti subici per eam merito sit orta damnatio.

Porro si dicitis Gregorium ab imperio vestro et ab antistitibus fuisse receptum, percontari libet, o sapientissime imperator, quibus hoc documentis, quibus canonibus iubentibus agi rite potest, ut hi, qui abiciuntur, ab aliis recipiantur, id etiam veneranda et universali synodo Nicena[5] de utraque professione luce clarius inhibente? Nam a[6] saeculari potestate nec ligari nec solvi sacerdotem posse manifestum est et idcirco affatim

---

a) *al. m. corr. in* sumat *B.* b) sed *B.* c) sit *add. B, C.* d) praesumpserint *B.* e) Cartaginenses *B.* f) temptaverit *B.* g) sanctis *B.* h) commisse *B.* i) indifferentur *B.* k) *bis in B.* l) *om. C.* m) acictoritatis *B.* n) damnari *B, C.* o) malorum *C.* p) *deest C.* q) subsecuntur *B.* r) montem *C.* s) *corr. ex* propinabit *B.* t) malignum *B.* u) *iterum add.* Deus *B.* v) *corr. ex* uonum *B.*

1) *C. 4; Mansi II, 1322.* 2) *Cf. Migne, Patr. lat. LXVII, 192, Mansi III, 729 c. 29.* 3) *V. supra l. 4—10.* 4) *Sequentia usque ad* sit orta damnatio *(l. 35) laudat Hincmarus Laudunensis, Migne, Patr. lat. CXXIV, 1025 sq.* 5) *Conc. Nic. c. 5; Mansi II, 679.* 6) *Cf. ad sequentia usque ad p. 499 l. 22 Gelasii tomum de anathematis vinculo, Thiel, Epist. Rom. pont. genuinae I, 568 sq., Mansi VIII, 94 (J.-K. Reg. n. 701). V. etiam supra ep. n. 88 p. 486, 468.*

approbatur Syracusanum Gregorium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo valuisse reconciliari. Ubi si pontificum quoque sociatur assensus, quaerimus, utrum praecesserit an fuerit subsecutus. Si subsecutus est, nihilominus ad id reditur, ut absolutio a saeculari potestate percepta valere non possit pontificumque secutus assensus adolationis[a] vel terroris fuerit potius quam legitimae sanctionis; si praecessit, doceatur, a quibus et ubi ille sit gestus, si secundum ecclesiae regulam celebratus, si paterna traditione profectus, si maiorum more prolatus, si competenti examinatione depromptus, si ad maioris auctoritatis sedem, quam illa est, a qua Gregorius damnatione tenebatur obstrictus, secundum ecclesiae regulas est relatum, si ipse praesul, qui ligavit, absolvit. Si haec gesta non sunt, quo more, quo ritu Syracusanus Gregorius se gloriatur absolutum, cum nec a pontificibus ordine debito[b] nec ecclesiasticis legibus fuerit expetitus nec a mundana potestate potuerit praeter ecclesiae tramitem prorsus absolvi? Iam[c] vero si dicitis: Non ego absolvi, sed a pontificibus, ut solveretur, postulavi, e contra illi multo magis a vobis postulare debuerunt, ut, si eum velletis absolvi[c], legitima ecclesiastici tenoris absolutio proveniret[d], et haec omnia, quae superius dicta sunt, secundum ecclesiae tramitem servarentur, praecipue cum non ab inferiori vel pari, sed a maiori persona et, sicut[1] ex apostolicis kanonibus[2] edocemur, solum ab eo, qui eum sequestravit, aut certe a prima sede iure possit absolvi. Inferior quippe vel compar antelatum vel comparem, non annuente maiori, absolvere non potest; sola igitur potior inferiorem convenienter absolvit. Proinde inferioris loci pontifices eos, quos potior suus obligaverat, sine prima sede absolvere non potuerunt.

866 Nov. 13.

Verumtamen licet contra Nicenos[e] sacros canones[3] praefatum Gregorium, qui abiectus fuerat, receperint, numquam tamen eum a vinculo damnationis et anathematis exuerunt, quem absolutione praevaricatoria potius nexuerunt et, dum[f] hunc[f] solvere nixi sunt, nodis maioribus dediderunt. Quin immo, dum sententiam maioris contemnentes transgressi sunt vel etiam suam tergiversatorio consilio lenique sensu sibimet facti contrarii destruere sunt moliti, pari praevaricatione habentur innexi et simili poena secundum apostolicos et nonnullos alios kanones[4] tenentur obstricti, ita ut communicantes ei pelli de ecclesia iubeantur. Ac per hoc reos reum iustificare constat minime potuisse nec ligatos ligatum solvere modo quolibet valuisse. Ecce a quibus, o Christianissime[g] princeps, Photius est institutus; ecce qualis est Gregorius, qui Dormitantius[5] convenientius poterat dici.

Quamobrem cogita, fili karissime, tracta et tecum sedula meditatione perquire, si stare Photius possit, etiamsi miris virtutibus polleat, etiamsi omni scientia fulgeat, quando qui hunc statuisse temptavit dudum iam cecidit et volens erigi cum conantibus se erigere numquam recuperaturus denuo ruit. Consideret ergo divinitus vester inspiratus apex, quomodo Photius, etiamsi nihil aliud sibi iure valeat impedire, queat in sacerdotali gradu persistere, quandoquidem institutor suus, cum hic ordinaretur, non solum sacerdotio, verum et[h] ipso carebat Christiano vocabulo et, sicut iam exposuimus, nec damnatus iustificare nec depositus erigere nec ligatus potest quemquam per impositionem manus provehere: impossibile est enim horum aliquid fieri. Iudicate ergo, mansuetissime imperator, cui potius oboediendum sit[i], Deo an hominibus; iudicate, cui potius resistendum sit, potestati, quam in Petro Deus omnipotens ordinavit quamque super

cf. Act. 5, 29.

cf. Rom. 13, 2.

---

a) *corr. in* adulationis *B.* b) *corr. al. m. ex* deuito *B.* c) Iam — absolvi *(l. 13) desunt B.* d) praeveniret *B.* e) *corr., ut videtur, ex* Nicenices *B.* f) huc dum *B.* g) cristianissime *B.* h) iam *in ras. post. add. B.* i) est *B.*

1) *Haec quoque* — possit absolvi *(l. 17) allegantur ab Hincmaro Laudunensi, Migne, Patr. lat. CXXIV, 1026.* 2) *Cf. can. apost. 33 (Mansi I, 54):* — — hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso, qui eum sequestraverat — —. 3) *V. p. 498 ann. 5.* 4) *Cf. can. apost. 11, 12 (Mansi I, 51), Antioch. 2, 4 (Mansi II, 1321 sq.) etc.* 5) *Cf. Hieronymum Ripario presbytero scribentem (ep. 109, Migne, Patr. lat. XXII, 907):* — Vigilantium, qui *κατ' ἀντίφρασιν* hoc vocatur nomine, nam Dormitantius rectius diceretur — —.

866
Nov. 13. cunctam ecclesiam extulit, an ordinationi Gregorii Syracusani, cui millies vae[a] dicendum
cf. Matth. 18, 7. est, homini videlicet[b], per quem in ecclesiam Christi tot scandala venerunt quique olim, sicut ipsi scitis, a fratre et comministro nostro Ignatio et a synodo[1], quae sub eo erat, depositus est, et ut apostolica sedes in eius damnatione consentiret, ab ipso consacerdote nostro postulata est[2]. Sed decessores mei beatae memoriae Leo[3] ac Benedictus[4] sedis apostolicae moderamina servantes noluerunt sic unam partem audire, ut aliae
cf. Gal. 3, 20. parti nihil penitus reservarent: unius quippe mediator non est[5]. Quamobrem interim depositio ipsius a sede apostolica non suscepta remansit infirma. Cumque idem Gregorius per legatum suae partis Zachariam[6] nomine sedem agnovisset apostolicam in sua depositione nullatenus consensisse, non gratias egit, non a[c] coeptis[c] in iam dictum fratrem nostrum saevientibus contumeliis conquievit, sed benignitate Dei et patientia sedis
cf. Iob 24, 23. apostolicae in superbia abutens in ipsum videlicet Ignatium patriarcham suum rediviva iacula impietatis irreverenter exacuit et eo superstite neophytum in Constantinopolitana[d] ecclesia[d] consecravit, quin potius et adversus sedis istius decreta contumax[7] esse non destitit, qui pro se, non contra se ipsius ab ea decreta paulo ante[e] data[e] tamquam ingratus non recolit et veluti tergiversator arma praeparat adversus arma sibi tutelam salutis non modice conferentia et murum destruere nititur, qui, ne ipse destrueretur, fortissime custodivit. Et agit nunc, quantum in se est, ut ea statuta prorsus habeantur invalida, quae, cum ipse his egeret, supplex petebat et, ut fortiora essent adamante, summissus optabat atque, ut sibi auxiliarentur, humiliter implorabat necnon et contra ea repugnantes forsitan tyrannos et sacrilegos iudicabat. Nisi enim sedes apostolica ei parceret, ille, quomodo contra[f] reverentissimum Ignatium posset exerere[g] brachium, non haberet. At ille usus est sedis apostolicae bonitate in malignitatem[h] et beneficium in patris sui convertit exitium.

Dicite igitur, o imperator, obsecro, cum ita sit, quomodo non debeamus nos Ignatium non adiuvare aut usque ad audientiam, quantum in nobis est, indemnem penitus conservare vel quomodo non possimus Gregorium et hos, qui ex parte ipsius sunt, merito condemnare? Quando Ignatius, nisi a nobis[8] esset impeditus, sic illos canonice forsitan sterneret, ut[k] eum nullo conamine potuissent impellere; isti, qui non nobis haeserunt, quos in adiutorium suum habere promptissimos meruerunt, nec a nobis consilium acceperunt, ut hi cum patriarcha suo vel pacificari vel canonice iudicari potuissent, sed vires suas a nobis ne frangerentur servantes, eas adversus eum protinus praepararunt. Unde[l], quaeso[l], perpendite[l], quantum nos nunc Ignatio debitores sumus, qui sibi obstaculum et inimicis eius facti sumus defensionis umbraculum. Quamvis nos non ideo iudicium istorum distulerimus, ut ei nocendi iacula praepararent, sed ut sic sententia in hos prolata valitudinem[m] haberet, ut a nobis examinatio praecederet, et rursus sic ab istis in eum obiecta penitus coram nobis admitterentur, ut partis Ignatii persona vocata vel convicta nostrae praesentiae non deesset.

Quamobrem dilato parumper iudicio et interim[n] infirmata sententia missum est utrique parti[9] sedis apostolicae praesulis praesentandum optutibus ac eius, ut par est,

---

a) *m. corr. ss.* vhe *B.* b) illi *B.* c) acceptis *C.* d) Constantinopolitanam ecclesiam *B.* e) anteda *B.* f) con *B.* g) deserere *corr. ex* heserere *B.* h) malignitate *B.* i) indemnationem *B.* k) et ad *add. B.* l) Undeque super pendite *B.* m) *corr. ss. ex* valetudinem *B.* n) inter *B.*

1) *Cf. supra p. 497 ann. 6.* 2) *Ad haec et sequentia cf. Hergenröther, l. c. I, 360 sqq.* 3) *IV. (847—855).* 4) *III. (855—858).* 5) *Cf. supra ep. n. 57 p. 357 l. 8 sq. V. etiam Anastasii praef. in synod. octav., Migne, Patr. lat. CXXIX, 21 sq. Frustra autem quaesivimus, apud quem* probabilium patrum *ab Anastasio laudatorum illa exstent.* 6) *Qui a Gregorio contra canones episcopus Tauromenitanus ordinatus erat, cf. Hergenröther, l. c. I, 359; v. etiam infra ep. n. 92 et Deusdedit coll. can. l. IV c. 428. 431 ed. Wolf von Glanvell (1905) p. 604. 608.* 7) *Ad ea, quae sequuntur, cf. Hergenröther, l. c. I, 366 sq.* 8) *Id est: a sede apostolica.* 9) *Cf. J.-E. Reg. n. 2667. V. etiam Hergenröther, l. c. I, 362 ann. 66.*

subiciendum diffinitionibus. Sed dum pars Ignatii properando disponit iter, ab hostibus[a] eius viribus resumptis non iam sedem[b] apostolicam petentibus, non Petri memoriam facere dignantibus Ignatius trahitur, impellitur et innumeris malis affectus ab ecclesiae regimine sequestratur. Et hoc totum factum est, eo quod praedicti pontifices utrique parti aequitatem servantes et utriusque[c] lateris audientiam praestolantes[d] Ignatii non firmando sententiam, immo vero interim infirmando, inimicis eius quodammodo manum porrexerint, dum nimirum sententiam in eos prolatam non interim auctoritate sedis apostolicae roboraverint, sed usque in praesentiam eiusdem apostolicae sedis differri decreverint. 866 Nov. 13.

Quamobrem, karissime fili et laudabilis Auguste, quia quasi per nos inventa est Ignatii deiectionis materia, idcirco praeter id, quod frater adiuvari debetur[e] a fratre, praeter id etiam, quod Petro, cuius in terris, licet indigni, vicem gerimus, Christi oraculo peculiariter dicitur: 'Et confirma fratres tuos', etiam pro hoc specialiter eum non solum adiuvare et confirmare, verum etiam, sicut ipsi potestis advertere, totis nos pro illo nisibus[f] oportet per omnia decertare[g], ut videlicet totum in illo funditus aboleatur, quod per nos laedendi fomitem adversariis eius repperientibus ei violentiam inferri monstratur, totumque recipiat Christo propitio, quod, dum nos moderate ac regulariter egimus[h], ipse praeiudicialiter amisisse dinoscitur. Quoniam et praefati decessores nostri, Leo scilicet et Benedictus, beatae recordationis pontifices, si tale quid diebus eorum Gregorius vel complices eius patrassent, videlicet ut abusi tanto[i] compassionis et patientiae sedis apostolicae circa se beneficio in[k] Ignatium manus suas iniecissent, ut adversus eum ipsis sanctis praesulibus inconsultis linguas suas taliter exacuissent, profecto eos tamquam magistros inquietudinis et ipsos se sole clarius obnoxios ostendentes sine quavis retractatione protinus condemnassent et tantum piaculum impietatis eorum destruere ardentissime studuissent. Sed quia illi divina vocatione ab hac convalle lacrimarum subducti sunt hanc tyrannidem nondum intuentes, nos[1] debemus in eorum labore succedere, qui successimus in honore, in cuiusque tempore crudelitas, quae diebus ipsorum coepit radices mittere, consummata perpatuit. Proinde nos, primo quia sedis apostolicae de tota ecclesia fas habentis iudicare[2] moderamina retinemus, secundo quoniam fratribus iniuriam passis subvenire debemus, postremo quoniam[l], sicut iam diximus, oportet[1] nos in eorum labore succedere, in quorum successimus pontificatus honore, quemadmodum ipsi decessorum suorum exempla secuti sunt et operis eorum strenui cultores[m] inventi sunt, quod ipsi profecto agerent, adiuvante Domino, habentes quemadmodum illi eundem zelum iustitiae seu privilegium dignitatis nos studiose perficere procurabimus[n], nimirum quod omittere procul dubio, sicut nosse cunctis clare tribuitur, non valemus.

cf. Prov. 18, 19. Luc. 22, 32. cf. Matth. 26, 50. cf. Ps. 63, 4. cf. Ps. 83, 7. cf. Is. 1, 17.

Sed dicis, o imperator, etiam sine consensu nostro Photium et[o] ecclesiam retenturum et communionem ecclesiae habiturum, Ignatium vero nihil per nos meliorationis penitus adepturum. At nos[p] e[p] diverso credimus, quod ecclesia Christi sacros canones et praecipue Nicenos[3] non tradat oblivioni, praecipientes videlicet, ut[q] hi, qui abiciuntur, ab aliis non recipiantur. Credimus etiam, quod diu membrum[r] incolume non subsistat haerens membris capiti non haerentibus. Postremo credimus, quod cetera membra, si

---

a) ostibus *C.* b) fidem *B.* c) triusque *B.* d) postulantes *B.* e) *corr. ex* deuetur *B;* debet *C.* f) sinibus *B.* g) *corr. ex* discertare *B.* h) gerimus *B.* i) tando *C.* k) *om. B.* l) *om. B.* m) cultoris *C.* n) procuravimus *B, C.* o) *del. m. corr. B; deest C.* p) *corr. ex* nosse *B.* q) et *C.* r) menbrum *B.*

1) *Cf. epist. Siricii papae ad Himerium Tarracon. episc., Migne, Patr. lat. LXVII, 231, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 520 (J.-K. Reg. n. 255).* 2) *Cf. Gelasii papae epist. ad episcopos per Dardaniam constitutos (J.-K. Reg. n. 664):* — — sedes beati Petri apostoli — —, utpote quae de omni ecclesia fas habeat iudicandi — — *(Mansi VIII, 66, 54, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 643).* 3) *C. 5; Mansi II, 679. V. supra p. 498 ann. 5, p. 499 ann. 2—4.*

866 Nov. 13. tamen affectant vivere, caput quandoque sequantur. Verum in omnibus his, secundum
Rom. 9, 16. apostolum, 'non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei'; et ideo pro labore pietatis ad moras ullas roborante nos Deo minime fastidimus, quia, etsi nostrum est currere, divinae tamen est potestatis, quando ei placuerit, ad palmam perducere.

Quod autem facere apostolicam sedem decuit, sicut ad omnes horthodoxos ecclesiae catholicae scripsimus[1], strenue fecit; Dei vero est coepta perficere. Nam nos vomere
cf. Deut. 21, 3. quidem linguae terram proscindimus mentium et in eas verborum semina spargimus[a 2]; Deus autem potens est illa et sui rore spiritus infundere et augmento gratiae fecundare atque eorum, quanta et qualia vult et quando[b] vult, ad uberem et multiplicem fructum
1. Cor. 3, 7. perducere, quoniam nos, etsi agri dominici cultores sumus, attamen 'neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus'.

Verum his ita se incunctanter habentibus constat eos, qui semel a sedis apostolicae praesulibus perculsi sunt, sententia illius hodieque constringi, ita ut eorum nonnullos quidem prolata contra se iudicii tela principum tegmine munitos non[c] statim sauciaverint, quandoque tamen medullitus penetraverint, nonnullos[d] autem etiam post mortem susceptam cunctis execrabiles omnino reddiderint. Quotquot[e] autem in ipsa communione sedes apostolica tenuit, aut, dum viverent[f], ab ecclesia sunt universali recepti aut postmodum ab ea summa celebritate retenti; praeterea[g] illos, in quorum damnatione non consensit, singulari praerogativa dissolvit. Quae ut manifestius prudentia tua cognoscat, ex his pauca commemorare studebimus[h]. Primo quidem claviger caeli Petrus et primus
cf. Act. 8, 19–23. sessor sedis istius Simonem magum[3] non ferri, sed linguae mucrone prostravit[i]; sed ille principum utens virtute non solum in nequitia sua permansit, sed et male moriens sui causa[k] eosdem ad[l] damnatoris sui mortem principes inflammavit. Deinde[4] cum Asiani omnes inter ceteros, evangelista Iohanne auctore, quarta decima luna cum Iudaeis putarent Pascha celebrandum, hos praesul meritis et nomine Victor[5] a communione collegii separavit; at illi omnes cum nonnullis ecclesiarum praesulibus non solum huic manus minime praebuerunt, verum etiam pertinaciae redarguerunt. Felix quoque papa[6] Constantinopolitanum Acacium non solum deposuit, verum et insolubilibus anathematis
cf. 1. Ioh. 2, 15. vinculis innodavit[7]; sed adeo est contemptus, ut idem Acacius, mundi dilectorum tuitione protectus, etiam nonnullis Romanis pontificibus decedentibus et officio sacerdotali iuxta[8] praecedentem consuetudinem fungeretur et exceptis paucis omnium Orientalium communione frueretur. Porro Agapitus apostolicae sedis praesul[9] Anthimum[m] Constantinopolitanum similiter antistitem condempnavit[n] et in loco eius ordinavit Mennam[10], pro quo videlicet Anthimo Silverius[11] et Vigilius[12] Romani pontifices ab Augusta[o] Theodora[13] multa incommoda, sed et discrimina sunt perpessi, sed ad restitutionem eius nullatenus inclinati.

---

a) sparsimus *B, C.* b) quomodo *B.* c) nos *B.* d) nonnullus *B.* e) quotqđ *B.* f) viverint *(?) B.* g) Propterea *C.* h) studeuimus *B.* i) postravit *C.* k) in *add. B.* l) *deest B.* m) Antimum *hic et infra B.* n) condempnabit *B.* o) agusta *B.*

1) *V. infra ep. n. 98.* 2) *Cf. verba Anastasii bibliothecarii in praefatione ad synodum octavam:* per totum orbem verborum semina sedulo scribendo disperseram *(Migne, Patr. lat. CXXIX, 17).* 3) *De quo cf. 'Realencyklop. f. protest. Theologie und Kirche' XVIII³, 351 sqq. (1906).* 4) *Cf. Eusebii [Rufini] histor. eccles. l. V c. 24 ('Eusebius Kirchengeschichte bearb. von E. Schwartz [Griechische christl. Schriftsteller IX, 1] Leipzig' 1903, p. 490 sqq.). — V. Hefele, 'Konziliengeschichte' I², 92 sqq. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' I, 182 sqq. 188 sqq.* 5) *189—c. 199. Cf. 'Realencyklop. f. protest. Theologie und Kirche' XX³, 601 sq. (1908).* 6) *483—492.* 7) *Cf. J.-K. Reg. nn. 599, 600 (Mansi VII, 1053, 1065, Thiel, l. l. I, 246 sq.); Hergenröther, l. c. I, 123. Hefele, l. c. II², 607 sqq. V. etiam Liberati breviar. causae Nestorianorum et Eutychianorum c. 18, Migne, Patr. lat. LXVIII, 1028 sq.* 8) *Cf. Antioch. conc. c. 4; Mansi II, 1322.* 9) *535—536.* 10) *536—552. Cf. J.-K. Reg. I p. 114. Liberati breviar. c. 21, Migne, Patr. lat. LXVIII, 1039. — Hergenröther, l. c. I, 161.* 11) *536—537.* 12) *537—555.* 13) *Iustiniani imperatoris uxore († 548).*

His ergo de pluribus sedis apostolicae magnis et praeclaris rectoribus carptim commemoratis quid mirum[a], si nos pro Photio contemnimur, cum videamus apostolorum principem pro veritate contra[b] Simonem defensa etiam mortem subire; quandoquidem, licet sero, licet post multos sudores, quandocumque tamen mundus totus ea defendit, quae[c] Petrus contra Simonem defendisse dinoscitur, ea damnat, quae ille[d] damnasse discribitur[e]. Quid autem mirum, si nobis pro ecclesiastica correctione laborantibus manum non datis, sed et duritiae[f] redarguitis, cum videamus Victorem papam et martyrem, qui ideo vere victor est, quia martyr pro apostolica[g] traditione, pene a totius ecclesiae praesulibus pertinaciae redargutum; quandoquidem ecclesia tota nunc cum illo sapit et quod fecit laude praedicat dignum. In quo animadvertendum, quia, si tunc ille pro iustitia tanta severitate non uteretur, sicuti nonnulli hortabantur episcopi, hactenus fortassis error ipse mansisset, praecipue cum etiam eo tanto zelo succenso[h] usque ad Ephesenam priorem[1] in aliquibus perdurasse synodum legerimus. Quid praeterea mirum[i], si sedes apostolica diebus tuis parvipenditur nec ab imperio tuo tibique subiectis auditur, cum videamus sanctum Felicem adeo[k] ab imperatoribus praedecessoribus tuis contemptum, ut ab eo anathematizatum[l] Acacium ita sua protectione munirent, ut[m] et[m] sede Constantinopolitana, dum vixit, abuteretur et in perfidia sua pessima[n] moreretur; verumtamen propitio Christo sedis apostolicae pontificibus indefesse certantibus a catholicis iugi fatigatione remota tandem aliquando ad[o] saepe fati beati Felicis sententiam[p] est ecclesia tota conversa, et, quia praedictus Acacius non est inventus superstes, consequenter nomen eius in ecclesia taceri sancitum est[2]. Sed et tu, imperator horthodoxe, de ipso nunc cum sede apostolica[q] sapis, qui, si illo tempore fuisses reppertus, pro eo contra eam et[r] in hac causa fieres fortassis accensus. Ad extremum quid mirum, si pro deiectione Photii nobis minaris, quando antecessores tui principes pro Anthimo iam dicto praedecessores meos[3] usque ad confessionem persequendo perduxerint; verumtamen, licet diutissime laboraverint, saevierint et tot diras adversus eos afflictiones commoverint, sententiam tamen eorum mutare vel Anthimum revocare ad pristinum statum nullomodo potuerunt, qui, licet tarde, quandoque tamen et ipsum Anthimum et sensus eius cum sede apostolica sapientes detestati sunt et Mennam virum sanctum ab ipsa promotum, non sicut vestrates[s] falso autumant[t], sed cum ea hunc digne recipientes[u] veneranter amplexi sunt. Quis vero tunc videns Petrum[v] vel successores eius Simonem praefatosque praevaricatores tam fortiter debellare non poterat indignari et eos tamquam insensatos efferri penitus arbitrari, praesertim cum pro eisdem perfidis[w] totus praeter paucissimos adversus illos cum principibus suis pugnaverit orbis? Sed quia veritas tegi funditus humanis non potest conatibus, et praefati, quin et alii sancti summique pontifices spe freti, quae non confundit, tot labores arripuerunt, idcirco sol iustitiae radios suos foras[x] emittens[y] et nebulam dissipavit erroris et veritatis paulatim lumen ostendit, sicque demum, quantum illi defensores ecclesiae recte sapuerint et isti nequiter oberraverint, tandem evidenter innotuit. Ita quoque et

866 Nov. 13.

cf. Rom. 5, 5.

cf. Malach. 4, 2.

---

a) nimirum *B.* b) *post. add. m. corr. B.* c) quo *B.* d) illum *B.* e) discriuitur *B.* f) *corr., ut videtur, in* duritiis *B.* g) ecclesiastica *B.* h) succēsso *B.* i) *corr. post. ex* murum *B.* k) ab eo *B.* l) *corr. ex* anathematum *B;* anathematum *C.* m) et ut *B.* n) mala *B.* o) a *B.* p) id *add. B.* q) apostolicas *C.* r) ut *C.* s) vestra *B.* t) autunant *B.* u) recipiente *C.* v) Petrus *B.* w) perfidiis *B.* x) fortasse *B.* y) nutens, *in marg. scr.:* al̄ educens *B.*

1) *Id est usque ad a. 431.* 2) *Ut Acacius in duabus synodis Romanis a. 484 et 485 damnatus (v. Jaffé, Regesta pont.² I, 81) a Graecis quoque anathematizaretur nomenque eius ex diptychis ecclesiasticis tolleretur, iam Felix III. (cf. Thiel, l. l. I, 267. 269. 271. 274. 276) necnon Gelasius I. papa (cf. Thiel, l. l. I, 355 sqq. 384 sq. 526 etc.) summopere laboraverant. Quod tandem per legatos suos Constantinopolim directos a. 519. Hormisda papa assecutus est, v. libellum Iohannis Constantinopolitani episcopi (Thiel, l. l. I, 853 sq.) et relationem legatorum apostolicae sedis (Thiel, l. l. I, 857).* 3) *Sentit videlicet Silverium et Vigilium. V. supra p. 502 l. 34 sqq.*

2. Cor. 4, 13. nos, ut verbis egregii loquamur apostoli, 'habentes eundem spiritum fidei', quem et
cf. Ps. 115, 10. patres nostri, 'sicut scriptum est: Credidi[a] propter quod[b] locutus sum, et nos credimus,
cf. Gen. 17, 16. 17. propter quod et[c] loquimur' et confidimus, quoniam, qui Abraham contra spem dedit
cf. 2. Cor. 9, 10. filium, potens est nobis pro ecclesia sua laborantibus et incrementa spiritalium frugum donare et earundem frugum uberem fructum multiplicare.

Unde dicito, quaesumus, o imperator piissime, cuius prolixitatis inoboedientia vel cuius multitudinis insolentia aut cuius potestatis excellentia nos ab hac fide vel spe debeat aut valeat saltem parumper avertere; praesertim cum beatissimus iam designatus
Hebr. 11, 1. exclamet apostolus: 'Est', inquiens, 'fides sperandarum substantia rerum, argumentum[d]
Rom. 8, 24. 25. non apparentium[e]'; et rursus: 'Spes', ait, 'quae videtur, non est spes; nam quod videt[f] quis, quid[g] sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus.'
cf. Sap. 10, 17; 1. Cor. 3, 8. Hac[h] igitur fide[i] seu[i] spe certificati, fili karissime, nos quidem de percipienda mercede laborum, etiamsi vos nobis numquam oboedieritis, etiamsi quantum potestis apostolicae sedi[k] reniti contenderitis, nullatenus dubitamus.

De te tamen tamquam de dilectissimo filio vehementer ingemiscimus et tristamur, quoniam non piorum[l] vestigia, sed pravorum principum exempla[m] sectatus[m] apostolicae et primae in toto orbe terrarum sedis edicta, perversorum hominum suasionibus illectus[n], atque decreta postponis et anathematis obligamenta, quibus persecutores Ignatii comministri nostri, Photium videlicet, qui[o] post[o] depositionem[o] nimis[p] multa de[1] ministerio sacro contingere iuxta[q] praecedentem consuetudinem ausus est, et fautores eius regulariter irretivit[2], contempnis et quasi minus Christianus temere parvipendis. Quod quantum sit a pio intellectu removendum et a fidelium cordibus execrandum, eximius praesul nostrae sedis moribus et nomine Gregorius ostendit, cum de hoc scriberet[r], dicens[3]: Si sunt qui certissime talia sentiunt vel tenent, quia Christiani non sunt, dubium non est, eosque[s] et ego et omnes catholici episcopi atque universa ecclesia anathematizamus, quia veritati contraria sentiunt, contraria loquuntur; et rursus[4]: Ipsi, inquit, sibi[t] testes sunt, quia Christiani[u] non sunt, qui ligamenta sanctae ecclesiae vanis[v] se[v] aestimant conatibus solvere ac[w] per hoc nec absolutionem sanctae ecclesiae, quam praestat fidelibus, veram putant, si[x] ligaturas eius valere non existimant[y]. Contra quos diutius disputandum non est, quia dispiciendi per omnia et anathematizandi sunt, ut, unde se fallere veritatem credunt, inde in peccatis suis veraciter ligentur[z].

Sed si forte dicis non debuisse nos tam concite audita dicta credere nec tam ad proferendam sententiam esse proclives, noveris, o imperator, hoc rationabiliter posse
cf. Gen. 18, 20. dici, si culpa cum clamore[a], quemadmodum Sodomorum et Gomorreorum, non esset, si, quae de Gregorio gesta superius intimavimus[b], tam in propatulo non extitissent, si scripta vestra[5], quae apud Constantinopolim contra consacerdotem nostrum Ignatium vel circa Photium, immo vero per Photium gesta sunt, evidenter nullatenus indicassent, vel si legatos nostros et epistolas pietas tua benigne suscepisset vel si susceptas ausu temerario nemo fallacia[c] depravasset et illas[d] ab earum veritatis tenore nullatenus amovisset. At ubi piaculum non solum cum voce, sed et cum clamore commissum est[6]
cf. Gen. 4, 10. et sanguis insontis fratris[e], sicut hactenus, clamabat ad Deum de terra et vestrates,
Isai. 3, 9. iuxta[f] quod per prophetam de reprobis exprobrantis affectu[g] perhibetur[h], 'peccatum

---

a) credidit *B.* b) *om. C.* c) *om. B.* d) *corr. in* argumento *B.* e) apparentum *C.* f) vidit *B.* g) quit *B.* h) Hanc *B.* i) fidei suae *B.* k) sedis *B.* l) priorum *B.* m) *corr. ex* sectatus exempla *C.* n) illetus *B.* o) quide postpositionem *B.* p) minis *B; om. C.* q) iusta *B.* r) scribere *B.* s) eos quae *B.* t) siui *B.* u) cristiani *B.* v) vanissime *B.* w) hac *B.* x) sibi *B.* y) aestimabant *B.* z) legentur *B.* a) clamare *B.* b) intimatumus *C.* c) *corr. post. in* fallatia *B.* d) illa *B.* e) fratis *C.* f) iusta *B.* g) effectu *B.* h) perhibentur *B.*

1) *Cf. Antioch. conc. c. 4; Mansi II, 1322.* 2) *In synodo scilicet a. 863 celebrata; v. J.-E. Reg. I, 350, infra epp. nn. 91 (p. 519 sqq.), 98.* 3) *Gregorii M. Registr. XI, 27, MG. Epist. II, 294 (J.-E. Reg. n. 1817).* 4) *Ibid., MG. Epist. II, 296.* 5) *Quae accepit a. 860.* 6) *Cf. infra p. 505 l. 12.*

suum quasi Sodoma praedicaverunt nec[a] absconderunt', postquam scripta quoque vestra[1] idem[b] peccatum consummatum liquido demonstrarunt, postquam etiam missos nostros observatos[c] a colloquio fidelium et a[d] iussis nostris aversos et epistolas nostras occultatas atque falsatas agnovimus: quid potuimus consultius vel cautius agere, quam, ut[e] ne[e] magis ac magis scelus ut cancer serperet, id funditus extirparemus et, ne ut desides et neglegentes iudicaremur, celerem[f] pro domo Dei[f] fervidumque zelum ostenderemus? Praeter haec autem, quia falso divulgati fueramus nos vel in[g] Ignatii depositione vel in[h] Photii promotione consensisse, idcirco veloci studendum esse satisfactione[i] Christi ecclesiam de hoc certificare iure praevidimus. 866 Nov. 13. cf. 2. Tim. 2, 17.

Verum quemadmodum audita crimina non facile credi[k], sed[k] cognita sine tarditate puniri debeant, sanctus iam nominatus papa Gregorius et magister egregius sapienter edocet dicens[2]: Peccatum cum voce est culpa in actione; peccatum vero etiam cum clamore est culpa cum libertate. Sed quid hoc exemplo nisi nos admonemur, ne ad proferendam sententiam umquam praecipites esse debeamus, ne temere indiscussa iudicemus, ne quaelibet mala audita nos moveant, ne passim dicta sine probatione[l] credamus; quod profecto perpetrare pertimescimus, si auctoris nostri subtilius facta pensamus. Ipse quippe, ut nos a praecipitata sententiae prolatione compesceret, cum omnia nuda et aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomae noluit audita iudicare, qui ait: 'Descendam et videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.' Omnipotens itaque Dominus et omnia sciens cur ante probationem[m] quasi dubitat[n], nisi ut gravitatis nobis exemplum proponat, ne mala hominum ante praesumamus credere quam[o] probare[p]? Et[q] ecce per angelos ad cognoscenda mala descendit moxque facinorosos percutit atque ille patiens, ille mitis, ille, de quo scriptum est: 'Tu autem, Domine, cum tranquillitate iudicas', ille, de quo rursum scriptum est: 'Dominus patiens est redditor', in tanto crimine involutos inveniens quasi patientiam praetermisit et diem extremi iudicii expectare ad vindictam noluit, sed eos igne iudicii ante iudicii diem praevenit: et[r] ecce malum et quasi cum difficultate credidit, cum audivit, et tamen sine tarditate percussit, cum verum cognoscendo repperit, ut nobis videlicet daret exemplum, quod maiora crimina et tarde credenda sunt, cum audiuntur, et citius punienda, cum veraciter agnoscuntur. cf. Hebr. 4, 13. Gen. 18, 21. Sap. 12, 18. Eccli. 5, 4.

Nos igitur quomodo ad puniendum audita mala proclives aut praecipites fuimus, quando, sicut longe superius diximus[3], antequam legati vestri, Arsavir[s] videlicet illustris spatharius ac ceteri, Romam venissent, quae apud Constantinopolim postea gesta fuisse veraciter agnovimus, nos iam audita nec tamen credita penitus habebamus? Postquam vero idem[t] missi vestri ad sedem apostolicam pervenerunt, quae auditu solo primitus didiceramus[u], patefieri coram nobis et[v] tota ecclesia, quae apud nos est, manifeste coeperunt nec tamen nos interim ad sui damnationem quoquo[w] modo pertraxerunt. Postquam vero missi nostri, quos illuc[x] ad haec per ordinem ac subtiliter investiganda et pleniter invenienda seu nostrae[y] notitiae veraciter referenda destinaveramus[4], una cum Leone a secretis imperiali legato regressi sunt, et tam[z] epistolam tuam quam cetera scripta de his, quae Constantinopoli gesta sunt[5], ab illo suscepimus et diligenter investigavimus eosdemque[a] missos nostros una cum sancta synodo regulariter examinavimus,

---

a) ne *C.* b) id est *B.* c) *sic B, C.* d) *om. B.* e) ne ut *B.* f) pro domo Dei celerem *B.* g) *om. B.* h) *om. B.* i) et *add. B.* k) credisset *B.* l) *corr. ex* prouatione *B.* m) provocationem *B.* n) diuitat *B.* o) que *B;* quae *C.* p) *corr. ex* prouaret *B.* q) *om. B.* r) *om. C.* s) Arsabir *C.* t) id est *B.* u) dediceramus *C.* v) coram *add. C.* w) quo *B.* x) isthuc *B.* y) vestrae *B.* z) tamen *B.* a) eosdem *B.*

1) *Quae accepit a. 862.* 2) *Gregorii M. expos. in secundum psalm. poenitent. v. 3, Migne, Patr. lat. LXXIX, 561.* 3) *V. supra p. 490.* 4) *Cf. supra ep. n. 82 p. 436.* 5) *Scilicet in synodo a. 861 habita.*

866 Nov. 13. cuncta, quae gesta sunt, enucleanter didicimus omneque[a] dubietatis nubilum ex[b] corde pepulimus ac per hoc docente magnisona Christi tuba, praefato scilicet papa Gregorio[1], quod supra meminimus[2], sicut audita mala tarde credidimus, ita tot probationibus cognita citius punire necessario procuravimus; et hoc rite: nam[3] ad cognoscendam et condemnandam[c] impietatem Nestorii sancta Ephesina[d] synodus[4] solam epistolam eius, quam ad beatum Cyrillum scripserat, recitatam sufficere credidit. Quinta praeterea synodus[5] etiam iam mortuos Origenem atque Theodorum per eorum damnanda scripta non recte sapuisse reppertos anathemate perculit[e]. Sanctus quoque papa Gelasius de damnatione Acacii vestrae quondam urbis episcopi ad Dardanos scribit dicens[6]: Hic si examinatio quaeritur, iam iudicio non erat opus, postquam litteris suis ipse confessus est. Christi praeterea confessor papa Martinus[f 7] Cyrum Alexandrinum, Sergium, Phyrrum[g] et Paulum Constantinopolitanos solis eorum in sua sacra synodo scriptis recensitis damnationi contradidit[8]. Haec ergo et tot praecessorum meorum exempla sequentes sollemniter nos[h] Photium et complices eius damnasse manifestum est[9], praesertim cum ex vobis audierimus in scriptis Ignatium, qui merito christus Domini dicendus est, a subiectis et inferio-
cf. Iudith 5, 28. ribus suis sententiae gladio transverberatum fuisse ac detrimentum dignitatis propriae pertulisse, quod apte sanctum[i] David[k] in Saule, qui[l], licet[l] christus[m] Domini[m] nuncuparetur[n], abiectus tamen a Domino iam dinoscebatur, exhorruisse regum prodit historia; qui, dum ex ore pueri Amalechitae, etiam mendaciter dicentis, audisset, quod occiderit Saulem, non aliam[o] certitudinem[o] requisivit, sed protinus hunc percuti iussit[p] dicens:
2. Reg. 1, 16. 'Sanguis tuus super caput tuum, os[q] enim tuum locutum est adversus te, dicens: Ego interfeci christum Domini.'

Verumtamen quid opus est hinc multa prosequi, cum hodieque penes ecclesiam Constantinopolitanam impietas ipsa vigeat[r], praevaricatio regnet, schismata multiplicentur? Porro si sententiam nostram exhorrescitis et hanc alicuius valitudinis esse putatis, ne illam formidetis tantum, quia in praevaricatores et contumaces[s] prolata est, quantum, quia perpetuo constringit inoboedientes et nisi resipiscentes numquam omnino resolvit. Quapropter, fili karissime et Christianissime princeps, quem cum omnibus imperio tuo
cf. Deut. 13, 5. subiectis alloquimur, auferte malum de medio vestrum, tollite adulterum[t], tollite tyrannum et pervasorem[u] ecclesiae; reddite fratri et coepiscopo nostro Ignatio ecclesiam sibi divinitus creditam, de qua vos illum ante omnem audientiam canonicam expulistis; reddite quod tulistis et emendate pro Deo quod contra Deum egistis; relinquite malum, convertimini ad bonum[v], revertimini ad nos et corrigemini et liberati a malo a nobis nullatenus dividemini; quoniam nos[10] non in Photium ideo sententiam tulimus, quia homo est, quia Photius dicitur, sed quia est persona praevaricatrix et quia viventis antistitis et ea nulla ex parte legitime carentis usurpavit ecclesiam. Itaque malefactum, quod in ea est et in fautoribus eius, punitur irrogatione sententiae; quae praevaricatio, quod maleficium si recedat, iam non erit illa persona, in quam sententia prolata est. Remanebit enim homo et

---

a) omne quoque *B*. b) e *C*. c) damnandam *C*. d) Ephesena *C*. e) percutit *B*. f) Martynus *B*. g) Phyrum *C*. h) *om. B*. i) secundum *B*. k) Dauit *B*. l) quem dicit *B*. m) $\overline{\text{xpm}}$ *B*. n) nuncupatur *B*. o) alia certitudine *B*. p) *deest B*. q) $\overline{\text{os}}$ *C*. r) videat *C*. s) contaminantes *B*. t) adulterium *B*. u) persuasorem *B*. v) *corr. ex* uonum *B*.

1) *Cf. Gregor. M. Registr. VII, 14, MG. Epist. I, 456 sq.; J.-E. Reg. n. 1460.* 2) *V. supra p. 505 l. 10 sqq.* 3) *Cf. Hefele, l. c. II², 185.* 4) *A. 431; cf. Mansi IV, 1170—1178.* 5) *Constantinopoli a. 553 celebrata; de cuius anathematibus in Origenem et Theodorum Mopsuestenum prolatis cf. Hefele, l. c. II², 860—875; v. Mansi IX, 383 sqq. c. 11, 12.* 6) *Mansi VIII, 65, 54, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 642; J.-K. Reg. n. 664.* 7) *649—653 (655).* 8) *In synodo Lateranensi a. 649 celebrata, de qua cf. Hefele, l. c. III², 212 sqq.; v. Mansi X, 1158 sq. c. 18. Cf. etiam supra ep. n. 88 p. 469 cum ann. 9.* 9) *A. 863, v. supra p. 504 cum ann. 2.* 10) *Sequentia verbotenus fere sumpta sunt ex epistola Gelasii ad episcopos Orientales Felicis III. papae nomine de causa Acacii scripta, cf. Thiel, Epist. Roman. pontif. gen. I, 303 sq., Mansi VII, 1084 (J.-K. Reg. n. 611). V. etiam supra p. 398 cum ann. 4.*

Photius[a], quem non damnat, in quantum homo est et hominis nomine censetur[b], sed in quantum praevaricator et malefactor est. Si ergo desinat esse praevaricator, sententia nostra in eo locum penitus non habebit; alter enim erit quam ille, cui illata sententia est, dum incipiet esse quod non fuit vel non hoc[c] esse, in quem prolata sententia est. Nam[d] quamdiu in hoc manet, cui illata[e] sententia est[d], vere insolubilis est illa sententia. Et quantumlibet floreat ille, cui[f] irrogata est, quantislibet affluat honoribus, quantislibet[g] miris laudibus efferatur, illa sententia perpetuo constringetur[h] et, nisi resipiscat, si non modo, certe vel post paucos aut etiam post multos annos aut certe quandoque etsi non in[i] vita sua carebit[k] ecclesia, quam tyrannice possidet, carebit[k] tamen[l] post mortem Christianitatis procul dubio nomine, cuius professionem inverecunde conculcat. 866 Nov. 13.

Iam vero[1] si sententia nostra se ac fautores suos iudicat obligatos et ideo[m] se cum eis poscit absolvi — hoc enim significare videmini, cum per[n] epistolam[o] nobis directam[p 2] nos mutare voluntatem, consilium ac sententiam saepius exhortamini —, utique non praetendit iniustam et esse alicuius momenti profecto non dubitat, quae eum[q] potuit obligare et a qua se cum fautoribus suis poscit[r] absolvi, quia non posset obligare nisi iusta. Cum autem iusta sit, nonnisi damnato errore iuste resolvitur. Ergo fateatur errorem Photius cum fautoribus suis, deponant praevaricationem omnes, quos ligatos tenet iusta sententia, sed tu multo magis, fili karissime, qui tantum iustitia et pietate cunctos debes[s] exsuperare[t], quantum[u] dinosceris principaliter illis omnibus imperare[u], quatenus dissoluta praevaricatione dissolvatur quoque consequenter et sententiae[v] prolatae censura, quia et Nathan propheta palam publiceque in facie regi David et commissum pronuntiavit errorem et, quia hoc ipse commiserit, omnino non tacuit, sed confessione correctum consequenter absolvit. cf. 2. Reg. 12, 7–13.

Praeterea non omittendum esse credidimus nos commemorare praeterito anno per indictionem videlicet tertiam decimam[3] epistolam[4] sub nomine vestro conscriptam per Michahelem protospatharium suscepisse, quae tantis erat verbis contumeliosis, immo blasphemis respersa, ut scriptor eius nonnisi in gutture[w] colubri calamum tinxisse putetur et dictatoris labia pro dictionibus venena fudisse videatur, adeo ut, si cuiuspiam simpliciorum[x] cor penitrent — non[y] enim haec aures[y] prudentium[z] suscipiunt —, hunc continuo necent[a], nimirum tanto miserabilius[b], quanto mors animae magis quam[c] corporis per illum virulentum haustum admittitur. De cuius immanitate piaculi, licet vobis iam nos scripsisse[5] recolamus, eadem tamen nunc scribere vestrae sapientiae mihi quidem non pigrum, vobis autem et multis necessarium. cf. Phil. 3, 1.

Denique opinati sumus et adhuc nihilominus opinamur, quod pietas vestra tandem aliquando resipiscat et de ecclesiae Constantinopolitanae restaurando statu nobis salubria suadentibus adquiescat sicque demum omnia scripta, quae male sunt[d] compilata, non solum adversus[e] nos et hanc sanctam ecclesiam, verum etiam contra fratrem nostrum et comministrum Ignatium, coram universa imperii sui multitudine igni tradenda decernat.

---

a) Pothius *B.* b) cesetur *B.* c) *deest B.* d) nam — sententia est *(l. 5) desunt C.* e) illa *B.* f) *corr. ex* qui *B.* g) tantislibet *B.* h) confringetur *B.* i) *om. B.* k) *corr. ex* careuit *B.* l) vel *add. C.* m) ide *B.* n) *om. B.* o) epistola *B.* p) directa *B.* q) tum *B.* r) possit *B.* s) *corr. ex* deuet *B.* t) exuperare *C.* u) quantum — imperare *desunt B.* v) scientiae *B.* w) guttore *B;* guture *C.* x) simpliorum *C.* y) *ita B; lacunam quondam a scriptore relictam moderna manus explevit:* non enim hae aures *C.* z) prudentum *C.* a) nec net *B.* b) mirabilius *B.* c) *om. B.* d) sint *B.* e) adversum *B.*

1) *Etiam ad sequentia Nicolaus paucis mutatis usus est epistola Gelasii in annotatione praecedenti laudata, v. Thiel, l. l. I, 311, Mansi VII, 1089.* 2) *Non iam exstantem.* 3) *I. e. anno 865. ante mensem Septembrem. Mense Augusto 865 epistolam illam Romae susceptam esse conici potest ex eo, quod brevissimo temporis spatio intermisso Nicolaus imperatori respondit, cf. supra ep. n. 88 p. 474. Hergenröther, l. l. I, 554. V. etiam supra ep. n. 88 p. 454 ann. 1.* 4) *Hodie deperditam. Cf. de ea supra ep. n. 88 p. 454 et passim; Hergenröther, l. c. I, 552 sqq.* 5) *In epistola supra (p. 454—487) sub n. 88 edita.*

866
Nov. 13. Alioquin iam cunctis ecclesiae fidelibus[a], quae foret apostolicae sedis auctoritas vel quae
cf. Iob 13, 4. fabricatoribus mendacii seu inventoribus perversorum dogmatum immineret ultio, profecto patesceret. Impossibile est enim, quamquam[b] nostras nos speciales iniurias curare floccipendamus, ut tantorum ac talium sanctorum patrum et propugnatorum catholicae ecclesiae ac destructorum diversarum hereseon atque defensorum horthodoxae fidei blasphemias[c] aequanimiter[c] sustineamus vel etiam tantae sedis sive tam excellentis ecclesiae Romanae, cui Deo deservimus auctore, contumelias perferamus.

Verum quamvis et de nobis humiliter sentiamus, non[d] tamen[d] conscientia dictante vera esse quae vos de nobis perhibetis asseveramus, sed, ut diximus, ea postponentes
cf. Phil. 2, 21. illa potius, quae Iesu Christi sunt, investigamus. Et si qua[e] male congesta adversus eius famulos, adversus eius ordinationes, adversus eius dispositione stabilita[f] privilegia repperiuntur, nulla pacientia toleramus et non solum haec destruere totis viribus anhelamus,
cf. Prov. 19, 17. verum etiam conflatoribus tantae perversitatis dignam vicissitudinem reddere necessario meditamur, nimirum ne hos quis impunitos intuens aut nunc aut futuro tempore deinceps talia praesumat praestigia falsitatis componere vel commenta blasphemiarum[g] huiuscemodi figmentis contrahere[h]. Quapropter, imperator sublimissime, diligenter propter Deum inquirentes atque scrutantes, si vestra illam non fuisse praeceptione tam cenosam inveneritis confectam, immo toxicatis syllabis infectam epistolam, ut interim de tot praestigia texentium poena taceamus, quae illos vobis zelo veritatis flagrantibus involvere convenit, saltem huius socia accepta[i] et palam cunctis igne succensa per augustales vestros tam nobis quam omnibus, ad quorum notitiam[k] pervenit, destinatos apices competenti satisfactione a tam perverso sensu et tam profanis adinventionibus, quod adsensu[l] vestro non fuerint commentis tradita, vos exhibere prorsus immunes. Iam vero si vobis in multis huius mundi sollicitudinibus occupatis subreptum est, ut talia scribere mandaretis, ne pigeat clementiam vestram etiam[m] hoc[m] ipsum humiliter confiteri et legibus vestris, ut huiusmodi scripta nullius habeantur momenti, decernere, ita ut penes quem repperta fuerint impunito non evadente ipsius quoque saepe memoratae[n] ac semper execrandae epistolae vel exemplaris eius apices intemeratis pro reverentia manentibus sacris dictionibus flammeo dedantur igni voranda, ut et sinistrae opinionis nevo, quod ex blasphemis scriptis incurreretis, carere[o] valeatis et ingrati filii circa matrem vestram, ex qua imperandi fastigium vos et patres vestri ordine caelitus disposito percepistis, nullatenus appareatis.

Sin autem, scitote, quoniam, postquam in hac vos pertinacia persistere finetenus velle compererimus, primum quidem congregatis[1] cunctarum Occidentalium regionum venerabilibus sacerdotibus dictatores et dispositores atque praeceptores tantae fallaciae seu crudelissimae derogationis sanctarum[p] vel paternarum traditionum ab omni Christiana conpage remotos apostolica freti auctoritate diris anathematis vinculis innodabimus necnon et patrum ac praecessorum meorum secuti[q] vestigia, qui soliti sunt etiam numerosorum concilia nequiter celebrata cassare pontificum, si qua socia sunt crebro dictae vel exemplaria fortassis epistolae, quin potius non solum haec, sed et omnia scripta, quae vel adversus fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium inique confecta vel adversus nos causam illius canonice prosequentes furiose deprompta sunt, perenni damnationi mandabimus. Deinde vero decernentibus nobiscum et simul considerantibus eisdem sanctissimis fratribus et coepiscopis nostris ipsam epistolam in stipite videntibus cunctis suspensam vasto supposito foco ad vituperium vestrum coram omnibus nationibus, quae

a) defidelibus *C.* b) quanquam *B, C.* c) blasphemare quanimiter *B.* d) notam̄ *C.* e) *om. B.* f) *corr. ex* stauilita *B.* g) blasmiarum *C.* h) contradicere *B;* contradere *C.* i) acceptam *B.* k) notitia *B.* l) a sensu *B.* m) hoc etiam *B.* n) memorare *C.* o) carēre *C.* p) sanctorum *C.* q) sicuti *C.*

1) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 626. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 194. V. etiam infra ep. n. 100.*

penes memoriam sancti Petri multiplices inveniuntur, extremae perditioni donabimus. Quatenus his rite patratis discat pius quod amet et crudelis quod timeat; nam tot et talia blasphemiarum commenta, quin potius veracium litterarum depravationes, audisse et tacuisse, conhibuisse est. Quamobrem, venerabilis imperator, valde mihi, sicut ipse comprehendere poteris, cavendum est, ne, si nos praestigiorum figmentis minus celeriter obviaverimus, tamquam vera recognita vel comprobata haec admisisse fallaciter apud[a] stolidos aestimemur[b]. Nec possumus in ecclesia Dei dissimulando tam spuria[c] relinquere germina, quae antecessorum nostrorum beatissimorum pontificum tempore aut numquam exorta aut certe, si undecumque vel quomodocumque exorta sunt, eorum iudicii ligone, antequam proficerent, radicitus extirpata sunt. 866 Nov. 13.

Destruite ergo vos et dissipate illa, alioquin a nobis fore destruenda seu funditus dissipanda modo, quem praediximus, antenoscite; quamvis, antequam nos ista vobis scriberemus, quae nunc sublimitatem[d] vestram hortamur, hoc vos sponte facturos esse putaremus, sed quia, quod putatum est, nullum effectum hactenus habuit, idcirco nos salutem vestram illesam manere volentes, ut hoc nunc saltem agatis, affectu paterno monemus. Alioquin, ut iam praefati sumus, sic Deo favente de cetero vigilabimus et studiis quibus possumus insistemus, ut inter exanimes computentur, qui auctoritatem Petri non senserint, immo Dei hanc ordinantis in Petro non intellexerint, ita ut nec ista, quae pernitiose compilata sunt, defendere[e] nec[e] his similia, ut non dicam scripto tradere, vel in mente[f] volvere quis ulterius audeat. Non enim figmenta, quae ordinationi Dei resistunt, quae evangelicis vocibus contradicunt, quae sanctorum patrum diffinitionibus obviant, quae synodicis constitutionibus adversantur, quae, si sic dimittantur, innumera possunt fidelibus auxilia Petri quaerentibus inferre dispendia, incolomia sine discrimine nostro valemus deserere et existimationi nostrae vel nunc vel post discessum nostrum tantum, quod absit, nevum[g] ad destructionem simpliciorum et mutilationem sedis apostolicae privilegiorum relinquere. cf. Rom. 13, 2.

Itaque, fili desiderabilissime et Auguste clementissime, tamquam sapientissimus filius laetifica patrem tuum et tandem aliquando mestitiam de pectore matris tuae veluti gratissimus natus repelle, removendo videlicet moechum et ei reddendo legitimum. Destrue, quaesumus, opus diaboli et omnes supplantationes eius subverte; opus est enim diaboli et eius subversutiis[h] actum est, mihi credite, ut patriarcha pelleretur Ignatius et sibi ecclesiam creditam Photius adulter invaderet: ipse quippe callidus et veternosus inimicus, volens inferioris dignitatis sacerdotibus inponere sempiternum silentium, eum, quem sublimioris[i] auctoritatis esse conspexit, impetendum primitus aestimavit et ad hunc prosternendum quotquot[k] potuit vires armavit atque totius invidiae facibus etiam mundi principes inflammavit. cf. Prov. 10, 1; 15, 20. cf. 1. Ioh. 3, 8.

Cur hoc, nisi ut, dum illi eum, qui super se esset, elisum cernerent, ipsi utpote minoris auctoritatis[l] pro veritate loqui penitus non auderent et tanto iam sublimioribus personis prave agentibus minus licenter ex adverso se[m] opponerent[m] et[n] tanto[n] minus pro domo Domini murum audenter conscenderent[o], quanto in potiori suo talia perpetrari conspicerent? Sed tu, imperator, qui plus religione quam brachio carnis hostes ecclesiae vincis, vince versutias eius et omnia molimina ipsius subverte, exaudi nos, si libet[p]; sin autem, vel protectorem tuum exaudi et verba, quae ad Hieremiam locutus est, ad te delata cognosce. Ait enim: 'Ecce constitui te hodie super gentes et regna, ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et aedifices et plantes.' Evellas videlicet cf. Ezech. 13, 5. cf. Ps. 19, 10. Ier. 1, 10.

---

a) aput *B*. b) aestimetur *B*, *C*. c) spurca *B*. d) sublĩlitatem *B*. e) defenderent *B*. f) mentem *B*. g) *corr. ex* nebum *B*. h) versutiis *C*. i) sublimitatis *B*. k) quodquod *B*. l) *post* aucto- *incipit fol. 177 extensius scriptum ab eadem manu, sed ex parte — fol. 177' omnino — vacuum relictum. Nihil tamen textus deest. Postea in fol. 178 altera manus pergit. C.* m) conscenderent *C*. n) tantoque *C*. o) opponerent *C*. p) liuet *B*.

866 Nov. 13. et destruas et disperdas et dissipes iuxta competens imperio vestro ministerium omnes argumentationes diabolicas et omnia membrorum eius machinamenta et praecipue illa, quae per Photium[a] orta sunt, male pullulantia[b] germina; aedifices autem et plantes cunctarum virtutum moenia et honestorum odoriflua morum aromata, immo quaecumque per vos de fratris et coepiscopi nostri Ignatii sunt dignitate destructa et de his, quae ad officium patriarchale pertinent, a persona qualibet irreverenter evulsa.

Iam vero si vel peccatis impedientibus vel perversis hominibus suadentibus, missis imminentibus nostris, quod suadere vobis etiam ad imperii vestri felicitatem nitimur non ducitis, quod gementes dicimus, adimplendum et dilationibus, pro dolor, solum decernitis fore studendum, scire volumus excellentiam vestram, quoniam de persona Ignatii atque Photii, de quorum agitur controversia, nihil discretius atque mitius necnon et salubrius arbitramur, quam ut[c] uterque Romam ad renovandum examen — quod tamen secundum indulgentiam permittimus[d] — tenore ac ordine, quo iam vobis per Michahelem protospatharium significavimus[e 1], vestro favore veniat, ita ut Ignatius[2], qui omni est humano destitutus auxilio, quemadmodum venire valeat, vestro pro Christi amore collato sibi fulciatur[f] iuvamine[g].

Iam vero si[r] epistola per eundem legatum vestrum aliquo[h] vobis modo delata non est et[i] tenorem vel ordinem, quo diximus praenominatas personas Romam fore venturas, scire cupitis, a praesentibus missis nostris exigite et hunc nosse plene valebitis[k]. Siquidem illis exemplaria epistolarum, quas magnitudini vestrae vel[l] Photio per Rhadoaldum[m] et Zachariam tunc episcopos[n] direximus[3], scripta[o] pro[p] collatione[p] cum authenticis facienda tradidimus[4], cum quibus etiam exemplaria epistolarum, quas vobis vel[q] Photio per Leonem a secretis misimus[5], et huius, quam per Michahelem protospatharium nos destinasse praediximus[6], secum nihilominus deferendum contulimus. In[r] ista[r] ergo tenorem et ordinem, quo praefatas personas ad iterandum iudicium[s] huc venire decrevimus, latius sagax industria vestra repperiet, quem nos in hac fastidium prolixitatis declinantes replicare refugimus.

His igitur inspirante Deo ita vestrae serenitatis auribus intimatis sciat a Domino[t] redimitum[u] imperium vestrum missos sibi a praesulatu nostro Deo auctore destinatos[7], Donatum videlicet reverentissimum et sanctissimum sanctae ecclesiae Ostiensis episcopum[8] et religiosos ac venerabiles sanctae Romanae ecclesiae Leonem tituli sancti Christi martyris Laurentii, qui appellatur Damasi, presbyterum atque Marinum[9] apostolicae nostrae sedis diaconem. Quos benigne clementia vestra suscipiens[v] utpote Christianae religionis cultrix in omnibus pie tractet et intactos, quamdiu[w] penes[x] vos[x] remorantur, et indemnes prorsus manere decernat, quin[y] et[y] aditum simulque locum quae iniuncta sunt sibi vobis licenter exponendi congruum eis ac sufficientem impertiri dignetur sicque demum in quibus Deus annuerit et cordi vestro imperaverit[z] ordinatis illesos ad nos protinus eos et absque qualibet impediente molestia redire sinat. Sed quoniam
cf. Ps. 110, 9. in Dei omnipotentis servitio diriguntur, per ipsius terribile nomen, quod est[a] trinitas[a]
cf. Rom. 14, 10. inseparabilis, et per horrendum divinum iudicium, in quo ante pavendum Christi Dei
cf. Rom. 14, 12. nostri tribunal omnes astabimus et districtam reddituri sumus pro meritis rationem, vos adiuramus et totis praecordiis obsecramus, ut eisdem missis nostris apud vos positis

---

a) Phorium *C.* b) *corr. ex* pullulentia *B.* c) et *C.* d) promittimus *B.* e) significamus *B.* f) fulceat *B.* g) iubamine *B.* h) a quo *B.* i) *om. B.* k) unlevitis *B.* l) nec *B.* m) Rhadualdum *B.* n) episcopus *C.* o) in scriptis *C.* p) procellatione *C.* q) et *B.* r) Iuxta *B.* s) ludicium *C.* t) Deo *C.* u) redimatum *C.* v) suscipietis *C.* w) quandiu *B, C.* x) vos penes *B.* y) qui nec *B.* z) impetraverit *B, C.* a) trinitas est *B.*

1) *V. epist. supra n. 88 p. 480 l. 21 sqq.* 2) *Cf. supra ep. n. 88 p. 481 l. 32 sqq.* 3) *Supra epp. nn. 82, 83.* 4) *Cf. supra p. 495 l. 36 sqq.* 5) *Supra epp. nn. 85, 86.* 6) *Supra ep. n. 88.* 7) *Cf. de hac legatione Lib. pontific. ed. Duchesne II, 164 sq. V. etiam supra p. 488 ann. 3.* 8) *866(?)—870.* 9) *Postea papam (882—884); cf. Duchesne, Liber pontif. II, 171 ann. 76.*

nullam lesionem vel, cum reverti[a] voluerint[b], obstaculum inferatis neque inferre alium quemlibet permittatis, quin potius a cunctis insidiatorum molitionibus eos intrepidos et securos reddatis; quatenus illis innocuis et, si vestram vobis salutem suadere possunt, efficacibus redeuntibus cunctis gentibus pateat, quantum Deum[c] coronatorem vestrum, pro cuius ecclesiae pace atque correctione legatione perfuncti sunt, honoretis et quantam reverentiam principum apostolorum, a quorum sede profecti sunt, prae oculis habeatis. Siquidem nos, o tranquillissime imperator, illos non ad synodum celebrandam destinavimus, non ad lites et contentiones excitandas direximus; scimus enim, quod docente apostolo 'servum Domini non oporteat litigare'. Sed hoc totum est, pro quo misimus, videlicet ut[d] servata[e] apostolicae sedis auctoritatis reverentia[f] restaurationem ecclesia Constantinopolitana status sui recipiat et pax et unanimitas sanctis ecclesiis et imperio[g] vestro reddatur atque perpetuis Deo propitio temporibus custodiatur necnon et nomen vestrum[h] diutinis ac prosperis crescat successibus et, quemadmodum piorum[i] praecedentium Augustorum, miris hic post funus praeconiis adtollatur et in caelis aeterni regni beatitudine perfruatur. Alioquin[k] secundum apostolum 'verbum Dei non est alligatum'; qui rursus ait: 'Vivus enim[l] est Dei sermo et efficax et penetrabilior omni gladio[m] ancipiti et pertingens usque ad divisionem animae ac[n] spiritus, compagum quoque ac[o] medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis'; quo usi nec inoboedientes nec adversantes ecclesiae Dei nec molestiam inferentes famulis eius dimittere quoquo modo poterimus inpunitos. 'Qui habet aures audiendi, audiat.'

866 Nov. 13.

2. Tim 2, 24.

2. Tim. 2, 9.

Hebr. 4, 12.

Matth. 11, 15.

Quae nos omnia, licet strictim, idcirco dicimus et satagimus necnon et diligenter exequimur — ut plurima commemorare praetermittamus —: primo, ut ne nos de talenti acceptione, quam in privilegiorum quantitate percepimus, districtam, si pigri repperiamur, coram summo iudice cogamur reddere[p] rationem. Secundo, ne[q] in irregulari deiectione[r] Ignatii, consacerdotis nostri et fratris, vel in promotione Photii quoquo[s] modo consensisse putemur. Tertio, ne sacerdotalis ordo tam ignominiose vilescat, ut Domini ministri[t] et sacrum corpus eius tractantes atque sancti sanctorum eius velamina penitrantes et praecipue summum[u] in diocesi[v] sua locum retinentes tam facile de cetero impellantur et a vulgaribus quibusque ac inferioribus suis necnon et laicis prosternantur et absque ullo examine aut comprobato crimine gradu proprio[w] et ecclesia sua priventur. Quarto, quoniam manifestum est, qualiter, sede apostolica in Gregorii[x] Syracusani et sociorum eius damnatione non consentiente, ipsi modo, quem praediximus[1], ad haec excitanda[y] surrexerint, et nunc, nisi nos haec corrigamus vel puniamus, veremur, ne nobis deputetur in culpam, nimirum qui successores sumus eorum[2], quorum ipsi benignitate abusi, licet nobis inconsultis[z], ad ista prolapsi sunt. Quinto, ne ipsum quoque imperium vestrum vel successorum vestrorum tam leviter adversus ecclesias Dei vel praesules earum[a] perversae suggestionis[b] flatibus commoveantur.

cf. Matth. 25, 24–29.

cf. Exod. 29, 37.

Unde pietatem vestram obsecramus et coram Deo et sanctis angelis eius contestamur, ut[3] obaudiatis[c] nobis et nos in hac vita potius[d] audire curetis hortantes atque rogantes, quam beatum Petrum caelestis regni clavigerum in futuro sentiatis accusantem atque damnantem. Nam si nobis non obaudieritis[e], ipse contempnitur, cuius vices gesta-

---

a) revertendi *B.* b) voluerit *B.* c) Deo *C.* d) et *B.* e) servate *B;* servatę *C.* f) revertia *C.* g) imperia *C.* h) hic *add. C.* i) priorum *B.* k) Aliquin *B.* l) *corr., ut vid. C.* m) gaudio *B.* n) spiritu *add. C.* o) et *C.* p) set de re *B.* q) vel *add. C.* r) delectione *C.* s) quoque *B.* t) nostri *B.* u) suminum *C.* v) dio ecesi *C.* w) propriae *B.* x) Gregorius *B.* y) scitanda *B.* z) inconfultis, *ut vid. C.* a) eorum *B.* b) sucgestionis *B;* suggessionis *C.* c) *corr. post.* obediatis *ex* obauditis *B.* d) pothius *B.* e) oboedieritis *C.*

1) *V. supra p. 500.* 2) *Leonis IV. scilicet et Benedicti III, v. supra p. 500 l. 5 sqq.* 3) *Cf. Gelasii I. ep. ad Anastasium imperatorem, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 352 (J.-K. Reg. n. 632): v. etiam supra p. 487 l. 8 sq. (ep. n. 88).*

866 Nov. 13. mus et auctoritate clamamus. Porro si[a] illum[a] contempnitis, ipsi iam considerate, quid[b] de vobis erit vel quam in terribili iudicio Dei rationem dabitis, qui in tanta sublimitate positi per exemplum vestrum cunctis subiectis vestris ultimi exitus[c] praecipitium demonstratis, non solum autem in praesenti tempore, verum etiam in futuro, imperatoribus[d] videlicet et cunctis mundi principibus necnon et omnibus omnino fidelibus.

Exhorrescite igitur tot hominum exemplo vestro pietatem destruere, formidate tantarum animarum operari periculum, pertimescite fidelibus ad salutem forte tendentibus tantam pernitiem praeparare et pro his omnibus coram districto iudice sine quibuslibet excusationis ambagibus de[e] omnibus[e] rationem omnimodam dare. Quoniam quot exemplo vestro ad talia fuerint devoluti, de tot animarum dispendio eritis prorsus obnoxii et tot procul dubio, quod non optamus[f], poenas luetis, quot[g] noxiae actionis vestrae forma in inoboedientiae chaos dimergitis. Quae omnia pietate vestra nobis oboediente avertat Dominus; nam ista nos pro salute vestra prosequimur et exigimus. Unde ne irascaris[1], si te tantum diligimus, ut temporale regnum, quod assecutus es, te velimus habere perenne[h] et, qui imperas nunc hominibus, regnes cum Christo et, qui cras moriturus es, vitam percipias et[i] gloriam aeternam[k].

cf. Eccli. 10, 12.

Data Idus Novembres[l] indictione XV.

91.

Nicolaus archiepiscopis metropolitanis et episcopis Constantinopolitanae ecclesiae subiacentibus omnia a se in causa Ignatii et Photii antea gesta renuntiat, decreta synodi Romanae (a. 863) interserens. Repetit pleraque de ea re in anterioribus epistolis, praecipue in epistola ad Michaelem imperatorem directa (supra n. 90), perscripta eosque admonet, ut et ipsi saluti ecclesiae quam possint operam dent. 866 (Nov. 13).

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 75—92 (B); Vatic. lat. 3827 fol. 178'—185 (C); Vatic. lat. 4965 fol. 75' (D); Vatic. lat. 5749 fol. 65 (E). Capitulum infra n. VI (p. 522) etiam exstat in codice Vatic. lat. 4965 fol. 108—108' (D'), item in codice Vatic. lat. 5749 fol. 91—91' (E').

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. C; Editio Romana (1591) III, 82; Mansi, Conc. coll. XV, 240, XVI, 201; Migne, Patr. lat. CXIX, 1067. — Cf. J.-E. Reg. n. 2819 (2130).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET[a] SANCTISSIMIS[a] CONFRATRIBUS[a] NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS METROPOLITANIS[b] ET EPISCOPIS CONSTANTINOPOLITANAE SEDI[c] SUBIACENTIBUS ATQUE UNIVERSO VENERABILI CLERO CONSTANTINOPOLITANORUM ECCLESIAE[2].

Ea, quae[3] nuper apud Constantinopolim gesta sunt hactenusque[d] geruntur, sanctitatem vestram non credimus ignorare; sed qualiter zelo zelati pro domo Dei[e], 'quae est ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis', more decessorum[f] meorum sollicitudinem omnium ecclesiarum Dei circumferentes nos de his egerimus vel disposuerimus, vobis non tam breviter quam veraciter intimamus. Igitur postquam audivimus, quod quidam vestrum invidiae facibus accensi[g] et superbiae fastu arroganter elati more Iudaeorum contra pastorem et magistrum suum, fratrem videlicet et[h] comministrum

cf. 3. Reg. 19, 10. 14.
1. Tim. 3, 15.
cf. 2. Cor. 11, 28.

---

a) sillum *C*. b) qui *B*. c) exitu *B, C*. d) inperatoribus *B*. e) *desunt C*. f) obtamus *B*. g) quod *B, C*. h) per.ennae *B*. i) *om. B, C*. k) sempiternam *C*. l) Nouembris *C*.

91. a) et sanctissimis con- *del. D*. b) metropolitis *C, D, E*. c) sedis *B, E*. d) hactenus quae *B*. e) Domini *D, E*. f) discessorum *B*. g) *corr. ex* accendi *B*. h) *om. B, C*.

1) *Cf. Gelasii papae epist. ad Anastasium imperatorem, Thiel, Epist. Romanor. pontif. genuinae I, 352, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 640 (J.-K. Reg. n. 632). V. supra epist. n. 88 p. 487 l. 9 sqq.* 2) *De hac epistola, quae plerumque textum ceterarum epistolarum eiusdem temporis, praecipue antecedentis (n. 90), exhibet et secundum codices B, C hoc loco inserta est, cf. Hergenröther, 'Photius' I, 636 sq. V. etiam annotationes, quas ad illas litteras (n. 90) addidimus.* 3) *V. supra ep. n. 90 p. 490 l. 5 — p. 491 l. 21.*

nostrum Ignatium, ecclesiae praefatae sanctissimum patriarcham, insurrexerint, quidam vero instar viperarum[a 1] ac parricidarum parentem proprium, eundem scilicet beatissimum virum, ferinis dentibus impetierint et ab ecclesia ipsa, cui iure praesidebat, tyrannidis[b] suae cornu penitus removerint, acerrimis doloribus angustati atque meroribus vehementibus cruciati coepimus, qualiter erga eum viscera benignitatis utpote circa fratrem ostenderemus, sedula meditatione tractare. Scriptum quippe est: 'Qui viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo karitas Dei manet in eo?' Maxime[c] cum[d] schisma in iam dicta urbe et in adiacentibus sibi[e] civitatibus propter quendam Photium, ex foro[f] ac[g] saeculari militia et habitu[h] atque a palatinis aedibus eductum[i] ac subito tonsoratum[k] et in eadem ecclesia contra sacros kanones[2] promotum, non modicum audiremus obortum, aliis videlicet[l] Photii promotionem defendentibus, aliis autem hanc tamquam inconvicto et superstite Ignatio factam merito detestantibus. Sed dum, quid[m] hinc a nobis fieri deberet vel qualiter tanti rumoris certitudinem nosse possemus, incessanter[n] et anxie cogitaremus, ecce repente cum epistola regia quidam episcoporum, quorum unus erat Cangrensium[o 3] metropolitanus[4], cum Arsavir[p 5] glorioso spathario augustalem ferentes legationem ad sedem apostolicam pervenerunt, accusationes quasdam in scriptis adversus iam fatum[q] consacerdotem nostrum Ignatium et in verbis excusaciones pro Photio[r] deferentes et, ut a sede apostolica missos daremus, qui scandala illa sedarent et schismata dissiparent, magnopere postulantes. Quibus rite susceptis et legationis iniunctae sibi seu epistolae delatae imperialis inspecto[s] tenore[t] mestitiam, quam prius rumor[u] solus in corde nostro pepererat[v], casuum evidenter ostensorum certior[w] confestim relatio multiplicavit. 866 Nov. 13. 1. Ioh. 3, 17.

Quapropter, quia, sicut divinitus inspirata sapientia vestra novit, cunctarum[x] Christi ovium cura constringimur, cum vices illius per habundantiam caelestis gratiae gerimus[y], cui specialiter a Deo dicitur: 'Pasce oves meas', et rursus: 'Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos', non potuimus dissimulare aut neglegere, quominus visitaremus oves dispersas et dissipatas vel quominus confirmaremus in fide et bonis moribus fratres nostros et proximos. Et quia inter cetera, quae de schismate[z] iam fatae[a] Constantinopolitanae ecclesiae hi[b], qui missi fuerant, testabantur, maxime eandem ecclesiam ab iconomachis[c] recidivam contentionem[d] excitantibus asserebant vexari Christumque per singula conventicula blasphemari, idcirco duos episcoporum[e], qui[f] nobiscum erant quique[g] ad hoc tantum perficiendum opus idonei nobis esse videbantur[6], Rhadoaldum[h] scilicet et Zachariam[i], una cum ecclesia, quae apud nos est, datis litteris[7] tam ad Augustum quam ad Photium[k] scriptis Constantinopolim idem[l] nimirum piaculum execrantes e latere nostro direximus, nihil eis[m] penitus iniungentes, nisi ut tantummodo causas Ignatii patriarchae, qui[n] ante[n] de ecclesia pulsus quam ab aliquo accusatus extiterat, diligenter investigarent et sedi[o] apostolicae plenis et veracibus referrent[p] indiciis[q], quemadmodum Iob beatissimus edocens: 'Causam', inquit[r], 'quam nesciebam, diligentissime investigabam'. Photii vero consecrationem[s] non solum minime interim admittendam esse credidimus[t], verum Ioh. 21, 17. Luc. 22, 32. Iob 29, 16.

---

a) *corr. ras. B.* b) *corr. B.* c) Maximae *B.* d) *om. B.* e) siue *B.* f) phoro *E.* g) hac *B.* h) abitu *B.* i) edictum *C.* k) tonsaratum *corr. ss. ex* tonsarum *B.* l) uidicet *B.* m) quod *B.* n) innecessanter *C.* o) Congrensium *C.* p) Arsabir *C, D, E.* q) factum *C.* r) Photii *B.* s) o *corr. B.* t) tenorem *B.* u) sumus *B.* v) peperat *C.* w) centior *B.* x) cuntarum *D.* y) *corr. B; corr. ex* geramus *E.* z) *corr. B.* a) fato *B; facitę C.* b) his *B.* c) iconamachis *C.* d) contemptionem *B.* e) episcopos *D, E.* f) que *B.* g) *corr. ex* quinque *B.* h) *ras. corr. in* Radoaldum *D;* Radoaldum *E.* i) Zachariam *C.* k) potium *B* l) id est *B.* m) ei *B.* n) quante *B.* o) sedis *B.* p) referent *B;* inferrent *D, E.* q) iudiciis *B, C.* r) inquid *B.* s) consecratione *B.* t) credimus *D, E.*

1) *Cf. supra p. 490 ann. 2.* 2) *Sardic. c. 13; Mansi III, 27.* 3) *'Gangra.'* 4) *Methodius. Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 154. 168 ann. 14. Hergenröther, l. c. I, 413.* 5) *V. supra ep. n. 88 p. 459 cum ann. 1.* 6) *Cf. supra p. 491 ann. 1—3.* 7) *Supra nn. 82, 83 (p. 433 sqq.).*

866 Nov. 13. etiam ipsis legatis nostris, ne cum illo nisi quasi[a] cum laico usque ad notitiam nostram communicarent, frequenti[b] ac omnimoda iussione praecepimus[c], quoniam, sicut magniloquus[d] Leo papa scribens ad sanctum Flavianum dicit[1] antistitem, nos, qui sacerdotum[e] Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus incognitis rebus in cuiusquam partis praeiudicium diffinire, priusquam universa, quae gesta sunt, veraciter audiamus, tantum eis[f] de[f] venerabilibus domini nostri Iesu Christi eiusque genetricis[g] semper virginis Mariae ac sanctorum ipsius imaginibus, quicquid quaestio afferret[h], iuste ac pie diffinire licentiam dantes. Quae[i] cuncta ita[k] esse, ut dicimus, litterae[2] nostrae, quas augustae mansuetudini necnon et Photio per eosdem missos nostros destinaveramus, si ita sunt apud vos, quemadmodum a nobis fuere[l] transmissae, patenter poterunt indicare[m]. Nam[3] si nos pro diffinienda controversia fratris nostri Ignatii tunc legatis[n] nostris quicquam praecepimus vel eum damnationi subici[o] decrevimus[p], ut quid ne sententiam[q] diffinitivam susciperet, licet non digne nec legitime decertaverint[r], attamen quantumcumque et quomodocumque contradixisse ac, ne deponeretur, restitisse probantur. Siquidem — ut cetera nunc commemorare differamus[s] — in epistola imperiali didicimus, quomodo illi non solum consensum noluerunt ipsius praebere damnationi, verum etiam qualiter, ne tantum piaculum committeretur, interdixerint; quae profecto et ipsi minime contradicerent, si[t], ut[t] depositioni eius interessent, nos sibi mandatum tribuisse recolerent, et karissimus filius noster pius Augustus, nisi illos praeter iussionem nostram egisse clare[u] sciret[u], eos et nobis commendare et super huiuscemodi noxa transgressionis excusare nullo modo studeret.

Iam vero si[v] dicitis, quamobrem illos deposuerimus, cum eos in damnatione saepe fati patriarchae consentire noluisse[w] tam manifeste[x] sciatis[x], respondemus, quia nihil illis
Matth. 10, 22. bonum profuit inchoasse[y] et in bonitate minime perdurasse, quoniam 'qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit'. Quid enim proderit alicui pro veritate primum quidem[z] impetum[z] dare[z a] et post paululum aut suasionibus aut terroribus aut alio[b] quolibet[b] vitio a veritatis tramite declinare? Porro si Vitalis et Misenus a beato Felice papa honore pariter et communione privati[c] sunt[4], qui olim ad talia, quemadmodum isti nunc, vel impulsi dilapsi sunt, quanto potius isti pari[d] debent ultioni succumbere, qui parem[e] quidem[d] praevaricationem, sed non pares, immo nullas[f] Constantinopoli poenas, sicut illi quondam[g], perpessi sunt. Porro si[5] nos ideo missos nostros destinassemus, ut vice nostra[h] Ignatii essent negotii[i] iudices, quemadmodum imperatoria perhibebat missa per Leonem a secretis[k] epistola, quae latrocinale illud concilium, in quo Ignatius deponi putatus est, iudicium nostrum fuisse non veraciter asserebat, profecto ante totius litis motionem[l] atque omnis initium controversiae sedem ei propriam[m] restitui procul dubio censuissemus, ut legitime nimirum reciperet, quod nulla lege dictante perdiderat, atque per ecclesiasticum canonem resumeret, quod illi potentia saecularis ademerat, quatinus[n] sic deinde sede propria necnon et omnibus suis ante receptis viribusque resumptis vestitus[o] iam et armatus cum accusatoribus suis certaminis campum et

---

a) *om. B.* b) frequen *C.* c) percepimus *B.* d) magnilocus *B, E.* e) sacerdotem *C.* f) eisdem *B.* g) genericis *B.* h) afferet *B.* i) qui *B.* k) *deest B.* l) fruere *B.* m) iduicare *B, C.* n) ligatis *B.* o) suuici *B; saepissime etiam infra* u *pro* b *scriptum est, quod non iam annotabimus in hac epistola nisi in locis dubiis.* p) discrevimus *B.* q) sententia *C.* r) decertaverunt *D, E.* s) debemus *B.* t) sicut *B.* u) claresceret *B.* v) *om. D, E.* w) uobis se *B.* x) sciatis manifeste *B.* y) incoasse *B.* z) impetum dare quidem *C, D, E.* a) *ss. corr. ex* facere *B.* b) alicolibet *B;* aliquolibet *C.* c) *corr. B.* d) pari — quidem *desunt B.* e) pari *C.* f) *om. B.* g) condam *B.* h) nostram *B.* i) negoti *B.* k) missa *hic iterum add. B.* l) monitionem *B.* m) propria *C.* n) quatinos *B.* o) vestitutus *C.*

1) *Mansi V, 1340, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 581; J.-K. Reg. n. 420.* 2) *V. supra p. 513 ann. 6.* 3) *V. supra ep. n. 90 p. 494 l. 11—31.* 4) *Cf. supra ep. n. 90 p. 491 cum ann. 13. 15.* 5) *V. ep. n. 90 p. 495 l. 19—29, ibid. ann. 2—4.*

litigii[a] conflictum posset arripere. Quod cum in mundanis negotiis legibus fieri censeatur, multo magis, ut in ecclesiasticis atque divinis observaretur, debuit praevideri[b]. 866 Nov. 13.

Praeterea[1] quando praefatos missos a nobis direximus, epistolam, quam eis mansuetissimo imperatori, sicut praetulimus, dandam tribuimus, in tribus voluminibus uno eodemque tenore ac eisdem syllabis scribi praecepimus[c]. Et unum quidem ex his apud nos pro futuro testimonio retinuimus, suspecti videlicet iam de fraudanda epistola, quod postea probavimus[d]. Aliud[e] vero, ut praemissum[f] est, iam memorato pio Augusto eis dedimus offerendum. Porro tertium eisdem legatis nostris praebuimus iniungentes, ut hoc sibi ad instructionem suam tamquam speculum prae oculis iugiter habitum reservarent et, cum Constantinopoli conventus fieret[g] sacerdotum, in quo[h] a[h] legatis nostris comminister noster Ignatius fuerat audiendus, si praelatus[i] Augustus nollet ibidem sibi missum recitari epistolae nostrae volumen, ipsi hoc, quod illis apud se retinendum dederamus quodque unius formae per omnia cum ceteris duobus, quorum iam mentionem fecimus, erat, in ipso conventu legerent et ad notitiam omnium vestrum quomodocumque perferrent[k]. At illi pervenientes[2] Constantinopolim minis imperatoriae potestatis, sicut ipsi postea fatebantur, deterriti spretis monitis nostris ac epistolis sibi a nobis coram tota ecclesia nostra datis, immo postposito[l] timore[l] Dei, sicuti[m] postea claruit, in contrarium verterunt omnia, quae sibi fuerant imperata. Denique et cum Photio adultero[n], ecclesiae invasore atque neophyto[o], quod sibi multipliciter prohibitum fuerat, inter sacrosancta mysteria communicaverunt et Ignatium, virum senem et sanctum ac per duodecim annos[3] innocenter ecclesiam[p] Dei regentem et nobiscum et vobiscum atque cum universali et horthodoxa[q] ecclesia communicantem, Constantinopolitanorum factioni perniciosissime concinentes damnaverunt et sacerdotalibus infulis expoliatum ab ecclesiae regimine modis omnibus expulerunt. Quem non[4] ita iustificamus, ut nihil hunc reprehensione dignum admisisse dicamus, pro quo fortasse merito poterat legitima discussione facta quodlibet kanonicae iaculum pati sententiae, cum scriptum in apostolicis litteris confiteamur dicentes: 'In multis offendimus omnes', et rursus: 'Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est'; sed ita volumus et ita decernimus istius modi pontificem digna pro factis recipere, ut sacerdotale decus penitus non vilescat nec tam facile pontificalis apex terra tenus incurvetur. Ita, inquam, volumus et ita decernimus hunc, immo quemcumque pontificem iustae[r] subdi[s] sententiae, ut non a saecularibus quibuscumque iudicetur, non tyrannice propellatur, non ante audientiam ecclesia sua privetur, non ab inferioribus, sed[t] a maioris[u] auctoritatis persona recti calculi sententiam consequatur[v]. Ita denique volumus et ita decernimus istius, immo vero cunctorum sacerdotum causas examinare culpasve[w] punire, ut paternos[x] terminos[x] non transgrediamur, sacros kanones non conculcemus nec decretalia sedis apostolicae[y] constituta, quibus ecclesia tota fulcitur atque munitur, quoquo[z] modo[z] violemus. Ad extremum ita volumus et ita decernimus pontificem, qualiscumque sit, iudicari, ut ecclesiae, cui praeest, iura nulla temeritate[a], nulla praesumptione frangantur. Nullum quippe poterit ecclesiae ius dignum servari, si praesul eius a quibuslibet vel quandolibet aut quomodolibet[b] impetiatur[c] et pro libitu[d] cuiuscumque tanta facilitate[e] pellatur.

Iac. 3, 2. 1. Ioh. 1, 8.

cf. Prov. 22, 28.

---

a) letigii *B.* b) provideri *D, E.* c) *corr. ex* praecipimus *D;* precipimus *E.* d) prouauimus *B.* e) Aliut *B.* f) praemissus *B.* g) fueret *B.* h) qua *B.* i) prelectus *C.* k) perferent *B.* l) postposita otimore *B.* m) secuti *B.* n) ac *add. C.* o) nephyto *C.* p) ecclesia *B.* q) horthoda *E.* r) iuste *B, D, E.* s) subdis *B.* t) set *B.* u) maioribus *B.* v) consequantur *B.* w) culpasuae *B.* x) paternrtminos *B.* y) apostoli *B.* z) quomodo *B.* a) *corr. ex* temeratate *B.* b) quandolibet *D, E.* c) *sic codd.* d) libito *C.* e) facultate *B.*

1) *Ad sequentem locum cf. simillimum in ep. supra n. 88 p. 477 l. 2—15; v. etiam ep. n. 90 p. 496 l. 19.* 2) *V. ep. n. 90 p. 491 l. 22—26.* 3) *Cf. supra ep. n. 85 p. 443 cum ann. 7.* 4) *V. ep. n. 90 p. 496 l. 23 — p. 497 l. 7.*

866 Nov. 13. Quod cum ita sit, non possumus interim fratrem nostrum Ignatium, qualiscumque sit, non inter sanctissimos et beatissimos patriarchas connumerare. Qui licet apud vos sit[n] tot opprobriis, tot persecutionibus fatigatus, attamen nonnisi[b], qualis[c] a decessoribus[1] meis est habitus, creditus et veneratus, habetur, creditur et veneratur. Nullo quippe nostro examine alicuius criminis reus, nullo est nostro speciali iudicio reppertus obnoxius ac per hoc[d] nulla est nostra sententia condemnandus aut a nostri[e] ecclesiaeque[f] nostrae communione collegii sequestrandus aut aliquibus nisi honorabilibus vocabulis appellandus.

Sed[g] ad narrationis ordinem redeamus. Missi[h 2] praeterea nostri tandem reversi nil aliud renuntiavere[i] nisi depositum Ignatium et Photium in sede Constantinopolitana firmatum. Post duos vero dies legatus a nobis imperialis nomine Leo a secretis susceptus[k] duo volumina optulit, quorum unum depositionis Ignatii gesta continebat[l], alterum autem de sanctis habebat imaginibus acta; per quae videlicet cognovimus, quia nec imperator epistolam nostram, qua[m] fratrem[n] et coepiscopum nostrum ad solam audientiam ante conspectum missorum nostrorum accersiri decreveramus[o], in depositione[p] ipsius consacerdotis nostri, quae prius, sicut putatur, facta est, ostendit nec idem missi nostri parilem eius ac per omnia consimilem, quam eis[q] in episcoporum conventu recitare iusseramus, demonstrare curaverunt. Sed nec, quantum in eisdem[r] voluminibus in Latinum sermonem ex Graeco translatis repperitur, ordo[3] legitimus[s] et a sanctis patribus usitatus in lectione ipsius epistolae extitit observatus. Quamvis et in[t] his, quae in conventu, qui posterius pro sacris imaginibus collectus est, ex ea lecta sunt, nonnulla[u] addita, multa mutata, plura subtracta repperiantur[v], et per omnia talis effecta sit, ut aut nihil aut parum aliquid nos per eam de crebro dicti comministri nostri Ignatii disposuisse causa videremur. Quicquid[w 4] enim de ipsius recessu vel praeiudicio[x], quicquid de sententia non a Romano pontifice[y] secundum morem in eum prolata, quicquid de violatis paternis diffinitionibus, quicquid de Photii scripseramus irregulari promotione, saltu quodam[z] calliditatis transcendentes etiam sanctorum patrum instituta, quae sancti spiritus afflatu sunt edita, ne ad concilii pervenirent notitiam, more suo falsidici[a] transcenderunt et, cum divinitus attributa[b] talenta fuerint, velut in quodam silentii sudario ligata sub terra penitus absconderunt. Quo comperto[c] moleste tulimus et, quid sine missis nostris actum fuerit, confestim intelleximus, qui talia cum[d] missis[d] nostris perpetrata fuisse[e] patenter agnovimus. Aut[5] enim iusta fuerunt, quae misimus, sicque consequenter oportuit ea servari aut, si iusta putata non sunt, in quo iusta non fuerint, per aliud[f] saltem scriptum exponi et nobis referri et summa ratione debuerunt patenter ostendi[g]. In nullo tamen horum oportuit ea vel ecclesiae, quae apud vos est, cognitione privari vel aliqua falsitatis depravatione fraudari.

cf. Matth. 25, 25; Luc. 19, 20; Ioh. 11, 44.

Detulit praeterea idem Leo imperialis[h] legatus augustales litteras deprecantes, quatenus et in depositione Ignatii et in confirmatione Photii consensum[i] praeberemus et subscriberemus. At[k] nos divina docente gratia, dum idem adesset missus[l], convocata[6] tota, quae apud[m] nos est, ecclesia[n] decrevimus et statuimus atque professi sumus coram

---

a) si *C, D, E.* b) nisi *in ras., ut videtur, B.* c) *om. B.* d) c *in ras. B.* e) nostris *C.* f) ecclesiae qui *B.* g) si *B.* h) Missis *B.* i) renuntiabere *B. Dehinc* b *passim pro* u *in hoc codice exstans non iam notabitur.* k) *corr. ex* susceptis *B.* l) continebit *B.* m) quę *D, E.* n) frām *E.* o) deueramus *B.* p) *ss. corr. ex* deposione *B.* q) eius *C.* r) eiusdem *B.* s) legitimis *C.* t) *om. B.* u) nonnulli *B.* v) repperiant *B.* w) Quidquid *B.* x) praedicio *B.* y) *corr. ex* ponfice *B.* z) quoda *B.* a) falsi dicit *B.* b) ac tributa *B.* c) conperto *B.* d) commissis *D, E.* e) fuissent *C.* f) aliut *B.* g) ostendit *vel* ostendat *C.* h) *corr. ss. ex* imperiales *B.* i) consensu *B.* k) ad *B.* l) snissus *B.* m) aput *B.* n) ecclesia *B.*

1) *Leone IV. et Benedicto III.* 2) *Ad haec cf. Hergenröther, l. c. I, 509 sq.* 3) *Cf. supra ep. n. 90 p. 492 l. 23—32.* 4) *Ad hunc locum v. supra ep. n. 90 p. 494 l. 31—37.* 5) *V. ep. n. 90 p. 496 l. 8—12.* 6) *De hac synodo v. Jaffé-Ewald Reg. I, 344 ante n. 2690; Hergenröther, l. c. I, 510.*

ipso et coram eadem sancta ecclesia, sicuti et[a] nunc per eam[b] ac per vos profitemur[c] coram universali sancta Christi ecclesia, pro deiectione Ignatii vel consecratione Photii numquam misisse, numquam[d] missuros esse et in depositione Ignatii et promotione Photii numquam consensisse, numquam consensuros esse. Et his saepius dictis et palam adnuntiatis atque in apostolatus nostri epistolis[e 1] taliter insertis et eidem Leoni a secretis tam imperatori quam Photio ad deferendum[f] datis hunc a nobis remisimus. 866 Nov. 13.

Igitur cum haec gerebantur[g], nondum Rhadoaldus[h] et Zaccharias episcopi, quos, ut praemissum est, Constantinopolim miseramus, confessione propria vel synodali examine convicti[i] erant aut patenter ostensi, quod ipsi deposuissent Ignatium vel communicassent adultero Photio[k]; quamvis hoc et illa concilia[2], quae imminentibus illis Constantinopoli celebrata sunt — videlicet tam id[l], quod adversus[m] patriarcham Ignatium, quam id, quod pro sacris imaginibus collectum[n] est —, patenter innuerint et imperialis epistola clare[o] denuntiaverit[p] atque praefatus Leo a secretis regius his negantibus in facie saepissime atque constantissime coram nobis et primoribus ecclesiae nostrae iam dixerit[q]. Sed procedente[r] tempore murmur multorum[3] ab illis partibus[s] Romam venientium, quin immo persecutiones a fautoribus[t] Photii commotas fugientium, sensim eosdem coepit[u] episcopos muneribus fuisse corruptos[v] diffamare et, quod communicassent Photio et deposuissent Ignatium, divulgare. Quo audito nimio merore repleti, qualiter ab ecclesia Christi, cui divina dignatione praesumus, non habente maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi sinistram procul faceremus suspicionem, videlicet ne[4] in hanc saltem[w] tenuis[x] subsannandi oriretur occasio, cogitare coepimus et mente revolvere. Tunc[5] convocato multarum provinciarum Occidentalium regionum sanctissimorum episcoporum coetu et collecta sancta synodo in ecclesia Dei, in qua beatus Petrus apostolorum princeps corpore redolet et virtutibus emicat, deinde propter frigidiorem locum in ecclesia Salvatoris[6], quae ab auctore appellatur Constantiniana et quae prima[y] in[y] toto terrarum orbe[z] constructa est, ibique recitatis omnibus scripturis de Graeco sermone in Latinum conversis[a], tam videlicet nefanda synodo, quae per iam fatum Leonem a secretis apostolicae sedi delata[b] est, quam etiam imperiali[c] epistola, in quibus omnibus aestimata depositio[d] Ignatii[e] continebatur[f], et deductus in medium Zaccharias tunc episcopus — quia Rhadoaldus[7] propter absentiam haberi ad praesens non poterat — et discussus et diligenter examinatus inventus est in[g] depositione Ignatii et communione[h] Photii[i] omnino culpabilis; in quo idem Zaccharias se obnoxium recognoscens proprio ore ac proprio scripto[k] se Constantinopolim a sede apostolica directum isse et quae sibi a nobis agenda fuerant iniuncta neglexisse[l] ac quae sibi fuerant prohibita peregisse confessus est, Ignatium scilicet sine iussione apostolicae sedis deponendo et Photio contra nostri apostolatus

cf. Eph. 5, 27.

---

a) est *B.* b) eadem *B.* c) profitemus *B.* d) *om. C.* e) *corr. ex* epistola *B.* f) defendendum *B;* defferendum *E.* g) generabantur *B, C.* h) *corr. ras. in* Radoaldus *D;* Radoaldus *C. Sic etiam infra.* i) convincti *B.* k) Photito *B.* l) it *B.* m) *corr. ex* adversas *B.* n) collectus *B.* o) clara *B.* p) dinuntiaverit *B.* q) direxit *D, E.* r) precedente *B.* s) partitibus *B.* t) faustoribus *B.* u) coepis *C.* v) orreptos *B.* w) saltim *B.* x) *corr. ex* tenues *B.* y) primam *B.* z) orbem *B.* a) conversus *B.* b) dilata *B.* c) *lacuna 4—5 litterarum est inter* imperiali *et* epistola *B.* d) dispositio *B.* e) Ignatio *B.* f) continebat *B.* g) *ss. corr. ex* ad *B.* h) commotione *B.* i) Photio *C.* k) scriptu *B.* l) neglesisse *B.*

1) *Supra nn. 85, 86 (p. 442 sqq.).* 2) *Neque vero in duobus conciliis, sed in diversis actionibus illius synodi a. 861 habitae haec tractata sunt. Cf. Hergenröther, l. c. I, 428. Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 244.* 3) *Theognosti videlicet imprimis ceterorumque Ignatii amicorum. V. supra ep. n. 88 p. 477 sq.* 4) *Cf. Gelasii decr. de recip. et non recip. libris, Mansi VIII, 149, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 636, Thiel, Epist. Rom. pontif. gen. I, 459 (J.-K. Reg. n. 700).* 5) *Ad sequentia synodumque illam a. 863 celebratam (v. J.-E. Reg. I, 350) cf. Hergenröther, l. c. I, 519—523. Dümmler, l. c. II², 59 sq.* 6) *Id est Lateranensi.* 7) *Qui tum in Gallia quoque legatione functus mandata apostolica violavit. Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 159.*

866
Nov. 13. praeceptionem[a] communicando. Tunc decernente[b] sancta nobiscum synodo depositionis[c]
cf. Ps. 7, 16. et excommunicationis suae sententiam praefatus Zaccharias accipiens foveam, quam alii[d] praeparavit, incidit, alterius, id est Rhadoaldi[e], examinatione propter absentiam usque ad aliam[f] synodum[1] protelata, ad quam kanonice saepe invitatus quia non occurrit, depositionis et excommunicationis sententiam quam[g] complex eius promeruit, insuper et anathematis, si cum Photio de cetero communicasset, obligamentum merito non evasit.

Dignum quippe fuit, ut par iniquitas par gigneret utrique iudicium et aequalitas esset in retributione, quibus parilitas extitit in transgressione. Nam quia idem Rhadoaldus obiecta[h] non diluit, vera esse quae de illo dicebantur, etiamsi alia[i] nulla constarent indicia, examen subterfugiens omnino firmavit. Et idcirco iure illi non profuit absentia, quam[k] ipse non casu accedente, sed voluntate propria ministrante, quemadmodum Nestorius[2] quondam atque[l] Dioscorus[3], sibi procurasse probatus est. Nam, ut sanctus papa Bonifatius[m] in decretali suo docet[4], manifestum est confiteri eum de crimine, qui indulto et totiens delegato[n] iudicio purgandi se occasione non utitur. Nihil enim interest, utrum in praesenti[o] examine omnia, quae dicta sunt, comprobentur, cum ipsam quoque pro confessione procuratam totiens constet absentiam[p]. Hinc[q] etiam egregius sedis apostolicae praesul et magnus ecclesiae propugnator scribit[r 5] Hormisda: Soli[s], inquiens, declinant examen conscientiae, quae iusta[t] sunt, non tenentes. Sed ut quid multa prosequamur[u], cum, iuxta[6]
cf. Matth. 7, 2. quod Dominus dicit, in[v] quo[v] iudicio iudicaverunt, iudicatum sit de eis, et in qua mensura mensi sunt, remensum sit eis. Contigit enim illis, quemadmodum Vitali quondam[w] et Miseno episcopis, qui sicut isti Constantinopolim missi[x] eorum[x], pro quibus destinati sunt, adversae[y] parti communicando non executores[z], sed[a] inpugnatores inventi sunt. De quibus beatus Felix, apostolicae sedis antistes et Alexandrini Petri seu Constantinopolitani Acacii praesulum damnator, imperatori Zenoni scribens[7] inter cetera: Vitalem, ait, atque Misenum, cur vel inpulsi ad ista consenserint, honore[b] simul et communione[c] apostolica censura privavit[d], quoniam factum est, sicut ipse Cyrillo abbati Acymitensi[e] scribit[8], ut eorum praevaricatione deciperetur populus Christianus; qui rursus de eis[f] mentionem faciens ad iam fatum principem de eorum transgressione[g] dicit[9]: 'Plebi suasum est Christianae nos talibus praebuisse consensum, quos, mox ut[h] regressi sunt, praevaricatio impune non habuit. Nam eos apud[i] beatum Petrum apostolum sancta mecum synodus residens, dum convicti plura mentirentur, ordine et communione nudavit, ne eorum incorrepta perfidia securitas[k] proveniret[l] inimicis.'

Porro quae in superius memorata venerabili et sancta synodo[10] unanimiter ac consonanter de Photio usurpatore ac invasore Constantinopolitanorum ecclesiae atque

---

a) perceptionem *B*. b) decernenda *B*. c) depositiones *B*. d) aliis *D, E*. e) Radoaldi *B, D, E*. f) alium *B*. g) quem *B*. h) abiecta *B*. i) alii *B*. k) quem *B*. l) *om. B*. m) Bonifacius *C, D, E*. n) diligato *B*. o) presentia *B*. p) obsentiam *E*. q) Hic *B*. r) scribis *B*. s) Sole *B, C;* Solę *D, E*. t) iussa *B*. u) proponamur *B*. v) *desunt B*. w) quendam *B*. x) missi erunt *C*. y) atuerse *B*. z) esecutores *B*. a) set *B*. b) honorem *B*. c) communionem *B*. d) priuauauit *B*. e) Acymitensis *B;* Acumitensi *C*. f) nunc *add. B*. g) transgressionem *C*. h) *om. B, C, D, E*. i) aput *B*. k) securitate *B;* securitatem *C*. l) preveniret *B;* pręberet *C*.

1) *De qua a. 864 habita cf. J.-E. Reg. I, 355 post n. 2771; Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 101, Hergenröther, l. c. I, 523. V. etiam Ann. Bertin. a. 863 ed. Waitz p. 63. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 159. — Cf. etiam infra ep. n. 98.* 2) *In Ephesina synodo (431).* 3) *In Chalcedonensi synodo (451).* 4) *Cf. Bonifatii papae epist. ad episcopos Galliae, Mansi IV, 395, Migne, Patr. lat. LXVII, 267 (J.-K. Reg. n. 349).* 5) *Cf. epist. ad Anastasium imperatorem, Corp. script. eccl. latin. ed. Vindobon. vol. XXXV (Avellana q. d. collectio) ed. Günther p. 510 sq. (1898), Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 756, Mansi VIII, 394 (J.-K. Reg. n. 775).* 6) *Cf. ad haec supra ep. n. 90 p. 491 l. 28 — p. 492 l. 6 et quae illo loco annotavimus.* 7) *Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 247, Mansi VII, 1065; J.-K. Reg. n. 601.* 8) *V. supra p. 491 ann. 16.* 9) *V. supra p. 492 ann. 2.* 10) *V. supra p. 517 cum ann. 5.*

fautoribus eius seu de fratre[a] ac consacerdote nostro Ignatio patriarcha vel de his, qui ex parte ipsius sunt, necnon et de sacris imaginibus kanonice, rationabiliter catholiceque[b] statuerimus et promulgaverimus, subter annexis[c] capitulis declaratur. 866 Nov. 13.

Kapitulum I[d].

Photius[1], qui ex[e] scismaticorum et se a sanctae communionis participatione avertentium parte esse dinoscitur[2], et ex saeculari administratione[f] atque militia et ex foro subito tonsoratus a Gregorio[3], Syracusano dudum episcopo a synodo damnato et ab apostolica sede vincto[4], episcopus ordinatus est et vivente ac superstite consacerdote nostro Ignatio, sanctae ecclesiae Constantinopolitanae patriarcha[g], sedem ipsius invasit et sponsam, quam a Christo sponso inmaculatam custodiendam veluti amicus sponsi perceperat, non per ostium[h], quod Christus est, sed aliunde ex adverso in ovile dominicum more furis atque latronis ingrediens acsi violentus, rapax et scelestus adulter irrupit. Deinde cum damnatis et anathematizatis atque cum his, qui, ne[i] sacerdotale officium ante audientiam praesumerent, a decessore meo beatae[k] memoriae Benedicto papa[5] fuerant obligati, cotidie[l] ac indifferenter communicans et conversans contra fidem promissam contraque[m] suam[m] professionem, qua pollicitus est[6] se adversus iam fatum patriarcham nullum sinistrum consilium[n] esse facturum, congregavit concilium[7] et una cum sequacibus suis depositis et damnatis, excommunicatis et anathematizatis et aliis sine sedibus atque cum his, a quibus vel[o] ille[o] irregulariter et illicite provectus fuerat vel quos ipse temere ac indebite provexerat, contra eundem fratrem et comministrum nostrum Ignatium depositionem facere et anathema dicere ausus est. Deinde apostolicae sedis missos[8], quos pro causa sacrarum imaginum et pro inquirenda et nobis[p] renun-

cf. Ioh. 3, 29.

cf. Ioh. 10, 1–9.

---

a) fatre *B.* b) -que *ss. ead. m. B.* c) abnexis *B.* d) primo *E.* e) et *B, C.* f) ministratione *B.* g) patritriarcha *(sic) B.* h) hostium *corr. ex* hostiam *B.* i) nec *B.* k) sanctae *B.* l) cottidie *B.* m) contra suamque *B.* n) concilium *B.* o) velle *B.* p) non *B.*

1) *Cf. etiam ad Photii damnationem quae exstant inter Ratherii episcopi Veronensis opera (Veronae 1765) in 'libello cleri Veronensis nomine inscripto ad Romanam ecclesiam' (v. A. Vogel, 'Ratherius von Verona' [Jena 1854] I, 316 sq. II, 206 sq. n. 31) ex 'epistola Nicolai papae Constantinopolitanae sedi directa' inserta (p. 330 sq.):* Amorem principatus utpote quamdam malam radicem exordinandorum *(pro* exortorum*)* in ecclesia scandalorum radicitus excidentes eum, qui temere et praevaricatorie ac in regularitatem *(pro* inregulariter*)* veluti quidam gravis lupus in Christi ovile insiliit, Photium scilicet, qui mille tumultibus et turbationibus orbem terrae replevit, iusto decreto damnantes promulgamus nunquam fuisse prius aut nunc esse episcopum nec eos, qui in aliquo sacerdotali gradu ab eo consecrati vel promoti sunt, manere posse in eo, ad quod provecti sunt, gradu. Insuper et eos, qui ab alieno consuetas orationes ad praepositurae promotionem susceperunt, ab huiusmodi patrocinio coercemus; sed et ecclesias, quas, ut putatur, tam Photius quam hi, qui ab ipso consecrati sunt, dedicaverunt, vel si commotas mensas stabilierunt, rursus dedicari et inthronizari atque stabiliri decernimus, omnibus, maxime quae in sacerdotalis gradus acceptionem vel damnationem acta sunt, [in] irritum ductis. *'Ex eadem':* Eos vero, quos Photius neophytus et Constantinopolitanae sedis invasor in quolibet ecclesiastico ordine provexit, quoniam manifestum est eos in omnibus consecratoris sui pravitatibus consensisse atque ei post invasionem communicasse, omni clericali officio privamus et apostolica atque canonica auctoritate et synodali decreto eos sequestramus. *Haec ultima:* Eos vero *usque ad* sequestramus *(l. 39—42) verbotenus consonant cum infra sequenti cap. III (p. 521); at prima pars horum fragmentorum non ex epistola Nicolai, sed ex can. 4 octavae synodi universalis (Mansi XVI, 162) ad verbum — praeter pauca mendose exscripta — fluxit. — Cum his convenit, quod ipsum Ratherium codicem nostrum D (s. IX.—X., olim S. Mariae maioris Veronensis seu capituli Veronensis), qui et concilium octavum et in eo istam epistolam amplectitur, bene novisse conicere licet, praesertim cum in initio et in fine fragmenta Ratherii — ex parte autographa, ut videtur — exhibeat. V. etiam 'Neues Archiv' XXVIII, 725 (1903).*

2) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 362 sqq.* 3) *Cf. supra p. 452 ann. 2.* 4) *Cf. Hefele, l. c. IV², 232 sq. Hergenröther, l. c. I, 361 cum ann. 62. In prioribus editionibus non recte legitur* convicto. 5) *855—858. V. ann. 4.* 6) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 381 cum ann. 33.* 7) *Anno 858—859. Cf. Hergenröther, l. c. I, 382 sq.* 8) *Radoaldum scilicet et Zachariam.*

866 Nov. 13. tianda[a] iam fati patriarchae deiectione et ob inveniendum modum promotionis huius neophyti[b] destinaveramus, quibus potuit argumentis a nostris mandatis avertere more Acacii, quondam Constantinopolitani heretici patriarchae[c], praesumpsit et[1] ad processionem[d], quae ei cum comparibus suis habebatur, sicuti eorum professione patefactum[e] est et sancto spiritu revelante venerandae synodo, quae a nobis collecta est, claruit, ad dampnatorum et scismaticorum communionem contempta[f] legatione[g], quae[g] vel gentilium more servari debuit, pertraxit et in illusionem[h] beati Petri apostoli, a cuius sede profecti fuerant[i], non solum inefficaces redire fecit, sed etiam inpugnatores omnium, quae fuerunt mandata, monstravit. Postremo[2] episcopos, qui ei tamquam adultero et pervasori[k] communicare noluerunt, exilio religavit et sui sceleris complices in eorum subrogare locis non timuit et usque hodie ecclesiam Dei diversis persecutionibus impugnare non desinit, ita ut fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium sanctissimum patriarcham inauditis poenis et horribilibus tormentis afficere non quiescat, sed et omnes, quotquot[l] pro veritate et fide[m] cum eodem persistere comprehenderit, quibus praevalet modis perdere impraetermisse moliatur.

Haec et his similia contra evangelica, apostolica, prophetica atque canonica instituta se efferens[n] sit Dei omnipotentis et beatorum apostolorum principum Petri ac Pauli et omnium simul sanctorum atque venerandorum sex[3] universalium conciliorum auctoritate necnon et spiritus sancti per nos iuditio omni sacerdotali honore et nomine alienus et omni clericatus officio prorsus exutus, ita ut, si post notitiam huius sanctionis, quam[o] divina inspiratione depromptam esse credimus, dum unanimitate[p] et concordia sanctae synodi sit procul dubio promulgata, temptaverit in Constantinopolitano throno praesidere aut saepefato[q] venerabili coepiscopo nostro Ignatio[q], quominus ecclesiam sibi commissam sine quavis inquietudine regere possit, impedierit vel si ulterius[4] ausus fuerit aliquid de sacro ministerio more sacerdotis contingere iuxta praecedentem consuetudinem, nullo modo liceat ei communionis spem aut locum habere satisfactionis[r], sed anathematis vinculis innodatus una cum communicatoribus suis atque fautoribus[s] suis[t] perpetuo Dei per nostram[u] mediocritatem iudicio ac sententia[v] sacrum corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi nonnisi vicino mortis periculo omnino percipiat: ut[w] haec unusquisque discens[x] nequaquam de cetero temeraria praesumptione ex laicis subito in dominicis castris insperato quodammodo impetu inrepere audeat et principatus amore ante ducatum praestare velit, quam tyronis consummet[y] officium, et ante temptet[z] docere quam discere[a][5], sicut in eadem Constantinopolitana ecclesia saepe praesumptum esse comperimus, et rursus, ne contemptis clericis, quorum utpote in tam magna urbe copiosa multitudo est quique[b] ab ipsis, ut ita dixerimus, cunabulis inpraetermisso labore in ecclesia Christi desudant et indesinentia Domino exhibent servitutis obsequia, is, qui de foris est alterius, ovilis Christi repente principatum arripiat et nitatur, quos esse suos non[c] recognoscit, discerpere, et grex dominicus incipiat eum utpote extraneum et

---

a) renuntiando *C.* b) nephyti *B.* c) patriarcha *B.* d) professionem *C.* e) patepatefactum *B.* f) tempta *B.* g) ligationemq; *B.* h) allusionem *B.* i) fuerunt *D, E.* k) *corr. ex* persuasori *B.* l) quodquod *B.* m) fidem *B.* n) *corr. ex* efferes *B.* o) quia *B.* p) unianimitate *B.* q) saepefatum venerabilem quoepiscopum nostrum Ignatium *D, E.* r) *ss. corr. ex* satisfactiones *B.* s) faustoribus *B.* t) *deest C, D, E.* u) nrā *B.* v) sententiam *B.* w) et *B.* x) dicens *C, D, E.* y) consumet *B.* z) tempnet *C.* a) discedere *B.* b) quippe *C, D, E.* c) *om. B.*

1) *Cf. Felicis III. papae epist. ad Acacium, qui simili modo legatos apostolicos, Vitalem et Misenum, tractaverat, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 245, Mansi VII, 1055, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 635 (J.-K. Reg. n. 599).* 2) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 403 sq.* 3) *Septimum (Nicaenum II.) eo tempore nondum generaliter receptum erat. Cf. Hergenröther, l. c. I, 520 ann. 51. C. A. Kneller in 'Zeitschrift für katholische Theologie' XXVIII, 702 cum ann. 3 (1904).* 4) *Cf. conc. Antioch. c. 4; Mansi II, 1322.* 5) *De eisdem dicit Coelestinus I. in decr. c. 16, Migne, Patr. lat. LXVII, 275 sq., Mansi IV, 465 sq. (J.-K. Reg. n. 369):* Debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. *V. etiam infra p. 532 l. 4 sqq. cum ann. 3 et supra ep. n. 82 p. 434 sq.*

improvisum omnino contempnere, praesertim[a] cum perspiciat nil sibi stipendia proficisse[b] meritorum et alienum suorum cernat consumere fructus laborum. 866 Nov. 13.

Kapitulum II.

Gregorium[1] sane, qui Syracusanae ecclesiae irregulariter atque Deo contempto praeest, eo quod et ipse ex parte scismaticorum sit et, postquam a synodo episcopatus officio privatus et a decessore meo sanctae memoriae papa Benedicto obligatus est, et Photium laicum subito consecrare in episcopatum non formidavit et de[2] sacro ministerio ausus est multa contingere iuxta praecedentem[c] consuetudinem: sancimus et iuxta canonicam deliberationem apostolica auctoritate diffinimus[d] atque statuimus omni sacerdotali carere atque privatum fore ministerio, ita ut nullo modo liceat ei in qualibet synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis. Quodsi de reliquo praesumpserit in sacro officio more sacerdotis quovis tempore ministrare, anathema sit. Sed et, si contra fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium turbas excitaverit vel ab eius communione fideles[e] averterit, anathema sit, et omnes communicantes ei ab ecclesia abiciantur[f], sed et ipsi anathema sint[g].

Kapitulum III.

Eos vero, quos Photius neophytus et Constantinopolitanae sedis invasor in quolibet ecclesiastico ordine provexit, quoniam manifestum est eos in omnibus consecratoris sui pravitatibus consensisse atque ei post invasionem communicasse[h], omni clericali officio privamus et apostolica atque canonica auctoritate et synodali decreto[i] eos penitus sequestramus.

Kapitulum IIII.

Reverentissimum et sanctissimum fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium, sanctae Constantinopolitanae ecclesiae patriarcham, qui primo[3] quidem imperiali violentia ac terrore proprio throno privatus est et postea[4] a Photio, adultero, praevaricatore[k] ac pervasore sedis Constantinopolitanae, et ab eius complicibus, excommunicatis videlicet et anathematizatis atque damnatis et sine episcopalibus sedibus et a decessore meo sanctae recordationis Benedicto[l] papa obligatis hominibus, anathematizatus est et postremo[5] ab[m] apostolicae sedis missis contra nostram praeceptionem, ut sanctae synodo spiritus sanctus revelavit et Zaccharias dudum episcopus, qui unus de eisdem duobus legatis[n] extitit, propria confessione manifestavit, infulis est sacerdotalibus dispoliatus: auctoritate summi iudicis domini nostri Iesu Christi promulgamus, sancimus atque decernimus[o] umquam nec fuisse nec esse depositum vel anathematizatum, tamquam qui ab imperiali potentia sit absque ulla canonica auctoritate[6] pulsus ecclesia et tamquam qui ab obligatis nullo possit haberi vinculo colligatus et ab eis, qui nullam[p] eum iudicandi potestatem vel ab apostolica sede auctoritatem habuerint[q], nullum sui honoris discrimen pati debuerit[r]. Et ideo illum, id est eundem fratrem et consacerdotem nostrum Ignatium patriarcham, omni vinculo anathematis ab eo remoto per potestatem divina voce[s] beatissimo Petro collatam[t] et per auctoritates[u] sacrorum canonum et decretalium constitutionum more sanctorum patrum prolatarum pristino honori, pristinae

cf. Matth. 16, 18. 19.

---

a) presertū *C.* b) profuisse *D, E.* c) precedente *B.* d) diffidimus *B.* e) fidelis *B.* f) abiciant *B.* g) sit *B.* h) comnicasse *B.* i) decreti *B.* k) praedicatore *B, C.* l) Uenedicto *B.* m) *om. B.* n) ligatis *B.* o) discernimus *B.* p) nullum *B.* q) *corr. ex* habuerit *B.* r) debuerint *B, C; corr.* debuerint *D.* s) vocem *B.* t) collocatam *B.* u) auctoritate *B;* auctoritatem *E.*

1) *V. supra p. 519 ann. 3, 4.* 2) *Conc. Antioch. c. 4; Mansi II, 1322.* 3) *Anno 858. — Cf. Hergenröther, l. c. I, 370 sqq.* 4) *In synodo a. 858—859 a Photio congregata.* 5) *Anno 861 in illa synodo 'latrocinali' Constantinopolitana.* 6) *Cf. can. apost. c. 31; Migne, Patr. lat. LXVII, 144.*

866 Nov. 13. dignitati et sedi, pristino[a] gradui et patriarchio ac pristinis[b] pontificalibus infulis[c] atque officiis restituimus, statuimus ac confirmamus; ita ut quicumque post notitiam huius apostolicae atque synodicae sanctionis, quominus omnia, quae praemisimus, insignia pontificatus recipiat, ei[d] impedierit[e] et non in omnibus huic decreto oboedierit[f] vel se ab eius communione separaverit vel ulterius contra eum aliquod iudicium[g] proferre temptaverit, absque sedis dumtaxat apostolicae praemisso consensu, si quidem clericus fuerit, ab omni clericatus officio coram Deo et hominibus sit alienus atque perenni poena, tamquam qui magistrum prodit, cum Iuda traditore constringatur[h] et, nisi a prava intentione recesserit, perpetuo anathemate maneat condemnatus; si vero laicus extiterit ille, quisquis est huic nostrae constitutioni[i] contraire[k] temptans, et eum sedem et[l] omnem[l] pristinam dumtaxat dignitatem recipere[m] non permiserit vel si post receptam priorem sedem denuo illum impellere et a patriarchio expellere temptaverit vel personae ipsius seu sacerdotali honori aliquam molestiam sine primae huius sedis consensu intulerit, omni benedictione[n] paterna privetur et maledictione Chanaan, filii Cham, qui verecundiam[o] patris videns non cooperuit[p], sed irrisit, multetur et cum parricidis aeterna[q] poena Domino iudicante percellatur[r] et nexibus[s] anathematis nonnisi resipiscens penitus eruatur.

cf. Gen. 9, 22–25.

Kapitulum V.

Eos autem episcopos[1] seu cuiuslibet ordinis clericos, qui post iniustam deiectionem fratris et coepiscopi nostri Ignatii vel in exilio religati vel ministerio aut gradu invidiose privati sunt, statuimus, ut exilio dissoluto proprias[t] sedes atque gradus recipiant. Quodsi quisquam huic decreto nostro contraire praesumpserit et, ut sedes vel gradus resumant, impedierit, quousque obtemperaverit, anathema sit. Sane si qui[u] ex eis ab aliis criminantur, decernimus eos antea sedes quidem et proprios gradus recipere[v] 2, iudicari[w] autem nisi a sede Romana non patimur, sed, si qua praeter regulam forte egisse dicuntur[x], nostro eos decreto iudicandos reservari statuimus, iuxta quod et sacri praecipiunt[y] canones 3.

Kapitulum VI.

Quoniam oportet nos maiorum nostrorum statuta immoto[z] mentis[z] intuitu conservare et in[a] omnibus sanctorum patrum semper dogmata[b] venerari, diffinimus[c] de sacris et reverendis imaginibus domini nostri Iesu Christi eiusque semper[d] virginis genetricis Mariae omniumque sanctorum, qui Deo ab Abel iusto placuisse creduntur, quae ecclesia sancta in universo orbe diffusa antiquitus accepit quaeque sedis[e] apostolicae praesules pro eis decreverunt ac statuerunt, illibata persistere atque intemerata[f] manere. Quapropter Iohannem 4 quondam Constantinopolitanum antistitem[g] et sequaces ipsius, qui eas fregendas[h] atque calcandas esse ore polluto asseverant, quamdiu de his nobiscum non senserint et iuxta sanctorum pontificum Romanorum decreta et aliorum catholicorum patrum instituta non sapuerint, sancimus eos a Christo et ab ecclesia catholica atque apostolica esse[i] anathema.

cf. Matth. 23, 35.

---

a) *corr. ex* pristine *B.* b) et *add. B.* c) *deest B, C.* d) eum *D, E.* e) imperit *B.* f) *ss. corr. ex* oboederit *B.* g) iudium *B.* h) constringat. *B.* i) constitutionis *B.* k) contrariae *B.* l) *desunt B.* m) reciperet *B.* n) benedictioni *B.* o) verecundia *D, E.* p) *ss. corr. ex* coperuit *B.* q) aterna *B.* r) precellatur *B;* procellatur *C.* s) *corr. ex* noxibus *B.* t) propria *B.* u) quis *B.* v) reciperet *B.* w) audicari *B.* x) dicunt *B.* y) praecipuunt *B.* z) immo tormentis *B;* immotor mentis *C.* a) *om. B.* b) in docmata *B.* c) diffidimus *B.* d) serper *E'.* e) sedes *B.* f) intemerita *corr. B.* g) antistististitem *(sic!) B.* h) *corr. ss. in* fringendas, *ut videtur, D.* i) ese *B.*

1) *V. supra p. 520 cum ann. 2.* 2) *In his — anno 863 — significatur 'exceptio spolii'. Recte autem P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales', p. 105 sqq. hoc loco falsas decretales adhiberi negare nobis videtur.* 3) *Sardicenses canones papa sentire videtur. Cf. etiam supra ep. n. 57 p. 358 cum ann. 3, p. 354 ann. 1.* 4) *VII. Grammaticum (833—842), de quo cf. Hergenröther, l. c. I, 291 sqq.*

Haec sunt, quae[a] sedes apostolica statuit; haec sunt, quae synodice regulariterque[b] decrevit; haec sunt, quae vos tanto studiosius oportet amplecti, tanto sollicitius observare, quanto satis nostis, quae ab ea statuta fuerint, haec universalem semper ecclesiam[c] tenuisse, ita ut contra singulos errores in ecclesia exortos prior haec secundum primatus sui auctoritatem sententiae terminum dederit, et ita demum universalis ecclesia[d], licet aliquando per[e] aliquantum[f] temporis in quibusdam reluctata sit, quae illa tamen probavit, quandoque probaverit et, quae illa refutavit, ipsa refutaverit. Verum vos quomodocumque oboedieritis vel non oboedieritis divinis institutis vel paternis kanonibus: nos[1] tamen in Ignatii fratris et coepiscopi nostri quocumque discrimine, priusquam a nobis specialiter ad iterationem eius perducatur negotium, quia nec hactenus consensimus, aliquando, Deo nos confirmante, nullomodo consentiemus[g]. Sed[2] nec in Photii sacerdotali provectu praestando favorem vota condescensionis nostrae modo quolibet inclinabimus[h], sed omnibus viribus nostris atque conatibus pro coeptae[i] iustitiae perfectione[k], pro restaurando videlicet legitimo et repellendo moecho, quamdiu vivimus[l], currere et quod nostrum est agere nullatenus auctore Deo cessabimus[m] et nunc obsecrando, nunc hortando[n], nunc increpando, nunc etiam regulariter admonendo, insuper et auctoritate apostolica eos, qui contumaces[o] sunt[o], feriendo, nunc verbis, nunc litteris[p] quod rectum et iustum atque[q] inchoatum[r] est die ac nocte cum virtute summi opificis[s] consummare studebimus. 866 Nov. 13.

Ergo[3] fraternitas vestra litterarum[4] saltem nunc tenore cognoscat sedem beati Petri apostoli neophito[t] et moecho et Constantinopolitanorum ecclesiae invasori Photio olim iusteque damnato ac[u] nihilominus praesentia synodali nuper eliso vel fautoribus[v] eius, nisi a praevaricatione cessaverint, communionis numquam praebituram esse consensum. Qui, ut cetera nunc omittamus, a Gregorio Syracusano vel ceteris schismaticis institutus, immo distructus, contra omne fas nulli praesidere potest ecclesiae. Nam merito distructus esse creditur, qui a destructo aedificari[w] sperans, etiamsi qua alia bona[x] fortassis habuit, nimiae praesumptionis eius temeritati communicans[y] perdidit[z]. Nam Gregorius quomodo quemquam aedificare[z] poterat, qui multipliciter iam noscebatur[a] elisus? Quomodo quemquam in aliquo ecclesiastico poterat ordine stabilire, qui ecclesiae[b] unitatem scindens ipse iam videbatur omnino deiectus? Sicut enim ligatus ligare et deiectus deicere non potuit, sic destructus[c] construere et elisus quemquam ordinare nequivit. In summo quippe status sui oportet eum vigore consistere et firmis inniti per omnia basibus, qui alterum vel prosternere vel conatur statuere.

Gregorius ergo, qui canonice ac synodice depositus et anathematizatus[d] erat, quemadmodum posset quemquam provehere vel benedicere, ratio nulla docet. Igitur nihil Photius[e] ex Gregorio percepit[f], nisi quantum Gregorius habuit; nihil autem habuit, nihil dedit. Per eorum quippe, ut legitur, manus impositionem et invocationem dabatur spiritus sanctus, qui noverant mundas ad Dominum manus levare[g]. Ceterum Gregorius, qui transgressor factus est legis, ad iracundiam sui magis quam ad consecrationem alicuius spiritum sanctum per impositionem suae manus sine dubio provocavit, etiamsi

cf. Act. 8, 18.

cf. 1. Tim. 2, 8.

---

a) *ss. add.* de *B.* b) regulariter *B.* c) ecclesia *B.* d) ecclesiae *B.* e) pro *B.* f) aliquantulum *C.* g) nos sentiemus *B.* h) inclinauimus *B.* i) quo epte *B.* k) profectione *B, D, E.* l) uiuimo *B.* m) cessauimus *B.* n) orando *B.* o) contumacesunt *B.* p) literis *B.* q) adque *B.* r) choatum *B.* s) pontificis *B.* t) *corr. ss. ex* neophite *B.* u) ad *B.* v) fratribus *B.* w) aedificare *B.* x) noua *B.* y) communicare *B.* z) perdidit — aedificare *desunt B.* a) nosceuatur *ss. corr. ex* nosceatur *B.* b) ecclesiam *B.* c) *corr. in* distructus *D;* distructus *E.* d) anathematus *C, D, E.* e) potius *B.* f) praecepit *B.* g) lauare *B.*

1) *V. supra ep. n. 90 p. 496 l. 21 sqq.* 2) *V. ep. n. 90 p. 497 l. 8 sq.* 3) *Sequentia usque ad p. 526 l. 12 eadem fere exstant in ep. supra n. 90 p. 497 l. 9 — p. 499 l. 39, ubi etiam annotationes a nobis additae conferantur.* 4) *V. supra p. 497 ann. 2.*

866
Nov. 13. is, qui ordinandus erat, nullas alias haberet sibi regulas obviantes[a]. Hinc[b] enim[b] scriptum
Prov. 28, 9. est: 'Qui obturat[c] aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.' Si execrabilis, utique non audibilis; si non audibilis, ergo inefficax; si inefficax, profecto Photio nihil praestans: nimirum qui vulneratum caput per illam manus impositionem potius habere dinoscitur. Porro si praetendit iniuste ab Ignatio se[d] fuisse depositum, quid de omnibus, qui in synodo illo tempore convenerunt sententiamque in eum protulerunt, perhibebit[e]? Quodsi et illos iniuste fecisse dicere praesumit, quare cum[f] eis nunc communicat et quosdam eorum sacerdotio dignos existimat, quos tamen recte prius non iudicasse reprehendit[g] et sententiae, quam[h] protulerunt, eos secundum se debere subcumbere non nescit? Sed videamus, quorum iudicio vel quorum auctoritate Gregorius post depositionem[i] et anathema[k] honorem episcopatus resumpsit vel officium pristinum recepit. Omnes enim illum et depositum norunt et anathematis vinculis obligatum ac per hoc totius ecclesiae communione privatum. Iam[l] vero si dixeritis[m], quia ipse sibi Gregorius et honorem resumpsit et pristinum officium recepit, audite, quid apostolus
Hebr. 5, 4. 5. dicat: 'Nec quisquam sumit[n] sibi honorem, sed qui vocatur a[o] Deo tamquam Aaron[p]. Sic et Christus non semetipsum clarificavit, ut[q] pontifex fieret.' Sed et venerabiles Antiocheni kanones praecipiunt[r]: Si[1] quis episcopus damnatus[s] a synodo vel presbyter[t] aut[u] diaconus a suo episcopo ausi[v] fuerint[v] aliquid[w] de sacro ministerio contingere sive episcopus iuxta praecedentem consuetudinem sive presbyter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis, sed[x] et communicantes omnes abici de ecclesia et maxime, si, posteaquam[y] didicerint[z] adversus memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare temptaverint. Kartaginenses quoque regulae[a] excommunicatum[b 2], qui ante audientiam communicare praesumpserit, ipse in se damnationem[c] protulisse manifeste
cf. Hebr. 5, 4. 5. denuntiant. Si ergo secundum apostolum nemo sibi honorem accipit et Christus non se
cf. Ioh. 8, 54. clarificavit[d], ut pontifex fieret, qui omnes cum patre et spiritu sancto glorificantes se
Hebr. 7, 26. clarificat et ipse est pontifex, de quo rursus idem dicit apostolus: 'Talis decebat, ut nobis esset pontifex: sanctus' et cetera, et si episcopus, qui damnatus a synodo est, iuxta sacros[e] kanones, si ausus[f] fuerit aliquid de sacro ministerio iuxta[e] praecedentem consuetudinem contingere et[g] ante audientiam communicare, ipse in se damnationem protulit, ita ut nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis[h], sed et communicantes[i] omnes abici de ecclesia: quanta putas Gregorius poena multandus[k] est, qui post damnationem sui et anathema in haec omnia commisisse[l] probatur, id est et super Christum se extulit[m] et, quod ipse non fecit, iste et honorem sibi resumpsit et, ut pontifex esset, se arrogantissime clarificavit et ante audientiam excommunicatus[n] communicare et vetita usurpare praesumpsit et damnatus de sacro[o] ministerio non solum aliquid[p], verum etiam multa iuxta priorem consuetudinem tetigit. Quod certe Gregorius agere omnino non debuit, etiamsi nulla commissa existerent, pro quibus damnari potuisset[q], quoniam[r] praelati iudicium semper inferioribus formidandum est, ne[s], si[s] ei non oboedierint, licet ab eo fortassis iniuste ligentur[t], ipsam obligationis[u] suae sententiam ex alia culpa, id est inoboedientia[v], mereantur.

---

a) obiantes *B.* b) Incenum *B.* c) obdurat *B.* d) *om. B.* e) perhibuit *B.* f) cu *C.* g) reprehendi *B.* h) qua *B.* i) depositione *B.* k) hanathema *B.* l) Nam *B.* m) *ss. corr. ex* dexeritis *B.* n) sum *B.* o) *om. B.* p) āāron *B.* q) sed *B.* r) praecipuunt *B.* s) damnatur *B.* t) presbiter *B.* u) *bis in B.* v) ausus fuerit *B.* w) *om. B.* x) set *B.* y) postquam *C.* z) dedicerint *B.* a) regale *B.* b) excommunicatus *B.* c) damnatione *B.* d) r *corr. ex* u *B.* e) sacros — iuxta *(l. 28) desunt D, E.* f) asus *B.* g) *om. B.* h) satis factis factionis *(corr. ss. ex* factiones*) B.* i) et *add. B* k) mutandus *B.* l) commississe *B.* m) estulit *B.* n) excommunicationis *D, E.* o) saro *B.* p) aliquit *B.* q) potuissent *B, D, E.* r) Qua *B.* s) nisi *B;* ne *om. C, D, E.* t) *corr. ex* legentur *D.* u) oblationis *B.* v) inoeboedientiam *B;* inoboedientiae *D, E.*

1) *V. supra p. 498 ann. 1.* 2) *V. supra p. 498 ann. 2.*

Igitur praelatos damnare indifferenter oportet horrescere[a]. Quicumque vero minores sunt, damnari sollicite caveant nec maiorum suorum sententiam transgrediantur; alioquin, licet iniuste nonnumquam dampnati sunt, ex ipsa temeraria praevaricatione culpa, quae nondum forte perpetrata fuerat, et ultio, quam culpa necdum merebatur, procul dubio subsequentur[b]. Nihil quippe lignum vetitum[c] in se mortiferum habuit, sed qui inoboedienter ex eo comedit, mortem sibi et posteris propinavit; non quia lignum malum, cum Deus quod fecit, totum fecerit bonum, sed quod mala sit transgressio et nolenti subici per eam merito sit orta dampnatio. 866 Nov. 13. cf. Gen. 2, 17.

Porro si dicitis Gregorium ab imperatore et ab antistitibus fuisse receptum, percunctari[d] libet, o sapientissimi fratres, quibus hoc documentis[e], quibus kanonibus iubentibus agi rite potest, ut hi, qui abiciuntur, ab aliis recipiantur, id etiam veneranda[f] et[g] universali synodo Nicena[1] de utraque[h] professione luce clarius inhibente? Nam a[2] saeculari potestate nec ligari nec solvi sacerdotem posse manifestum est et idcirco affatim approbatur Syracusanum Gregorium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo valuisse reconciliari. Ubi si pontificum quoque sociatur assensus, quaerimus, utrum praecesserit[i] an[i] fuerit[i] subsecutus. Si subsecutus est, nihilominus ad id reditur, ut absolutio a saeculari potestate percepta valere non possit pontificumque secutus assensus adolationis vel terroris fuerit potius quam legitimae sanctionis[k]; si praecessit, doceatur, a quibus et ubi ille sit gestus[l], si secundum ecclesiae regulam celebratus, si paterna traditione[m] profectus, si maiorum more prolatus[n], si competenti examinatione depromptus, si ad maioris auctoritatis sedem, quam illa est, a qua Gregorius damnatione tenebatur obstrictus, secundum ecclesiae regulas[o] est relatum, si ipse praesul, qui ligavit, absolvit. Si haec gesta non[p] sunt, quo more, quo ritu Syracusanus Gregorius se gloriatur absolutum, cum nec a pontificibus ordine debito nec ecclesiasticis legibus fuerit expeditus nec a mundana potestate potuerit praeter ecclesiae tramitem[q] prorsus absolvi? Iam vero si dicitis: Non imperator absolvit, sed a pontificibus, ut solveretur, postulavit, e contra illi[r] multo magis ab Augusto postulare debuerunt, ut, si eum vellet absolvi, legitima ecclesiastici tenoris absolutio proveniret, et haec omnia, quae superius dicta sunt, secundum ecclesiae tramitem servarentur, praecipue cum non[s] ab inferiori vel pari[t], sed a maiori persona et, sicut ex apostolicis kanonibus[3] edocemur, solum ab eo, qui eum sequestravit, aut certe a prima sede iure possit absolvi. Inferior quippe vel compar antelatum vel comparem, non annuente maiori, absolvere[u] non potest; sola igitur potior[v] inferiorem convenienter absolvit. Proinde inferioris loci pontifices eos, quos potior suus obligaverat, sine prima sede absolvere non potuerunt.

Verumtamen licet contra Nicenos sacros kanones praefatum Gregorium, qui abiectus fuerat[w], receperint, numquam tamen eum a vinculo damnationis et anathematis exuerunt, quem absolutione praevaricatoria potius nexuerunt et, dum hunc solvere nisi sunt, nodis maioribus dediderunt[x]. Quin immo, dum sententiam maioris contemnentes transgressi sunt vel etiam suam tergiversatorio[y] consilio levique[z] sensu sibimet facti contrarii destruere sunt moliti, pari praevaricatione habentur innexi[a] et simili poena secundum apostolicos et nonnullos alios kanones tenentur obstricti[b], ita ut communicantes ei pelli[c] de ecclesia iubeantur. Ac per hoc reos reum iustificare constat minime

---

a) orrescere *B.* b) subsequenter *B.* c) vetitu *B.* d) per cuncta *B;* percunctali *C.* e) ducumentis *C.* f) venerande *B.* g) *om. B.* h) utra *B.* i) precesseri tante fuerit *B.* k) sanctiones *B.* l) iestus *B.* m) tradictione *E.* n) *corr., ut videtur, ex* prolatae *B.* o) regulam *B.* p) *om. C.* q) tamitem *in ras., ut videtur, B.* r) *corr. ex* illo *B.* s) *om. B.* t) parii *B.* u) aut solvere *B.* v) *om. B.* w) fuerant *B, C.* x) dedicerunt *B;* dederunt, *in marg.:* alibi dedidēr *E.* y) tergibersatori *B;* tergiversatori *C.* z) lenique *C.* a) inexi *B.* b) *corr. ex* obstructi *C.* c) pelli depelli *B.*

1) *V. supra p. 498 ann. 5.* 2) *V. supra p. 498 ann. 6.* 3) *V. supra p. 499 ann. 2.*

866 Nov. 13. potuisse[a] nec ligatos[b] ligatum[c] solvere modo quolibet valuisse. Ecce a quibus, o beatissimi Christi ministri, Photius est institutus; ecce qualis est Gregorius, qui Dormitantius[d] convenientius[e] poterat dici[1].

Quamobrem cogitate, fratres karissimi, tractate et vobiscum sedula meditatione perquirite, si stare Photius possit, etiamsi miris virtutibus polleat, etiamsi omni scientia fulgeat, quando qui hunc statuisse temptavit dudum iam cecidit et volens erigi cum conantibus se erigere numquam recuperaturus[f] denuo ruit. Consideret ergo vestra divinitus[g] inspirata prudentia, quomodo Photius, etiamsi nihil aliud[h] sibi iure valeat impedire, queat[i] in sacerdotali gradu persistere, quandoquidem institutor suus[k], cum hic ordinaretur, non solum sacerdotio, verum et ipso carebat Christiano vocabulo et, sicut iam[l] exposuimus, nec damnatus iustificare nec depositus erigere nec ligatus potest quemquam per impositionem manus provehere[m]: impossibile est enim horum aliquid fieri.

Quapropter adtendite, karissimi, non solum haec, verum etiam paternos canones et praecipue apostolorum[2], Antiochenos[3] atque Kartaginenses[4] et, quid de damnatis, excommunicatis atque de his praecipiant[n], qui[4] merito facinorum suorum ab ecclesia pulsi sunt, diligentissime considerate ac studiose recolite; nam nos quod decrevimus, quod statuimus de his, quos recepimus et ereximus[o], vel de his, quos abiecimus et a sacerdotio vel communione pepulimus, vestrae in Christo fraternitati notum[p] facere kanonice procuravimus, iuxta quod et magni venerandique Niceni concilii regulis admonetur[5], quatinus de his, qui communione[qr] privantur, seu ex clero seu ex laico ordine, episcopis per unamquamque provinciam sententia regularis[s] optineat, ut hi[t], qui abiciuntur, ab aliis non
cf. Isai. 5, 4. recipiantur. Ergo nos quod debuimus fecimus, ea videlicet vos scire volentes, quae Deo teste nonnisi[u] zelo rectitudinis egimus et affectu[v] conservandae paternae[w] constitutionis executi sumus. Vestrum autem est oboedire, alioquin eandem[x] cum eis sententiam iure meritoque subire, Antiochenis kanonibus secundo capitulo praecipientibus ita[6]: Si quis de episcopis aut presbyteris vel[y] diaconibus seu quilibet ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis[z] communicare[a], etiam iste communione privetur, tamquam qui regulam confundat ecclesiae; et rursus kapitulo quarto[7], quod iam superius commemoravimus[8], quid idem dicat antiquitus acceptum concilium[b], studiose recolite. Cavete ergo, dilectissimi, ne cum his commisceamini, qui sanctis fuerunt inoboedientes institutionibus, ne par sententia involvat quos uno communionis glutino invenerit irretitos[c].

Videte praeterea, quia[d] de ignorantia nullum iam potestis excusationis habere praesidium, qui et canonum Deo inspirante memores et nostris[e] edocti[e] iam nunc estis epistolis. Nolite itaque[f] communicare[f] peccatis alienis, nolite nobis inoboedientes esse, quoniam inoboedientia[g] protoplastum[h] de paradyso expulit. Inoboedientia idola-
1. Reg. 15, 23. tria[i] merito[k] nuncupatur[l], sicut sanctus Samuhel ad Saulem loquitur dicens: 'Quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatriae nolle adquiescere.' Perpendite ergo, quantum sit execrabile repugnare, quantum detestandum adquiescere nolle, quod ariolandi peccato scelerique idolatriae comparatur. Clamat apostolorum princeps:

---

a) potuisset *B*. b) ligatus *B*. c) legatum *B*. d) *ss. corr. ex* Dormitius *B*. e) *corr. ex* convenientibus *B*. f) recuperaturos *B*. g) divitas *B*. h) aliut *B*. i) qui eat *B*. k) suos *B*. l) etiam *B*. m) praevehere *B*. n) praecipiat it *B*. o) heressimusc *B*. p) notu *C*. q) communionem *E*. r) $\overline{\text{qu}}$ *add. B*. s) regulari *B*. t) *ss. ead. m. B*. u) non uidi *B*. v) effectu *B*. w) *om. B*. x) in eadem *B*. y) aut *B*. z) excommunicati *B*. a) communire *B*. b) conscilium *B*. c) irreticos *B, C*. d) *om. B*. e) nostri seducti *B*. f) communicare itaque *B*. g) ioboedientia *B*. h) protoplaustum *B, E*. i) idololatria *hic et infra C, D, E*. k) memorito *C; corr. ex* memorito *E*. l) noncupatur *C*.

1) *V. supra p. 499 ann. 5.* 2) *Cf. Mansi I, 51 c. 11. 12.* 3) *C. 2. 4; Mansi II, 1321 sq.* 4) *Conc. Carthag. c. 9; Migne, Patr. lat. LXVII, 188, Mansi III, 714.* 5) *C. 5; Mansi II, 679.* 6) *Mansi II, 1321 sq.* 7) *Mansi II, 1322.* 8) *Supra p. 524 l. 17 sqq.*

'Oboedire oportet Deo magis quam hominibus', et coapostolus eius Paulus: 'Qui resistit', inquit, 'potestati, Dei ordinationi resistit.' Iudicate[a] [1] ergo, cui potius oboediendum sit, Deo an hominibus[a]; iudicate, cui potius resistendum sit, potestati, quam in Petro Deus omnipotens ordinavit quamque super cunctam[b] ecclesiam[b] extulit, an ordinationi Gregorii Syracusani, cui millies[c] vae[c] dicendum est, homini videlicet, per quem[d] in ecclesiam Christi tot scandala venerunt quique[e] olim, sicut ipsi scitis et nos supra retulimus[2], a fratre et comministro nostro Ignatio et a synodo, quae sub eo erat, depositus est, et ut apostolica sedes in eius damnatione consentiret, ab ipso consacerdote nostro postulata est. Sed decessores mei beatae memoriae Leo ac[f] Benedictus sedis apostolicae moderamina[g] servantes noluerunt sic unam partem audire, ut[h] alii parti nil[i] penitus reservarent: unius quippe mediator non est. Quamobrem interim depositio ipsius a sede apostolica non suscepta[k] remansit infirma. Cumque idem Gregorius per legatum suae partis Zachariam nomine sedem agnovisset apostolicam in sua depositione[l] nullatenus consensisse, non gratias egit, non a coeptis in iam dictum fratrem nostrum saevientibus contumeliis conquievit, sed benignitate Dei et pacientia sedis apostolicae in superbiam abutens in ipsum videlicet Ignatium patriarcham suum rediviva iacula impietatis irreverenter exacuit et eo superstite neophytum in Constantinopolitana[m] ecclesia consecravit, quin potius et adversus sedis istius decreta contumax esse non destitit, qui pro se, non contra se ipsius ab ea decreta paulo ante data tamquam ingratus non recolit et velut tergiversator arma praeparat adversus arma sibi tutelam salutis non modice conferentia et murum destruere[n] nititur, qui, ne ipse destrueretur[n], fortissime custodivit. Et agit nunc, quantum in se est, ut ea statuta prorsus habeantur invalida, quae, cum ipse his[o] egeret[p], supplex petebat et, ut fortiora essent adamante, summissus optabat atque, ut sibi auxiliarentur[q], humiliter implorabat necnon et contra ea repugnantes forsitan[r] tyrannos et sacrilegos iudicabat. Nisi enim sedes apostolica ei[s] parceret, ille, quomodo contra reverentissimum Ignatium[t] posset exerere[u] brachium[v], non haberet. At ille usus est sedis apostolicae bonitate in[w] malignitatem[w] et beneficium in patris sui convertit exitium.

Act. 5, 29. Rom. 13, 2. 866 Nov. 13. cf. Matth. 18, 7. cf. Gal. 3, 20. cf. Iob 24, 23.

Dicite igitur, obsecro, fratres, cum ita sit, quomodo non debeamus nos Ignatium adiuvare aut usque ad audientiam[x], quantum in nobis est, indemnem penitus conservare vel quomodo non possimus Gregorium et hos, qui ex parte ipsius sunt, merito condemnare? Quando[y] Ignatius, nisi a nobis esset inpeditus, sic illos canonice forsitan sterneret[z], ut eum nullo[a] conamine potuissent impellere; istique non nobis haeserunt, quos in adiutorium suum habere promptissimos meruerunt, nec a nobis consilium acceperunt, uti cum patriarcha suo vel pacificari vel kanonice iudicari potuissent, sed vires suas a nobis ne[b] frangerentur[b] servatas adversus eum protinus praepararunt. Unde, quaeso, perpendite, quantum nos nunc Ignatio debitores simus[c], qui sibi obstaculum et inimicis eius facti sumus defensionis umbraculum. Quamvis nos[d] non ideo iudicium istorum distulerimus, ut ei nocendi iacula praepararent, sed ut sic sententia[e] in[e] hos prolata valitudinem haberet, ut a nobis examinatio praecederet, et rursus sic ab istis in eum obiecta penitus coram nobis admitterentur, ut partis Ignatii persona vocata[f] vel convicta nostrae praesentiae non deesset.

---

a) Iudicate — hominibus *desunt C.* b) cuncta ecclesia *B.* c) millitiae suae *B.* d) que *B.* e) quinque *B.* f) *om. B.* g) *corr. ex* moderamini *B.* h) aut *B.* i) nihil *B.* k) supcepta *B.* l) depositionem *B.* m) Constantinopolita *E.* n) *in* distruere (distrueretur) *corr. D;* distruere (distrueretur) *E.* o) *om. B.* p) *corr. ex* egerit *B.* q) auxiliaretur *C.* r) *corr. ex* forsiten *B.* s) *deest B.* t) Ignium *B.* u) exsercere *B; corr. ex* exercere *C.* v) bracchium *D, E.* w) immalignitatem *B.* x) audiendiam *corr. B.* y) Quanto *B.* z) steneret *B.* a) nullomodo *B.* b) refrangerentur *B.* c) sumus *B.* d) *om. C, D, E.* e) sententiam *E.* f) locata *B.*

1) *Haec, quae sequuntur usque ad p. 528 l. 37, iterum eadem fere exstant in ep. supra n. 90 p. 499 l. 39 — p. 501 l. 35; cf. annotationes illo loco additas.* 2) *Cf. supra p. 521 c. II, p. 523 l. 34.*

866 Nov. 13. Quamobrem dilato parumper iudicio et interim infirmata sententia missum est utrique parti sedis apostolicae praesulis praesentandum optutibus ac eius, ut par[a] est, subiciendum diffinitionibus. Sed dum pars Ignatii properandi disponit iter, hostibus eius[b] viribus resumptis non iam sedem apostolicam petentibus, non Petri memoriam facere dignantibus Ignatius trahitur, impellitur et innumeris malis affectus[c] ab ecclesiae regimine sequestratur. Et hoc totum factum est, eo quod praedicti pontifices utrique parti aequitatem servantes et[d] utriusque lateris audientiam[e] praestolantes[d] Ignatii non firmando sententiam, immo vero interim infirmando, inimicis eius quodammodo manum porrexerint, dum nimirum sententiam in eos prolatam non interim auctoritate sedis apostolicae roboraverint[f], sed usque in praesentiam[g] eiusdem apostolicae sedis differri decreverint.

Quamobrem, karissimi, quia quasi per nos inventa est Ignatii deiectionis[h] materia, cf. Prov. 18, 19. idcirco praeter id, quod frater adiuvari[i] debetur[k] a fratre, praeter[l] id[l] etiam, quod[m] Petro, cuius in terris, licet indigni, vicem gerimus, Christi oraculo[n] peculiariter dicitur: Luc. 22, 32. 'Confirma fratres tuos', etiam pro hoc specialiter eum non solum adiuvare et confirmare, verum etiam, sicut ipsi potestis advertere, totis nos pro illo nisibus[o] oportet per omnia decertare, ut videlicet totum in illo funditus aboleatur, quod per nos laedendi fomitem adversariis eius repperientibus ei violentiam inferre monstratur, totumque recipiat Christo propitio, quod, dum nos moderate[p] ac[p] regulariter[p] egimus, ipse[q] praeiudicialiter[r] amisisse[r] dinoscitur. Quoniam et praefati decessores[s] nostri, Leo scilicet et Benedictus, beatae recordationis pontifices, si tale quid diebus eorum Gregorius vel complices eius patrassent, videlicet ut abusi[t] tanto conpassionis et pacientiae sedis apostolicae cf. Matth. 26, 50. circa se beneficio in Ignatium manus suas iniecissent aut adversus eum ipsis[u] sanctis cf. Ps. 63, 4. praesulibus inconsultis linguas suas taliter exacuissent, profecto[v] eos tamquam magistros[w] inquietudinis et ipsos se sole clarius obnoxios ostendentes sine quavis retractatione protinus condemnassent et tantum piaculum impietatis eorum destruere ardentissime cf. Ps. 83, 7. studuissent. Sed quia illi divina vocatione ab hac[x] convalle lacrimarum subducti sunt hanc tyrannidem nondum intuentes, nos[1] debemus in eorum labore succedere, qui successimus in honore, in cuiusque tempore crudelitas, quae diebus ipsorum[y] coepit radices mittere[z], consummata perpatuit. Proinde nos, primo quia sedis[a 2] apostolicae de tota ecclesia fas habentis iudicare moderamina retinemus, secundo quoniam fratribus iniuriam cf. Isai. 1, 17. passis subvenire debemus, postremo quoniam, sicut iam diximus, oportet[1] nos in eorum labore succedere, in quorum successimus[b] pontificatus honore, quemadmodum ipsi decessorum suorum exempla secuti sunt et operis eorum strenui cultores inventi sunt, quod ipsi profecto agerent[c], adiuvante Domino, habentes quemadmodum illi eundem zelum iustitiae seu privilegium dignitatis nos[d] studiose perficere procurabimus[e], nimirum quod omittere procul dubio, sicut nosse cunctis clare tribuitur, non valemus.

Sane quia Gregorium neophytum consecrasse diximus[3], ne Photium quidam[f] neophytum, quando quasi in sacerdotem consecratus est, negent[g], sancti papae Gregorii[4] et cf. 1. Cor. 9, 2. Anglorum[h] amplissimae ac fidelissimae gentis apostoli — nam signaculum apostolatus eius ipsi[i] sunt[i] in Domino — verba commemoremus, qui ait[5]: Sicut autem tunc neophytus

---

a) pars *E.* b) enim *B.* c) abffectus *B.* d) et — prẹstolantes *in marg. add. E.* e) audiendi *B.* f) reuoraverint *ras. corr. B.* g) praesentia *C.* h) deiectiones *B.* i) adiuvetur *B.* k) *om. B.* l) preterit *B.* m) quo *B, C, E; corr. ex* quo *al. man. coaeva D.* n) peculo *add. B.* o) nisibos *B.* p) moderat ea regulater *B.* q) ipsi *B.* r) praeiudicia littera misisse *B.* s) decessoris *B.* t) *corr. ex* abasi *B.* u) cum *add. B.* v) proēofecto *B.* w) magister *B.* x) *om. B.* y) *corr. D.* z) emittere *C.* a) sedes *B.* b) cessimus *B.* c) aierent *B.* d) *deest B.* e) procurauimus *B.* f) quidem *C.* g) neges *B.* h) angelorum *B, C.* i) *bis in B.*

1) *V. supra p. 501 ann. 1.* 2) *V. supra p. 501 ann. 2.* 3) *V. supra p. 527 l. 17.* 4) *I. (590—604).* 5) *Greg. M. Registr. IX, 218, MG. Epist. II, 208 (J.-E. Reg. n. 1747).*

dicebatur, qui initio in sanctae fidei erat conversatione plantatus[a], sic modo neophytus habendus est, qui repente in religionis[b] habitu plantatus ad ambiendos honores sacros inrepserit[c]. 866 Nov. 13.

Praeterea[1] non omittendum[d] esse credidimus[e] nos commemorare praeterito anno per indictionem videlicet[f] tertiam decimam epistolam sub nomine principis conscriptam[g] per Michahelem imperialem[h] protospatharium suscepisse, quae tantis erat verbis contumeliosis, immo blasphemis[i] respersa, ut scriptor eius nonnisi in gutture colubri[k] calamum tinxisse putetur et dictatoris labia pro[l] dictionibus[l] venena fudisse[m] videatur[n], adeo[o] ut, si cuiuspiam simpliciorum[p] cor penitrent[q] — non enim haec aures prudentium suscipiunt[r] —, hunc continuo necent, nimirum tanto miserabilius, quanto mors animae magis quam corporis per illum virulentum haustum admittitur. De cuius immanitate piaculi, licet Augusto per iam fatum[s] legatum iam nos[t] scripsisse recolamus, eadem tamen nunc scribere vestrae beatitudini[u] ratum duximus.

Denique opinati sumus et adhuc nihilominus opinamur[v], quod pietas eius tandem aliquando resipiscat et de ecclesiae Constantinopolitanae restaurando[w] statu nobis salubria suadentibus adquiescat sicque demum omnia scripta, quae male[x] sunt compilata, non solum adversus nos et hanc sanctam ecclesiam, verum etiam contra fratrem nostrum et comministrum Ignatium, coram universa imperii sui multitudine igni tradenda decernat. Alioquin iam cunctis ecclesiae fidelibus, quae foret apostolicae sedis auctoritas vel quae fabricatoribus mendacii seu inventoribus perversorum dogmatum[y] immineret ultio, profecto patesceret. Inpossibile est enim, quamquam nostras nos speciales iniurias curare floccipendamus, ut tantorum ac talium sanctorum patrum et propugnatorum catholicae ecclesiae ac destructorum diversarum[z] hereseon atque defensorum[a] horthodoxae[b] fidei blasphemias aequanimiter sustineamus vel etiam[c] tantae[d] sedis sive tam excellentis ecclesiae Romanae, cui Deo deservimus auctore, contumelias perferamus. cf. Iob 13, 4.

Verum quamvis et de nobis humiliter sentiamus, non tamen conscientia dictante[e] vera esse quae de nobis perhibuit asseveramus, sed, ut diximus, ea postponentes illa potius, quae Iesu Christi sunt, investigamus. Et si qua male congesta[f] adversus eius[g] famulos, adversus eius ordinationes, adversus eius dispositione[h] stabilita privilegia repperiuntur, nulla patientia toleramus et non solum haec destruere totis viribus anhelamus, verum etiam conflatoribus tantae perversitatis dignam[i] vicissitudinem reddere necessario meditamur, nimirum ne hos quis impunitos intuens aut nunc aut futuro tempore deinceps talia praesumat praestigia falsitatis conponere vel commenta blasphemiarum huiuscemodi figmentis contrahere. Quapropter eidem imperatori sublimissimo per epistolam[2] praesulatus nostri cohortando[k] direximus — in quo etiam vos ad votum nostrum laborare summopere convenit —, quatenus diligenter inquirat atque scrutans, si sua illam non fuisse praeceptione tam cenosam[l] invenerit confectam, immo toxicatis[m] syllabis[n] infectam epistolam, ut interim de tot praestigia texentium poena taceamus, quae illos[o] se zelo veritatis flagrantes[p] involvere convenit, saltem huius socia accepta cf. Phil. 2, 21. cf. Prov. 19, 17.

---

a) *corr. ex* placatus *D*; placatus *E*. b) regionis *B*. c) in *ss. B*. d) obmittendum *E*. e) credimus *B*. f) et *add. C*. g) *corr. ex* conscriptum *B*. h) imperalem *B*. i) blasphemiis *C*. k) calabri *B*. l) p̀dictionibus *C*. m) fundisse *B*. n) *corr. al. man. in* videantur *D*; *ras. corr. ex* videantur *E*. o) Ab eo *B*. p) simpliorum *B*, *C*. q) penarent *C*. r) et *add. D*. s) factum *B*. t) non *B*. u) beatitudinis *B*. v) opinantur *C*. w) *ss. corr. ex* restaurandae *B*. x) mala *B*. y) docmatu *B*. z) diversorum *B*, *C*. a) *corr. ex* defenderum *B*. b) *partim in ras. B*. c) *ead. m. add. in marg. B*. d) tante *ss. corr. ex* ante *B*. e) dictantae *B*. f) coniesta *B*. g) eos *B*. h) *corr. in* dispositiones *D*, *E*. i) digna *B*. k) cohartando *B*. l) cen̄scā *B*; caenosam *D*, *E*. m) *in marg. a correctore iteratum D*. n) syllauiis *B*. o) illo *D*, *E*. p) *ras. corr. in* flagrante *D*; flagrante *E*.

1) *Sequentia quoque usque ad p. 531 l. 15 eodem fere tenore inveniuntur supra in ep. n. 90 (p. 507 l. 24 — p. 509 l. 26), ad quam quae annotavimus conferantur.* 2) *V. supra ep. n. 90 p. 508 l. 16 sqq.*

866 Nov. 13. et palam cunctis igne succensa[a] per augustales[b] suos tam nobis[c] quam omnibus, ad quorum notitiam pervenit, destinatos apices competenti satisfactione a tam perverso[d] sensu et tam profanis adinventionibus, quod assensu[e] suo non fuerit[f] commentis tradita, se exhibeat prorsus immunem[g]. Iam vero si sibi in multis[h] huius mundi sollicitudinibus occupato subreptum[i] est, ut talia scribere mandaret[k], ne pigeat clementiam eius etiam hoc ipsum humiliter confiteri et legibus suis, ut huiusmodi scripta nullius habeantur momenti, decernere, ita ut penes quem repperta fuerint[l] impunito non evadente ipsius quoque saepe memoratae ac semper execrandae epistolae vel exemplaris eius apices intemeratis pro reverentia manentibus sacris dictionibus flammeo dedantur igni voranda, ut[m] et[m] sinistrae opinionis[n] nevo, quod ex blasphemis scriptis incurreret, carere valeat et ingratus[o] filius[o] circa matrem suam, ex qua imperandi fastigium ipse et patres sui ordine caelitus disposito percepit, nullatenus appareat.

Sin autem, scitote, quoniam, postquam[p] in hac eum pertinacia persistere finetenus velle compererimus[q], primum quidem congregatis[r] cunctarum Occidentalium regionum venerabilibus sacerdotibus dictatores et dispositores atque praeceptores[s] tantae fallatiae seu crudelissimae derogationis sanctarum[t] vel paternarum traditionum ab omni Christiana compage remotos[u] apostolica freti auctoritate[v] diris anathematis vinculis innodabimus[w] necnon et patrum ac[x] praedecessorum[x] meorum[y] secuti vestigia, qui soliti[z] sunt etiam numerosorum concilia nequiter celebrata[1] cassare[a] pontificum, si qua socia sunt crebro dictae vel exemplaria fortassis[b] epistolae[c], quin potius non solum haec, sed et omnia scripta, quae vel adversus fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium inique confecta[d] vel adversus nos causam illius kanonice prosequentes furiose deprompta[e] sunt, perenni damnationi mandabimus[f]. Deinde vero decernentibus nobiscum et simul considerantibus eisdem sanctissimis fratribus et coepiscopis nostris ipsam epistolam in stipite videntibus cunctis suspensam vasto supposito foco[g] ad vituperium imperialis apicis coram omnibus nationibus, quae penes[h] memoriam sancti Petri multiplices inveniuntur, extremae perditioni donabimus[i]. Quatinus his[k] rite patratis[l] discat[m] pius quod amet et crudelis quod timeat; nam tot et talia blasphemiarum commenta, quin potius veracium litterarum depravationes[n], audisse et tacuisse, conhibuisse est. Quamobrem, venerabiles fratres, valde mihi, sicut ipsi conprehendere poteritis, cavendum est, ne, si nos praestigiorum figmentis minus celeriter obviaverimus, tamquam vera recognita vel comprobata haec admisisse fallaciter apud[o] stolidos[p] aestimemur[q]. Nec possumus in ecclesia Dei dissimulando tam spuria relinquere germina, quae antecessorum nostrorum beatissimorum pontificum tempore[r] aut[r] numquam exorta aut certe, si undecumque vel quomodocumque exorta[s] sunt, eorum iudicii ligone, antequam proficerent, radicitus extirpata sunt.

Destruat ergo etiam vobis[t] hortantibus ipse et dissipet illa, alioquin a nobis fore destruenda seu funditus dissipanda modo, quem praediximus, antenoscite; quamvis,

---

a) successa *B.* b) austales *B.* c) nouis *passim B.* d) *corr., ut videtur, ex* perverso *B.* e) a sensu *B.* f) fuerint *B.* g) inimunem *B, C.* h) *corr. B.* i) subrectum *B.* k) mundaret *B.* l) *corr. ex* fuerit *B.* m) et ut *B, C.* n) *corr. ex* opiniones *D.* o) ingrati filii *B, C; corr. ex* ingrati filii *D.* p) potest quam *B.* q) compererim *B.* r) congregastis *C.* s) perceptores *C.* t) sanctorum *B, C.* u) remoto *B.* v) auctorita *B.* w) innodauimus *B.* x) aprecessorum *B;* ac praecessorum *C.* y) eorum *C.* z) soluti *B.* a) *corr. ex* cessare *D;* cessare *E.* b) *post* fortassis *lacuna ca. 4 litterar. B.* c) aepistolae *B.* d) confecte *B.* e) deprompte *B.* f) mandauimus *B.* g) fico *C.* h) poenes *B.* i) donauimus *B.* k) *corr. ex* hic *B.* l) patratris *B;* paratis *C.* m) dicat *B.* n) depraevaricationes *B.* o) aput *B.* p) stolitos *C.* q) aestimamur *B.* r) temporeat *B.* s) exta *B.* t) nobis *C.*

1) *Praecipue ad synodum Ephesinam a. 449 alludit Nicolaus. Cf. etiam supra p. 285 l. 6.*

antequam nos ista vobis scriberemus, pro quibus nunc sublimitatem eius hortamur, hoc ipsum sponte facturum esse putaremus, sed quia, quod putatum[a] est, nullum effectum hactenus habuit, idcirco nos salutem ipsius illesam[b] manere volentes, ut hoc nunc saltem[c] agat, affectu paterno monuimus. Alioquin, ut iam praefati sumus, sic Deo favente de cetero vigilabimus[d] et studiis quibus possumus insistemus, ut inter exanimes conputentur[e], qui auctoritatem Petri non senserint, immo Dei hanc ordinantis in Petro non intellexerint, ita ut nec ista, quae pernitiose conpilata sunt, defendere nec his similia, ut[f] non dicam scripto tradere, vel in mente volvere quis ulterius audeat[g]. Non enim figmenta, quae ordinationi Dei resistunt, quae evangelicis vocibus contradicunt, quae sanctorum patrum diffinitionibus obviant, quae synodicis constitutionibus adversantur, quae, si sic dimittantur, innumera possunt fidelibus auxilia Petri quaerentibus inferre[h] dispendia, incolomia[i] sine discrimine nostro valemus deserere[k] et existimationi[l] nostrae vel nunc vel post discessum[m] nostrum[n] tantum, quod absit, nevum ad destructionem simpliciorum et mutilationem sedis apostolicae privilegiorum relinquere.

866 Nov. 13.

cf. Rom. 13, 2.

Ceterum[o] karitas unanimitatis vestrae de fratris et comministri nostri Ignatii sanctissimi patriarchae deiectione nobiscum doleat et[p] quae praevalet ei solamina nobiscum exhibeat. Nam si iuxta[q] apostolum quod 'patitur unum membrum compatiuntur omnia membra', quanto potius compaciendum est illi, quod inter cetera membra praecipuum[r] tenuisse locum dinoscitur? Unde si non pro unius et specialis personae praelati fratris nostri repulsione, vel certe pro summi sacerdotii conculcatione dolere[s], gemere, flere, currere ac decertare debetis. Nam si licitum fuerit saeculari potestati de ecclesiae Domini praesulibus taliter iudicare vel si rursus fas extiterit inferioribus de praelatis sibi tam temere[t] ista patrare, perpendite, ne ad perniciem[u] vestram, immo totius ecclesiae nunc et futuris temporibus praesumptio talis praevaleat; quod si attenditis, ecce iam cernitis. Nam impietas[v] tantum caput extulit, ut ecclesiarum praesulibus postpositis[w] et ordine kanonico[x] conculcato laici nunc ecclesiastica moderamina teneant et pro libitu proprio modo istos removeant, modo illos in locis[y] eorum promoveant et rursus, quos nunc adprobant, post modicum mentis victi levitate repellant[z]. Ut[1] enim idem[a] saeculares ac laici homines quaelibet scelera valeant[b] licenter committere et pro his a nullo pontificum, qui ex clero promotus haec summa poterat[c] auctoritate conpescere, libere redarguantur, non[d] de clericorum catalogo permittunt ad sacros ordines provehi, qui vitam eorum tanto audatius, quanto diutius ac familiarius[e] sub Christo duce forti militantes fortius conprimere possent, sed ex[f] se[f] ipsis[f] eligunt[g], qui facta eorum tanto minus praesumant[h] arguere, quanto se paulo ante de[i] eorum[i] coetu favore ipsorum promotos meminerint[k]. Quod illis partibus tanto familiarius[2] agitur — ista praesumptio videlicet, ut ex laicis subito tondeantur et in episcopos consecrentur —, quanto ex consuetudine hac inolevisse testantur, quam nos[l] econtra[l] tanto[m] studiosius ex ecclesia Dei eradicare volumus[n], quanto nimium noxiam[o] esse[p] clericis et omni[q] religiosae plebi supra docui-

1. Cor. 12, 26.

---

a) potatum *B;* putandum *C.* b) illascā *B.* c) salutem *B.* d) vigilauimus *B.* e) conputetur *B.* f) aut *B.* g) valeat *B.* h) inserte *B.* i) incolumia *corr. ss. D.* k) disserere *B.* l) extimationi *B.* m) discessu *B.* n) nostrorum *B.* o) Ceteri *B.* p) *om. B.* q) iusta *B.* r) *corr. ex* principium *B;* praecipium *C.* s) dolore *C.* t) de temere *C.* u) penicem *B.* v) pietas *B.* w) postpostis *B.* x) kanonice *B.* y) locum *B.* z) reppellant *E.* a) *deest B.* b) habeant *B.* c) proterat *B.* d) *corr. ead. m. ex* ne *B.* e) familiaribus *C.* f) exeipsis *B.* g) elegunt *B.* h) *corr., ut videtur, ex* praesumat *B.* i) deorum *B.* k) meminerunt *C.* l) nosse contra *B.* m) tantos *B.* n) voluimus *B.* o) nox iam *B.* p) *corr. ex* ecce *B.* q) omnis *B.*

1) *Cf. Imbart de la Tour, 'Les élections épiscopales dans l'église de France' (1891), p. 149.* 2) *Cf. supra p. 496 l. 5 cum ann. 2.*

866 Nov. 13. mus[1] quantoque scimus[a] ex sacris kanonibus[2], quod non minus mala consuetudo quam perniciosa corruptela[b] vitanda sit, et scimus, quod paulatim[c] crescens iam suae pestiferae nequitiae gramine multos invaserit, adeo ut[d] temeritas[d] haec tantum excreverit, ut iam minime clericis[e] egeant, dum contra sacros canones[3] ex[f] se[f] ipsis[f] subito[f] tonsoratum, quem[g] voluerint, eligant et ad labores clericorum mentis oculos non[h] inflectant, ac per hoc fit, ut alienus[i] comedat ipsorum fructus laborum[4] et stipendia meritorum extraneus hostis[k] insperatus[l] subripiat, ita ut nihil proficiat clericis in castris dominicis militasse vel gradatim[m] per singulos ecclesiasticos ordines ascendisse, dum alter saltu hos omnes transcendit[n] et repente principatur[o] in eis is[p], qui inter eos nec contra spiritales hostes arma sustulit nec diversis ecclesiae adversariis pro veritate proelians aliquando restitit.

Quantum autem, ne de laicis temere quislibet ad episcopatum eligatur[q], sacri kanones, cum aliis prohibeant, Sardicenses ostendunt, Osio episcopo kapitulo tertio decimo dicente[5]: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tractetis, si forte aut dives aut scolasticus[r] de foro aut[s] ex[s] administratione[s] episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur, nisi ante et lectoris munere[t] et officio[u] diaconi aut presbyteri fuerit praefunctus; et ita per singulos gradus, si dignus[v] fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quae habebunt utique prolixum tempus, probari, qua fide sit, qua modestia, qua gravitate et verecundia. Et, si dignus fuerit probatus, divino sacerdotio illustretur, quia conveniens non est nec ratio vel disciplina patitur, ut temere et leviter ordinetur aut episcopus aut presbyter
cf. 1. Tim. 5, 22. aut diaconus, qui neophytus est, maxime cum et magister gentium beatus apostolus, ne hoc fieret, denuntiasse et prohibuisse videatur, sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita et merita fuerint conprobata. Contuemini ergo et futura, immo urguentia[w] mala conspicite; medici estis[x], imminentes[x] morbos[y] per praecedentia signa praevidete[z]; episcopi estis, exurgens in ecclesiam[a] Christi horrendum exitium[b] perspicite; speculatores estis, in altam mentis arcem[c] conscendite et in gregem dominicum feram pessimam inruere cupientem
cf. Isai. 58, 1. a longe contemplamini; quasi tuba exaltate[d] vocem vestram et adnuntiate[e] populo
cf. Isai. 40, 9. Dei scelera eorum; super montem excelsum, id est ad[f] altitudinem virtutum, ascendite, qui evangelizatis[g] Sion[h]; state in fortitudine, potestatibus huius saeculi ex adverso
cf. Ezech. 13, 5. ascendite et murum pro domo Dei opponite ac quibuslibet potestatibus inique agentibus
cf. Isai. 56, 10. contraite: sicque fiet, ut nec sicut canes muti de taciturnitate argui valeatis nec de
cf. Matth. 25, 25. talenti occultatione districtam Domino rationem reddere compellamini vosque ipsos et consacerdotes nostros, immo ecclesiam[i] Christi illis in partibus constitutam ab ingenti pernicie[k] ac[l] noxia labe ipso iuvante laudabiliter eruatis mirabiliterque regatis.

Phil. 4, 7. Verum nos de his[m] haec vobis scripsisse sufficiat[n]. Pax autem Dei, 'quae[o] exuperat omnem sensum', praecordiorum vestrorum intima[p] penetret[q], et quam de salute omnium vestrum solliciti simus[r], vobis Deus omnipotens clementer aperiat, et quomodo
cf. Phil. 1, 8. vos cupiamus[s] in visceribus Christi et in ecclesiae[t] gremio continere, quae diffusa in

---

a) seimus *B*. b) corruptella *B, C*. c) *corr. B*. d) uitemeritas *B*. e) clericericis *B*. f) exeipsisubito *B*. g) quae *B*. h) *om. B*. i) alienos *B*. k) hotis *B*. l) inspiratus *B, C, D, E*. m) gradati *B*. n) transcendunt *B*. o) principatus *B*. p) his *ss. corr. ex* hi *B*. q) eligantur *B*. r) scholasticus *C, D*. s) adexministratio *B*. t) munera *B*. u) officii *B, C*. v) dignum *B*. w) urgentia *C, D, E*. x) imminentes estis *B*. y) mortuos *B*. z) praevidere *D, E*. a) ecclesia *B*. b) exitum *E*. c) arce *B*. d) exalta *B*. e) adnuntia *B*. f) *om. B*. g) evangelizate *B*. h) Syon *E*. i) ecclesia *B*. k) pernice *B*. l) *corr. B*. m) ipsis *B*. n) supficiat *B*. o) qui *C*. p) intime *B*. q) penetrant *B*. r) sumus *B*. s) *partim in ras. B*. t) ecła *E*.

1) *V. supra p. 520 l. 28 — p. 521 l. 2.* 2) *Sardic. conc. c. 1; Mansi III, 22.* 3) *Cf. Coelestini I. papae decr. cc. 21. 16. 18 (Migne, Patr. lat. LXVII, 278. 275 sqq.; J.-K. Reg. nn. 371. 369); v. etiam infra (l. 14 sqq.) allegatum Sardic. c. 13. — Cf. supra ep. n. 82 p. 435.* 4) *V. supra p. 521 l. 2.* 5) *Conc. Sardic. c. 13; Mansi III, 27.*

toto[a] orbe[b] terrarum quasi unus[c] Christi[d] thalamus est, atque in sanctae communionis una nobiscum persistere, ut unum sapiamus omnes et non sint in nobis schismata, inluminationis suae gratia revelare dignetur, ita ut de correctione[e] fidelium congaudentes et congratulantes uno animo et uno ore[f] glorificemus et conlaudemus Deum patrem videlicet et filium et spiritum sanctum per infinita saecula saeculorum. Amen. 866 Nov. 13. cf. 1. Cor. 1, 10. cf. Rom. 15, 6; 1. Par. 16, 4.

Quisquis[g] [1] autem hanc epistolam nostram Constantinopoli[h] legerit et eorum notioni[i], quibus[k] missam esse[l] intellexerit, quicquam ex his, quae in ea sunt, occultaverit, si locum potest invenire sufficientem[m], anathema sit. Quisquis etiam[n] interpretatus eam[o] fuerit et ex ea[p] quicquam mutaverit vel subtraxerit aut superaddiderit[q], praeter illud, quod[r] idioma[r] Grecae dictionis exigit vel interpretanti scientia intelligendi[s] non tribuit, anathema sit[t].

92.

Nicolaus Photium, multa crimina eius enumerans, vehementissime, praecipue propter sedis Constantinopolitanae invasionem, reprehendit eumque sub perpetua excommunicationis poena — mortis solo periculo excepto — e dignitate usurpata cedere iubet.

866 Nov. 13.

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 92—98' (B); Vatic. lat. 3827 fol. 186—189' (C).

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. CXXIIII; Editio Romana (1591) III, 100; Mansi, Conc. coll. XV, 259; Migne, Patr. lat. CXIX, 1045. — Cf. J.-E. Reg. n. 2814 (2125).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI VIRO PHOTIO[2].

Innumerabilium repperiris praevaricationum obnoxius et in[a] venerandorum kanonum atque paternarum diffinitionum, quin immo et divinorum mandatorum contumelias multipliciter ac impudenter elatus; siquidem et ex[b] schismaticorum[b] [3] et se, dum venerabilis frater et coepiscopus noster Ignatius Constantinopolitanam regeret ecclesiam, a sanctae communionis participatione contra regulas avertentium parte fuisse dinosceris et ex saeculari administratione atque militia et ex foro subito tonsoratus a Gregorio, Syracusano dudum episcopo a synodo damnato et ab apostolica sede vincto[c], episcopus ordinari putatus[d] es[d] et[d] vivente ac superstite Ignatio patriarcha sedem ipsius invasisti et sponsam, quam a Christo sponso inmaculatam custodiendam veluti amicus sponsi perceperat, cf. Ioh. 3, 29. non per ostium, quod Christus est, sed aliunde ex adverso in ovile dominicum more cf. Ioh. 10, 1—9. furis vel latronis irrumpens acsi[e] violentus, rapax et scelestus adulter subripuisti et praeter, immo adversus apostolicos kanones[4] saecularibus potestatibus usus ecclesiam[f] per eos obtinuisti. Deinde cum damnatis et anathematizatis atque[g] cum his, qui, ne sacerdotale officium ante audientiam praesumerent, et a decessore meo sanctae recor-

---

a) *om. B.* b) orbem *B.* c) unius *B.* d) *lacuna 4—5 litterar. post* Christi *B.* e) corruptione *B.* f) hore *B.* g) Quisquam *B.* h) Constantinopolim *B, C.* i) noticionibus *B.* k) qui *B.* l) *om. B.* m) sufficientalem *B.* n) eam *B.* o) *om. B.* p) eam *B.* q) supraaddiderit *C.* r) Q̄ddioma *B.* s) intelligenda *B.* t) Data Idus Novembris indictione quinta decima *del. D.*

92. a) *om. B.* b) exchismaticorum *B.* c) convicto *corr. ex* victo *B.* d) p̄ri uactus esset *B.* e) ac *B.* f) ecclesia *B.* g) adque *B.*

1) *Cf. supra ep. n. 88 p. 487 l. 18 sqq.* 2) *Ad hanc epistolam cf. Hergenröther, 'Photius' I, 628—631. V. etiam supra ad ep. n. 90 p. 488 ann. 3.* 3) *Ad ea, quae sequuntur usque ad p. 534 l. 25, cf. supra ep. n. 91, ubi in synodali capitulo I. (p. 519 sq.) paucis exceptis eundem textum invenies, et annotationes illo loco additas.* 4) *C. 31; Mansi I, 53 sq.*

866 Nov. 13. dationis Benedicto papa fuerant obligati, cotidie ac indifferenter communicans et conversans contra fidem promissam contraque tuam professionem, qua[a] pollicitus es[b] te[b] adversus iam fatum patriarcham nullum sinistrum[c] consilium[d] esse facturum, congregasti[d] concilium[e] et una[f] cum[f] sequacibus tuis depositis et damnatis et excommunicatis et anathematizatis et aliis sine ecclesiis atque[g] cum his, a quibus vel tu irregulariter ac illicite provectus fueras vel quos ipse temere ac indebite[h] promoveras, contra eundem fratrem et comministrum nostrum depositionem facere et anathema dicere ausus es[i]. Deinde apostolicae sedis missos, quos pro causa sacrarum imaginum et pro inquirenda[k] et nobis renuntianda iam fati patriarchae deiectione et ob inveniendum modum promotionis tuae destinaveramus[l], quibus potuisti argumentis a nostris mandatis avertere more Acacii, quondam Constantinopolitani heretici patriarchae, praesumpsisti et[1] ad processionem[m], quae tibi cum comparibus tuis habebatur, sicuti eorum professione patefactum[n] est et sancto spiritu revelante venerandae synodo[2], quae a nobis collecta est, claruit, ad damnatorum et schismaticorum tuamque communionem contempta legatione, quae vel gentilium more servari debuit, pertraxisti[o] et in illusionem beati Petri apostoli, a[p] cuius[p] sede profecti fuerunt, non solum inefficaces redire fecisti, sed etiam inpugnatores omnium, quae sibi fuerant imperata, monstrasti. Postremo episcopos, qui tibi tamquam adultero et pervasori communicare noluerunt, exilio religasti et ipsis viventibus[q] contra canones[3] tui[r] sceleris complices in eorum subrogare locis non timuisti et usque in praesens ecclesiam Dei diversis[s] persecutionibus inpugnare non desinis, ita ut fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium sanctissimum patriarcham inauditis poenis et horribilibus tormentis afficere non quiescas, sed et omnes, quotquot[t] pro veritate et fide cum[u] eodem[u] persistere deprehendis, quibus praevales modis perdere impraetermisse moliaris.

Quamobrem in his et huiuscemodi te cognoscentes contra evangelicas, apostolicas et propheticas atque kanonicas institutiones efferre dolemus et nimiis[v] meroribus[w] affecti necessario[x] te praesentibus apicibus admonemus, hortamur et obsecramus, ut instantis[y]
cf. Matth. 4, 8. mundi[z] gloria non decipiaris et aeterna bona pro his brevibus non amittas[a]. Pensa quam pauca sunt omnia, quae hic mulcent, quamlibet multa[b] esse videantur[c]. Perpende, quaeso, quam multiplex sit et quam prolixa poena gehennae, et hanc incidere pertimesce, hanc tibi[d] adquirere medullitus exhorresce. Nam[e], secundum evangelium,
Marc. 8, 36. 'quid prodest homini, si lucretur totum mundum, animae vero suae detrimentum patiatur?' Scimus, quoniam sapientia praeditus[f] et scientia ditatus[g] haberis. Sed audi, quid pro-
Ier. 4, 22. pheta de quibusdam sapientibus dicat: 'Sapientes', inquit, 'sunt, ut faciant mala, bene
1. Cor. 8, 1. autem facere nescierunt[h]'; porro de scientia egregius apostolus ait: 'Scientia inflat[i], caritas vero aedificat.' Ergo quantum non prosit, immo quantum obsit, non ad bona[k], sed ad mala faciendum, habentibus sapientiam, animadverte[l] et noli gloriari[m], si habes
cf. 1. Cor. 8, 1. scientiam sine caritate, quoniam teste apostolo illa inflat, ista aedificat. Et certe absurdum ac indecens est, ut eam[n], quae inflat, virtutem habeas, illa vero, quae aedificat, careas. Quam autem habuisti caritatem, quando videbas fratrem et comministrum nostrum Ignatium ab ecclesia sua pelli[o], impeti et adversus eum coniurationes et con-

---

a) quam *B.* b) est *B.* c) ministrum *B.* d) consilium — congregasti *bis in B.* e) consilium *B.* f) in *B.* g) adque *B.* h) debite *B.* i) est *B.* k) inquirendam *B.* l) destinaveram *B.* m) professionem *B.* n) nefate factum *B.* o) pertransisti *B.* p) cuius a *B.* q) *corr. ex* uibentibus *B;* iubentibus *Edd.* r) tuis *B, C.* s) scis *add. B.* t) quodquid *B.* u) commodem *B.* v) nimii *B.* w) memoribus *C.* x) necessarios *B.* y) it tantis *B.* z) *om. B.* a) ammittas *B.* b) liuet *add. B.* c) videbantur *B.* d) tiui *B; sic etiam infra saepe exstat* u *pro* b *in B, quod non iam notabimus.* e) *corr. ex* non *B.* f) praedictus *B.* g) dictatus *B.* h) nesciunt *B.* i) imflammat *B, C.* k) *corr. in* uona *B.* l) animam adverte *B.* m) gloriaris *C.* n) ea *B.* o) *post. corr. in* inpelli *B.*

1) *Cf. supra p. 520 ann. 1.* 2) *Romanae a. 863 celebratae.* 3) *Cf. conc. Lugdun. (a. 516—523) c. 3, MG. Concilia I, 33.*

spirationes[1] praeparari? Et non solum minime illum, cum posses utpote ad saeculum clarus et honorabilis, adiuvisti[a], verum etiam cum factiosis concurristi et cum machinantibus adversus eum et varias malignitatis argumentationes excitantibus concertasti, quin potius horum omnium peccatum, quod generat[b] mortem, in te proprie consummatum est, nimirum qui cunctarum praevaricationum in illum commissarum tu auctor factus[c] es. Nam et, si te homicidam dicimus, non mentimur, Iohanne apostolo clamante, qui ait: 'Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est.' Si[d] ergo, qui odit fratrem suum, homicida est[d], quanto potius is, qui patrem non solum odit[e], sed et, quantum in se est, mactat[f], insuper etiam sicut Achab quae illius sunt rapit et possidet, homicida dicendus[g] est et non solum qualiscumque homicida, verum etiam et patricida[h]? Pater enim tuus erat Ignatius et tu filius eius, qui tantum a te prae naturali patre debuerat venerari, quantum spiritus, quo relativa haec nomina mutuo possidetis, praeferendus est carni. Porro[i] si te viperam appellamus, non fallimur; si quidem tu nonnisi parente perempto[k] proficere credidisti[2]. Iam vero si te Cham[l] similem asserimus, nec sic erramus; ipse quippe adeo in irrisionem[m] et contumeliam patris prorupisti, ut de cathedra sacerdotali eum proiceres et ad illudendum mimis[n] et scenicis inverecunde proderes. Extremo si te Iudaeis comparamus, fortasse nec[o] modicum quid[p] a[p] vero discedimus; nam ipse non solum super magistrum tuum contra evangelium factus[q] es, verum etiam ordinationi Dei resistens adversus eum dentes tui arma et sagitta et lingua tua machera[r] acuta[s] effecta est. Quandoquidem non sicut sanctus David[t] mittere manum in christum Domini formidasti, sed sicut principes latronum Rechab et Benaa regem suum trucidantes insurgere contra rectorem tuum versutis insidiis magnopere procurasti; quos idem sanctus David, sicut et illum, qui se christum Domini, Saulem videlicet, peremisse nuntiaverat, tamquam homines impios et principem suum trucidantes tradere[u] morti laudabiliter[v] iussit. 866 Nov. 13. cf. Iac. 1, 15. 1. Ioh. 3, 15. cf. 3. Reg. 21. cf. Gen. 9, 23. cf. Matth. 10, 24. cf. Rom. 13, 2. cf. Ps. 56, 5. cf. 2. Reg. 4, 2. cf. 2. Reg. 1, 15. 16. cf. ib. 4, 11. 12.

Quamquam etiamsi nihil in his reprehensionis admitteres, cum pridie laicus fueris et saeculo militaveris, nequaquam tam repente debueras ad summi sacerdotii pervenire fastigium; quandoquidem nec monachorum poteras tam subito[w] secundum probabilium patrum traditionem perfectionem consequi, Gelasio[3], Gregorio[4] et Hadriano[5], magnis et vere sanctis sedis Romanae praesulibus, id ipsum, quod serenissimo Augusto atque tibi iam scripsimus[6], multipliciter inhibentibus. Sane si horum[x], tamquam ignotorum[y], sanctitatis insignia non agnoscebas, licet, cuius fidei, cuius studii fuerint, per eorum nosse scripta sufficeres, saltem Caelestini[7] atque Leonis[8], eiusdem sedis pontificum, reverentiam prae oculis habuisses, quorum sententiae tota per mundum diffusa inclinatur ecclesia quorumque doctrinam, sicut in sacratissimis tertia[9] et quarta[z 10] synodo videre est, Christiana veneratur apprime[a] religio, quin immo et quorum virtutum decus et eloquentiae nitorem necnon et morum probitatem ac exhortationum suavitatem non solum fideles reges, verum etiam infideles ac tyranni barbarique principes reverentia vel pavore non modico mansuefacti[b] vehementer[c] amplexati sunt et sectati. Quodsi

---

a) *corr. ex* adiubisti *B.* b) generant *B.* c) effectus *C.* d) Si — homicida est *(l. 8) desunt B.* e) audit *B.* f) mittat *B.* g) dicendum *C.* h) *corr. ex* patriarcha *B.* i) Pcero *B.* k) perrempto *B.* l) tam *B.* m) yrrisionem *B.* n) minus *B, C.* o) non *B.* p) quidam *B.* q) factum *B.* r) macera *B.* s) *om. B.* t) Davit *B.* u) trahere *B.* v) laudatur *B.* w) subuto *B.* x) borum *B.* y) ignitorum *B.* z) quarto *C.* a) aprimae *B.* b) mansueti facti *B.* c) behementer *B*, *ita passim legitur* b *pro* u *in B, quod non iam annotabimus.*

1) *Cf. conc. Chalcedon. c. 18, Mansi VII, 378.* 2) *Cf. Isidor. Etymol. l. XII c. 4 § 10. 11 (Migne, Patr. lat. LXXXII, 443).* 3) *Cf. supra ep. n. 82 p. 435 sq. et p. 435 ann. 5.* 4) *Cf. supra ep. n. 91 p. 528 sq. et p. 528 ann. 5.* 5) *V. supra ep. n. 82 p. 436 cum ann. 2.* 6) *In epistolis supra nn. 82, 83 (p. 433 sqq.).* 7) *Cf. supra ep. n. 82 p. 435 cum ann. 2.* 8) *V. supra ep. n. 82 p. 435 cum ann. 4.* 9) *Ephesina (a. 431).* 10) *Chalcedonensi (a. 451).*

cf. Sap. 5, 21. magnos sanctosque fuisse non negas — quia nec vales[a]: alioquin pugnabit[b] pro eis orbis
866 terrae contra insensatos —, oportet, ut in cunctis ecclesiae dogmatibus et[c] disciplinis eos
Nov. 13. sollerter attendas et veneranter[d] admittas. Nam si in ceteris nostrae religionis negotiis eorum[e] assertionibus[f] cesseris et in his eos, in quibus tuae promotioni contradicunt, contempseris, apparet te minus saluti communi quam amori[g] privato intendere ac per
cf. Phil. 2, 21. hoc non quae Iesu Christi, sed quae tua sunt, quaerere. Aut enim[h] illi[i] bonae arbores fuerunt et bonos fructus[k] fecerunt aut malae, quod absit[l], et fructus eorum mali; et si quidem boni[m] fuerunt et fructus eorum boni, oportuit eos tamquam bonos sequi:
Matth. 7, 18. 'Non enim potest', evangelio testante, 'bona arbor malos fructus facere.' Porro si de eisdem non cum tota[n] ecclesia[n] Christi sapis, necesse est, qualiter vel ipsi vel fructus eorum mali fuerint, plurimis[o] adhibitis ex omni ecclesia testibus comprobes et affirmes, quoniam tibi soli super hoc negotio contraria[p] suadenti non creditur.

Iam vero si dixeris: Bona et grata sunt atque salubria, quae praedicaverunt vel statuerunt, sed non omnia, nam horum quaedam dulcia, quaedam amara fuere, Iacobus
Iac. 3, 11. tibi pro eis respondet apostolus dicens: 'Numquid fons de eodem foramine emanat
ib. 3, 12 dulcem et amaram aquam?' Quoniam, sicut idem iterum ait: 'Neque salsa dulcem[q] potest facere aquam'; spiritus enim sanctus, quorum vasa isti fuerunt, non potest nisi dulcia per hos, quos repleverit, eructare. Praeterea[r] si[r] profiteris omnia eorum decreta salutifera quidem fore, sed haec vos hactenus ignorasse[1], nec sic profecto excusabiles eritis. Nisi enim ignorantiae peccata[s] essent, nequaquam psalmista pro his Dominum
Ps. 24, 7. precaretur[t] dicens: 'Delicta iuventutis et ignorantiae meae ne memineris'; qui rursus
Ps. 35, 4. 5. denique dicit: 'Noluit intellegere[u], ut bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo.' Qui enim non ait: 'Non intellexit', sed: 'Noluit intellegere, ut bene ageret', profecto monstravit, quia saepe proposito voluntatis ignorantia procuratur. Porro[v] de ignorantia cunctam[w] a[x] te[x] securitatem auferes, si apostoli formidolosa verba considera-
1. Cor. 14, 38. veris, quibus ait: 'Si quis autem ignorat, ignorabitur'; quia profecto, docente[2] sancto Gregorio papa, hi[y], qui ea, quae sunt Domini, nesciunt, a Domino nesciuntur. Sed dicis: Haec nos in lege[z] non suscipimus, et praevaricatores, qui significantius Graece paranomoe[3] dicuntur, non sunt, nisi qui praeter legem acceptam aliquid pravitatis[a] committunt, sicut apostolus ait: 'Ubi non est lex, nec praevaricatio.' Sed audi et expavesce, quod rursus idem
Rom. 4, 15. dicit apostolus: 'Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege[b] peribunt.' Alioquin
Rom. 2, 12. gentes, quae legem non acceperunt, excusabiles fateberis. Verum ego universos[c], qui inique agunt, transgressores dixerim, psalmographum habens auctoritatem[d], qui canit:
Ps. 118, 119. 'Praevaricantes', inquiens, 'reputavi omnes peccatores terrae.' Dicens ergo: 'Praevaricantes reputavi omnes peccatores terrae', etiam gentes, quae legem non[e] acceperunt, comprehendit. Quoniam etsi legem per Moysen datam non acceperunt, acceperunt tamen legem naturae; quae nisi corrupta fuisset, lex Mosaica[f] data non esset. Quam videlicet legem naturalem nunc a te non inconvenienter[g] exigimus[h], qui gloriaris tantorum[i] sanctorum[i] pontificum edicta nullatenus accepisse. Denique hanc sibi datam, si volumen cordis tui conscientia scrutata fuerit, procul dubio non negabit[k]. Ibi quippe scriptum repperies, lege naturae dictante[l], te[l] a nemine velle laedi, a nemine velle tua

---

a) uac uales *B.* b) pugnauit *B.* c) vel *C.* d) venerantes *C.* e) eru *B.* f) acsertionibus *B.* g) mori *B.* h) *om. B.* i) illae *C.* k) fructos *B.* l) atsit *B.* m) *om. B.* n) totam ecclesiam *B.* o) flurimis *B.* p) contria *B.* q) *corr. ex* dicens *B.* r) Praeter eos *B.* s) non *add. B.* t) praecaretis *B.* u) intellege *C.* v) Pcero *B.* w) cuncta *B.* x) ade *B.* y) *om. B.* z) legem *C.* a) privitatis *B, C.* b) et *add. C.* c) universis *B.* d) auctorem *C.* e) *reliquae 8 lineae folii 187' vacuae relictae sunt; nihil autem textus deest C.* f) Mosayca *B.* g) convenienter *C.* h) exsigimus *B.* i) sanctorum tantorum *B.* k) negavit *B.* l) die antec *B.*

1) *Cf. ad hunc locum supra ep. n. 86 p. 450.* 2) *Cf. Gregorii I. lib. Regulae pastor. p. I c. 1 (Migne, Patr. lat. LXXVII, 15).* 3) *Graece:* 'παράνομοι'.

prorsus auferri. Quapropter et[a] apte[a] praecipitur: Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris, et[b] Domino dicente: 'Quaecumque[c] vultis, ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis.' Ideoque non poteris hanc te legem non accepisse causari[d], cum eam etiam ipsa natura doceat et propria uniuscuiusque voluntas[e] edere iugiter innotescat. cf. Tob. 4, 16; Luc. 6, 31. Matth. 7, 12.

Quodsi hanc datam[f] tibi[f] fuisse[g] non[h] denegas, profecto sedis apostolicae praesulum decreta[i] te[i] accepisse demonstras[k]. Quid enim illa nisi: Quod tibi non vis fieri[l], alii[m] ne feceris, dicunt, quando[n] praecipiunt[1], ne subito factus clericus clericis dominetur, qui per singula stipendia militaverunt et omnem in dominicis castris aetatem egerunt[o]. Quid, inquam, illa nisi: 'Omnia, quae vultis, ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis', iubent, quando praecipiunt[2], ne prioris ordinis tui[p] quislibet saltu praepropero[q] in alienum honorem[r] ambiat immoderata cupiditate transcendere vel pro suo libitu iura studeat aliena pervadere. Et certe, si tu per singula stipendia in ecclesia Constantinopolitana militasses et omnem in dominicis castris aetatem egisses et quislibet prioris professionis tuae saltu[s] praepropero in honorem tuum ambiret inmoderata cupiditate transcendere et pro libitu studeret tua quaeque[t] pervadere, mox in vocem prorumperes et adversus hunc querelas[u] exponeres et, quia praeceptum esset[v]: 'Non concupisces rem proximi tui neque omnia, quae illius sunt', et rursus: Quod tibi non vis fieri, alii[w] ne feceris, sufficientibus scriptis palam cunctis ostenderes et, quod Iohannes Baptista militibus, ut neminem concuterent neque calumniam facerent et contenti essent stipendiis suis, praecepit, intentissime commemorares et ei: Noli me concutere, noli mihi calumniam facere, sed esto tu, qui miles saeculi hactenus fuisti, stipendiis tuis contentus[x], quia sic tibi praecursor Domini iubet[y], excelsis vocibus exclamares et flebili[z] forte singultu: Mea stipendia[a] meorumque fructus laborum noli concupiscere, noli subripere, noli de me vel de meis commilitonibus male sentire, noli modo veniens[b] nos omnes tot curriculis temporum diversis proeliis Domini iam fessos, tot sudoribus et vigiliis pro civitate ipsius iam tabefactos velle saltu quodam[c] ambitionis transcendere et in nobis ex militia nostra non electus vel provectus[d] noli ducatum arripere. Exod. 20, 17. cf. Tob. 4, 16; Luc. 6, 31. cf. Luc. 3, 14.

Igitur cum ea, quae sedis apostolicae praesules[e] instituerunt, in litteris sacris invenias, immo vero in temetipso iugi perseverantia relegas, noli, quia decreta ipsorum non susceperis, amplius asseverare, cum ipsi nihil, nisi quod naturalis, quod Mosaica[f] necnon et gratiae lex iussit, instituant[g] et, quicquid in Sardicensi sancti patres concilio[3] statuerunt, custodienda prorsus diffiniant, inter quos Osius ille famosus et magnus inventus est Athanasius; quamvis tu, nescimus, quid somnians dicas[4] eiusdem concilii kanones apud vos non haberi, quod procul a vero multis esse probatur indiciis. Primum quidem quoniam, quando Zaccharias[5], qui se praetendebat episcopum, ex parte Syracusani Gregorii et collegarum eius apostolicam sedem adiit eorum deposcens renovari iudicium, hos se in appellatione kanones[6] et eos, a quibus missus extiterat, fuisse secutus[h] aiebat. Deinde nos diligentissime requirentes repperimus ipsos kanones eo[i]

---

a) aetate *B.* b) a *add. C.* c) quicumque *B.* d) curari *B.* e) voluntates *C.* f) tibi datam *C.* g) fuisset *B.* h) *deest B.* i) decretat *B.* k) demonstrans *B.* l) *om. B, C.* m) aliis *B.* n) quan *C.* o) aegerunt *B.* p) tuis *B.* q) preprospero *B;* prępropere *C.* r) honore *B.* s) *om. B.* t) quequae *B.* u) quaerelas *B;* querellas *C.* v) esses *B.* w) aliis *B.* x) contemptus *B.* y) uiuet *B.* z) fleui *B.* a) istipendia *B.* b) vinces *B.* c) quotdam *B.* d) probectus *B.* e) *om. B.* f) Mosayca *C.* g) instituantur *B.* h) *sic B, C;* secutos *Edd.* i) eos *B.*

1) *Cf. epist. Coelestini I. ad episcopos per Apuliam et Calabriam constitutos, Migne, Patr. lat. LXVII, 278, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 561 (J.-K. Reg. n. 371).* 2) *Cf. eodem loco.* 3) *A. 343—344 celebrato; de quo cf. Hefele, 'Konziliengeschichte' I², 533 sqq.* 4) *Cf. supra ep. n. 86 p. 450 cum ann. 3; Hergenröther, l. c. I, 444 sq. 514.* 5) *De hoc et de legatione eius v. etiam supra ep. n. 90 p. 500 cum ann. 6; Hergenröther, l. c. I, 359 sqq.* 6) *V. conc. Sardic. c. 3, Mansi III, 23. — Cf. etiam Hergenröther, l. c. I, 360 cum ann. 56. 630 ann. 65.*

866 Nov. 13. sensu et numero non solum in novis, verum etiam in veteribus atque chartaneis[a] codicibus, qui veratiores soliti[b] sunt inveniri, Grece conscriptos, quo ceteris Latinis kanonibus inserti esse cernuntur, nimirum qui et a[c] praesulibus provinciarum pene totius orbis diffiniti sunt et illis omnibus satis placuisse per eadem exemplaria Greca monstrantur. Quomodo autem non esse penes vos Sardicenses kanones tu solus astruere poteris, quando non solum[d] a[d] Latinae, verum etiam cum aliis a Grecae linguae hominibus statuti[e] sunt et promulgati[1]? Qua de re credibile non est quod illic[f] diffinitum est unumquemque ipsorum minime linguae propriae tradidisse. Aut quomodo non sunt penes[g] vos[g] kanones Sardicenses, quando inter quinquaginta titulos[2], quibus concordia kanonum apud vos texitur, ipsi quoque repperiuntur? Iam vero si et habitos[h] cum praefatorum insignium Romanorum pontificum decretalibus institutis de laicis ad ecclesiasticos gradus non temere provehendis emissis contemnendos esse putasti, saltem doctorem gentium Paulum apostolum audire consensisses et, quam sancti patres in Sardicensi concilio convenientes in hoc cum eo concordaverint, attendisses. Nam et audenter dicimus et veraciter profitemur, quoniam qui Sardicense concilium non recipit[i], nec Paulum apostolum recipit[i]. Quid enim, ut cetera praetermittamus, Sardicense concilium statuit, quando dicit[3]: Si forte aut dives aut scolasticus[k] de foro aut ex administratione episcopus fuerit postulatus, non prius ordinetur, nisi ante et lectoris munere et officio diaconi aut presbiteri fuerit perfunctus; et ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quae habebunt utique[l] prolixum tempus, probari[m], qua fide sit, qua modestia, qua gravitate et verecundia. Et, si dignus fuerit probatus, divino sacerdotio illustretur, quia conveniens non est nec ratio vel disciplina patitur, ut temere et leviter

cf. 1. Tim. 3, 6. ordinetur aut episcopus aut presbyter aut diaconus, qui neophytus est, maxime cum et magister gentium beatus apostolus, ne hoc fieret, denuntiasse et prohibuisse videatur, sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita et merita fuerint comprobata, — nisi quod apostolus praecipit

1. Tim. 5, 22. dilecto discipulo dicens: 'Manum cito nemini imposueris neque communicaveris peccatis

1. Tim. 3, 10. alienis', et de diaconibus: 'Hi autem[n] probentur et sic ministrent'? Quis autem maiorem concordiam[o] quam in his verbis apostoli et memorati concilii poterit invenire? Quid[p] vero est 'cito[q]', nisi ante maturitatem aetatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae, immo ante exhibitionem subiectionis potius quam celsitudinem[r] praelationis? Iam vero si apostolus — ut interim[s] saepedicti[s] concilii mentio differatur — diaconos[t] probari praecipit[u] et sic ministrare, quanto[v] potius episcopus diutinis

Sap. 3, 6. est temporum spatiis per omnium exercitia virtutum probandus et 'tamquam aurum in fornace' igne[w] diversarum temptationum examinandus sicque demum purgatus iam et expiatus[x] cunctis probis moribus et virtutibus manifestus ad praelationis fastigium provehendus.

---

a) exartaneis *B.* b) soluti *B.* c) am *B.* d) solua *B.* e) stati *B.* f) illi *B.* g) pene suos *B.* h) hauitus *B.* i) recepit *B.* k) scholasticus *C.* l) per *add. B.* m) prouari *corr. ex* priuari *B.* n) qui *add. B.* o) concordia *C.* p) Qui *C.* q) *deest B.* r) celsitudinis *B.* s) intermis sepedicti *B.* t) diaconus *B*, *C.* u) praecepit *B.* v) quādoto *B.* w) ignis *B.* x) expiatos *B.*

1) *Cf. Maassen, 'Geschichte der Litteratur und der Quellen des kanonischen Rechts' I, 50; Ballerinii, 'De antiquis collectionibus et collectoribus canonum' P. I c. 5 n. 1 sq. in Opp. Leonis M. III p. XXX sq.; Hefele, 'Konziliengeschichte' I², 556 sqq.* 2) *Hoc loco significatur canonum collectio (συναγωγὴ κανόνων) Iohannis Scholastici (patriarchae Constantinopolitani a. 565—578). Cf. G. Voëllus et H. Justellus, Bibliotheca iur. canon. veteris II, 499—602 (Parisiis 1661); J. B. Pitra, Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta II, 375—385. V. etiam J. Hergenröther, 'Das griechische Kirchenrecht bis zum Ende des neunten Jahrhunderts' in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XXIII, 208 sq. (1870); Pitra, l. l. II, 368 sqq.; F. A. Biener, 'De collectionibus canonum ecclesiae Graecae' p. 12 sqq. (Berolini 1827); Ballerinii, l. l. P. I c. 2 et c. 6 in opp. Leonis M. III p. XIV sq. et XL sq.; Hergenröther, 'Photius' I, 445 ann. 27. 630; Hefele, l. l. I², 557.* 3) *C. 13, Mansi III, 27.*

Igitur nos quidem de[a] indebita[a] promotione tua summatim haec scripsisse tibi cognosce. Tu autem, qui etiam cogitationum tuarum testis[b] es, quam illicite sis provectus, scire facilius poteris. Qua[c] de[c] re[c] alienum cessa de cetero pervasum locum tenere, ne[d] fias domui Israhel in offendiculum iniquitatis et amplius caecis[e] ducatum praestes erroris. An non, ut multa omittamus, offendiculum domui Israhel factus es[f], qui tantam Domini plebem Ignatium deserendo contra suam subscriptionem vel professionem agere conpulisti? An non ei ducatum erroris praestasti[g], quando illi pastorem suum infideliter deserere et te, cui non pertinebat aliquid de ovibus, sequi callide suasisti? Verum tanti[1] reatus pondere iam fugeres, si veritatis sententiam sollicita cordis aure[h] pensares, quae ait: 'Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur[i] in profundum maris.' Per molam quippe asinariam[k] saecularis vitae circuitus ac labor exprimitur[l] et per profundum maris extrema damnatio figuratur. Melius ergo tibi fuerit[m], ut sub exteriori habitu[n] te ad mortem saeculi acta constringerent, quam sacra officia ambiendo[o] et non solum unum, sed et cum magistro patre ac pastore tuo plurimos eorum, qui in Domino credunt, scandalizando in culpa te ceteris imitabilem demonstrares; quia nimirum, si solus[p] caderes, utcumque te tolerabilior inferni poena cruciaret. Fuge itaque principatum nequiter usurpatum; declina praeesse, qui innumeris dinosceris indesinenter obesse. Scriptum legisti, quia[q] 'Iesus', qui utique rex verus est, 'cum cognovisset, quia[r] venturi essent, ut raperent eum et facerent eum regem, fugit'. Quis enim principari hominibus[s] tam sine culpa potuisset, quam is, qui hos nimirum regeret, quos ipse creaverat? Sed quia idcirco in carne apparuit, ut non solum nos per[t] passionem redimeret, verum etiam per conversationem[u] doceret, exemplum se sequentibus praebens rex fieri noluit. Ad crucis vero patibulum sponte convenit, oblatam gloriam culminis fugit, poenam[v] probrosae mortis appetiit[w], ut videlicet membra eius discerent favores mundi fugere[x], terrores minime timere, pro veritate adversa diligere, prospera formidando declinare.

866 Nov. 13.

cf. Ezech. 44, 12. cf. Matth. 15, 14.

Matth. 18, 6.

Ioh. 6, 15.

Igitur tandem aliquando audi nos, quos[y] si[y] audieris, non senties erga te penitus inflexibiles nec ad misericordiam duriores; quia, ut[z] Leo magnus apostolicae sedis antistes[a] beato Flaviano scribit[2]: Dominus noster verus et bonus pastor, 'qui animam suam posuit pro ovibus suis et qui venit animas hominum salvare, non perdere', imitatores nos suae vult esse pietatis, ut peccantes quidem iustitia[b] coerceat, conversos autem misericordia non repellat.

Ioh. 10, 15.

Siquidem nunc pro omnibus, quae sparsim[c] per huius[d] epistolae textum te contra omnia iussa divina perpetrasse commemoravimus, Dei[3] omnipotentis et beatorum apostolorum principum Petri ac Pauli et omnium simul sanctorum atque venerandorum sex[4] universalium conciliorum auctoritate necnon et spiritus sancti per nos iudicio cuncto[e] sacerdotali honore ac nomine — quod gementes dicimus — alienus et omni clericatus es officio prorsus exutus, ita ut, si post notitiam huius sanctionis[f], quam divina inspiratione depromptam[g] esse credimus, dum unanimitate et concordia sanctae synodi sit procul dubio promulgata, temptasti in Constantinopolitano throno praesidere aut saepefato venerabili coepiscopo nostro Ignatio, quominus ecclesiam sibi commissam sine quavis

---

a) deinde uita *B.* b) testi *B.* c) Quare *C.* d) nec *B.* e) cęsis *C.* f) est *B.* g) praestati *B, C.* h) aures *B.* i) dimergatur *C.* k) asinaria *C.* l) esprimitur *B.* m) fuerat *C.* n) havito *B.* o) amuiendi *B.* p) sonus *B.* q) qua *B.* r) qua *B.* s) ominibus *B.* t) pro *B.* u) conversionem *B.* v) poe *C.* w) appetit *B.* x) fugire *B.* y) Quod *B.* z) et *add. C.* a) antistites *B.* b) iustitie *B.* c) parsim *B.* d) uius *B.* e) cũm *B.* f) sancionis *B.* g) deprompta *B.*

1) *Cf. Gregor. M. Lib. regul. pastor. I c. 2, Migne, Patr. lat. LXXVII, 16.* 2) *Mansi V, 1387, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 600 (J.-K. Reg. n. 423).* 3) *Sequentia usque ad finem sicut initium huius epistolae paene verbotenus sumpta sunt ex capitulo I. synodi illius Romanae a. 863, v. supra ep. n. 91 p. 520 sq. — Cf. supra p. 533 ann. 3.* 4) *Cf. supra p. 520 ann. 3.*

866 Nov. 13. inquietudine regere posset, impedisti vel si de ministerio sacro ulterius ausus fuisti aliquid more sacerdotis contingere iuxta[a] praecedentem[b] consuetudinem, quod contra kanones[1] est, nullo modo liceat tibi communionis spem aut locum habere satisfactionis, sed anathematis vinculis innodatus[c] una cum communicatoribus tuis atque fautoribus perpetuo Dei iudicio ac sententia per mediocritatem nostram existens sacrum corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi nonnisi vicino mortis periculo percepturus: quatenus haec unusquisque discens nequaquam de cetero temeraria praesumptione ex laicis subito in dominicis castris insperato quodammodo impetu[d] irrepere audeat et principatus amore ante dux[e] esse[e] velit, quam tyronis consummet[f] officium, et ante temptet docere quam discere[2], sicut in eadem Constantinopolitana ecclesia saepe praesumptum esse comperimus[g], et rursus, ne contemptis clericis, quorum utpote in tam magna urbe copiosa multitudo est quique ab ipsis, ut ita dixerimus, cunabulis inpraetermisso labore in ecclesia Christi desudant[h] et indesinentia Domino exhibent[i] servitutis obsequia, is, qui de foris est alterius, ovilis[k] Christi repente principatum arripiat et nitatur, quos esse[l] suos non recognoscit, discerpere, et grex dominicus incipiat eum utpote extraneum et inprovisum omnino contempnere, praesertim cum perspiciat nihil sibi stipendia profecisse meritorum et alienum suorum cernat consumere fructus laborum.

Data Idus Novembris[m] indictione XV.

93.

Nicolaus Bardam Caesarem adhortatur, ut restitutionem Ignatii patriarchae efficiat. Legatos commendat. *866 Nov. 13.*

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 98'—102 (B); Vatic. lat. 3827 fol. 189'—191 (C).

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. CXXXII; Editio Romana (1591) III, 106; Mansi, Conc. coll. XV, 265; Migne, Patr. lat. CXIX, 1053. — Cf. J.-E. Reg. n. 2815 (2126).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI IN CHRISTO DILIGENDO FILIO BARDAE[3] INCLYTO[a] CAESARI[4].

Postquam Dei omnipotentis in te coeperunt dona miris successibus habundare eorumque donorum insignia longe lateque gloriosissime coruscare necnon et apud aurium[b] nostrarum auditus odorifera crebrescente fama laudabiliter[c] frequentare, coepimus et nos exinde immensas[d] eidem omnium donorum largitori Domino gratias agere et, ut haec in te crescere faceret, enixius[e] implorare, qui pro magnae pietatis suae[f] ac ineffabilis misericordiae multitudine tanto[g] apicem excellentiae tuae post sublimius[h] extulit, quanto per te oppressos[i] erigi[5] et opprimentes comprimi et exaltantes ecclesiam[k] suam exaltari et humiliantes hanc voluit humiliari. Posuit quippe te in ecclesia sua sicut cedrum[l], ut sub umbra tua refrigerium cruciati et protectionem[m] inveniant desolati ac diversis fatigationibus lacerati. Post haec autem audivimus in Constantinopolitana urbe dissensiones, contentiones, clamores, coniurationes, conspirationes, factiones[n], animositates, simultates et cetera incommoda seu discrimina, ita ut iam imminere credamus
cf. 2. Tim. 3, 1. illa tempora, quae ab apostolo novissimis diebus instatura fore praedicta sunt, et urguere[o]

---

a) iusta *B.* b) precedente *B.* c) synodatus *B.* d) impeto *B.* e) duxisse *B.* f) *deest B.* g) repperimus *B.* h) sudant *C.* i) exibent *B.* k) obilis *B.* l) esses *B.* m) *corr. B.*

93. a) inclito *C.* b) uicarium *B.* c) laudauiliter *B.* d) immenses *C.* e) enexius *B.* f) *corr. ex* tuae *B.* g) tantum *B, C.* h) sublimus *B.* i) oppressus *B.* k) ecclesia *C.* l) cedrus *B.* m) protectione *B.* n) fationes *C.* o) urgere *C.*

1) *Antioch. c. 4, Mansi II, 1322.* 2) *V. supra ep. n. 91 p. 520 cum ann. 5.* 3) *Avunculo Michaelis III. imperatoris (856—867), tum iam interfecto, cf. Hergenröther, 'Photius' I, 588.* 4) *Cf. de hac epistola Hergenröther, l. c. I, 631 sqq. V. etiam supra p. 488 ann. 3.* 5) *V. supra p. 405 cum ann. 1.*

putarentur[a] omnia signa, quae redemptor noster finem mundi praeventura esse[b] praenuntiavit. Quid[c] autem nequius[d], immo quid periculosius, quam ante iustam kanonicamque audientiam sola saeculari potentia[1] praesulem a sua sede propelli et[e] ecclesia[f] sibi divinitus commissa consensuque ac subscriptione provincialium sacerdotum et compatriarcharum communione roborata privari et eum, qui inter Deum et hominem est[g] interpres[h], ab[h] intercessione populorum nulla monstrata noxa solo pro libitu uniuscuiusque removeri? Quid, inquam, nequius[i] aut quid[k] periculosius, quam ut discipuli manus in magistrum iniciant, filii viperas[2] imitantes parentem proprium, quantum in ipsis est, interficiant eique maledicere, a quo benedicti sunt, eum proicere, a quo ad singulorum graduum honorem[l] provecti sunt? Quid vero praesumptiosius, quam si pulsus aliquem pellere aut remotus removere aut ligatus ligare temptet? Quid praeterea[m] inconvenientius vel inordinatius atque confusius agi potest, quam tanta numerositate Constantinopolitanorum clericorum tamquam tota vel fidei violatione[n] polluta vel inscitiae insipientia enervata[o] vel diversis criminibus irretita spreta penitus ac reprobata laicum super hanc erigere et extraneum super eam inducere et in ea contra sacros kanones[3], immo vero adversus apostolum, neophytum ordinare? Iam[4] vero si neophytum nonnisi noviter in fide plantatum dicitis, respondemus non hoc illud[p] nobis nomen significare: siquidem in illo nomine, quod est neophytus, nihil de fide sonat. cf. Luc. 21, 25. 866 Nov. 13. cf. Matth. 10, 24. cf. 1. Tim. 3, 6.

Sed dicitis: Ita hoc sancti patres nostri interpretantur, videlicet ut neophytus noviter in fide plantatus intellegatur. At[q] nos respondemus, quod, postquam in compositione nominis huius nil de fide sonare dinoscitur[r], non solum in fide, verum etiam in clericali militia noviter insertus neophytus valeat appellari, quemadmodum et sanctus papa Gregorius[5] et Anglorum[s] gentis apostolus, intercessor[t] vester apud Deum, qui et vim nominis istius perspicaciter intellexit et patres illos forsan, quos dicitis, subtiliter investigavit, inter cetera scribit dicens[6]: Sicut autem tunc neophytus dicebatur, qui initio in sanctae fidei erat conversatione plantatus, sic modo neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos honores sacros[u] irrepserit[v]. Quid rursus pernitiosius est, quam cuiquam ex[w] schismaticis[w][7] intra septa dominica principatum tribuere et per damnatos sanctificare et per depositos[x] ad sacerdotium sublimare et viventis locum subripere et alteri Christi sponsam commissam temerare et in apostasiam multos demergere et in infidelitatem impellere et a professione vel subscriptione sua non paucos avertere et ecclesiam per exteras potestates accipere ac per hoc in ovile dominicum non per ostium, sed ex adverso ac aliunde conscendere et in id more furis atque latronis seu lupi rapacis irrepere[y] et primum quidem pastorem necare[z], deinde vero ovium alias quidem trucidare, alias autem dispergere, conterere[a], nudare, lacerare ac diversis modis et machinamentis[b] disperdere? Quid postremo, quaesumus, horribilius[c] et execrabilius, quam dominica seu sanctorum patrum necnon et apostolicae sedis scripta pro religione, pro disciplina, pro correctione missa violare et quaedam quidem eorum fidelibus occultare, quaedam vero defraudare et subtractione ac[d] commutatione[d] necnon et additione[e] quaedam[f] callide depravare[8], missos quoque beati Petri apostolorum principis variis cf. Ioh. 10, 1–12.

---

a) purentur *C.* b) est *B.* c) Quod *B.* d) nequibus *B.* e) ad *add. B.* f) ecclesiam *B.* g) *om. B.* h) inter presabi *B.* i) nequitos *B.* k) quod *B, C.* l) horem *B;* honerem *C.* m) preteream *B.* n) molatione *B.* o) aenervata *B.* p) illut *B.* q) Ad *C.* r) scit *B.* s) angelorum *C.* t) incessor *B.* u) *om. C.* v) irrefferit *B.* w) ex cismaticis *B.* x) dispositos *B.* y) irripere *B.* z) necadere *C.* a) contere *B.* b) machinantibus *B.* c) horiuirilius *B.* d) *desunt C.* e) atdictione *B.* f) quadam *B.*

1) *Cf. can. apostol. c. 31, Migne, Patr. lat. LXVII, 144.* 2) *Cf. Isid. Etymol. l. XII c. 4, 10. 11 (Migne, Patr. lat. LXXXII, 443).* 3) *Sardic. c. 13 (Mansi III, 27).* 4) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 630 sq. ann. 67.* 5) *Cf. supra ep. n. 91 p. 528 sq.* 6) *Greg. M. Registr. IX, 218, MG. Epist. II, 208 (J.-E. Reg. n. 1747).* 7) *Ad sequentia usque ad p. 542 l. 6 cf. synodi Romanae a. 863 c. I. (supra p. 519 sq.), in quo similia leguntur.* 8) *V. supra ep. n. 90 p. 492.*

866 Nov. 13. argumentis a sibi commissis avertere et[1] ad processionem[a], quae ab[b] schismaticis, excommunicatis et damnatis agebatur, pertrahere illosque contempta legatione, quae vel gentium more tractari debuit, nonnullis incommodis subdere et ad extremum in illusionem beatissimi Petri, a cuius sede profecti fuerant, non solum inefficaces redire facere, verum etiam impugnatores omnium, quae mandata fuerant, demonstrare?

Quae[c] et[c] his[c] similia[c] necnon et his pluriora in Constantinopolitana urbe vel in adiacentibus sibi civitatibus patrari audientes inmenso sumus merore[d] repleti et anxietate nimia perturbati. Sed quia[e] horum omnium auctor tu existere fama[f] sparsim[g] divulgante diceris, intolerabili cruciatu mentis afficimur et doloribus undique coangustamur[h]. Unde libet[i] cum Hieremia in vocem prorumpere, libet lamentabiliter[k] mestitiae
Ier. 9, 1. operam dare, libet[l] flebiliter exclamare: 'Quis dabit capiti meo aquam aut oculis meis fontem[m] lacrimarum', ut plangam et[n] lugeam tantam et talem perniciem, tantum et
cf. Iob 40, 28. tale[o] dispendium? Frustrata est enim spes nostra; confidentia nostra decepit nos. O damnum incomparabile[p], o[q] exitium[q] nonnisi per te, domine Iesu, quoquo modo destruendum[r]! Versa sunt dona Dei, quae olim fuerant tibi collata, in armaturam adversus ecclesiam[s] eius et, quae ille pro salute[t] plurimorum tribuit, in[u] perniciem videntur[v] esse[v] commutata multorum. Sed revertere, fili mi, revertere, piissime Caesar,
cf. Iac. 5, 11. revertere; quia Dominus noster misericors est et te revertentem extensis benignitatis brachiis clementer amplectitur. Et non tantum indignatus est pro laesione, quam ecclesiae illius operatus es, quantum laetabitur[w], si, quam laesisti, conversus[x] ecclesiam adiuvare contenderis. Porrigat[y] igitur pietas tua Constantinopolitanae ecclesiae manum, ne patiatur hanc amplius suo iam destitutam[z] rectore subsistere vel[a] merentem ac lugentem incedere. Virtutum carismata, quae tibi dominus noster Iesus Christus contulit, non contra se, sed pro se proque sancta ecclesia sua praeparata semper inveniat teque de beneficiis[b] suis circa se[c] melioratum gaudeat et gratias[d] agere continuis horis atque momentis repperiat.

Legatos[2] praeterea — Donatum videlicet reverentissimum et sanctissimum sanctae ecclesiae Ostiensis episcopum et religiosos ac venerabiles sanctae Romanae ecclesiae Leonem tituli sancti martyris[e] Christi[e] Laurentii[f], qui appellatur Damasi, presbyterum atque Marinum apostolicae nostrae sedis diaconem[g] —, quos Constantinopolim in nomine Domini destinavimus, ita libenter, ita benigne[h] suscipite atque tractate[i], quemadmodum orthodoxi[k] principes beati Petri apostoli missos suscipere necnon tractare[l] soliti fuisse multis apicibus referuntur. Nam et impietatem[m] paganorum transcendere comprobantur, quicumque legatos ecclesiarum quibuslibet putaverint contumeliis inpetendos. Apud ipsos enim, etsi non habetur legatio fortassis accepta, persona tamen legati semper
cf. Luc. 14, 32. iudicatur immunis[n], praesertim cum legatio praefatorum nihil nisi quae[o] pacis[p] sunt satagat et tantum quae iustitia diligit ipsa[q] suadere[q] contendat[q]: scilicet ut ablato moecho ecclesiae Constantinopolitanae proprius[r] reddatur episcopus, et, si quid huic iam[s] restituto[s] fortassis obicitur, servato ordine audiatur et iudicetur[3], videlicet ut

---

a) precessionem *B.* b) ad *B.* c) Que ei ism̄ similia *B.* d) merero *C.* e) qui *B.* f) famam *B.* g) p̄sarsint *B.* h) coangustamus *B.* i) videlicet *B.* k) lamenta uiriliter *B.* l) liuet *B.* *Dehinc* u *pro* b *in B passim scriptum non iam notabimus.* m) fontes *C.* n) ut *B.* o) tales *B.* p) incomparabilem *B.* q) ossetium *B.* r) dextruendum *B.* s) ecclesia *C.* t) salutem *B.* u) *deest B.* v) videntem est *B.* w) lexabitur *B.* x) adversus *B.* y) Porrigati *C.* z) distitutam *B.* a) ac *B.* b) ueneficiis *B.* c) *om. B.* d) grates *C.* e) Christi martyris *C.* f) Laurenti *B.* g) *corr. ex* diaconum *ead. man. B.* h) benignus *B.* i) *om. C.* k) horthodoxi *C.* l) tractari *B.* m) impietate *B.* n) inunis *B.* o) *om. B.* p) paci *B.* q) ipsas varecondas *B.* r) propriis *B.* s) restituto iam *B.*

1) *Cf. supra p. 520 cum ann. 1.* 2) *De quibus cf. supra ep. n. 90 p. 510 cum ann. 7—9, p. 488 ann. 3.* 3) *Hoc loco iterum significatur 'exceptio spolii'.*

inferior a potiori[a] iudicetur et non minorum, quod contra omne[b] fas est, sententiae subiciatur. Quam praeterea fortitudinem ostendetis, si totius indignationis vestrae[c] pondus super duas vel tres personas inflectitis et pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona solum calcandos vel conterendos existimatis[d]? Sed videte, quia eius capitis pedes calcantur, quod olim, ut quid sibi persecutio ingerebatur, pro ipsis e caelo clamavit. Ne vero[e] alligetis[f] neque occultetis legationem nostram, quoniam dicente apostolo 'nec verbum Dei est[g] alligatum' nec veritas ullo pacto poterit occultari; quae et dicit: 'Nihil opertum[h], quod non reveletur[i], et occultum, quod non sciatur.' Si autem talentum acceptum in terra abscondere extremae[k] damnationis est, quanta poena multandus est, qui alterius talentum volentis hoc ad lucrum Domini sui multiplicare tollit et abscondit vel etiam fraudare non pavescit[l]? Porro de talenti acceptione[m] nullam poteris omnino excusationem praetendere. Accepisti quippe non minimum[n] talenti donum[o], etiam[p] antequam ad Caesareas[q] infulas pervenires, familiaritatis scilicet locum apud Augustum et inpetrandi, quod volebas, facillimam gratiam[1]. Si ergo[r] nihil ei pro ecclesiae proprio rectore desolatae detrimentis locutus es, nihil pro his, qui pro fratre et coepiscopo[s] nostro Ignatio patriarcha abiecti vel exiliati aut obpressi sunt[2], pie suadere curasti, pro talenti retentione profecto positurus es rationem. Habens igitur magnificentia tua obtinendi penes Augustum talentum ea, quae postulat, damnationem pro retento talento timeat, si, cum valet, apud[t] eum pro reddendo[u] priori ecclesiae Constantinopolitanae praesule vel pro[v] eruendis[v] oppressis minus[w] instanter intervenit; praecipue cum donante divina gratia sublimitas vestra non solum impetrandi, quod vult[x], apud Augustum[y] munus[y] assecuta sit, verum etiam per Caesaream excellentiam, quam adepta est, ipsa valeat concedere, quod rogatur[z], et largiri, quod sibi ad lucrum proficiat sempiternum. Tantum quippe ab unoquoque nostrum venturus iudex exiget[a], quantum dedit. Quamobrem valde nobis, karissime, metuendum est et omnimodis[b] formidandum, quod sapientia terribiliter mundi principes admonens: 'Discite', inquit[c], 'iudices finium terrae. Praebete[d] aures vos, qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est potestas a Domino vobis et virtus ab Altissimo, qui interrogabit[e] opera vestra et cogitationes scrutabitur[f]: quoniam, cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis neque custodistis legem iustitiae neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende et cito apparebit[g] vobis, quoniam iudicium durissimum[h] his, qui praesunt, fiet. Exiguo enim concedetur misericordia; potentes autem potenter[i] tormenta pacientur.'

866 Nov. 13.

cf. Rom. 10, 15.

cf. Act. 9, 4.

2. Tim. 2, 9.

Luc. 12, 2.

cf. Matth. 25, 25.

cf. Ierem. 21, 12.

Sap. 6, 2–7.

Quas[k] voces sedulo[l] tractans et mente[m] revolvens[m] pietas tua paveat, o Caesar, quoniam secundum apostolum 'horrendum est incidere in manus Dei viventis'; et idcirco consilium[n] nostrum audi et, quae contra fratrem et comministrum nostrum Ignatium vel adversus complices eius vel communicatores egisse te recolis, celeri[o] studeo[o] satisfactione[o] corrigere et, quae per te destructa[p] sunt, indifferenti cura pristino statui reddere. Quae cuncta Domino auxiliante facile, sicut[q] credimus, adimplebis, si tranquillitas tua in susceptione et auditione[r] missorum sancti Petri debitum honoris officium exhibuerit. 'Testis autem mihi est Deus, quomodo vos cupiam in visceribus Christi' et hoc ipsum idcirco magnopere[s] postulem, ut et ministerium meum adimpleam et

Hebr. 10, 31.

cf. Prov. 19, 20.

Phil. 1, 8.

cf. 2. Tim. 4, 5.

---

a) potioni *B.* b) omnes *B.* c) nostrae *C.* d) exestimati sunt *B.* e) verbum *Edd.* f) alligeris *B.* g) *om. B.* h) oportum *C.* i) reuelatur *B.* k) extrema *B.* l) pauescitur *B.* m) acceptionem *B.* n) minuim *B.* o) domum *C.* p) et *add. B.* q) Caesarias *B.* r) ego *C.* s) pro episcopo *B.* t) aput *B.* u) redendo *B.* v) periendis *B.* w) minos *B.* x) *om. C.* y) augustumunus *B.* z) rogat *B.* a) esiget *corr. ead. m. ss. ex* eget *B.* b) omnis modis *B.* c) inquid *B.* d) preueto *B.* e) interrogauit *B.* f) scrutauitur *B.* g) apparuit *B.* h) durum *B.* i) potent *B.* k) Quos *B.* l) sedule *B.* m) mittere volvens *B.* n) concilium *B.* o) celeris studeatis factione *B.* p) destructructe *B.* q) sic *C.* r) audationem *B.* s) magno *C.*

1) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 345 sqq.* 2) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 384 sq. 392—405.*

866 Nov. 13. ecclesiae status et ordo reformetur et gloria magnificentiae vestrae praestante Domino de corruptibili felicitate ad incorruptam, a mortali vita ad immortalem[a] et a culmine terreno ad caeleste fastigium et a temporali atque cito defluenti claritate ad perhennem et semper manentem beatitudinem perducatur et divina visione cum sanctis omnibus et cum[b] electis angelis perfruatur.

Data Idus Novembris indictione decima quinta.

94.

Nicolaus Ignatium patriarcham propter persecutiones, quas patiebatur, consolatur. Ea, quae ab apostolica sede in causa eius facta erant, enarrat; ne desinat sperare, hortatur. *866 Nov. 13.*

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 102—104' (B); Vatic. lat. 3827 fol. 191—192' (C).

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. CXXXVI; Editio Romana (1591) III, 110; Mansi, Conc. coll. XV, 269; Migne, Patr. lat. CXIX, 1058. Excerpta huius epistolae graeca edidit M. Raderus, Acta sacrosancti et oecumenici concilii octavi (Ingolstadii 1604) p. 216—218 (= Mansi, Conc. coll. XVI, 305). — Cf. J.-E. Reg. n. 2816 (2127).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI[a] ET COMMINISTRO NOSTRO IGNATIO PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANO[1].

Dici non potest, frater karissime, quantis meroribus vel quantis anxietatibus ob inmensitatem tribulationum et persecutionum in vos illatarum afficiamur quantisque nos laboribus et certaminibus fraterna dilectione provocati iugiter ac indesinenter immisceamur, nimirum qui et causam vestram nostram reputamus et onera[b] totius[b] ecclesiae baiulamus. Etenim considerato[2] ministerio nostro, quod divinitus per beatum Petrum apostolum[c] ad nos usque derivatum[d] suscepimus, non est nobis[e] dissimulare, non est pro fratribus nostris silendi facultas, quibus maior et[3] honor et onus cunctis Christianae pietatis
cf. 2. Cor. 11, 28. et ecclesiarum correctionis inesse debere sollicitudo dinoscitur. Sustinemus[2] quippe cunctorum, qui premuntur, gravamina, quin potius sustinet[f] in nobis haec sanctus Petrus apostolus, qui in omnibus, ut confidimus, administrationis suae protegit ac[g] tuetur[g] heredes. Quae vero de vobis sedis apostolicae auctoritatem[h] habentes ac privilegia ipsius vindicantes decreverimus[i], dilectioni vestrae his intimamus affatibus, quoniam apud[k] nos hoc semper fuistis, quod ex omnipotentis Dei munere accepistis esse, non, quod ex voluntate hominum putamini non esse.

Igitur[4] postquam legati nostri[l], Rhadoaldus scilicet et Zaccharias[m] dudum episcopi, quos Constantinopolim pro inquirenda solummodo causa remotionis vestrae a sede Constantinopolitana inter illa, quae iussu nostro pro sacris imaginibus[n] erant agenda, miseramus, reversi sunt et tam eorum relatione quam scriptis per Leonem imperialem a secretis nobis delatis comperto, quod ipsi etiam sententiam contra vos[o] dederint, tanta sumus mestitia tantoque cruciatu mentis attriti[p], quanto contraria gesserunt omnibus, quae sibi fuerant imperata, quantoque per eos visa sunt stabiliri, quae credebamus

---

a) mortalem *B.* b) *deest B.*

94. a) confratri *C.* b) honoratius *B.* c) *om. C.* d) diribatum *B.* e) vobis *C.* f) sustine *B.* g) astuetur *B.* h) auctoritate *B.* i) decrevimus *B.* k) aput *B.* l) nī *C.* m) Zacharias *C.* n) inmaginibus *B.* o) bos *B.* p) atriti *B.*

1) *Cf. de hac epistola Hergenröther, 'Photius' I, 633 sq. V. etiam supra p. 488 ann. 3.* 2) *Cf. Siricii papae ep. ad Himerium Tarracon. episcopum, Migne, Patr. lat. LXVII, 231, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 520 (J.-K. Reg. n. 255).* 3) Et onus et honor *incipit ep. Innocentii I. Alexandro Antiocheno episcopo directa, Migne, Patr. lat. LXVII, 254, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 547 (J.-K. Reg. n. 310).* 4) *Cf. supra ep. n. 91 p. 516 sqq. Excerpta sunt sequentia usque ad p. 546 l. 17 ex gestis et statutis synodalibus a. 863, quae inserta inveniuntur in ep. n. 91, ubi etiam annotationes a nobis additae conferantur.*

penitus exinaniri, quanto[a] etiam subreptum[b] est atque persuasum omnibus nos in talibus praestitisse consensum. Quapropter, dum[1] apud nos idem[c] Leo imperatoris missus adesset, convocata tota[d], quae apud nos est[e], ecclesia[e] professi sumus coram ipso, sicut et profitemur, pro deiectione vestra et confirmatione Photii numquam misisse, numquam missuros esse et in depositione vestra vel promotione Photii numquam consensisse, numquam consensuros esse. Et haec saepius dicta et palam adnuntiata atque in apostolatus[f] nostri epistolis[2] taliter inserta tam excellentissimo imperatori Michaheli quam Photio destinatis praefato Leoni a secretis decretis deferenda tradidimus. 866 Nov. 13.

Deinde[g] vero[g], qualiter[3] ab ecclesia Christi, cui divina ordinatione praesumus, non habente maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi hanc sinistram procul faceremus[h] suspicionem, ne[4] videlicet in hac[i] saltim tenuis subsannandi oriretur occasio, cogitare coepimus et mente revolvere. Tunc[k] convocato multarum provinciarum Occidentalium regionum sanctissimorum episcoporum coetu et collecta[l] sancta[l] synodo[m] in[m] ecclesia[m] Dei, in qua beatus Petrus reiacet, primum[n] quidem decernente[5] nobiscum sancta synodo Zacharias[o] depositionis et excommunicationis sententiam pertulit, Rhadoaldi[p], comparis videlicet sui, iudicio propter absentiam protelato, quod tamen se similiter deponens et communione privans[q] et ipse non in finem evasit[r]. Praeterea deposuimus Photium[6], immo Deus deposuit eum, tamquam neophytum et pervasorem[s] atque adulterum et omni sacerdotali honore seu[t] clericatus officio necnon et patriarchatus nomine prorsus exuimus; et, si post notitiam huius nostrae sanctionis[u] in Constantinopolitano throno praesedit aut vobis[v] ad recipiendam ecclesiam inpedivit vel si ausus[7] fuit de ministerio sacro quicquam more sacerdotis contingere, communione et loco satisfactionis omnino privavimus et una cum communicatoribus et fautoribus suis anathematizavimus[w]. Pariter[8] et Gregorium, qui Syracusanae ecclesiae Deo contempto praeest, eo quod a vestra se communione sequestraverit et Photium irregulariter ordinaverit et post depositionem sacrum ministerium tetigerit, sancivimus atque statuimus omni[x] sacerdotali[x] gradu[x] fore privatum, ita ut, si postea praesumpsit in sacro officio more sacerdotis ministrare, anathema[y] sit. Sed[z] et, si contra vos turbas excitavit vel excitaverit vel a vestra communione fideles averterit, anathema sit, et[9] omnes communicantes ei ab ecclesia abiciantur, sed et ipsi anathema sint. Eos[a 10] vero[a], quos Photius ordinavit, quoniam manifestum est eos in omnibus consecratori[b] suo communicasse, omni clericatus officio dispoliavimus. Vos[11] autem auctoritate summi iudicis domini nostri Iesu Christi promulgavimus numquam fuisse nec esse depositum vel anathematizatum, tamquam qui ab imperiali potentia sis absque ulla canonica auctoritate tua pulsus ecclesia et tamquam qui[c] ab obligatis nullo possis haberi vinculo colligatus et ab eis, qui nullam te iudicandi potestatem vel ab apostolica sede auctoritatem[d] habuerint, nullum tui honoris discrimen pati debueris. Itaque vos omni vinculo anathematis per potestatem divina voce beatissimo Petro collatam et per auctoritatem sacrorum canonum remoto pristinae dignitati, sedi, gradui, patriarchio ac pristinis et pontificalibus infulis atque officiis restituimus et confirmavimus; ita ut quicumque in omnibus huic decreto non oboedisset vel se a vestra communione[e] separasset vel ulterius

cf. Eph. 5, 27.

cf. Matth. 16, 18. 19.

---

a) quantum *B.* b) suprectum *B.* c) id est *B.* d) *om. B.* e) ecclesia est *B.* f) apostus *C.* g) Deindeuo *B.* h) fateremus *B.* i) hacne *B.* k) *om. B.* l) collasca *B.* m) synodor ne ecolesia *C.* n) primus *B.* o) Zacharia *B.* p) Rhadoaldus *B;* Rhaaldi *C.* q) pribans *B.* r) uasit *B.* s) pervassorum *C.* t) reu *C.* u) sancionis *B.* v) uouit *B.* w) anathaematizavi *B.* x) omnem sacerdotalem gradum *B.* y) inathema *C.* z) Set *B.* a) Eosuo *B.* b) consecrari *B.* c) *deest B.* d) auctoritate *B.* e) cummunione *C.*

1) *V. supra in ep. n. 91 (p. 516 sq.) simillimum textum quaeque annotavimus.* 2) *Supra nn. 85, 86 (p. 442 sqq.).* 3) *Cf. supra ep. n. 91 p. 517.* 4) *Cf. supra p. 517 ann. 4.* 5) *Cf. supra p. 518.* 6) *V. supra p. 519 sqq. c. I.* 7) *Cf. supra p. 520 ann. 4.* 8) *V. supra p. 521 c. II.* 9) *Cf. supra p. 521 ann. 2.* 10) *V. supra p. 521 c. III.* 11) *V. supra p. 521 sq. c. IV.*

866 Nov. 13. contra vos aliquod iudicium absque sedis apostolicae consensu protulisset, si quidem clericus esset, ab omni clericatus officio coram Deo et hominibus foret alienus; si vero laicus extitisset ille, quisquis esset constitutioni nostrae contraire temptans[a], et[a] vos sedem et omnem pristinam dignitatem recipere non permisisset vel si post receptam denuo vos inpellere temptasset vel personae[b] vestrae aliquam molestiam irrogasset[c], omni bene- cf. Gen. 9, 22–25. dictione paterna privaretur et maledictione Chanaan, filii Cham, qui verecundiam patris non[d] cooperuit, sed irrisit, multaretur et cum patricidis aeterna poena Domino iudicante percelleretur et nexibus anathematis nonnisi resipiscens penitus erueretur. Eos[1] autem episcopos seu cuiuslibet ordinis clericos, qui post nec dicendam depositionem vestram in exilio religati vel ministerio aut gradu cassati[e] ac[e] privati sunt, statuimus, ut exilio dissoluto proprias[f] ecclesias atque gradus recipiant, ita ut, si quisquam huic decreto nostro contraire praesumpsit et, ut ecclesias vel gradus resumant, impedivit vel impedierit, quousque obtemperet[g], anathema sit. De[h] his autem, qui ex[i] horum[i] catalogo forte ab aliis criminarentur, decrevimus eos antea quidem proprias ecclesias et gradus recipere, non autem nisi ab[k] apostolicae sedis Romanae pontifice iudicari, sed, si qua praeter regulam egisse forte dicerentur, nostro eos decreto iudicandos[l] reservari statuimus, iuxta[m] quod[n] et sacri praecipiunt kanones.

Haec[o] sunt, frater karissime, quae in superius memorata veneranda synodo una cum fratribus et consacerdotibus nostris diversarum provinciarum Occidentalium secuti antecessorum nostrorum auctoritatem egimus et statuimus. Quae idcirco beatitudini vestrae nota facere curavimus, ut scire valeat, quae nostra sit super negotio vestrae fraternitatis intentio, et nemo possit aliter vobis de his suadere, quae gesta sunt.

Eph. 3, 13. Nunc autem hortamur, ut spe, quae in Deum est, erecti 'ne deficiatis in tribu- Rom. 5, 3–5. lationibus', 'scientes, quoniam tribulatio[p] pacientiam[q] operatur, pacientia vero probationem[r], probatio[s] vero spem, spes autem non confundit'. Nam et nos, licet longe positi, ubi pravitatem persequentium vos agnovimus, fraterna sollicitudine nos[t] urente[t] non modico flagramus incendio, licet inter ecclesias Dei, quae in unum Christi thalamum ubique referuntur, nihil longe sit, nihil habeatur[u] extraneum. Unde[2], frater karissime, consolatio vestra ex Deo sit, qui dat semper virtutem confidentibus in eum[v]. Habetis[w] exempla sanc- cf. Ps. 125, 5. torum, qui olim seminantes in lacrimis in gaudio mensuri sunt in futuro. Non amat Dominus noster servum nisi experimentis[x] probatum[y]. Christianas animas rerum palestra[z] semper exercet. Nostri nobis bella moverunt, si tamen nostri dicendi sunt, quos ad inimicum transivisse[a] foedere rupto sentimus. Nulla est tribulatio temporalis, si[b] sit[b] ante oculos praemium sempiternum, cf. Ps. 26, 3. cui nihil convenit anteponi[c]. Clamat noster hymnidicus, si adversus se castra consistant, spe illuminationis eius sibi penitus non[d] timendum[d]. Rogamus ergo, quicquid inimicus intulit, ferte[e] patienter. Indixit iniurias, indixit contumelias, indixit exilia. Ille in suis hoc passus est, qui pertulisse pro nobis sputa, flagella mortemque dinoscitur. Pacientiae vobis atque constantiae forma Stephanus[f] primus Christi martyr existat. Sed longum est ire per singulos, qui vitam vel moriendo vel confitendo mercati sunt. Habetis tamen vos, qui ecclesia estis expulsi, beatae recordationis Athanasii Alexandrinae ecclesiae prudentissimi sacerdotis exemplum. Cui non

---

a) temptasset *B.* b) per sermone *B.* c) irrigasset *C.* d) *om. C.* e) causati *B;* causati *corr. C; supra p. 522 l. 20 legitur* invidiose. f) propria *C.* g) obtemperaret *B.* h) Di *C.* i) exorum *B.* k) *deest B.* l) iudicando *B.* m) iusta *B.* n) *om. B.* o) Hae *B.* p) tribulatibulatio *B.* q) pacientia *B.* r) prouocatione *B.* s) prouocatio *B.* t) non furente *B.* u) habeant *B.* v) eo *C.* w) Hauetis *B.* x) exprimentis *B.* y) *corr. ead. m. ss.* prouatum *ex* prouocatum *B.* z) palestram *B.* a) transmisisse *B.* b) sissit *B.* c) anteponit *B.* d) continendum *B.* e) ferre *C.* f) Stefanus *B.*

1) *V. supra p. 522 c. V.* 2) *Sequentia usque ad finem epistolae fere verbotenus sumpta sunt ex Coelestini I. papae epistola ad clerum et populum Constantinopolitanum, Mansi IV, 1042—1046 (J.-K. Reg. n. 375). Cf. etiam supra ep. n. 72 p. 401 cum ann. 4.*

consolationi[a] sit illius tolerantia, cui non spem faciat eius expectata reversio? Eicitur Arrio persequente, sed revocatur Domino prosequente. Passus est carcerem, passus[b] angustias; nec mirum[c], si vir apostolicus ea passus est, quibus apostolus se[d] gloriatur exercitum[e]. Fugatus illinc in nostris partibus roboratus est et in hac[f] sede[f] requiem communionis invenit, a qua semper catholicis subvenitur[g]. Nec[h] tamen[h] sensit in tribulationibus lassitudinem[i], qui factus est in persecutione confessor. Unde non debetis temporalem vobis illatam deiectionem dolere[k], quia, sicut credimus, a[l] Deo non cecidistis. Potius[m] ergo[n] timeamus, ne a regione vivorum deiciamur[o]. Illud est nostrum, illud aeternum. Nostrum enim non est, unde transitur; sed illa vere[p] nostra[q] sunt[q], quae spes certissima pollicetur. Sunt autem, dicente apostolo, 'quae oculus non vidit nec auris[r] audivit nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparavit Deus diligentibus se.' 1. Cor. 2, 9

866 Nov. 13.

Data Idus Novembris indictione XV.

95.

Nicolaus Theodoram quondam imperatricem propter virtutes eius collaudat, in quibus ut perseveret eam admonet. Apostolicam sedem Ignatii restitutioni diligentissime studere demonstrat. *866 Nov. 13.*

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 104'—106 (B); Vatic. lat. 3827 fol. 192'—193 (C).

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. CXXXX; Editio Romana (1591) III, 113; Mansi, Conc. coll. XV, 272; Migne, Patr. lat. CXIX, 1061. — Cf. J.-E. n. 2817 (2128).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTISSIMAE FILIAE THEODORAE IMPERATORI[1] QUONDAM TERRENO, NUNC AUTEM SPIRITALITER CAELESTI CONIUNCTAE[a 2].

Virtutes vestras, quibus praeditae antecedentium vos Augustarum nulli diebus istis apparuistis secundae[b], quibus etiam, et praecipue in causa pietatis, earum nemini estis inferiores inventae[c], subtiliter atque sollicite recolentes, Deo cunctipotenti, cuius munere has percepistis, grates immensas referre et eius sancto nomini benedicere non cessamus atque piorum studiorum vestrorum praeconia[d] pro imitatione[e] audientium inter fidelium colloquia iugiter enarramus. Tu quippe etiam principe marito[f] tuo[f] contra leges ecclesiae sentiente[3] superstite sana sapere et recta defendere non formidasti. Tu, inquam, in horthodoxa[g] religione[g] perseverans unicum filium[4] non terreni patris, sed supercaelestis iter aggredi[h] docuisti. Quis autem morum insignia, quis correctionum tuarum facta fortia narrare sufficiat? Cum enim sola principabaris[i 5], Domino cooperante non solum ab hoste[k] visibili, verum etiam nullo mare infirmior ecclesiam Domini[l] ab hoste[m] invisibili, hoc est ab errore, texisti et perversorum dogmatum nebulam tamquam solis radius ab ecclesiae facie depulisti[n]. Senserunt in te heretici virile pectus et mirantes insuperabile robur, quod femina fueris, ambiguum[o] habuerunt. Cur hoc, nisi quia sedis apostolicae dogmata sequebaris et Constantinopolitani monita pontificis[6], cui Romana

cf. Iob 13, 4. cf. Sap. 2, 3.

---

a) consolationis *C.* b) est *add. B.* c) nimirum *B.* d) sed *C.* e) exercitatum *C.* f) hanc sedem *B.* g) subuenit *B;* subnitur *C.* h) Verumtamen *B.* i) salsitudinem *B.* k) dolore *B.* l) *deest B.* m) Photium *corr. ex* Photius *B.* n) ne *add. B.* o) eiciamur *corr. ex* eiaciamur *B.* p) bere *B.* q) nostras *B.* r) aures *B.*

95. a) coniuntae *C.* b) secum de *B.* c) inbente *B.* d) preconiam *B.* e) immitatione *B.* f) maritano *B.* g) hortodoxam religionem *B.* h) acgredi *B.* i) principaueris *B.* k) oste *B.* l) *om. B.* m) horte *B.* n) pepulisti *B.* o) ambigutum *B.*

1) *Theophilo (829—842).* 2) *De hac epistola cf. Hergenröther, 'Photius' I, 634 sq.* 3) *Theophilus imperator iconomachis faverat. Cf. Hergenröther, l. c. I, 290 sqq. H. Gelzer apud K. Krumbacher, 'Geschichte der byzantinischen Litteratur'[2] (1897) p. 969.* 4) *Videlicet Michaelem III. (856—867).* 5) *Annis 842—856. De Theodorae regimine cf. Hergenröther, l. c. I, 337—351. Gelzer apud Krumbacher, l. c. p. 969 sqq.* 6) *Methodius et Ignatius per illos annos (843—858) Constantinopolitani patriarchae fuerant.*

866 Nov. 13. ecclesia communicabat, amplectebaris? Sic enim devoti filii paternum venerantur affectum et in nullo prorsus ingrati circa patres suos consentiunt inveniri. Sed inimici, quid agunt? Apprehendunt, eiciunt et, quid plura, omni dehonestati subiciunt[a]. Sed exempla pacientiae, quibus ista contempnere et illa, quae sunt aeterni imperii, docearis appetere, o Christianissima filia, satis abundant. Nam legifer Moyses et Aaron, sanctus Domini, murmur et duras contumelias atque seditionem patiuntur ab his, quos velut filios in sinu portabat
cf. Exod. 32, 10. et adeo diligebat, ut Domino volenti eos perdere et facere eum in gentem magnam
Exod. 32, 31. 32. diceret: 'Aut dimitte eis hanc noxam aut dele me de libro quem scripsisti.' Sic beatus
cf. 1. Reg. 8, 5; 12, 12. Samuhel ab his, quibus multa praestiterat beneficia, de principatu propellitur; sic pro-
cf. 2. Par. 24, 21. 22; Matth. 23, 35. pheta Zaccharias ab eo, cui pater suus regnum vindicaverat[b] et ipse viam salutis ostendebat, lapidibus impetitur. Sed quid per hominum genus diutius immoremur[c], quando
cf. 1. Tim. 2, 5. ipse mediator[d] Dei et hominum dominus noster Iesus Christus ab his, quibus caecos[e] inluminavit, languidos plurimos pristinae sanitati restituit, mortuos excitavit, probra[f], sputa, flagella et mortem crucis sustinuit? Devenimus quippe, eheu, in ea, quae beatus
2. Tim. 3, 1–3. apostolus praedixit periculosa tempora Paulus, cum scriberet: 'In[g] novissimis temporibus instabunt tempora periculosa et erunt homines seipsos amantes, cupidi', ubi et interposuit: 'Parentibus[h] non oboedientes, ingrati, scelesti, sine affectione[i], sine pace.' Immo devenimus in eos lugendos et deplorandos dies, in quibus, pro[k] dolor, iuxta[l] quod
Marc. 13, 12. et Dominus in evangelio dicit, 'tradet frater fratrem in mortem et insurgent[m] filii in parentes.' Sed haec facientes et saevientes hostes, quid agunt[n]? Dum cupiunt obesse, prosunt et, cum laedere moliuntur, plurimum praestant; privant tyrannice regno temporali, sed donant, licet nolendo, imperium sempiternum; auferunt terrenam gloriam, sed conferunt caelestem beatitudinem. Commutatur enim eorum argumentum iniquitatis in artificium aequitatis et arma perniciei seu tyrannidis[o] versa sunt in instrumenta salutis
Rom. 8, 28. et pietatis. 'Quoniam', quantumlibet saeviant aemuli, quantumlibet hostes insaniant, 'dili-
Prov. 21, 30. gentibus' tamen 'Deum omnia cooperantur in bonum', nimirum quia 'non est sapientia, non est scientia, non est consilium contra Dominum'.

Ergo, karissima[p] filia, confortamini in Domino et in potentia virtutis eius et in diversis eventibus[q] unicum Domini solum adite refugium, statuentes etiam pedes vestros
cf. Matth. 16, 18. in petra, super quam Dominus principaliter suam construere[r] delegit ecclesiam[s], et ab eius communionis soliditate, sicut nec actenus, ita quoque usque in finem nullis procellis, nullis[t] alienamini flatibus. Nos vero, qui eius licet[u] immeriti sumus vicarii, tam circa statum[v] ecclesiae Constantinopolitanae quamque circa recuperationem fratris et coepiscopi nostri Ignatii iuxta[w] ministerium nobis creditum segnes[x] inveniri vel desides nullo pacto confidite. Quomodo autem erga vos vel erga dilectas filias[1] vestras[y] agatur, vel si forte quid[z] cordi est[a], per praesentes missos[2] nostros, quibus suffragari vos in oportunitatibus petimus, fida mente nobis et indubitabili[b] conscientia, quaesumus, intimate.

Data Idus Novembris indictione XV.

---

a) suuiciunt *B.* b) uindicauerunt *B;* vindicaver ut *C.* c) immoretur *corr. C.* d) meditator *B.* e) caecus *B.* f) proura *B.* g) Et in *B.* h) parentes *B.* i) adflictione *B;* afflictione *C.* k) *om. B.* l) iusta *B.* m) insurgunt *B.* n) aguntur *B.* o) tyrandis *C.* p) carissimi *B.* q) euntibus *B.* r) construe *B.* s) ecclesia *B.* t) *deest B.* u) liuet *B.* v) stantem *C.* w) iusta *B.* x) regnes *B, C.* y) *corr. al. man. ex* nostras *B;* nostras *C.* z) qui *C.* a) esti *C.* b) indubitali *C.*

1) *De quibus quattuor cf. Hergenröther, l. c. I, 348, qui etiam earum nomina (Thekla, Anna, Pulcheria, Anastasia) annotat (p. 349 ann. 58).* 2) *De quibus cf. supra ep. n. 90 p. 510 cum ann. 7—9.*

96.

Nicolaus Eudociam imperatricem admonet, ut Michaelem coniugem ad Ignatium restituendum commovere omni modo studeat. 866 *Nov. 13.* 866 Nov. 13.

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 106—109 (B); Vatic. lat. 3827 fol. 193—195' (C).

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. CXXXXII; Editio Romana (1591) III, 114; Mansi Conc. coll. XV, 273; Migne, Patr. lat. CXIX, 1063. — Cf. J.-E. Reg. n. 2818 (2129).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTAE FILIAE EUDOCIAE GLORIOSAE AUGUSTAE[1].

Nihil in regia sublimitate iustitiae dilectione decentius, nihil in infirmitate muliebri fortitudine mentis honestius. Quid autem laudabilius vel robustius, quam si femina virile pectus induat[a] et adhuc in causa pietatis virorum studia superet? Qua de re principio sermonis nostri sublimitatem vestram nunc primitus litteris alloquentes hortamur et vehementissime deprecamur, ut Deum omnipotentem affectu, quo decet, et cultu, quo convenit, diligatis et praecipua sollicitudine circa statum ecclesiae ipsius invigiletis[b], ita ut apud[c] dilectissimum filium nostrum a Deo protectum Michahelem tranquillissimum imperatorem[d] coniugem vestrum summa instantia impetrare procuretis et femineae[e] infirmitatis oblitae viriliter agere studeatis, quatenus invasore Constantinopolitanorum ecclesiae seu moecho atque neophyto Photio remoto fratri et coepiscopo nostro Ignatio eadem ecclesia permissione[f] ipsius atque favore reddatur, quoniam contra omnem regulam et praeter omnem ordinem illa praefatus reverendus antistes dispoliatus atque privatus est. Verum adeo imperium vestrum pro hac eadem re noverit praefato a Deo conservando[g] Augusto desiderabilissimo filio nostro missos[2] et litteras[3] apostolatus nostri competibiles destinasse; quibus vestram[h] quoque pietatem sociantes petimus, ut tanto legationem eorum adiuvetis et eis in omnibus suffragemini, quanto beatum Petrum apostolum et caelestis regni clavigerum culmini vestro semper adesse benignum medullitus exoptatis. Non enim frustra nobilitatem[i] vestram Christus Deus noster[k] imperii coniugis[l] vestri fecit consortem nec posuit vos, nisi ut ecclesiam eius adiuvetis[m], erga statum eius vigiletis, famulis ipsius auxiliemini, maerentes consolemini, oppressos[n] et elisos erigatis, pulsos et exiliatos[o] revocetis et cuncta depravata, confusa, inordinata et destructa vigori pristino reformetis, nihilominus[p] etiam, ut tamquam fortis virago et insignis[q] adiutrix[r] viro vestro ad multa intendenti et innumera[s] disponenti adiutorium impendatis et, ne inter tot varietates a iustitiae culmine decidat, manum solatii quodammodo porrigatis. Sic Dominus in principio condicionis humanae protoplasto[t] mulieris adiutorium sibi simile tribuit, ne videlicet vir[u] solitarius alterius forte consilio destitutus facilius ad ima decideret difficiliusque post casum resurgeret, iuxta[v] quod scriptum est: 'Vae soli, quia, cum ceciderit, non habet sublevantem', quamvis ipsi dispensationem divinam in contrarium verterint et concessa liberi arbitrii dignitate seu ditissima[w] potestate petulanter abusi sint.

cf. Ps. 144, 14; 145, 8.

cf. Gen. 2, 20.

Eccle. 4, 10.

Porro si vos nunc coimperanti[x] collegae vestro prospera vel[y] amica[y] ecclesiae suggeritis, si[z], ut[z] moechum repellat et legitimum ecclesiae Constantinopolitanae reddat, suadetis, si penes eum, ut ea, quae in plurimis occupatus pariter et intentus minus recte

---

96. a) indueat *B.* b) inuigilatis *B.* c) aput *B.* d) imperatolem *C.* e) femininee *C.* f) permissionem *B.* g) conserbante *B.* h) vestrum *B.* i) nouitatem *B.* k) *corr. ex* vester *B.* l) coniugii *B.* m) adiubetis *B, C.* n) oppressus *B.* o) auxiliatos *B.* p) nihilhominus *B.* q) signis *B.* r) adiutris *B.* s) in munera *C.* t) proto plausto *B.* u) viro *B.* v) iusta *B.* w) dictissima *B.* x) operanti *B; cooperanti Edd.* y) uelamina *B.* z) sicut *B.*

1) *Cf. de hac epistola Hergenröther, 'Photius' I, 635.* 2) *Cf. supra epist. n. 90 p. 510.* 3) *Supra n. 90 p. 488—512.*

866 Nov. 13. patravit, in priorem ordinem reducat, optinetis, quid vos nisi salutiferum eius dicimus adiutorium et laudabile vestrum praedicabimus[a] contubernium[b]? Nam, nobis credite: non minus his temporibus venerabilis Ignatii repulsio seu temeratoris Photii promotio imperio vestro quam Evae[c] suggestio[d] nocuit. At vero si econtra[e] salubri vestro nomine seu certamine, quae callide sunt suasa vel karissimo filio nostro subrepta[f], dissolvantur et, quae nos pro salute communi decrevimus, adimpleantur, profecto in imperii vestri orbe[g] quasi per alteram Evam, id est per oboedientem, cuncta, quae destructa sunt, restaurabuntur. Ille namque priscus serpens et antiquus adversarius non cessat ecclesiam Domini, quae de utroque sexu[h] componitur, diversis vexare machinamentis. Unde
cf. 2. Cor. 11, 3. et apostolus, ne sensus quorundam corrumperentur[1] a castitate Christi, memor seductionis
cf. Gen. 3, 15. Evae valide formidabat. Quamobrem necesse est, ut, cum forte calcaneo vestro, id est perfectioni bonae operationis vestrae, per vasa sua, id est per malos operarios, temptaverit insidiari, caput eius protinus conteratis, id est in ipso mox initio pravae suggestionis deprehensas serpentis et ministrorum eius venenosas suasiones quasi conculcantes ad nihilum redigatis. In calcaneo namque finis est corporis, quo non inconvenienter[i] con-
cf. ibid. summata[k] virtus exprimitur. Has quippe inimicitias posuit Deus inter serpentem et mulierem, videlicet ut ipse coluber ab ea, quam deceperat[l], non spatio quolibet interposito, sed confestim in ipso virulentae suggestionis articulo conteratur[m] nec ei diutinus
cf. 2. Tim. 2, 17. venena sua spargendi aditus concedatur, quae velut cancer serpant et ad cor usque penetrando perveniant. Quae autem sint, quae dicimus, praestantissima[n] sapientia vestra, credimus, iam advertit. Nolumus enim vos a quoquam decipi, nolumus vos a[o] caritate Christi quibuslibet subverti versutiis, nolumus quorumvis vipereis adversus ecclesiam Dei commoveri suasionibus, qui magis volumus et optamus et pium fastigium vestrum enixius imploramus, ut vos in integritate fidei et in tramite rectitudinis populo Dei, qui est ecclesia, more sanctae illius Hester reginae perseverantes virum quoque vestrum circa Dei timorem amoremque succendatis et erga sanctae ecclesiae Constantinopolitanae recuperationem prudenter inflammetis, quatenus[p] a Photii moechi, neophyti ac invasoris ac per hoc damnati et anathematizati communione se muniens, quidquid in fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium molestiae intulit, ei sibi commissam regere permittens ecclesiam corrigat salutique suae atque imperii sui consulat et Deum sibi suisque
cf. Prov. 21, 1. omnibus propitium[q] faciat. Quod vos cum virtute summi regis, in cuius manu corda regum sunt, optinere posse procul dubio credimus et excusationem de impossibilitate
cf. 1. Cor. 7, 14. nullam habere, si voluntas affuerit, omnimodis arbitramur; siquidem per mulierem fidelem, secundum apostolum, etiam infidelis vir salvabitur: quanto[r] potius[s] per fidelissimam feminam vir poterit salvari, qui Deo gratias non solum infidelis non est, absit, verum etiam Christianissimus et religiosissimus esse dinoscitur.

Deponite ergo cunctam[t] muliebrem infirmitatem et erga eum ea, quae pia sunt, quae sanctae ecclesiae congruunt, impetrare satagite; ne deficiatis neque tepescatis[u], ut nostris oboediat precibus, nostras exaudiat tamquam spiritalis patris sui petitiones, indesinentibus apud eum suggestionibus atque supplicationibus agere necnon et quasi virili fortitudine circumcinctae in[v] constantia[v] continua decertare. Quoniam, ut praetulimus, non vos Dominus frustra imperii coniugis vestri fecit esse consortem et, nisi pro populo eius legitime laboraveritis, in districto divino iudicio distinctam procul dubio dabitis rationem. Aggredimini ergo et induimini fortitudine et pro statu ac[w] ordine ecclesiae

---

a) praedicauimus *B.* b) contuuernium *B; sic etiam infra saepe exstat* u *pro* b *et* b *pro* u *in B, quod non iam annotabimus.* c) aeve *B.* d) sucgectio *B.* e) ei contra *B.* f) suprepta *B.* g) oruae *B.* h) seu *C.* i) invenienter *C.* k) confirmata *B.* l) decoeperat *B.* m) conteratus *C.* n) prẹstissima *C.* o) *om. C.* p) quathenus *B.* q) proprium *B.* r) Quando *C.* s) photius *B.* t) cuncta *B, C.* u) tempestatis *B.* v) instantia *C.* w) hac *B.*

1) *Deesse videntur verba* et exciderent, *cf. 2. Cor. 11, 3.*

Dei et ereptione[a] afflictorum et oppressorum certamen assumite, imitantes videlicet superius memoratam beatam reginam Hester, quae pro populo Dei etiam in mortem dedit animam suam et, quousque hunc liberavit[b], ferias[c] nullas suo certamini tribuit; cui Mardocheus ille laudabilis patruus eius, quemadmodum nos nunc vobis[d], inter cetera ita suggesserat: 'Ne putes[e]', inquiens, 'quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es prae cunctis Iudaeis; si enim nunc silueris[f], per aliam occasionem[g] liberabuntur Iudaei, et[h] tu et domus patris tui peribitis. Et quis novit[i], utrum ad regnum veneris, ut in tali[k] tempore[k] parareris?' 866 Nov. 13. Esth. 4, 13. 14.

Quantum autem piae imperatrices, quarum vos imitatrices[l] esse volumus, sedi beati principis apostolorum Petri devotae fuerint et hanc prae cunctis sedibus honoraverint qualiterque sublimissimos[m] principes circa reverentiam Romani pontificis inflammaverint, ex[n] epistola Gallae Placidiae[1], quam Theodosio[2] Augusto scripsit, potestis agnoscere, quam idcirco solam commemoramus, quoniam epistolarem excedere locutionem vitamus. Ait ergo[3]: Non modicum detrimentum est ex his, quae gesta sunt, ut fides, quae tantis temporibus regulariter custodita est a sacratissimo patre nostro Constantino, qui primus in imperio splenduit Christianus, nuper turbata sit ad arbitrium unius hominis[o], qui in synodo Ephesenae civitatis odium et contentiones potius exercuisse narratur, militum praesentia et metu appetens Constantinopolitanae civitatis episcopum Flavianum, eo quod libellum ad apostolicam sedem emiserit et ad omnes episcopos[p] harum partium per eos, qui directi fuerant in concilio a reverentissimo episcopo Romae, qui secundum[q] definitiones Niceni concilii consueti sunt interesse[r], domine sacratissime[s] fili, venerabilis imperator. Hac itaque gratia tua mansuetudo tantis turbis resistens veritatem inmaculatam fidei catholicae religionis servari[t] praecipiat, ut secundum formam et definitionem apostolicae sedis, quam etiam nos tamquam praecellentem similiter veneramur, in statu sacerdotii illeso[u] manente[u] per omnia Flaviano, ad concilii et[v] apostolicae sedis iudicium transmittatur, in qua primus ille, qui caelestes claves dignus fuit accipere, principatum episcopatus[w] ordinavit; quando scilicet decet nos huic maximae civitati, quae domina omnium est terrarum[x], in omnibus reverentiam conservare. Diligentius autem etiam in hoc providete, ne, quod priscis temporibus nostra generatio custodivit, sub nobis imminui[y] videatur et per praesens exemplum similia gerantur in episcopos ac sanctas ecclesias. Videte igitur, karissima filia, qualiter haec Dei cultrix Augusta[z], ut prisca fides[a] servetur[b], satagat, eo quod Constantinopolitanus episcopus saecularium metu fuerit appetitus, doleat; qualiter eum libellum ad sedem[c] apostolicam misisse[d] commemoret[e]; qualiter sedem apostolicam tamquam praecellentem veneretur[f]; qualiter secundum formam et diffinitionem eius Flavianus[g] summitti[g] ad iudicium sedis ipsius, quemadmodum et nos de Ignatio et Photio statuimus, hortetur; qualiter in[h] sede[h] Romana illum primum, qui caelestes claves dignus fuit accipere, principatum episcopatus ordinasse recolat; qualiter etiam diligentius[i] providendum[k] esse censeat, ne[l], quod priscis temporibus custoditum fuerat, imminui videatur et per praesens exemplum similia gerantur[m] in episcopos ac sanctas ecclesias. cf. Matth. 16, 19.

Quae cuncta, filia karissima, diligenter attendentes[n] et per huius piae Augustae vestigia gradientes huiusmodi reverentiam, huiusmodi cultum circa sedem beati[o] Petri[o]

---

a) erectione *Edd.* b) anima *hic addit B.* c) ferians *B.* d) bouis *B.* e) putens *B.* f) siluerius *B.* g) occansionem *B.* h) *om. B.* i) nobis *B.* k) tempore tali *B;* talita tempore *C.* l) inmatrices *B.* m) supplimissimos *B.* n) et *B.* o) his *add. B.* p) episcopo *B.* q) secudum *C.* r) inter est *B.* s) sacratissimę *C.* t) *corr. ead. m. ex* saluari *B.* u) ille remanente *B;* ille romanente *C.* v) ad *add. C.* w) episcopus *B.* x) tuam *B, C.* y) iminui *B.* z) agusta *B.* a) fideles *C.* b) *ita coniecimus;* serbent *B;* serventur *C.* c) redem *C.* d) mississe *B.* e) commemorat *B.* f) veneratur, *ut videtur, C.* g) flauianusummitti *B, C.* h) inde *B.* i) diligendus *B.* k) prę-videndum *C.* l) nec *B, C.* m) generantur *B.* n) ad contendentes *B.* o) beapetri *C.*

1) *Valentiniani III. imperatoris matris († 450).* 2) *II. (408—450).* 3) *Mansi VI, 51 sqq. Cf. Hergenröther, l. c. I, 65. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' II, 37. Duchesne, 'Histoire ancienne de l'Eglise' III, 421.*

866 (Nov. 13). et exhibete et exhiberi a Christianissimo coniuge vestro strenue suadete, quatenus imperium[1], quod temporaliter assecutae estis, cum illis Dei cultricibus et honorem sancti Petri sedi exhibentibus imperatricibus[a] percipiatis aeternum et gloriam incorruptibilem eodem intercedente apostolorum eximio, cui vos in legatis et in legatione ipsius reverentiam per oboedientiam impendere cohortamur[b], in caelesti palatio incorruptibilem et inmarcessibilem[c] largiente rege regum Domino consequamini.

cf. 1. Tim. 6, 15.

Data Idus Novembris indictione XV.

97.

Nicolaus singulos senatores Constantinopolitanos hortatur, ut communionem Photii, quem deposuerit, vitent. Legatos commendat. *866 (Nov. 13).*

Codd. Vatic. lat. 3789 fol. 109—109' (B); Vatic. lat. 3827 fol. 194'—195 (C).

Edd. Nicolai primi pont. max. epistolae (Romae 1542) p. CXXXXVI; Editio Romana (1591) III, 117; Mansi, Conc. coll. XV, 276; Migne, Patr. lat. CXIX, 1089. — Cf. J.-E. Reg. n. 2820 (2131).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI SINGULIS QUIBUSDAM SENATORIBUS CONSTANTINOPOLEOS A PARIBUS[2].

Fidelium relatione, qui ad sanctorum apostolorum limina orationis gratia veniunt, agnovimus gloriam tuam in Dei esse[a] timore pariter et amore semper intentam et in eius famulatu summa iugique devotione sollicitam[b]. Quapropter Deo gratias agimus et, ut bono studio, quod coepisti, perseverantiam det atque in futuro dignam[c] vicissitudinem[c] tribuat, eius misericordiam suppliciter exoramus, praecipue quoniam diceris miseriae Constantinopolitanorum ecclesiae compati et eius perturbationem atque detrimentum molestissime ferre, ita ut fratri et coepiscopo nostro Ignatio, eiusdem ecclesiae patriarchae, eiusque deiectioni[d] condoleas et congemiscas, licet, sicut oportebat, libere pene nullum ei auxilium praestes. Nam perfectorum virorum est non solum iustitiam et veritatem, quae Christus est, coram cunctis mundi principibus confiteri, verum etiam, si necesse sit, usque ad mortem tota virtute defendere. Quis enim filiorum nisi ingratus, nisi impius non doleat, non usque ad mortem satagat pro spiritali patre suo tam furiose deiecto et a commissa sibi divinitus[e] cura pastorali tam temere sequestrato et in locum eius adultero subrogato? Quis, inquam, filiorum nisi ingratus, nisi impius non doleat, non usque ad mortem satagat pro sancta ecclesia matre sua, quam[f] tantis viderit cotidie[g] perturbationibus[h] agitari et tam[i] irregulariter suo rectore privari et invasori ac neophyto[k] pro[l] libitu[l] uniuscuiusque contradi[m]? Curre igitur, dilectissime, et, si est perfectus in te Domini timor, nulli potestati veritatem absconde, redemptorem audiens dicentem: 'Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam'. Porro si tanta libertas in te spiritus non est nec te tantum amor Christi succendit, ut mundi potestatibus, quod prave fecerunt, non corrigentibus libere contradicas, saltem a fratris et coepiscopi nostri Ignatii et communicatorum[n] eius — quod tamen secundum indulgentiam dicimus — te quacumque laesione coerce et a communione invasoris, neophyti ac adulteri Photii[o] omnino suspende, sciens, quia nos apostolica, kanonica necnon et rationabili censura iuste hunc et synodice atque secundum privilegiorum apostolicae sedis auctoritatem iure deposuimus

cf. Ierem. 51, 6.

cf. Ioh. 14, 6; 1. Ioh. 5, 6.

Matth. 10, 28.

---

a) imperaticibus *C.* b) coortamur *B.* c) inmarcescibilem *B.*

97. a) est *B.* b) sollicitum *B.* c) digna vicissitudine *B.* d) deiectionis *B, C.* e) diuitus *B.* f) quan *B.* g) cottidie *B.* h) conturbationibus *B.* i) quam *B.* k) non suo *B, C.* l) prohibitu *B, C.* m) contradī *C.* n) communicatoribus *B.* o) potii *B.*

1) *Cf. Gelasii I. epist. ad Anastasium imperatorem, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 352, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 640 (J.-K. Reg. n. 632).* 2) *Ad hanc epistolam cf. Hergenröther, 'Photius' I, 635 sq. cum ann. 87. De illa nota* a paribus *cf. praeterea MG. Epist. I, 29 l. 30—46. — V. etiam M. Raderum, Acta concilii octavi (Ingolstadii 1604) p. 218 (= Mansi XVI, 308).*

et pro tot praevaricationibus et praesumptionibus suis una cum multarum provinciarum Occidentalium regionum antistitibus[a] eum consonanter anathematizavimus[b 1]. Proinde provideat et praecaveat prudentia tua, karissime, ne communicet peccatis alienis ac per hoc alterius irretiatur nexibus vinculorum; quin potius[c], si potest ecclesiae Dei subveniens pro repellendo moecho et revocando legitimo dare operam, bene, sin autem, vel salvans salvet animam suam et, secundum illud propheticum, exite de medio eorum et pollutum nolite tangere. 866 (Nov. 13). cf. 1. Tim. 5, 22. cf. Gen. 19, 17. 19. cf. Isai. 52, 11.

Legatos[2] praeterea[d], quos Constantinopolim misimus, pro eius amore, a cuius sede profecti sunt, in quo se occasio praebuerit, benigne subsequi karitas tua contendat, videlicet ut propitio Christo et legatio eorum efficax habeatur[e] et ipsi sine laesione qualibet ad nos revertantur.

Deus omnipotens et pietatem atque dilectionem, quam te circa sanctae ecclesiae statum fama frequens habere testatur, in praecordiis tuis peramplius et perfectius augeat et te quae diximus sollicite prosequentem hic diu praesentis felicitatis[f] munere perfrui faciat et futurae beatitudinis praemia sine fine concedat.

98.

Nicolaus patriarchis, metropolitanis, episcopis et cunctis fidelibus per Asiam et Libyam constitutis intimat omnia, quae a sede apostolica de causa Ignatii et Photii erant disposita; inserens decreta synodi Romanae a. 863 Photii repulsionem Ignatiique restitutionem necnon Zachariae et Radoaldi depositionem enarrat. — Insertae vel annexae sunt his litteris epistolae 1) supra nn. 82—86 (v. infra p. 555 ann. 10), 2) supra n. 88 (v. infra p. 565 ann. 1), 3) supra nn. 90—97 (v. infra p. 565 cum ann. 15).

866 (Nov. 13).

Codd. Totam epistolam recto ordine exhibent duo hi codices: Vatic. lat. 3789 fol. 1'—109', Vatic. lat. 3827 fol. 142—195; quae autem propria sunt huius epistolae exstant in istis: 1) Infra p. 553—555: Vatic. lat. 3789 fol. 1'—2' (B); Vatic. lat. 3827 fol. 142—142' (C). 2) Infra p. 556—565: Vatic. lat. 3789 fol. 17—24' (B); Vatic. lat. 3827 fol. 150—154 (C). 3) Infra p. 565: Vatic. lat. 3789 fol. 51' (B); Vatic. lat. 3827 fol. 167' (C).

Edd. Editio Cochlaei, Lipsiae 1536 (v. supra p. 454 [ep. n. 88] l. 19 sqq.) continet infra p. 553—555, deinde ep. n. 88, tertio loco infra p. 565 l. 4—23; Nicolai I. pont. maximi epistolae (Romae 1542) p. I, XXIII, LXX; Editio Romana (1591) III, 4, 21, 58; Mansi XV, 159, 178, 216 (hae tres collectiones ordinem codicum accurate imitantur); Migne, Patr. lat. CXIX, 1089, 850, 962. — Cf. J.-E. Reg. n. 2821 (2132).

NICOLAUS* EPISCOPUS SANCTAE CATHOLICAE ET APOSTOLICAE ROMANAE ECCLESIAE OMNIBUS VERAE[a] RELIGIONIS MINISTRIS AC UNIVERSIS ORTHODOXAE FIDEI CULTORIBUS, SANCTISSIMIS VIDELICET ET REVERENTISSIMIS PATRIARCHIS, METROPOLITIS ET RELIQUIS EPISCOPIS ATQUE CUNCTIS FIDELIBUS, CATHOLICAM DUMTAXAT CUM SEDE BEATI PETRI PIETATEM SECTANTIBUS SANAMQUE DOCTRINAM NOBISCUM DEFENDENTIBUS[b], PER ASIAM SCILICET ET LIBIAM CONSTITUTIS[3].

---

*) *In marg.* periocha I *B.*

a) antistibus *B;* antisticibus *C.* b) anazematizavimus *C.* c) photius *B.* d) praetere *B.* e) aueatur *B.* f) *deest B.*

98. a) vere *B, C.* b) defentibus *C.*

1) *Videlicet in illa synodo a. 863 habita; v. supra ep. n. 91 p. 519 sqq.* 2) *De quibus cf. supra ep. n. 90 p. 510 cum ann. 7—9.* 3) *Hanc epistolam omnes superius editas litteras, quas orientales vocamus, continuisse — exceptis epp. nn. 87 et 89 — apparet ex locis infra p. 555 sq., 564 sq., 565 et ex ipsis codicibus. Cf. etiam Analecta iuris pontif. X, 58 sqq., Jaffé-Ewald Reg. n. 2821; Hergenröther, 'Photius' I, 637 sqq. — V. supra p. 488 ann. 3 (ep. n. 90). Editio nostra epistolas supra iam separatim editas, quae huic epistolae insertae sunt, non repetit, sed quo loco in ea positae sint annotat.*

866 (Nov. 13). Quae[1] apud Constantinopolitanam urbem paulo ante gesta sint vel etiam nunc
cf. 3. Reg. 19, 10. 14. gerantur[a], sanctitatem seu religionem vestram non credimus ignorare. Sed, qualiter zelo
cf. 2. Cor. 11, 28. zelati pro domo Dei, sollicitudinem omnium ecclesiarum secundum apostolum circumferentes, nos de his disposueramus, breviter caritati vestrae his nostri apostolatus litteris intimamus et, ne aliter sincerae[b] vestrae menti suaderi temptetur vel aliter quod egimus[c] vobis subripiatur, veraci relatione et praesentibus vos syllabis edocemus. Igitur postquam quidam invidiae facibus accensi et superbiae fastu arroganter elati[d] more Iudaeorum contra pastorem proprium insurrexerunt et patriarcham suum, comministrum videlicet nostrum Ignatium, sanctissimum praefatae urbis antistitem, ab ecclesia ipsa, cui iure praesidebat, tyrannice proiecerunt, Photium quendam, ex foro ac saeculari militia et habitu atque a palatinis aedibus eductum ac subito tonsoratum, eidem contra sacros kanones[2] ecclesiae praefecerunt, tunc coepit scandalum[e] et schisma in iam dicta urbe et in adiacentibus sibi civitatibus non modicum oboriri, aliis quidem Photii promotionem defendentibus, aliis autem hanc tamquam inconvicto et superstite Ignatio factam merito detestantibus. Tunc inito consilio imperator Michahel, qui et ipse Bardae[3] patricii versutiis suasus Photii parti favebat, ad apostolatum nostrum legatis cum epistolis destinatis[4] accusationes quasdam adversus Ignatium deferentibus petiit, ut a sede apostolica missos daremus, qui scandala illa sedarent et schismata dissiparent.

Quo audito, quoniam, sicut a Deo inspirata vestra novit prudentia, cunctarum Christi ovium cura constringimur, cum vices ipsius gerimus, cui specialiter divinitus
Ioh. 21, 16. Luc. 22, 32. dicitur: 'Pasce oves meas', et iterum: 'Tu[f]', inquit[f], 'aliquando conversus confirma fratres tuos', non potuimus dissimulare, non potuimus neglegere, quominus visitaremus[g] oves dispersas et dissipatas vel quominus confirmaremus in fide et bonis[h] moribus fratres nostros et proximos. Et quia inter cetera, quae de schismate[i] iam fatae[k] Constantinopolitanae ecclesiae hi, qui missi fuerant, testabantur, maxime eandem ecclesiam ab iconomachis redivivam contentionem[l] excitantibus asserebant vexari Christumque per singula conventicula blasphemari, duos episcoporum, qui nobiscum erant quique ad hoc tantum perficiendum[m] opus idonei nobis esse videbantur, Rhadoaldum[n] scilicet et Zachariam[o], una cum ecclesia, quae apud nos est, datis litteris Constantinopolim tantum nimirum piaculum execrantes e latere nostro direximus, nihil eis penitus iniungentes, nisi ut tantummodo causas Ignatii, qui ante de ecclesia pulsus quam ab aliquo accusatus extiterat, diligenter investigarent et sedi apostolicae plena et veraci relatione referrent[5]. Photii vero consecrationem non solum minime ammittendam[p] esse decrevimus, verum etiam ipsis legatis nostris, ne cum illo nisi quasi cum laico usque ad notitiam nostram communicarent, frequenti ac omnimoda iussione praecepimus, solum scilicet eis[q] de[q] venerabilibus domini nostri Iesu Christi eiusque genetricis semper virginis Mariae ac sanctorum ipsius imaginibus, quidquid quaestio afferret, iuste ac pie diffinire licentiam dantes.

At illi euntes spretis monitis nostris, contemptis epistolis sibi a nobis coram tota ecclesia nostra datis, immo postposito timore Dei, sicuti postea claruit, in contrarium verterunt omnia, quae sibi fuerant[r] imperata. Denique et cum Photio adultero ac ecclesiae invasore atque neophyto, quod sibi multipliciter prohibitum fuerat, inter[s] sacro-

---

a) generantur *C.* b) sincere *B*, *C.* c) aegimus *C.* d) aelati *B.* e) scandum *C.* f) Tuquit *C.* g) vitaremus *B.* h) nobis *B.* i) *corr. ras. B.* k) *corr. ras ex* facta *B.* l) contemptionem *B.* m) faciendum *B.* n) Radoaldum *C.* o) Zachariam *C.* p) *ras. corr. in* amittendam *B.* q) eisdem *B.* r) *corr. ex* fuerunt *B.* s) in *B.*

1) *Quae sequuntur usque ad p. 555 l. 5 eadem fere inveniuntur in epp. supra nn. 90 (p. 490 sq.) et 91 (p. 512 sqq.), ubi etiam annotationes, quas addidimus, conferantur.* 2) *Sardic. c. 13 (Mansi III, 27).* 3) *Cf. de hoc supra ep. n. 93 p. 540 sqq. Hergenröther, l. c. I, 349 sqq. 373 sqq.* 4) *Sentit videlicet legationem Graecorum a. 860 missam.* 5) *Cf. supra p. 491 ann. 6.*

sancta mysteria communicaverunt et Ignatium, virum senem et sanctum ac per duodecim annos innocenter ecclesiam Dei regentem et nobiscum et vobiscum atque cum universali et horthodoxa ecclesia communicantem, Graecorum factioni perniciosissime[a] concinnantes[b] damnaverunt et sacerdotalibus infulis expoliatum ab ecclesiae regimine modis omnibus expulerunt. Quae sanctae vestrae in Christo fraternitati et piae generalitati, quia contra nostram fuerint gesta dispositionem, iam dudum significavimus[1]. 866 (Nov. 13).

Porro praefati missi[2] nostri tandem reversi nil aliud renuntiavere nisi depositum Ignatium et Photium in sede Constantinopolitana firmatum. Post duos vero dies legatus a nobis imperialis nomine Leo a secretis susceptus duo volumina obtulit[c], quorum unum depositionis Ignatii gesta continebat, alterum autem de sanctis habebat imaginibus acta. Detulit[3] praeterea idem Leo imperiales litteras deprecantes, quatenus et in depositione Ignatii et in confirmatione Photii consensum praeberemus et subscriberemus. At nos divina docente gratia, dum idem adesset legatus, convocata tota, quae apud nos est, ecclesia decrevimus et statuimus atque professi sumus coram ipso et coram omni[d] ecclesia Dei, sicut et profitemur, nos pro deiectione Ignatii vel consecratione Photii numquam misisse, numquam missuros esse et in depositione Ignatii et promotione Photii numquam consensisse, numquam consensuros esse. Et his saepius dictis et palam annuntiatis[e] atque in apostolatus nostri epistolis[4] taliter insertis et eidem Leoni a secretis imperatori Michaheli vel Photio ad deferendum datis hunc a nobis absolvimus.

His ita vestrae sincerae[f] religioni ostensis, quae scripta per singula tempora pro hac re miserimus, singillatim huic scripto inferius annexa demonstrant[g]. Primo etenim loco nostri apostolatus habentur epistolae ad Michahelem[5] piissimum imperatorem et ad Photium[6] ecclesiae Constantinopoleos invasorem per Rhadoaldum[h] et Zachariam[i] transmissae. Secundo loco continetur satisfactio nostra[7], cuius textum vestrae a Deo conservandae[k] generalitati dudum transmisimus[l], sed ignorantes, utrum ad vos usque fuerit delata, idcirco hanc vobis denuo mittendam existimavimus, qua nosse valeatis, quae fuerit super hoc negotio nostra voluntas. Tertio loco posita est epistola[8], quam per Leonem a secretis, imperialem videlicet legatum, de quo[m] superius diximus, post reversionem missorum nostrorum saepefato[n] Michaheli Augusto[o] direximus, et ad Photium altera[p 9]. Praeterea quae subsequuntur[q] eo sunt ordine huic inserta volumini, quo per singula tempora gesta vel missa fuisse noscuntur.

Explicit prooemium[10].

Incipit epistola prima missa ab apostolica sede ad imperatorem Michahelem per Rhadoaldum et Zachariam[r] episcopos. Nicolaus* episcopus *etc., cf. supra p. 433 sqq. ep. n. 82.* Explicit epistola ab apostolica sede ad imperatorem Michahelem per Rhadualdum et Zachariam episcopos missa.

Incipit per eosdem prima epistola ad Photium a sede apostolica destinata. Nicolaus episcopus *etc., cf. supra p. 440 ep. n. 83.* Explicit epistola ad Photium missa per Rhadoaldum et Zachariam episcopos.

---

*) *In marg.* periocha II *B.*

a) perniciosissimae *B.* b) concinnante *C.* c) optulit *C.* d) *om. B.* e) abnunciatis *B.* f) sincere *C.* g) demonstrat *B.* h) Radoaldum *C.* i) Zachariam *C.* k) conservadę *C.* l) transmissimus *C.* m) quos *C.* n) sępefacto *C.* o) augio *C.* p) alteram *B.* q) subsecuntur *C.* r) Zaccharіam *C.*

1) *Cf. supra ep. n. 84 (p. 441 sq.).* 2) *V. supra ep. n. 91 p. 516 l. 8 sqq.* 3) *Cf. supra ep. n. 91 p. 516 sq.* 4) *Supra nn. 85, 86 (p. 443 sqq.).* 5) *Supra n. 82 (p. 433 sqq.).* 6) *Supra n. 83 (p. 440).* 7) *Supra n. 84 (p. 441 sq.).* 8) *Supra n. 85 (p. 443 sqq.).* 9) *Supra n. 86 (p. 447 sqq.).* 10) *Hic ergo sequuntur epistolae his litteris insertae iam supra editae nn. 82—86, quas non repetimus.*

866 (Nov. 13). Hic sequitur satisfactio sedis apostolicae, cuius textus a Deo conservandae Christianae et catholicae generalitati dudum a sede apostolica fuerat transmissus, sed quia ignoratum est, utrum fuerit datus, idcirco haec satisfactio denuo visa est esse mittenda. Nicolaus* episcopus *etc., cf. supra p. 441 sq. ep. n. 84.*

Hic posita est epistola, quam per Leonem a secretis, imperialem videlicet legatum, de quo superius diximus, post[a] reversionem missorum nostrorum imperatori Michaheli direximus cum epistola ad Photium. Nicolaus** episcopus *etc., cf. supra p. 443 sqq. ep. n. 85.* Explicit epistola a sede apostolica missa ad Michahelem Augustum per imperialem legatum Leonem videlicet a secretis.

Incipit ad Photium per eundem. Nicolaus episcopus *etc., cf. supra p. 447 sqq. ep. n. 86.* Expliciunt[b] epistolae a sede apostolica Constantinopolim missae[c].

Incipit narrationis ordo de Photii repulsione[d] et Ignatii patriarchae restitutione necnon de Zachariae ac Rhadoaldi[e] dudum episcoporum depositione ac excommunicatione cum capitulis interpositis.

His*** ita se habentibus et his apostolatus nostri epistolis[1] pro manifestando nostrae voluntatis proposito Constantinopolim et in alias mundi partes destinatis, sicut ex superioribus scriptis hucusque recitatis colligere ac comprehendere potestis, nunc, quae post habitam[f] satisfactionem nostram et ostensum votum nostrum de[g] Ignatii[g] fratris[h] et coepiscopi nostri restitutione ac Photii adulteri repulsione coram omni ecclesia, quae apud nos est, astante praesentialiter Leone a secretis et imperiali legato, cuius superius mentionem fecimus[2], et quae post discessum[i] ipsius acta sunt, vestrae in Christo fraternitati ac piae generalitati breviter indicamus.

Igitur[3] cum haec gerebantur, nondum Rhadoaldus et Zacharias episcopi, quos ab apostolica sede Constantinopolim direxeramus, detecti erant vel ostensi, quod ipsi deposuissent patriarcham Ignatium vel communicassent invasori et moecho ac laico Photio. Sed praecedente tempore murmur multorum ab illis partibus Romam venientium, quin immo persecutiones a fautoribus Photii commotas fugientium, sensim eosdem coepit episcopos muneribus fuisse corruptos diffamare et, quod communicassent Photio et deposuissent Ignatium, divulgare[k]. Quo audito nimio merore repleti[l], qualiter ab eccle-
cf. Eph. 5, 27. sia Christi, cui divina dignatione praesumus, non habente[m] maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi sinistram procul faceremus suspitionem, videlicet ne[4] in hanc saltim tenuis subsannandi oriretur[n] occasio, cogitare coepimus et mente revolvere[o]. Tunc convocato multarum provinciarum Occidentalium regionum sanctissimorum episcoporum coetu et collecta sancta synodo in ecclesia Dei, ubi beatus Petrus apostolorum princeps corpore floret et virtutibus emicat, deinde propter frigidiorem locum in ecclesia Salvatoris, quae ab auctore appellatur Constantiniana et quae prima in toto terrarum orbe constructa est, ibique recitatis omnibus scripturis de Graeco sermone in Latinum conversis[p], tam videlicet nefanda synodo, quae per iam fatum Leonem apostolicae sedi delata est, quam etiam imperialibus epistolis, in quibus omnibus depositio Ignatii continebatur, et deductus[q] in medium Zacharias episcopus — quia Rhadoaldus[r] propter absen-

---

*) periocha III *B, C.*
**) periocha IIII *C.*
***) periocha V *B, C.*

a) pot *C.* b) Explicit *B.* c) missa *B.* d) depulsione *B.* e) Rhadoaldum *B.* f) *corr. ex* habitum, *ut videtur, B.* g) dignatii *B.* h) *corr. ss. ex* fratres *B.* i) *post* discessum, *ut videtur,* et *del. ras. B.* k) divulgari *C.* l) repleta *C.* m) habentem *C.* n) *corr. ex* orietur *ss. B.* o) revelare *C.* p) *corr. ex* conversus, *ut videtur, B.* q) deductos *B.* r) Rhadualdus *C.*

1) *V. supra p. 555 ann. 10.* 2) *Cf. supra p. 555.* 3) *Ad sequentia usque ad p. 557 l. 10 cf. supra ep. n. 91 p. 517 sq. et annotationes illo loco additas.* 4) *V. supra p. 517 ann. 4.*

tiam haberi ad praesens non poterat — et discussus et diligenter examinatus inventus est in depositione Ignatii et communione Photii omnino culpabilis; in quo idem Zacharias tunc episcopus, nunc autem honore ac communione privatus, se obnoxium recognoscens proprio ore ac proprio scripto se Constantinopolim a sede apostolica directum isse et quae sibi a nobis agenda fuerant iniuncta neglexisse ac[a] quae[a] sibi fuerant prohibita peregisse confessus est, Ignatium scilicet sine iussione apostolicae sedis deponendo et Photio contra nostri apostolatus praeceptionem communicando. Tunc decernente sancta nobiscum synodo depositionis et excommunicationis suae sententiam[b] praefatus Zacharias[c] accipiens foveam, quam alii praeparavit, incidit, alterius, id est Rhadoaldi, examinatione propter absentiam usque ad aliam synodum protelata. 866 (Nov. 13). cf. Ps. 7, 16.

Quae[1] autem in eadem venerabili et sancta synodo unanimiter[d] et consonanter de fratre et consacerdote nostro Ignatio patriarcha vel de invasore et usurpatore ecclesiae ipsius Photio atque fautoribus eius necnon et de sacris imaginibus statuimus et promulgavimus, insuper[2] autem, quid in alia synodo a nobis olim[3] collecta decreverimus adversus eos, qui divinitatem domini nostri Iesu Christi cum Valentino[4], Mani[5], Apollinari[e 6] et Eutyche[f 7] ac sectatoribus eorum contra primum pastorem et apostolum, qui Christum tantum carne passum dicit, passibilem ore sacrilego in quibusdam regionibus vestris praedicare dicuntur[8], subter[9] annexis capitulis declaratur. cf. 1. Petr. 4, 1.

Kapitulum I.

Photius, qui ex schismaticorum et se a sanctae communionis participatione avertentium parte esse dinoscitur, et ex saeculari administratione atque militia et ex foro subito tonsoratus a Gregorio, Syracusano dudum episcopo a[g] synodo damnato et ab apostolica sede vincto, episcopus ordinatus est et vivente ac superstite consacerdote nostro Ignatio, sanctae ecclesiae Constantinopolitanae patriarcha, sedem ipsius invasit et sponsam, quam a Christo sponso inmaculatam custodiendam veluti amicus sponsi perceperat, non per ostium, quod Christus est, sed aliunde ex advèrso in ovile dominicum more furis atque latronis ingrediens acsi violentus, rapax et scelestus[h] adulter irrupit. Deinde cum damnatis et anathematizatis atque cum his, qui, ne sacerdotale officium ante audientiam praesumerent, a decessore meo beatae memoriae Benedicto papa fuerant obligati, cotidie ac indifferenter[i] communicans[k] et conversans contra fidem promissam contraque suam professionem, qua pollicitus est se adversus iam fatum patriarcham nullum[l] sinistrum consilium esse facturum, congregavit concilium[m] et una cum sequacibus suis depositis et damnatis, excommunicatis et anathematizatis et aliis sine sedibus atque cum his, a quibus vel ille inregulariter et inlicite provectus fuerat vel quos ipse temere ac indebite[n] provexerat, contra eundem fratrem et comministrum nostrum Ignatium depositionem facere et anathema dicere[o] ausus est. Deinde aposto- cf. Joh. 3, 29. cf. Joh. 10, 1–9.

---

a) atque *B*, *C*. b) sententia *B*. c) Zacharia *C*. d) unianimiter *B*. e) Apollenari *B*. f) Eutychae *B*. g) *om. B*. h) sceleratus *B*. i) in- *suprascr. B*. k) commucans *B*. l) nullus *B*. m) consilium *B*, *C*. n) debite *B*. o) dice *B*.

1) *Cf. supra ep. n. 91 p. 518 sq.* 2) *Locus sequens sicut decreta in eo nominata in praesenti tantum epistola exhibentur.* 3) *Anno 862. Cf. J.-E. Reg. I, 344 sq. (post n. 2692); 'Neues Archiv' XXVI, 630. Hergenröther, l. c. I, 496. Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 260, 272.* 4) *Gnostico, qui ca. a. 136—165 Romae morabatur. Cf. 'Realencyklopädie für protestant. Theologie und Kirche' XX³, 395 sqq. (1908).* 5) *Auctore Manichaeorum († 276—277). Cf. 'Realencyklopädie' XII³, 193 sqq. (1903).* 6) *In concilio Constantinopolitano a. 381 damnato († ante a. 392). Cf. 'Realencyklopädie' I³, 671 sqq. (1896).* 7) *Damnato in synodo Constantinopolitana a. 448. Cf. 'Realencyklopädie' V³, 635 sqq. (1898).* 8) *Armenios hoc loco significari apte coniecit Hergenröther, l. c. I, 496. V. supra p. 451 sqq. ep. n. 87, p. 451 sq. ann. 9; cf. etiam infra p. 568 n. 98 a c. i' cum ann. 4.* 9) *Dehinc omnia usque ad p. 560 l. 29 eadem exstant in ep. supra n. 91 p. 519—522, ubi etiam annotationes conferantur.*

866 (Nov. 13). licae sedis missos, quos pro causa sacrarum imaginum et pro inquirenda et nobis renuncianda iam fati patriarchae deiectione et ob inveniendum modum promotionis huius neophyti destinaveramus, quibus potuit argumentis a nostris mandatis avertere more Acacii, quondam Constantinopolitani heretici patriarchae, praesumpsit et[1] ad processionem, quae ei cum comparibus[a] suis habebatur, sicuti eorum professione patefactum est et sancto spiritu revelante venerandae synodo, quae a nobis collecta est, claruit, ad damnatorum et schismaticorum communionem contempta legatione, quae vel gentilium more servari debuit, pertraxit et in illusionem beati Petri apostoli, a cuius sede profecti fuerunt, non solum inefficaces redire fecit, sed etiam inpugnatores omnium, quae fuerunt mandata, monstravit. Postremo episcopos, qui ei tamquam adultero et pervasori communicare noluerunt[b], exilio relegavit et sui sceleris complices in eorum subrogare locis non timuit et usque hodie ecclesiam Dei diversis persecutionibus impugnare non desinit, ita ut fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium sanctissimum patriarcham inauditis poenis et orribilibus tormentis afficere non quiescat, sed et omnes, quotquot pro veritate et fide cum eodem persistere conprehenderit, quibus praevalet modis perdere inpraetermisse moliatur.

Haec et his similia contra evangelica, apostolica, prophetica atque canonica instituta se[c] efferens[c] sit Dei omnipotentis et beatorum apostolorum principum Petri ac Pauli et omnium simul sanctorum atque venerandorum sex universalium conciliorum auctoritate necnon et spiritus sancti per nos iudicio omni sacerdotali honore et nomine alienus et omni clericatus officio prorsus exutus[d], ita ut, si post notitiam huius sanctionis, quam divina inspiratione depromptam esse credimus, dum unanimitate et concordia sanctae synodi sit procul dubio promulgata, temptaverit in Constantinopolitano throno praesidere[e] aut saepefato venerabili coepiscopo nostro Ignatio, quominus ecclesiam sibi commissam sine quavis inquietudine regere possit, inpedierit vel si ulterius ausus[2] fuerit aliquid de sacro ministerio more sacerdotis contingere iuxta praecedentem consuetudinem, nullo modo liceat ei communionis spem aut locum habere satisfactionis, sed anathematis vinculis innodatus una cum communicatoribus suis atque fautoribus suis[f] perpetuo Dei per nostram mediocritatem iudicio[g] ac sententia sacrum corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi nonnisi vicino mortis periculo omnino percipiat: ut haec unusquisque discens nequaquam de cetero temeraria praesumptione ex laicis subito in dominicis castris insperato quodammodo impetu inrepere audeat et principatus amore ante ducatum praestare velit, quam tyronis consumet officium, et ante temptet docere quam discere[3], sicut in eadem Constantinopolitana ecclesia saepe praesumptum esse comperimus, et rursus, ne contemptis clericis, quorum utpote in tam magna urbe copiosa multitudo est quique ab ipsis, ut ita dixerimus, cunabulis impraetermisso labore in ecclesia Christi desudant et indesinentia Domino exibent servitutis obsequia, is, qui de foris est alterius, ovilis[h] Christi repente principatum arripiat et nitatur, quos esse suos non recognoscit, discerpere, et grex dominicus incipiat eum utpote extraneum et improvisum omnino contemnere, praesertim cum perspiciat nil sibi stipendia proficisse meritorum et alienum suorum cernat consumere fructus[i] laborum.

Kapitulum[k] II.

Gregorium sane, qui Syracusanae ecclesiae irregulariter atque Deo contempto praeest, eo quod et ipse ex parte schismaticorum sit et, postquam a synodo episcopatus officio privatus et a decessore meo sanctae memoriae papa Benedicto obligatus est, et

---

a) paribus *B.* b) *corr. ex* noluerint *B.* c) afferens *B.* d) *corr. ex* exitus *C.* e) possidere *B.* f) *deest B.* g) indicio *C.* h) oculis *B.* i) fructum *C.* k) Capitulum *hic et infra B.*

1) *Cf. supra p. 520 cum ann. 1.* 2) *Cf. supra p. 520 cum ann. 4.* 3) *Cf. supra p. 520 cum ann. 5.*

Photium laicum subito consecrare in episcopatu non formidavit et de[1] sacro ministerio ausus[a] est multa contingere iuxta praecedentem consuetudinem: sancimus[b] et iuxta canonicam deliberationem[c] apostolica auctoritate diffinimus atque statuimus omni sacerdotali carere atque privatum fore ministerio, ita ut nullo modo liceat ei in qualibet synodo restitutionis spem aut[d] locum habere satisfactionis. Quodsi[e] de reliquo praesumpserit in sacro officio more sacerdotis quovis tempore ministrare[f], anathema sit. Sed et, si contra fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium turbas excitaverit vel ab eius communione fideles averterit, anathema sit, et omnes communicantes ei ab ecclesia abiciantur, sed et ipsi anathema sint. 866 (Nov. 13).

Kapitulum III.

Eos vero, quos Photius neophitus et Constantinopolitanae sedis invasor in quolibet ecclesiastico ordine provexit, quoniam manifestum est eos in omnibus consecratoris sui pravitatibus consensisse atque ei post invasionem communicasse, omni clericali officio privamus et apostolica atque canonica auctoritate et synodali decreto eos penitus sequestramus.

Kapitulum IIII.

Reverentissimum et sanctissimum fratrem et coepiscopum nostrum Ignatium, sanctae Constantinopolitanae ecclesiae patriarcham, qui primo quidem imperiali violentia ac terrore proprio throno privatus est et postea a Photio, adultero, praevaricatore ac pervasore sedis Constantinopolitanae[g], et ab eius complicibus, excommunicatis videlicet et anathematizatis atque damnatis et sine episcopalibus sedibus et a decessore meo sanctae recordationis Benedicto papa obligatis hominibus, anathematizatus est et postremo ab apostolicae sedis missis[h] contra nostram praeceptionem, ut sanctae synodo spiritus sanctus revelavit et Zacharias[i] dudum[i] episcopus, qui unus de[k] eisdem duobus legatis extitit, propria confessione manifestavit, infulis est sacerdotalibus dispoliatus: auctoritate summi iudicis domini nostri Iesu Christi promulgamus, sancimus atque decernimus umquam nec fuisse nec esse depositum vel anathematizatum, tamquam qui ab imperiali potentia sit absque ulla canonica auctoritate[1 2] pulsus ecclesia et tamquam qui ab[m] obligatis[m] nullo possit haberi vinculo colligatus et ab eis, qui nullam[n] eum iudicandi potestatem vel ab apostolica sede auctoritatem habuerint, nullum sui honoris discrimen pati debuerit. Et ideo illum, id est eundem fratrem et consacerdotem nostrum Ignatium patriarcham, omni vinculo anathematis ab eo remoto per potestatem divina voce beatissimo Petro collatam et per auctoritates sacrorum canonum et decretalium constitutionum[o] more[p] sanctorum patrum prolatarum pristino honori, pristinae dignitati et sedi, pristino gradui et patriarchio ac pristinis et pontificalibus[q] infulis atque[r] officiis restituimus, statuimus ac confirmamus; ita ut quicumque post notitiam huius apostolicae atque synodicae sanctionis, quominus omnia, quae praemisimus, insignia pontificatus recipiat, ei inpedierit et non in omnibus huic decreto oboedierit vel se ab eius communione separaverit vel ulterius contra eum aliquod iudicium proferre temptaverit, absque sedis[s] dumtaxat apostolicae praemisso consensu, si quidem clericus fuerit, ab omni clericatus officio coram Deo et hominibus sit alienus atque perenni poena, tamquam qui[t] magistrum prodit, cum Iuda traditore constringatur et, nisi a prava[u] intentione recesserit, perpetuo anathemate maneat condemnatus; si vero laicus extiterit cf. Matth. 16, 18. 19.

---

a) asus *B.* b) sanccimus *hic et infra C.* c) deliuerationem *C.* d) *verbum 3—4 litterar. eras., ut videtur, post* aut *B.* e) quod *B.* f) *deest B.* g) *lacuna ca. 3 litterar. ante* et *B.* h) missus *B.* i) dudum Zacharias *B.* k) *suprascr. B.* l) auctoritatem *B.* m) *corr. ss. ex* abligatis *B.* n) nulla *B.* o) *corr. ex* constitutionem *B.* p) ore *B.* q) pontificalisbus *C.* r) at *C.* s) *corr. ex* sedes *B.* t) *om. B.* u) parva *B.*

1) *Cf. supra p. 521 cum ann. 2.* 2) *Cf. supra p. 521 cum ann. 6.*

866 (Nov. 13). ille, quisquis est huic nostrae constitutioni contraire temptans, et eum sedem et omnem pristinam dumtaxat dignitatem recipere non permiserit vel si post receptam priorem sedem denuo illum impellere et a patriarchio expellere temptaverit vel personae ipsius seu sacerdotali honori aliquam molestiam sine primae huius sedis consensu intulerit, cf. Gen. 9, 22–25. omni benedictione paterna privetur et maledictione Chanaan, filii Cham, qui verecundiam patris[a] videns non cooperuit[b], sed irrisit, multetur et cum parricidis[c] aeterna poena Domino iudicante percellatur et nexibus[d] anathematis nonnisi resipiscens penitus eruatur.

Kapitulum V.

Eos autem episcopos[e] seu cuiuslibet ordinis clericos, qui post iniustam deiectionem fratris et coepiscopi nostri Ignatii vel in exilio religati vel ministerio aut gradu invidiose privati sunt, statuimus, ut exilio dissoluto proprias sedes atque gradus recipiant. Quodsi quisquam huic decreto[f] nostro contraire praesumpserit et, ut sedes vel gradus resumant, impedierit, quousque obtemperaverit, anathema sit. Sane si qui ex eis ab aliis criminantur, decernimus eos antea sedes quidem et proprios gradus recipere, iudicari autem nisi a sede Romana non patimur, sed, si qua praeter regulam forte[g] egisse dicuntur, nostro eos decreto iudicandos reservari statuimus, iuxta quod et sacri praecipiunt canones[1].

Kapitulum VI.

Quoniam[h] oportet nos maiorum nostrorum statuta[2] immoto mentis intuitu conservare et in omnibus[i] sanctorum patrum semper dogmata[k] venerari, diffinimus de sacris et reverendis[l] imaginibus domini nostri Iesu Christi eiusque semper virginis genetricis cf. Matth. 23, 35. Mariae omniumque sanctorum, qui Deo ab Abel iusto placuisse creduntur, quae[m] ecclesia sancta in[n] universo orbe[o] diffusa antiquitus accepit quaeque[p] sedis apostolicae praesules pro eis decreverunt ac statuerunt, illibata persistere atque intemerata manere. Quapropter Iohannem quondam Constantinopolitanum antistitem et sequaces ipsius, qui eas fregendas[q] atque calcandas esse ore polluto asseverant, quamdiu de his nobiscum non senserint[r] et iuxta sanctorum pontificum Romanorum decreta et aliorum catholicorum patrum instituta non sapuerint, sancimus eos a Christo et ab ecclesia catholica atque apostolica esse anathema.

Kapitula, quae subsecuntur, in alia primitus a nobis collecta synodo[3] promulgata sunt.

Kapitulum[s] I.

Quia* dominus Iesus Christus carne tantummodo passus est.

Veraciter quidem credendum est et omnimodis profitendum, quia dominus noster Iesus Christus Deus et Dei filius passionem crucis tantummodo secundum carnem sustinuit, deitate autem inpassibilis[t] mansit, ut apostolica docet auctoritas et sanctorum patrum luculentissime[u] doctrina ostendit.

---

*) *In marg.* periocha VI *B.*

a) sui *add. C.* b) cooperuerit *C.* c) *corr. ead. m. ex* patricidis *C.* d) nexilius *C.* e) episcopus *B.* f) *corr. ex* decretro *B.* g) fortem *B.* h) Quod *B.* i) imnibus *B.* k) docmata *B.* l) venerandis *B.* m) qui *B.* n) *om. C.* o) orbi *B.* p) quaequae *B.* q) *primum* e *corr., ut videtur, B.* r) senserit *B.* s) Kapitulo *B.* t) inpassionabilis *B.* u) luculissime *B.*

1) *Ad haec v. supra p. 522 cum ann. 2 et 3.* 2) *Cf. conc. Roman. a. 769, MG. Concilia II, 87 cum ann. 3.* 3) *De qua v. supra p. 557 cum ann. 3 et 8.*

Kapitulum II.

866 (Nov. 13).

De his, qui divinitatem passibilem dicunt.

His autem, qui aiunt, quia redemptor noster et dominus Iesus Christus Deus et Dei filius passionem crucis secundum deitatem sustinuit, quod impium est et catholicis mentibus execrabile, anathema sit.

Igitur* rediens Rhadoaldus[a] a Galliis, ubi non minora quam in Constantinopolitana urbe perperam gesserat[1], et collegam suum[2] tale quid pertulisse cognoscens, quin potius conscientia propria stimulatus, expavit. Quod nos intuentes, ne quid formidaret, illum admodum sumus hortati, subiungentes[3] dumtaxat praeter examen synodi nihil in illum nos esse moturos, sed neque ei sine culpa prolata[b] fore aliquid adversi laturos. Sed quia fugit impius nemine persequente, dum nihil mali et sufficientibus nostris frueretur bonis, ante tempus synodi, ante sui purgationem ecclesiam et parroechiam propriam deserens ad alias[c] dioceses examen utique subterfugiendo se contulit. In quibus diutius eo morante apostolico moderamine freti canonicam, quam merebatur, ultionem[d] super eum inferre distulimus[e], ne videlicet ad vindictam faciles vel videremur esse praecipites. Quamobrem destinatis in diversa loca cum epistolis[4] — id est, ubi[f] solus illum rumor latitare fatebatur — missis nostris, videlicet sanctissimis episcopis[5], ratum eum duximus convocari. Sed ille diversas latebras penetrando utpote filius noctis et tenebrarum, qui cf. 1. Thess. 5, 5. opera lucis et diei semper refugiens causam suam ad manifestationem iustitiae solis deduci formidat, quousque valuit, nobis oboedire despexit.

At ubi non repperit tutum[g] suae tergiversationis latibulum, tandem aliquando Romam redisse[h] visus[h] est. Et, cum nos inter furentium adversariorum linguas et manus apud beatum Petrum apostolum degeremus[6], ipse insperatus[i] super nos hostis inter hostes irrupit et, ut nunc claret, iterum discessurus fraudulenter accessit; quo tamen corpore, non mente reverso et synodi tempore propter imminentes hostium oppressiones[k] dilato rumore crebrescente diffamatur, quod Rhadualdus[l] denuo fugam arripere meditaretur. Quo audito, quia non poteramus sub tam horrendo[m] nevo ecclesiam non habentem cf. Eph. 5, 27. maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi deserere, quominus illam etiam a falsa suspicione redderemus extorrem, nec poteramus personam in tantis praevaricationibus diffamatam et tam scelerum[n] ore aspersam sine satisfactione in communionem nostram ammittere[o], coram multis fratribus et episcopis coramque plurimis filiis sanctae huius ecclesiae admonuimus eum, quatenus sicut prius nullam in partem sine nostra licentia a Romana discederet urbe, sed in ea residens sine timore suis licenter utens et amicos ac homines suos libere possidens[7] tempus synodi, qua purgandus esset, intrepidus expectaret, sciens profecto nihil se iniustum ante vel praeter examen synodicum fore passurum,

---

*) *In marg.* periocha VI *(sic!) B.*

a) Hradualdus *C.* b) propalata *C.* c) alios *B.* d) ultione *C.* e) distullimus *B, C.* f) *bis in C.* g) totum *B.* h) *sic codd.;* redire ausus *Edd.* i) inspiratus *B.* k) oppressionis *B.* l) Hradualdus *C.* m) orrendo *C.* n) sceborum *B, C.* o) amittere *C.*

1) *In synodo Mettensi a. 863. Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 159. Ann. Bertin. a. 863 ed. Waitz p. 62 sq.* 2) *Zachariam scilicet; v. supra p. 556 sq.* 3) *Ad sequentia cf. supra ep. n. 91 p. 518 quaeque annotavimus.* 4) *Hodie deperditis; cf. J.-E. Reg. n. 2754*, Kehr, Reg. pontif., Italia pontificia II, 18 n. *2.* 5) *Qui fuerint, ignoramus.* 6) *Quo papa e Lateranensi palatio fugerat. Factum est hoc ineunte a. 864, cum Ludovicus II. imperator pro Theutgaudo atque Gunthario archiepiscopis paulo ante depositis Romam proficisceretur. Cf. Ann. Bertin. a. 864 ed. Waitz p. 68; supra ep. n. 53 p. 346. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 70 cum ann. 1.* 7) *In his Nicolaus praecepta Pseudo-Isidori exceptione spolii, quae dicitur, Radoaldo episcopo suburbicario concessa secutus est. Cf. praecipue Ps.-Damasi decr. c. 13 (Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 503):* illi, qui eiecti vel suis bonis sunt expoliati, cum illis, qui in suo sunt statu et suis fruuntur amicis atque bonis, litigare rite non possunt. *V. etiam supra p. 383 ann. 6.*

866 (Nov. 13). sed in iustitia, quam[a] haberet, esse mansurum, insuper etiam sciret, si quoquam a Romana sine licentia nostra discessisset[b] urbe, quia ex[c] tunc esset depositus et excommunicatus. Sed spretis[d] satisfactionibus nostris atque sententiis in se prolatis, immo spretis sanctorum patrum constitutionibus[1], sine licentia nostra propriam ecclesiam dispolians et lupinis dentibus oves sibi creditas deserens ad alias dioeceses[e] imminentem synodum fugiens discessit. Et quia[2] haec et alia multa obiecta non diluit, vera esse quae de illo dicebantur modis omnibus examen subterfugiendo firmavit.

Quapropter convocata sanctissimorum episcoporum numerosa et venerabili synodo[3] in superius memorata ecclesia Salvatoris[4], quae appellatur Constantiniana, auctoritate Dei omnipotentis et beatorum Petri ac[f] Pauli apostolorum principum et omnium simul sanctorum, quorum regulas et decreta[g] multipliciter violavit, necnon et nostri apostolatus iudicio deposuimus eum et a corpore et sanguine Christi excommunicavimus, sanctorum scilicet statuta patrum sequentes et praecipue[h] sancti Felicis exemplum, qui Vitalem[i] et Misenum episcopos deposuit et excommunicavit[5], eo quod huic[k] apostasiae in Constantinopolitana urbe olim par omnino piaculum perpetraverint[l]. Quodsi[m] praedictus Rhadualdus[n], dudum episcopus, nunc autem depositus et excommunicatus, de cetero cum anathematizato[o] Photio, invasore Constantinopolitanae ecclesiae, mixtus esset aliquando et Ignatio[p] fratri et coepiscopo nostro infestus esset et ecclesiam Dei amplius conturbasset vel si de damnatione sua querimoniam fecisset, anathematizatus foret ac[q] per hoc ab omni Christianorum separatus et alienatus, donec nostrae sententiae sponte se summitteret, collegio.

Est igitur Rhadualdus[r] nunc depositus et excommunicatus et, si Photio communicaverit, anathematizatus. Quae[s] vobis, fratres karissimi, ideo intimamus[6], ut scire valeatis, cum quibus communicamus et quos a nostra apostolica et catholica communione[t] repellimus, quatenus per hoc, secundum sacras regulas et praecipue iuxta Nicenum concilium[7], qui ab aliis abiciuntur[u], ab aliis non recipiantur. Porrigentes ergo ecclesiae Dei manus, quos a nobis abicimus, a vobis repellite, et quos suscipimus, suscipite, quatenus uno animo, uno ore glorificetur Deus et pater per Iesum Christum in unitate spiritus sancti per omnia saecula[v] saeculorum. Amen.

cf. Rom. 15, 6.

Praeterea postquam sanctae in Christo fraternitati piaeque religioni vestrae, quae in isto volumine hucusque releguntur, per alia scripta[w] nostra[8] nota facere procuravimus, venit[9] ad sedem apostolicam quidam protospatharius nomine Michahel, ab imperatore Grecorum cum epistola[10] missus, in qua eundem imperatorem invenimus iactitare, quod vos, beatissimos videlicet patriarchas et karissimos fratres nostros, traductos atque seductos[x] habeat, quatinus in illa execrabili apostasia fautores existatis[y]: videlicet ut et in depositione fratris nostri et consacerdotis Ignatii irregulariter facta et in consecratione Photii moechi et ecclesiae invasoris consentiatis et contra statuta nostra, sed et adversum

---

a) a quam *C.* b) discessit *B.* c) *om. C.* d) pretis *C.* e) dioceses *C.* f) aut *C.* g) *corr. ss. ex* deceta *B.* h) precipuae *B.* i) uitale *B.* k) *corr. ss. ex* huc *B.* l) perpetraverit *B, C.* m) Quod *C.* n) Hradualdus *C.* o) anathematezato *B.* p) Ignætio *B.* q) hic *B;* hac *C.* r) Hradualdus *C.* s) Quem *B.* t) *corr. B.* u) *ss. corr. ex* subiciuntur *B.* v) *deest C.* w) scriptura *B.* x) sedi ictos *B.* y) extitistis *C.*

1) *Cf. can. apostol. 15 (Mansi I, 52), Antioch. c. 3 (Mansi II, 1322).* 2) *Cf. supra ep. n. 91 p. 518 l. 8 sqq. et Bonifatii papae ep. ad episcopos Galliae, Mansi IV, 394 sq. (J.-K. Reg. n. 349).* 3) *864 c. Nov. 1. Cf. supra ep. n. 91 p. 518 cum ann. 1 et Kehr, Reg. pontif., Ital. pontif. II, 18 n.* *3. 4) *Id est Lateranensi.* 5) *V. supra ep. n. 90 (p. 491 sq.), ep. n. 91 (p. 518). Cf. Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 252 sqq.; J.-K. Reg. I, 81.* 6) *Cf. supra ep. n. 87 p. 452 l. 7 sqq.* 7) *C. 5; Mansi II, 679.* 8) *Alias non iam exstantia, quae missa ca. Aug. 865 videntur esse; v. etiam infra p. 564 l. 39, p. 565 l. 4 sq. — Cf. Hergenröther, l. c. I, 579 sq.* 9) *Ca. m. Aug. a. 865. Cf. supra epp. nn. 88, 90, 91 (p. 454, 507, 529) et p. 507 ann. 3.* 10) *Hodie deperdita, ad quam respondit papa in ep. n. 88 supra p. 454—487 edita. V. etiam supra p. 507 cum ann. 4.*

sedem principis apostolorum Petri vos cum illis pariter efferatis[1]. Quod quidem nos de vobis licet minime credamus, qui tale quid ab antecessoribus vestris catholicis dumtaxat antistitibus[a] actum nusquam omnino legimus, de vobis tamen magis quam de nobis curam habentes haec nos in scriptis ipsius imperatoris recepisse vos nolumus ignorare, intimantes pariter et vestram unanimem caritatem admonentes, quatinus[b] in speculo sitis et ad memoriam revocetis ista vobis nos ideo nota facere studuisse, quoniam, ut praediximus, sancti magnique Niceni concilii decretis iubetur[2] per unamquamque provinciam, ut epistola[c] regularis optineat, ut hi, qui abiciuntur[d], ab aliis non recipiantur. Deinde vero, ut cauti sollicitique[e] semper sitis, ne quorumlibet suasionibus vel terroribus hominum aut quibuscumque mendaciis decepti a capite, id est a prima sede, dissentiatis[3] vel ab eius ecclesiae caritate ac unitate dividamini, cui ille praefuit, quem[4] vox Christi praetulit universis. Verum si dies antiquos secundum datam vobis divinitus sapientiam cogitatis[5] priscosque sedium vestrarum praesules ad memoriam ducitis, quanta veneratione[f] sedem beati Petri praedecessores vestri celebraverint quantoque caritatis amore decreta ipsius semper amplexi sint, profecto repperietis; denique in universalibus synodis quid ratum vel quid prorsus acceptum, nisi quod sedes beati Petri probavit, ut ipsi scitis, habetur, sicut e contrario quod ipsa sola reprobavit, hoc solummodo consistat hactenus reprobatum[6]. 866 (Nov. 13). cf. Ps. 76, 6.

Proinde caritas[7] unanimitatis vestrae de fratris et comministri nostri Ignatii sanctissimi patriarchae deiectione nobiscum doleat et quae praevalet ei[g] solamina nobiscum exhibeat. Nam si iuxta apostolum quod 'patitur unum membrum compatiuntur omnia membra', quanto[h] potius[h] compaciendum est illi, quod inter cetera membra praecipuum[i] tenuisse locum dinoscitur? Unde si non pro unius[k] et specialis personae praelati fratris nostri repulsione, vel certe pro summi sacerdotii conculcatione dolere, gemere, flere, currere ac decertare debetis. Nam si licitum fuerit saeculari potestati de ecclesiae Domini praesulibus taliter iudicare vel si rursus fas extiterit inferioribus de praelatis sibi tam temere ista patrare, perpendite, ne ad pernitiem vestram, immo totius ecclesiae nunc et futuris temporibus praesumptio talis praevaleat; quod si adtenditis, ecce iam cernitis. Nam impietas tantum caput extulit, ut ecclesiarum praesulibus postpositis et ordine canonico conculcato laici nunc ecclesiastica moderamina teneant et pro libitu proprio modo istos removeant, modo illos in locis eorum promoveant et rursus, quos nunc adprobant, post modicum[l] mentis victi levitate repellant. Ut[8] enim idem saeculares ac laici homines quaelibet scelera valeant licenter committere et[m] pro his a nullo pontificum, qui ex clero promotus haec summa poterat auctoritate compescere, libere redarguantur, non de clericorum catalogo permittunt ad sacros ordines provehi, qui vitam eorum tanto audacius[n], quanto diutius ac familiarius sub Christo duce forti militantes fortius comprimere possent, sed ex se ipsis eligunt, qui[o] facta eorum tanto minus praesumant arguere, quanto se paulo ante de[p] eorum[p] coetu favore ipsorum promotos meminerint. Quod illis in partibus tanto familiarius agitur — ista praesumptio videlicet, ut ex laicis subito tondeantur et in episcopos consecrentur —, quanto 1. Cor. 12, 26.

---

a) antistibus *B.* b) quitinus *C.* c) epistula *B.* d) habiciuntur *C.* e) sollicique *B.* f) venatione *B.* g) et *B.* h) *partim in ras. B.* i) principuum *B;* p̄cipium *C.* k) *ss. corr. ex* unus *B.* l) *corr. ex* modum *B.* m) ut *B.* n) iudacius *B.* o) quae *B.* p) *ss. corr. ex* deorum *B.*

1) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 552 cum ann. 5.* 2) *C. 5 (Mansi II, 679). V. supra p. 562 l. 25 sq.* 3) *Cf. supra ep. n. 71 p. 393 l. 8 sqq. fontesque illo loco a Nicolao commemoratos.* 4) *Cf. Gelasii I. epist. ad Anastasium imper., Thiel, Epist. Rom. pont. I, 352, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 639 (J.-K. Reg. n. 632).* 5) *Ad hunc locum cf. supra ep. n. 88 p. 484 sq.* 6) *Cf. supra ep. n. 71 p. 394 l. 5 sqq. Kneller in 'Zeitschrift für katholische Theologie' XXVIII, 701 (1904).* 7) *Ad ea, quae sequuntur usque ad p. 564 l. 36, cf. simillimum textum in ep. supra n. 91 p. 531 sq.* 8) *V. supra p. 531 ann. 1.*

866 (Nov. 13). ex consuetudine hac[a] inolevisse[b] testantur, quam nos econtra tanto studiosius ex[c] ecclesia Dei eradicare volumus, quanto nimium noxiam esse clericis et omni religiosae plebi[d] supra docuimus quantoque scimus ex sacris canonibus[1], quod non minus mala consuetudo quam perniciosa corruptela vitanda sit, et[e] scimus, quod paulatim crescens iam suae pestiferae nequitiae gramine multos invaserit, adeo ut[f] temeritas[f] haec tantum excreverit, ut iam minime clericis egeant, dum contra sacros canones[2] ex se ipsis subito tonsoratum, quem voluerint, eligant et ad labores clericorum mentis oculos non inflectant[g], ac[h] per hoc fit, ut alienus comedat ipsorum fructus[i] laborum et stipendia meritorum extraneus hostis insperatus subripiat, ita ut nihil proficiat clericis in castris[k] dominicis militasse vel gradatim per singulos ecclesiasticos ordines ascendisse, dum alter saltu hos omnes transcendit et repente principatur in eis is, qui inter eos nec contra spiritales hostes arma sustulit nec diversis ecclesiae adversariis pro veritate proelians aliquando restitit.

Quantum autem, ne de laicis temere quislibet ad episcopatum eligatur, sacri canones, cum aliis prohibeant, Sardicenses ostendunt, Osio episcopo capitulo tertio decimo dicente[3]: Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tractetis, si forte aut dives aut scholasticus de foro[l] aut ex administratione episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur, nisi ante et lectoris munere et officio diaconi aut presbyteri[m] fuerit praefunctus; et ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat[n] ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quae habebunt utique prolixum tempus, probari, qua fide sit, qua modestia, qua gravitate et verecundia. Et, si dignus fuerit probatus, divino sacerdotio illustretur, quia conveniens non est nec ratio vel disciplina patitur, ut temere et leviter ordinetur aut episcopus aut presbiter aut diaconus, qui
cf. 1. Tim. 3, 6. neophytus est, maxime cum et magister gentium beatus apostolus, ne hoc fieret, denuntiasse et prohibuisse videatur, sed hi, quorum per[o] longum tempus examinata sit vita et merita fuerint conprobata[p]. Contuemini ergo et futura, immo urguentia[q] mala conspicite; medici estis, imminentes morbos[r] per praecedentia signa praevidete; episcopi estis, exurgens in ecclesiam Christi horrendum exitium perspicite[s]; speculatores estis, in altam[t] mentis arcem conscendite et in gregem dominicum feram pessimam inruere cupientem a longe
cf. Isai. 58, 1. contemplamini; quasi tuba exaltate[u] vocem vestram[v] et annuntiate populo[w] Dei scelera[x]
cf. Isai. 40, 9. eorum; super montem excelsum, id est ad altitudinem virtutum, ascendite, qui evan-
cf. Ezech. 13, 5. gelizatis[y] Sion; state in fortitudine, potestatibus huius saeculi ex adverso ascendite et murum pro domo Dei opponite ac quibuslibet potestatibus inique agentibus contraite[z]:
cf. Isai. 56, 10. sicque fiet, ut nec sicut canes muti de taciturnitate argui valeatis nec de talenti occul-
cf. Matth. 25, 25. tatione districtam[a] Domino rationem reddere compellamini vosque ipsos et consacerdotes nostros, immo ecclesiam Christi illis in partibus constitutam ab ingenti pernitie[b] ac noxia labe ipso iuvante[c] laudabiliter eruatis mirabiliterque regatis.

Hanc autem[d] epistolam[4], quam[e] per superius memoratum Michahelem[f] protospatharium glorioso Augusto Michaheli[g] direximus[5], idcirco pridem sanctitati seu unanimi dilectioni vestrae cum aliis scriptis[6] non misimus, quia et fratres, per quos illa destinata sunt, se dimitti vehementissime[h] postulabant et nos ad multa ecclesiasticorum nego-

---

a) *om. B.* b) inviolasse *C.* c) *deest B.* d) plebis *C.* e) ut *B.* f) uita emeritas *B.* g) inflectent *B.* h) hac *B.* i) fructum *B.* k) *corr. ex* clastris *B.* l) fore *C.* m) praesbyteri *B.* n) ascendit *C.* o) pro *B.* p) cōnprobata *B.* q) urgentia *C.* r) morbus *B.* s) prospicite *C.* t) alta *C.* u) exalta *B.* v) tuam *B.* w) *corr. ex* popolo *B.* x) *corr. ex* sclelera *B.* y) evangelizas *B.* z) *ss. corr. ex* contrate *B.* a) districta *B.* b) pernitiae *B.* c) iubante *B;* iubente *C.* d) tem *C.* e) quem *B.* f) Michahellem *C.* g) Michahele *B.* h) de hementissime *B.*

1) *Sardic. c. 1 (Mansi III, 22).* 2) *Cf. supra p. 532 cum ann. 3.* 3) *Mansi III, 27 c. 13.* 4) *Supra n. 88 p. 454—487.* 5) *Cf. supra ep. n. 89 p. 487 sq.* 6) *Cf. supra p. 562 cum ann. 8.*

tiorum extenti[a] hanc tam[b] concite, sicut volebamus, sollemniter ordinatam prae[c] manibus, cum dimitterentur, minime poteramus habere. Nicolaus[1] episcopus* *etc., cf. supra p. 454 sqq. ep. n. 88.* 865—866.

Haec quidem, quae hucusque per periochas novem[2] sunt scripta, prius acta et a nobis per quosdam fraternae generalitati vestrae intimanda sunt missa[3] praeter epistolam[d 4] apostolatus nostri, quam Michaheli excellentissimo imperatori per quendam ipsius legatum, qui se protospatharium appellabat, nomine Michahelem transmisimus. Postea vero, cum cognovissemus, quia penes hos, qui nolunt sanis acquiescere monitis, nihil solum scribendo proficiebamus, ratum duximus per legatos nostros et iteratas litteras ea rursus, quae videbantur ecclesiae profutura, mandare[e]. Huius rei[f] gratia direximus[5] Constantinopolim Donatum sanctissimum episcopum et Leonem[g] venerabilem presbyterum atque filium nostrum Marinum diaconum, quatenus hi, qui litteris admoniti parere refugiunt veritati, saltem verbis salutaribus conventi discant tandem divinis institutionibus minime resultare. Quibus in scriptis dedimus, quae habentur in subditis quaeque per tres periochas[6] distinguenda[h] fore decrevimus. Prima itaque harum est, quae et decima huius est periocha voluminis, continens epistolam[7] ad iam memoratum Augustum transmissam et alteram[8] ad episcopos ac ceteros ordines[i] Constantinopoli subiectos. Secunda vero periocha est, quae huius corporis undecimum complet locum, habens in se duas epistolas, unam Photio[9] et alteram[k] Bardae[10] fautori eius descriptam. Porro tertia est, quae et duodecima istius est codicis periocha, circumferens in se fratri et coepiscopo nostro Ignatio[11] et matri[12] imperatoris atque uxori[13] eius singulas missas epistolas necnon et epistolam[l 14] uniformem, quam quibusdam claris urbis Constantinopolitanae senatoribus singillatim scribendam atque mittendam fore praevidimus[15].

---

98 a.

Fragmenta epistolae Nicolai ad omnes fideles. *865—866.*

Codd. Monac. graec. 436 p. 36—38 (B); Vatic. Ottob. graec. 27 fol. 225' (C); Vatic. graec. 1183 fol. 6 (D); Venet. S. Marci graec. 168 (cf. I. S. Assemani, Bibliotheca iuris orient. I, 259 sq.).

Edd. Matthaeus Raderus, Acta sacrosancti et oecumenici concilii octavi Constantinopolitani quarti (Ingolstadii ex typographia Adami Sartorii 1604) p. 212—216; Labbe, Concilia VIII, 1269; Mansi, Conc. coll. XVI, 301. — J.-E. Reg. deest.

---

*) *post* semper Augusto *(v. supra p. 454 l. 27) recte exstat in C:* periocha VIIII, *quod pertinet ad hanc ep. n. 98.*

a) exthenti *B.* b) autem *C.* c) *corr. ex* per *B.* d) illam *add. Edd.* e) mandasse *C.* f) regi *C.* g) vero *add. B.* h) distinquenda *B.* i) ordinēs *C.* k) alterum *C.* l) epistola *C.*

1) *Hic ergo sequitur in codicibus epistola supra edita n. 88 (p. 454 sqq.).* 2) *Totam litterarum seriem, quam praesens epistola complectitur, ipse in periochas XII divisit Nicolaus, ut etiam hodie magna ex parte ex codicibus cognosci potest. — Cf. Analecta iuris pontif. X, 58 sqq.* 3) *Illa epistola generalitati orthodoxorum orientis missa deperdita est. Cf. supra p. 562 cum ann. 8, p. 564 l. 39.* 4) *Supra n. 88; cf. supra p. 564 l. 37 sqq.* 5) *Cf. supra ep. n. 90 p. 488 ann. 3 et p. 510 cum ann. 7—9.* 6) *Cf. supra p. 565 ann. 2.* 7) *Supra n. 90 (p. 488 sqq.).* 8) *Supra n. 91 (p. 512 sqq.).* 9) *Supra n. 92 (p. 533 sqq.).* 10) *Supra n. 93 (p. 540 sqq.).* 11) *Supra n. 94 (p. 544 sqq.).* 12) *Theodorae; supra n. 95 (p. 547 sq.).* 13) *Eudociae; supra n. 96 (p. 549 sqq.).* 14) *Supra n. 97 (p. 552 sq.).* 15) *Hic infra igitur exstant in codicibus epistolae memoratae iam supra editae nn. 90—97.*

865—866. *ΝΙΚΟΛΑΟΣ*[*1] *ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΚΑΙ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΣ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΤΗΣ ΑΛΗΘΟΥΣ ΘΡΗΣΚΕΙΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΙΣ, ΤΟΙΣ ΑΓΙΩΤΑΤΟΙΣ*[c] *ΤΕ ΚΑΙ ΕΥΛΑΒΕΣΤΑΤΟΙΣ ΠΑΤΡΙΑΡΧΑΙΣ ΚΑΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΑΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΛΟΙΠΟΙΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙΣ*[d] *ΚΑΙ ΚΛΗΡΙΚΟΙΣ ΚΑΙ ΠΑΣΙ ΠΙΣΤΟΙΣ ΤΟΙΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΣΙΑΝ ΤΕ*[e] *ΚΑΙ ΕΥΡΩΠΗΝ*[2] *ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΝ ΣΥΝΕΣΤΩΣΙ.*

[Γ]νωστὸν προφέρομεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ περὶ τῶν παρ' ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἀποστελλομένων[f] *γραφῶν, ὅτι τοιοῦτον αὐτῶν ἐστι τὸ ὕφος μετὰ προσηκόντων γραφικῶν τε καὶ κανονικῶν*[g] *ἀποδείξεων.*

α'.

[Ἐ]ν πρώτῳ μὲν τόπῳ[3] *ἐστὶ προοίμιον ἐν συντόμῳ δηλοῦν ἀνέκαθεν ἅπαντα τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνδεδραμηκότα*[4]*· ὅτι Μιχαὴλ ὁ περιβόητος καὶ Βάρδας ὁ τούτου μητράδελφος Καῖσαρ τὸν σοφὸν αὐτῶν ἀρχιερέα τῆς ἰδίας μετέστησαν ἕδρας*[5] *— οὗ τε ἀρχιερωσύνης, μένει γὰρ ἀρχιερεὺς παρὰ τῷ Θεῷ —, οἳ ἔστειλαν*[6] *πρὸς ἡμᾶς ἐπιστολὴν μετὰ ἀποκρισιαρίου κατηγοροῦσαν ἔν τινι τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου*[h] *ἡμῶν Ἰγνατίου, ἅμα δὲ*[i] *διηγουμένην καὶ περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων, καὶ ὅτι ἀπεστείλαμεν τῆς καθ' ἡμᾶς ἀποστολικῆς καθέδρας ἀποκρισιαρίους ἐπισκόπους δύο, ἐντειλάμενοι αὐτοῖς τὰ πρακτέα*[k].

β'.

Ἐν δευτέρῳ[17] *δὲ ἡ γραφὴ περιέχει ἐπιστολὰς δύο*[8]*, ἃς ἐπέμψαμεν πρὸς τὸν γαληνότατον βασιλέα Μιχαὴλ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου, πῶς καὶ διὰ τί ἐξεβλήθη, καὶ περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων, ἀλλὰ καὶ πρὸς Φώτιον, ὅτι*[m] *οὐδόλως*[m] *αὐτὸν ἐν κλήρῳ ἀποδεχόμεθα, ἕως ἂν ἀκριβῶς παρὰ*[n] *τῶν ἡμετέρων ἀποκρισιαρίων*[o] *τὰ κατ' αὐτὸν ἐξετασθῇ καὶ ἡμῖν δοθῇ*[p] *εἴδησις*[9].

γ'.

[Ἐ]ν τρίτῳ χωρίῳ[10] *ἔγκειται, ὅτι ὑπέστρεψαν*[q] *οἱ παρ' ἡμῶν πεμφθέντες δύο ἐπίσκοποι μετὰ καὶ ἀποκρισιαρίου*[r] *τοῦ βασιλέως· οἱ δὴ ἐπίσκοποι ἐδήλωσαν ἡμῖν τὰ τῆς ληστρικῆς*

---

*) *Lemma: Ἐκ τῶν πρακτικῶν τῆς συνόδου τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης. Νικολάου*[a] *ἐπιστολή*[ab] *B, C, D.*

98 a. a) *Ἐπιστολὴ Νικολάου C.* b) *ἐπιστολῆς D.* c) *corr. in ἁγιώτατοις C.* d) *om. Rader.* e) *τέ C.* f) *ἀποστελομένων D.* g) *τε add. B, D.* h) *ἐπισκόπου Rader.* i) *δὲ δὲ B.* k) *vel πρακτικὰ B; corr. in marg. πρακτικά D.* l) *corr. ex δεύτερον C; δευτέρᾳ Rader.* m) *in marg. corr. ὅτι οὐδ' ὅλως pro ὃ τιοὺ δόλως D.* n) *περὶ B, C, D, Rader.* o) *ἀποκριαρίων B.* p) *corr. in marg. D.* q) *οἱπέστρεψαν B, D.* r) *ἀποκρισιάριον B, Rader.*

1) *Cohaerent haec fragmenta — Graece tantum inter actorum octavae synodi universalis collectionem tradita — cum praecedenti epistola (n. 98), cuius 'periochae' I—IX in eis quoque indicantur. Neque vero opinioni, quam protulit J. Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 345 ann. 3, qui haec excerpta illius esse arbitratus est, assentimur. Deest enim in ep. n. 98 horum scriptorum decimum caput (infra p. 568) neque in his inveniuntur illius periochae X—XII (cf. supra p. 565 l. 15 sqq.). Secundum inscriptionem (v. supra l. 26 sq.) potius haec fragmenta synodo Romanae (a. 865—866, aliunde ignotae) adscribenda putaverimus, cui papa epistolam huius tenoris ad omnes fideles dirigendam proposuit; postea autem (a. 866) ep. supra n. 98 ex his originem sumpsisse videtur. Tempus fragmentorum concludi potest ex eo, quod infra p. 568 in capite θ' ep. supra n. 88 a. 865. m. Sept. significatur, epistolae vero apostolicae a. 866. m. Dec. (supra nn. 90—97) omittuntur. V. etiam Hergenröther, 'Photius' I, 579 sq. ann. 148.* 2) *Ep. supra n. 98 fidelibus tantum* per Asiam et Libiam, *non* per Europam, *constitutis missa est, v. supra p. 553 l. 37.* 3) *Id est in periocha prima, v. supra p. 553 l. 39:* periocha I. *Exstat hoc prooemium supra in ep. n. 98 p. 554 sq., cf. etiam p. 555 l. 33.* 4) *V. supra ep. n. 98 p. 554 l. 1 sqq.:* Quae apud Constantinopolitanam urbem paulo ante gesta sint — — —, breviter caritati vestrae — — intimamus. 5) — — patriarcham suum — — ab ecclesia ipsa, cui iure praesidebat, tyrannice proiecerunt *(ep. n. 98 supra p. 554 l. 8 sqq.).* 6) — — ad apostolatum nostrum legatis cum epistolis destinatis accusationes quasdam adversus Ignatium deferentibus petiit, ut a sede apostolica missos daremus *(ep. n. 98 supra p. 554 l. 16 sqq.).* 7) *Cf. supra p. 433 l. 32, p. 555 l. 41:* periocha II. 8) *Supra nn. 82, 83 (p. 433 sqq.).* 9) *V. supra ep. n. 83 p. 440 l. 17 sqq.* 10) *V. supra p. 441 l. 39, p. 556 l. 41:* periocha III *et ep. n. 84 (p. 441 sq.).*

συνόδου καὶ τῆς κατὰ[a] *ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἰγνατίου τυραννίδος· ὡς ἔγνωμεν παρανόμως γενέ-* 865—866.
σθαι[b] *τὰ πραχθέντα, κατ' ὄψιν*[c] *τοῦ ἀποκρισιαρίου μετὰ πάσης τῆς*[d] *ἐκκλησίας ἀνεθεματίσαμεν*[e] *τὴν τοιαύτην ἄθεσμον*[f] *πρᾶξιν*[g]*, καὶ ὡς οὔποτε τὴν Φωτίου χειροτονίαν ἢ κοινωνίαν δεξόμεθα.*

δ'.

Ἐν τετάρτῳ δὲ κεφαλαίῳ[1] *ἐστὶ*[h] *πρὸς τὸν βασιλέα ἐπιστολὴ*[2]*, πῶς οὐκ ἐδεξάμεθα τὴν βίαν τὴν ἄδικον τὴν*[i] *κατὰ Ἰγνάτιον*[k]*, καὶ πρὸς τὸν Φώτιον ἑτέρα ἐπιστολὴ*[3]*, ὅτι ἐν οὐδεμιᾷ τάξει τῆς ἱερωσύνης αὐτὸν ἀποδεχόμεθα.*

ε'.

Ἀλλὰ καὶ ἐν πέμπτῃ τάξει[4]*, ὅτι τοὺς ἐπισκόπους συνοδικῶς ἐκαθήραμεν καὶ ἀφωρίσαμεν*[l][5]*, καὶ Φώτιον ὁμοίως τὸν μοιχόν τε καὶ ἐπιβήτορα*[m] *τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἁγίας ἐκκλησίας. πρῶτον*[6] *μέν, ὅτι τοῦ μέρους ὑπῆρχε τῶν ἀποσχιστῶν, τῶν ἑαυτοὺς ἀποσχισάντων, μετὰ τὸ πολλάκις καθαιρεθῆναι τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ τῆς τοῦ συνεπισκόπου*[n] *ἡμῶν Ἰγνατίου κοινωνίας. δεύτερον, ὅτι καὶ νεόφυτος καὶ ἐκ ταξιωτικοῦ*[o] *καὶ λαϊκοῦ τάγματος προήχθη. τρίτον, ὅτι ἀπὸ τῶν προειρημένων ἀποσχιστῶν ἐχειροτονήθη*[p]*. ἔτι γε μὴν ὅτι καὶ ἐναντίως τοῦ ἰδίου ἰδιοχείρου ἔπραξεν, ὃ πρὸς τοὺς μητροπολίτας ἐποίησε περὶ τοῦ Ἰγνατίου. ἀλλὰ καὶ δι' ἕτερα*[q] *πλείονα καθαιροῦμεν τὸν Φώτιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ*[7]*. εἰ δὲ μὴ στέργουσιν ἡσύχως τῇ καθαιρέσει, καὶ ἀναθεματίζομεν*[r]*. ἀποκαθιστῶμεν*[s][8] *δὲ τὸν Ἰγνάτιον εἰς τὸν οἰκεῖον θρόνον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐκβεβλημένους*[t] *εἰς τοὺς οἰκείους εἰσαγάγομεν θρόνους.*

ς'.

Ἐν ἕκτῃ δὲ ἐῤῥέθη γραφῇ[9] *τὰ περὶ τῶν*[u] *Θεοπασχιτῶν*[v] *καὶ περὶ τῆς ἡμῶν ὀρθῆς πίστεως*[10]*.*

ζ'.

Καὶ ἐν ἑβδόμῃ[11] *τὰ περὶ τὸν παραβάτην Ῥαδοάλδον*[12]*.*

η'.

[Κ]αὶ ἐν ὀγδόῃ[13] *παραινέσεις, ἵνα μή τις συναπαχθῇ*[w] *ὑμῶν τῇ κατὰ Ἰγνάτιον*[x] *λῃστρικῇ*[y] *πράξει, ἀλλ' ἕπεσθαι τῇ ἡμετέρᾳ γνώμῃ· καὶ ὅτι οὐ δεδιότες*[z] *ἡμεῖς ὡς παρακρίναντες ταύταις ἐγράψαμεν. οὐδὲ γὰρ ὁ Πέτρου θρόνος ὑπ' ἄλλου κρίνεται ἢ ὑπὸ*[a] *τοῦ δεδωκότος αὐτῷ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας. ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς κατὰ τὸ ἀρχαῖον διαφυλάττησθε*[b] cf. Matth. 16, 19. *μηδὲ*[c] *κρίνειν ἢ συναινεῖν*[d] *ἄνευ τῆς ἡμῶν παραδόσεως. τοῦτο δὲ ἔγραψα διὰ τὸ κατὰ τὸν παρελθόντα χρόνον ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς βασιλικὸν σπαθάριον*[e] *μετὰ καὶ ἐπιστολῆς βασιλικῆς ἐγκαυχώμενον, ὅτι σύνοδον εὐτρεπίζει ὁ βασιλεύς, διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι ἡμᾶς τὴν γεγραμμένην ἀδικίαν.*

---

a) *τοῦ ss. add. C.* b) *γενέσθε C.* c) *κατόψιν D.* d) *om. D.* e) *corr., ut videtur, ex ἀναθεματίσαμεν B; ἀναθετίσαμεν Rader.* f) *ἄνθεσμον B; corr. pro ἄνθεσμον in marg. D.* g) *corr. ex πράξιν C; πράξιν D.* h) *ἔτι Rader.* i) *om. D.* k) *sic B, ut videtur, et Rader; corr. ex Ἰγνατίον C; Ἰγνατίου D.* l) *ἠφωρίσαμεν C, D; ἠφωρήσαμεν Rader.* m) *ἐπιβητῆρα D.* n) *ἐπισκόπου Rader.* o) *ταξεωτικοῦ B; ταξεωτικον C; ταξωτικοῦ D.* p) *corr. ex ἐχειροτονήθει C.* q) *corr. ex ἑτέρα C.* r) *ἀναθεματιζόμενον Rader.* s) *ἀποκαθιστᾶμεν Rader.* t) *ἐκβεβηλωμ(ένους) B; corr. in marg. pro ἐκβεβηλωμένους D.* u) *om. D, Rader.* v) *Θεοπασχητῶν Rader.* w) *ἀπαχθῆ D.* x) *Ἰγνατίου C, D.* y) *λιστρικῇ B (ut videtur), D.* z) *δεδιόδτες (sic!) C; corr. pro δεδιῶτες in marg. D.* a) *ἀπὸ Rader.* b) *διαφυλάττεσθε codd.; διαφυλάττεσθαι Rader.* c) *μὴ δὲ B, C.* d) *συνεναῖν B; corr. ex συνεναῖν C, D.* e) *σπαθοάριον C, D; σπάθαρον Rader.*

1) *V. supra p. 443 l. 39, p. 556 l. 42:* periocha IIII. 2) *Supra n. 85 (p. 443 sqq.).* 3) *Supra n. 86 (p. 447 sqq.).* 4) *V. supra p. 556 l. 43:* periocha V. 5) *Cf. supra ep. n. 98 p. 556 sq.* 6) *V. supra ep. n. 98 p. 557 sq. cap. I.* 7) *V. supra ep. n. 98 p. 558 sq. capp. II. III.* 8) *V. supra ep. n. 98 p. 559 sq. capp. IV. V.* 9) *V. supra p. 560 l. 38:* periocha VI. 10) *Cf. supra ep. n. 98 p. 560 sq. capp. I. II.* 11) *V. supra p. 561 l. 36, ubi perperam iteratum est a scriptore:* periocha VI *pro* periocha VII. 12) *Cf. supra ep. n. 98 p. 561 sq.* 13) *Significatur illa pars ep. supra n. 98, quae exstat p. 562 l. 30 — p. 564 l. 36; omittitur autem in codicibus nostris indicatio 'periochae VIII'.*

866 (Nov. 13).

ϑ'.

Ἐν ἐννάτῃ περιοχῇ[1], ὅτι ἐὰν μὴ πείθωνται τοῖς θείοις θεσμοῖς, ἵνα[2] ἀποστείλῃ[a] τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Ἰγνάτιον μετὰ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ καὶ τὸν Φώτιον, ὡς ἀναδέξασθαι, καὶ
cf. 1. Petr. 1, 17. μετ' αὐτοὺς κριθῶσιν ἐν[b] καθαρῷ καὶ ἀπροσωπολήπτῳ συνεδρίῳ. πῶς γὰρ ἄν τις δικαίως κριθήσεται παρὰ τῶν κατηγόρων[c] αὐτοῦ;

ι'.

Δέκατον[3] καὶ τελευταῖον συμπέρασμα, ἵνα δέξησθε τοὺς διακόνους τῶν μακαρίων ἀποστόλων καὶ τῆς ἡμῶν εὐτελείας. καὶ ἔνθα ἂν ἐξαιτῶνται[d] τὴν ὑμῶν βοήθειαν, ἐπαμύνητε αὐτοῖς κατὰ τὸ ὑμῖν δυνατόν, μάλιστα εἰς τὸν κοινὸν ἀγῶνα· κοινὸς γὰρ ἀγὼν ἡ τῶν πλανωμένων ἀδελφῶν ἐπιστροφὴ καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπίγνωσις, τῶν Ἀρμενίων[4] δηλονότι.

99.

Nicolaus capitulis 106 ad Bulgarorum consulta respondet. *866 (Nov. 13).*

Codd. Vatic. lat. 3827 fol. 196—209' (B); Vatic. lat. 3554 fol. 260—289' (C); Remigianus, qui non iam exstare videtur, ex quo variae lectiones hic dantur secundum Analecta iuris pontif. X, 142 sqq. (D). Nihil utilitatis praebuerunt codices Vallicellani C. 23 (s. XVI), J. 49 (s. XVI—XVII), Q. 6 (s. XVI).

Edd. Editio Romana (1591) III, 237; Labbe, Concilia VIII, 516; Mansi, Conc. coll. XV, 401; Migne, Patr. lat. CXIX, 978. — Cf. J.-E. Reg. n. 2812 (2123).

Ad*[5] consulta vestra[6] non multa respondenda sunt nec duximus per singula diutius immorari, qui Deo auctore non solum libros[a] divinae legis, verum etiam et missos[7] nostros idoneos, qui vos, prout tempus et ratio dictaverit, de singulis instruant, ad patriam vestram et ad gloriosum regem vestrum[8] dilectum filium nostrum destinaturi[b] sumus[b], quibus et libros, quos praevidimus necessarios illis nunc esse, commisimus.

Capitulum primum. Igitur optime ac laudabiliter in prima quaestionum vestrarum fronte regem vestrum legem Christianam petere perhibetis. Quae si latius explicari temptatur, innumeri scribendi sunt libri; sed ut compendio, in quibus praecipue constet,

---

*) *Lemma:* Nicolai PP. responsa ad consulta Bulgarorum *scr. man. moderna B;* Nicolai primi responsa ad consulta Bulgarorum *C.*

a) ἀποστείλῃ *B, C;* ἀποστείλει *D.* b) ἔτι *B; in marg. corr. pro* ἔτι *D.* c) *corr. ex* κατηγορῶν *C.* d) *corr. ex* ἐξαίτωνται *C.*

99. a) libris *B.* b) destinatur isunus *B;* destinavimus *C.*

1) *V. supra p. 454 l. 40, p. 565 l. 30:* periocha VIIII. 2) *Cf. ep. supra n. 88 p. 454 sqq., praecipue p. 480 sqq.* 3) *Periocha X epistolae supra n. 98 (v. p. 565 l. 15 sqq.) cum his non in omnibus consentit. Legati quidem sedis apostolicae ibi commendantur (cf. supra p. 510 sq.), Armeniorum autem nusquam mentio fit; v. etiam supra p. 566 ann. 1.* 4) *Cf. Hergenröther, l. l. I, 496 cum ann. 139. — Ad Armenios referimus ep. supra n. 87 (p. 451 sqq., cf. p. 451 sq. ann. 9), ep. n. 98 p. 557 l. 15 sqq. et p. 560 sq. capp. I. II; nominantur tantum hoc loco et infra in ep. n. 99 c. CVI.* 5) *De Bulgarorum conversione cf. praecipue: Ann. Bertin. a. 866 ed. Waitz p. 85 sq., Ann. Fuld. a. 867 ed. Kurze p. 65 sq., Reginon. chron. a. 868 ed. Kurze p. 95, Lib. pontif. ed. Duchesne II, 164, Anastasii praef. in synod. octav., Migne, Patr. lat. CXXIX, 19 sqq., Photii epist., Migne, Patr. graec. CII, 628 sqq. — De celeberrimis Nicolai responsis, quae novem praecedentibus eodem tempore datis epistolis codicem B sequentes postposuimus (v. Analecta iuris pontif. X, 63 et ep. infra n. 100), conferantur: Hergenröther, 'Photius' I, 606—617. Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 346—351. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 190 sq. Lapôtre, 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 54 sq. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 75—82. C. J. Jireček, 'Geschichte der Bulgaren (Prag' 1876) p. 156, qui etiam ad haec laudat opera ab E. Golubinskij et M. Drinov composita, quae non respeximus. V. etiam K. Böckenhoff, 'Speisesatzungen mosaischer Art in mittelalterlichen Kirchenrechtsquellen des Morgen- und Abendlandes (Münster i. W.' 1907) p. 81 sqq.* 6) *Quae omnia Bulgari papam consuluerint, ex ipsis responsis elucet.* 7) *Paulum Populoniensem et Formosum Portuensem episcopos, cf. Lib. pontif. l. l., Anastasii praef., Migne, Patr. lat. CXXIX, 20. De Formoso v. etiam Dümmler, 'Auxilius und Vulgarius (Leipzig' 1866) p. 2 sq. Lapôtre, 'L'Europe et le Saint-Siège' I, 56 sqq.* 8) *Post baptismum — anno 864, ut videtur (cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 188 et supra p. 293 ep. n. 26 c. IX) — Michael, antea Bogoris (Boris) appellatus.*

ostendatur, sciendum est, quia in fide et bonis operibus lex Christianorum subsistit. Nam fides prima est omnium virtutum in conversatione credentium. Unde et prima die lux esse dicitur, cum a Deo 'Fiat lux' dictum fuisse describitur[a], id est illuminatio credulitatis appareat; siquidem et propter hanc Christus in terram descendit. Opus autem bonum nihilominus a Christiano exigitur; quemadmodum in lege nostra scriptum est: 'Sine fide impossibile est placere Deo', sic etiam scriptum est: 'Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est.' Haec est lex Christiana, haec est, quam quisque legitime custodiens omnino salvabitur. 866 (Nov. 13). Gen. 1, 3. Hebr. 11, 6. Iac. 2, 20.

Capitulum secundum. Ita[1] diligere debet homo eum, qui se suscipit ex sacro fonte, sicut patrem; quin immo quanto praestantior est spiritus carne, quod illud spiritale sit[b] patrocinium et secundum Deum adoptio, tanto magis spiritalis pater in omnibus est a spiritali filio diligendus. Marcus enim evangelista Petri discipulus et ex sancto[c] fuit eius baptismate filius[2]. Quem nisi dilexisset ut patrem, ei non in omnibus oboedisset ut filius. Nulla vero inter eos et filios eorum consanguinitas est, quoniam spiritus ea, quae sanguinis sunt, nescit: 'Caro enim', secundum apostolum, 'concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem; haec enim invicem adversantur.' Est[3] tamen alia inter eos gratuita et sancta communio, quae non est dicenda consanguinitas[d], sed potius habenda spiritalis proximitas. Unde inter eos non arbitramur[e] esse quodlibet posse coniugale conubium[4]; quandoquidem nec inter eos, qui natura, et eos, qui adoptione filii sunt, venerandae Romanae leges matrimonium contrahi[f] permittunt. Siquidem primus institutionum liber, cum de nuptiis loqueretur, inter cetera: Inter eas, inquit[5], personas, quae parentum[g] liberorumve[h] locum inter se optinent, nuptiae contrahi non possunt, veluti inter patrem et filiam vel avum et neptem[i] vel matrem et filium vel aviam et nepotem et usque ad infinitum: et si tales personae inter se coierint[k], nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur[l]. Et haec adeo sunt, ut, quamvis per adoptionem parentum[m] liberorumve[n] loco sibi esse coeperint, non possint inter se matrimonio iungi. Itaque eam, quae mihi per adoptionem filia aut neptis esse coeperit[o], non potero uxorem ducere; et infra[6]: Si qua[p] per adoptionem soror mihi[q] esse coeperit, quamdiu[r] quidem constat adoptio, sane inter me et eam nuptiae consistere non possunt. Si[7] ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit, quanto potius a carnali oportet inter se contubernio cessare, quos per caeleste sacramentum regeneratio sancti spiritus vincit? Longe igitur congruentius filius patris mei vel frater meus appellatur is, quem gratia divina quam quem humana voluntas, ut filius eius vel frater meus esset, elegit, prudentiusque ab alterna corporis commixtione secernimur[s], quoniam spiritus sanctus sua nos caritate coadunavit, quam si vel carnalis necessitudo vel invicem nos mutabile cuiusdam corruptibilis hominis arbitrium copulasset. cf. 1. Petr. 5, 13. Gal. 5, 17.

Cap. III. Consuetudinem, quam Graecos in nuptialibus contuberniis habere dicitis, commemorare prolixitatem stili vitantes carptim morem, quem[t] sancta Romana suscepit antiquitus et hactenus in huiusmodi coniunctionibus tenet ecclesia, vobis monstrare studebimus. Nostrates[8] siquidem tam mares quam feminae non ligaturam auream vel

---

a) dicitur, *in marg.* describitur *C.* b) est *C.* c) sacro *C.* d) sanguinitas *C.* e) arbitamur *B.* f) non *add. D.* g) parentium *B, C.* h) liberorum vel *B, C.* i) nepotem *B.* k) conierint *C.* l) dicantur *C.* m) parentium *B, C.* n) liberorum *C.* o) coeperint *B.* p) quis *C.* q) *deest C.* r) quando *D.* s) secernimus *C.* t) quæ *B.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 1 C. 30 q. 3.* 2) *Cf. J. Freisen, 'Geschichte des kanonischen Eherechts bis zum Verfall der Glossenlitteratur' (Paderborn' 1893), p. 507 sq. et p. 508 ann. 2.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 1 C. 30 q. 3.* 4) *Cf. Freisen, l. l. p. 521.* 5) *Iustin. Instit. 1, 10, 1 (de nuptiis).* 6) *Ibid. 1, 10, 2.* 7) *Cf. Decr. Grat. c. 1 C. 30 q. 3.* 8) *Cf. Decr. Grat. c. 3 C. 30 q. 5. — V. ad sequentia Freisen, l. l. p. 136 sqq. R. Köstler, 'Die väterliche Ehebewilligung (Stutz' Kirchenrechtliche Abhandlungen Heft 51, Stuttgart' 1908) p. 71 sqq. R. von Scherer, 'Kirchenrecht' II, 236 cum ann. 21 et p. 432 cum ann. 16.*

866 (Nov. 13). argenteam aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptialia[a] foedera contrahunt, in capitibus deferunt, sed post sponsalia[1], quae futurarum sunt nuptiarum promissa foedera quaeque consensu eorum, qui haec contrahunt[b], et eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur, et postquam arrhis[c] sponsam sibi sponsus per digitum fidei a se anulo[d] insignitum desponderit[e] dotemque utrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram invitatis ab utraque parte tradiderit, aut mox aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege diffinitum tale quid fieri praesumatur, ambo ad nuptialia foedera perducuntur. Et primum quidem in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo, per sacerdotis manum statuuntur sicque demum benedictionem et velamen caeleste suscipiunt, ad exemplum videlicet, quod[f] Dominus primos homines in
Gen. 1, 28. paradiso collocans benedixit eis dicens: 'Crescite et multiplicamini' et cetera. Siquidem
cf. Tob. 8, 4. et Thobias[g], antequam coniugem[h] convenisset, oratione[i] cum ea Dominum orasse discribitur[k]. Verumtamen velamen illud non suscipit qui ad secundas nuptias migrat. Post haec autem de ecclesia egressi coronas in capitibus gestant, quae semper in ecclesia ipsa sunt solitae reservari. Et ita festis nuptialibus celebratis ad ducendam individuam[1] vitam Domino disponente[m] de cetero diriguntur. Haec sunt iura nuptiarum, haec[2] sunt praeter alia, quae nunc ad memoriam non occurrunt, pacta coniugiorum sollemnia; peccatum autem esse, si haec cuncta in nuptiali foedere non interveniant, non dicimus, quemadmodum Graecos vos astruere dicitis, praesertim cum tanta soleat[n] artare quosdam rerum inopia, ut ad haec praeparanda nullum his suffragetur auxilium; ac[o] per hoc sufficiat[3] secundum leges[4] solus eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur. Qui consensus si solus in nuptiis forte defuerit, cetera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur, Iohanne Chrysostomo[p] magno doctore testante, qui ait[5]: Matrimonium non facit coitus, sed voluntas. Iam vero quod[q] sciscitamini, si muliere propria defuncta possit vir alteram ducere, scitote per omnia posse, Paulo egregio[r] praedicatore
1. Cor. 7, 8. 9. consilium dante, qui dicit: 'Dico autem non nuptis et viduis: Bonum est illis, si sic
ib. 7, 39. maneant, sicut et ego. Quodsi se non continent, nubant'; et iterum: 'Mulier', inquit[s], 'alligata est legi[t], quanto tempore vir eius vivit; quodsi dormierit vir eius, liberata est: cui vult, nubat[u], tantum in Domino'. Quod enim de muliere sanxit, et de viro intelligendum est, quia e contra saepe sancta scriptura de viro loquitur, sed et de muliere
Ps. 1, 1. nihilominus dicere subintelligitur. Ecce enim dicimus: 'Beatus vir, qui non abiit[v] in
Ps. 111, 1. consilio impiorum' et[w] cetera[w], et iterum: 'Beatus vir, qui timet Dominum'; ubi non solum virum, sed et feminam, quae non abiit[v] in consilio impiorum et quae timet Dominum, beatam esse non inmerito credimus.

Cap. IIII. Quot temporibus vel diebus in circuitu sit anni a carnibus abstinendum, nunc vobis, qui rudes estis et in fide quodammodo parvuli[6], superflue ducimus expo-

---

a) nuptilia *hic et infra C.* b) contra hunc *B.* c) arris *B.* d) nullo *B.* e) disponderit *B.* f) quos *B, C.* g) Tobias *C.* h) coniuge *B.* i) orationem *C.* k) describitur *C.* l) individuum *B.* m) disponere *C.* n) soleant *B.* o) hac *B.* p) Ioanne Chrisostomo *C.* q) *deest C.* r) aegregio *B.* s) in qua *B.* t) *om. B, C.* u) nubā *B.* v) habiit *hic et infra B.* w) *desunt C.*

1) *In his papam respicere non ad Dig. 23, 1, 1* (Sponsalia sunt mentio et repromissio nuptiarum futurarum), *sed ad Inst. 1, 10 pr. opinatur M. Conrat in 'Neues Archiv' XXXVI, 720 ann. (1911).* 2) *Cf. Decr. Grat. c. 3 C. 30 q. 5.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 2 C. 27 q. 2. — V. Freisen, l. l. p. 314 sqq. Köstler, l. l. p. 71 sqq. et 120 sq. von Scherer, l. l. II, 163 cum ann. 2. Addere licet hoc loco fragmentum in Ivonis Panorm. VI, 122 et Decr. Grat. c. 1 C. 30 q. 2 Nicolao papae adscriptum:* Ubi non est consensus utriusque, non est coniugium. Ergo qui pueris dant puellam in cunabulis vel e converso, nihil faciunt, nisi uterque puerorum consentiat, postquam venerit ad annos discretionis; non est coniugium, nisi fiat utriusque consensus, etiamsi pater et mater hoc fecerint et voluerint. *Cf. etiam Freisen, l. l. p. 325 sq. F. Lenz in 'Deutsche Zeitschrift für Kirchenrecht' XX, 287 (1911).* 4) *Cf. Iustin. Inst. 1, 10 pr.; v. M. Conrat in 'Neues Archiv' XXXVI, 725 ann. 1 (1911).* 5) *Hom. in Matthaeum XXXII, opp. ed. Montfaucon VI, app. p. CXXXV (Parisiis 1724), Migne, Patr. graec. LVI, 802.* 6) *Cf. infra p. 571 cum ann. 3.*

nendum; verum interim in diebus ieiuniorum, in quibus per abstinentiam et lamentum paenitentiae praecipue Domino supplicandum est, modis omnibus est a carnibus abstinendum. Quoniam, licet omnibus orare et abstinere conveniat, ieiuniorum tamen temporibus amplius abstinentiae inservire oportet, videlicet ut, qui se[a] meminerit[a] illicita[b] perpetrasse, secundum sacra decretalia[1] in his etiam a[c] licitis[c] se quibusdam abstineat, quadragesimali videlicet tempore, quod est ante Pascha, ieiunio post Pentecosten, ieiunio ante sollempnitatem assumptionis sanctae[d] Dei genetricis et semper virginis dominae nostrae Mariae[2] necnon et[e] ieiunio[f] ante natalis domini nostri Iesu Christi festivitatem: quae ieiunia[g] sancta Romana suscepit antiquitus et tenet ecclesia. In sexta vero feria omnis[h] hebdomadae[h] et in cunctis vigiliis insignium[i] festivitatum a carnium esu[k] cessandum[l] et ieiuniis incumbendum, ut veraciter cum psalmographo[m] dici valeat: 'Ad vesperum demorabitur fletus et ad matutinum laetitia.' Si qui[n] vero vestrum aliis voluerint[o] forte diebus a carnibus[p] abstinere, non sunt prohibendi, quoniam, quanto quis hic in lacrimis magis seminaverit, tanto amplius in gaudio messurus est in vita aeterna. Nos[3] tamen vobis, qui, ut praetulimus, adhuc rudes estis et lacte tamquam parvuli nutriendi, non grave possumus[q] iugum, donec ad solidum cibum veniatis, imponere. Verum sicut hoc interim cavemus, ita, ut prohibita non contingatis, modis omnibus admonemus; protoplasti quippe solum pomum gustando vetitum de paradisi amoenitate propulsi sunt.

866 (Nov. 13).

Ps. 29, 6.

cf. Ps. 125, 5.

cf. Hebr. 5, 12–14.

cf. Gen. 3, 23. 24.

Cap. V. Quarta feria quamvis[r] ceteris diebus praeter sextam feriam sit amplius meroribus operandum[s], pro eo quod Dominus ipso iam die in corde terrae, id est Iudae traditoris, quodammodo sepultus erat, dum hunc ipse morti tradere meditabatur, tamen, si vestrum quis eodem die vult, potest omnino carnes comedere, nisi forte sibi aut a sacerdote constet[t] interdictum, quoniam scriptum est: Melius oboedientia quam sacrificium, aut cum[u] ipsa[v] feria[v] inter dies ieiuniorum evenire contigerit, quoniam Ionathas indictum a patre ieiunium modicum mellis gustando violans ad occidendum ab ipso patre quaesitus est, aut certe ipse se voto ipso die carnes non comesturum[w] constrinxerit[x], quoniam scriptum est: 'Vovete et reddite domino Deo vestro.' Sexta vero feria passionem dominicam et apostolorum mestitiam recolentes ab omnium carnium epulis et pinguedine gustus noster arcendus est, praeter si nativitas Domini et epiphaniorum eius[4] aut festivitas beatae matris Domini et intemeratae[y] virginis Mariae[5] seu apostolorum principum[z] Petri et Pauli[6] atque sancti Iohannis Baptistae[7] seu beati Iohannis evangelistae[8] necnon et clavigeri caeli germani, Andreae scilicet apostoli[9], quin etiam et beati Stephani protomartyris[a 10] ipso die fortassis evenire contigerit. Nam quod sancta ecclesia vel[b] fidelis anima in festivitate sanctorum ieiunia vel abstinentias, quae non sunt perpetuo voto propositae[c], solvere debeat[d], Dominus testatur in evangelio dicens: 'Mulier cum parit tristitiam habet; cum autem peperit puerum, iam non meminit pressurae propter gaudium, quia natus est homo in mundum': mulierem dicit sanctam ecclesiam; sicut enim mulier nato in hunc mundum homine laetatur, ita ecclesia in vitam futuram fidelium

cf. Matth. 26, 14–16.

cf. 1. Reg. 15, 22.

cf. 1. Reg. 14, 43. 44.

Ps. 75, 12.

Ioh. 16, 21.

---

a) *sic D;* seminit *B;* se meminit *C;* se sciverit *Edd.* b) illicite *C.* c) allicitis *C.* d) *om. C.* e) *om. C.* f) ieiunia *C.* g) ienia *B.* h) omni hebdomade *B.* i) insignum *B.* k) su *B.* l) cesandum *C.* m) psalmo *C, D.* n) quis *C.* o) voluerit *C.* p) carnalibus *B.* q) posuimus *C.* r) e *add. C.* s) operam dandum *D.* t) esset *C.* u) *om. C.* v) ipsam feriam *C.* w) cōmessurum *B.* x) constrinxit *D.* y) intemeritatis *B, C.* z) principium *B.* a) prothomartiris *C.* b) vel *C.* c) seu memores *add. B, C.* d) *corr., ut videtur, ex* debeant *C.*

1) *Cf. Leonis I. decreta c. 22, Migne, Patr. lat. LXVII, 289:* illicitorum veniam postulantem oportet etiam a licitis abstinere *(J.-K. Reg. n. 544).* 2) *Aug. 15.* 3) *Cf. ad hunc locum M. Conrat, 'Arbor iuris des früheren Mittelalters (Aus dem Anhang zu den Abhandlungen der Königl. Preuss. Akademie der Wissenschaften' 1909) p. 18 cum ann. 3 et Alcuini epist. ad Arnonem, MG. Epist. IV, 154 l. 16 sqq.* 4) *Ian. 6.* 5) *Sept. 8.* 6) *Iun. 29.* 7) *Iun. 24.* 8) *Dec. 27.* 9) *Nov. 30.* 10) *Dec. 26.*

866 (Nov. 13). populo migrante[a] digna exultatione repletur. Pro qua eius nativitate multum laborans et gemens in praesenti quasi parturiens dolet. Nec novum debet cuiquam[b] videri, si natus dicitur, qui ex hac vita migraverit; quomodo enim usitato[c] more dicitur nasci, quando quis ex utero materno procedens in hanc lucem exit, sic quoque iure natus appellari potest, qui[d] liber[d] ab[e] huius saeculi tenebris ad lumen pertingit[f] viventium. Pro qua ergo re apte consuetudine tenetur ecclesiastica, ut sollemnes beatorum martyrum vel confessorum Christi dies, quibus de hoc mundo ad regionem migraverunt vivorum, nuncupentur[g] natales, sed et eorum sollemnia non funebria tamquam morientium, sed utpote in vera vita nascentium natalitia vocitentur. Ergo si tunc[h] nati[i] cf. Luc. 20, 38. sunt[i] utique Deo, cui omnia vivunt, in cuius manu iustorum animae positae sunt, quando Ioh. 16, 21. visi sunt oculis insipientium mori, mulier sancta ‘iam non meminit pressurae propter gaudium, quia natus est homo in mundum’, id est in lucem aeternam. Quodsi de eius nativitate laetatur, non ieiuniis, non abstinentiis, non denique ullis debet ipso vacare cf. Ps. 83, 7. die meroribus. Quamvis[k] in hac valle lacrimarum semper lugendum sit et, donec perveniatur ad illam angelorum festivitatem, semper meroribus insistendum, quoniam, etsi hic sollemnitas agitur, non tamen continua, sed momentanea est, quae vix aliquando sine dolore perficitur[k].

Cap. VI. Porro dicitis, quod affirment Graeci dicentes, quod nullo modo in quarta et sexta feria[l] balneari debeatis, de quo id nos e contra vobis consulentibus respondemus, quod beatus papa Gregorius et Anglorum[m] gentis apostolus[n] Romanis[o] de dominico[p] die[p] sermone quodam habito praedicasse legitur. Ait[q] enim: Ad me perlatum est vobis a perversis hominibus esse praedicatum, ut dominicorum[r] die nullus debeat lavari; et quidem si pro luxu animi atque voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus: Eph. 5, 29. si autem pro necessitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus; scriptum quippe est: ‘Nemo Rom. 13, 14. carnem suam odio[s] habuit, sed nutrit et fovet eam’: et rursum scriptum: ‘Carnis curam ne feceritis[t] in concupiscentiis.’ Qui igitur carnis curam in concupiscentiis fieri prohibet, profecto in necessitatibus concedit. Nam si dominicorum die corpus lavare peccatum est, lavari ergo die eodem nec facies debet. Si autem hoc in corporis parte conceditur, cur hoc exigente necessitate toto[u] corpori negetur? Itaque quod hic praesul eximius et suavissimus doctor in dominico die, qui ceteris diebus venerabilior est, concessit, nos quoque in quarta et sexta feria non negamus, hanc videlicet discretionem servantes, ut, siquidem pro luxu animi atque voluptate quis lavari appetat, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedamus, si autem pro necessitate corporis, hoc nec quarta nec sexta feria prohibeamus.

Cap. VII. Sciscitamini praeterea, si liceat crucem Domini cum reliquiis[v] mundo sive immundo hanc habenti osculari vel portare. Quod ei, qui[w] mundus est, omnino licet; nam in osculo quid nisi amor, quo quisque circa ea flagrat, innuitur[x]? In deportatione vero eius quid nisi mortificatio carnis vel compassio proximorum exprimitur? Siquidem hanc cf. Luc. 14, 27. et Dominus baiulare praecipit, sed in mente; verum et cum corpore gestatur, ut et mente gestari debeat, facilius admonetur. Crux quippe a cruciatu dicitur et, ut praefatus exponit[2] antistes, duobus modis crucem Domini baiulamus, cum aut per abstinentiam carnem afficimus aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus. Igitur crucem Domini passionem eius venerantes osculamini et pro eius amore, si necessitas exigit,

---

a) *deest B.* b) cuique *C.* c) uisitato *B.* d) quilibet *C.* e) ad *B.* f) pertingens *C.* g) n̄cupentur *B.* h) nunc *C.* i) natis *C.* k) Quamvis — perficitur *(l. 17) desunt C.* l) *deest B, C;* Quarta et sexta feria balneari. Gregorius lib. II. Epła 3. *in marg. C.* m) *al. m. corr. ex* angelorum *B.* n) apostolis *B.* o) filiis suis *add. D.* p) dn̄i co ridie *B.* q) Aliud *C.* r) dominico *C.* s) hodio *B.* t) defeceritis *B.* u) tota *C.* v) reliquis *B.* w) quod *B.* x) et *add. C.*

1) *Gregor. M. Registr. XIII, 3, MG. Epist. II, 368 (J.-E. Reg. n. 1867).* 2) *Gregor. M. homil. in evang. XXXVII, Migne, Patr. lat. LXXVI, 1277.*

eadem cogitatione armamini; portate eam, sed cum summa reverentia et corpore et corde mundissimo, ita ut a mente vestra numquam decidat[a], id est, ut et per abstinentiam carnem semper afficiatis et per compassionem necessitatem proximorum vestram putetis. Qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Immundum autem hanc portare nullo pacto permittimus; scriptum quippe est: 'Mundamini, qui fertis vasa Domini.' Nullum vero Domini vas sacratius est cruce dominica, quae ipsum portare Dominum meruit. Osculari[b] autem eam immundo non licet, quoniam eo[c] ipso[d], quod[e] immundus est, ipse sibi testis est, quod[f] mortificationem carnis non diligat; ergo quam non[g] amat, nec osculetur, ne forte de eo dicatur, quod de reprobis a[h] Domino per prophetam increpatorie dicitur: 'Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me', et psalmista[i]: 'Dilexerunt', inquit, 'eum in ore suo et in[k] lingua sua mentiti sunt ei[l].' De reliquiis vero sanctorum eadem dicimus, quorum corpora templa et vasa fuere suntque Dei quibusque ad omnia bona opera tamquam organis sanctus usus est, quando voluit, spiritus.

866 (Nov. 13).

Isai. 52, 11.

Isai. 29, 13. Matth. 15, 8.

Ps. 77, 36.

Cap. VIII. Ergo praemissa digna reverentia, si munditia mentis et corporis comitatur[m], etiam quadragesimali tempore, de quo speciali consultatione percunctati estis, crux[n] Domini et portari[o] et superiori regula[1] custodita licet[p] cum libuerit osculari; sed et tunc maxime atque ibi, quando et ubi antiqui[q] hostis vel pugnae vel insidiae praecipue formidantur.

Cap. VIIII. Corpori et sanguini dominico cotidie[r] in quadragesima maiori[2] si debeatis communicare, consulitis. Quod ut fiat, Deum[s] omnipotentem suppliciter exoramus et vos omnes vehementissime cohortamur[t], si tamen mens in affectu peccandi non sit vel si hanc non de criminalibus peccatis conscientia[u] impoenitens vel non reconciliata fortassis accuset vel si fratri discordanti quis vestrum suo vitio[v] reconciliatus minus existat. Nam quem de horum aliquo conscientia mordet, gravari tanto munere potius quam remedium consequi quodlibet arbitramur; 'iudicium' enim 'sibi', secundum apostolum, 'manducat et bibit.' Verum de hoc et de his, qui ecclesiam quidem intrant nec tamen facta oblatione communicant, sacri canones[3] sufficienter[w] enuntiant, qui antistiti[x] vestro sunt, qui Deo vobis auctore per mediocritatem nostram ordinandus est[4], tribuendi et ab eo sacerdotibus[y], qui claves tenent scientiae, dumtaxat aperiendi et vobis nihilominus, in quibus opus est et minime prohibetur, insinuandi. Interim tantum[z] quadragesima, quam mos ecclesiae maiorem appellat, omni[a] est die servato superiori tenore communicandum. Quoniam semper est orationi vacandum et sacrificiis fidelium concurrendum et illud propheticum[b], quo dicitur: 'In die ieiunii vestri invenitur voluntas[c] vestra', iugiter ad memoriam revocandum. Si enim ex consensu coniugatorum etiam alio forte mundo corpore tempore vacatur orationi, quanto potius isto, quo Deo etiam carnis nostrae decimas damus[5], quo ipsum in abstinentia Dominum imitamur, quo non solum illicita, verum etiam multa a nobis quoque licita merito resecamus, omni est voluptati renuntiandum et, ut licenter[d] orationi vacetur, castitati mentis et corporis incumbendum!

1. Cor. 11, 29.

Isai. 58, 3.

---

a) decidit *B.* b) Oscula *B.* c) et *D.* d) per *add. C.* e) *om. B.* f) quam *B.* g) *bis in B.* h) *om. C.* i) *inter* psal *et* mista *membr. del. B.* k) *om. C.* l) *om. C.* m) committatur *C.* n) crucem *C.* o) portare *C.* p) libet *C.* q) anti *B.* r) die *D.* s) omnium *C.* t) exhortamur *C.* u) constientia *B.* v) *corr., ut vid., B.* w) sufficiant *B.* x) antisti *B.* y) sacerdotalibus *C.* z) tam̄ *B.* a) omnis *C.* b) per propeticum *B.* c) voluptas *B, C.* d) libenter *C.*

1) *V. supra c. VII.* 2) *I. e. in quadragesima ante Pascha, cf. Ducange, Glossar. VI, 582.* 3) *Cf. canon. apostol. 10 (Mansi I, 51, Migne, Patr. lat. LXVII, 142), Antioch. c. 2 (Mansi II, 1321, Migne, Patr. lat. LXVII, 159).* 4) *V. infra p. 592 c. LXXII.* 5) *Cf. Gregor. M. homil. in evang. XVI, Migne, Patr. lat. LXXVI, 1137. V. etiam Amalarii epist., MG. Epist. V, 253.*

866 (Nov. 13). Cap. X. Nosse cupitis, si liceat alicui sabbato vel dominico die[a] laborationem aliquam exercere. De hoc saepe memoratus sanctus[b] papa Gregorius Romanos[c] alloquens ait[1]: Pervenit ad me quosdam perversi spiritus homines prava inter vos aliqua et sanctae fidei adversa seminasse, ita ut die sabbato aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi antichristi praedicatores dixerim?[d] Qui veniens diem sabbatum atque dominicum ab omni faciet opere custodiri. Quia enim mori se et resurgere simulat, haberi in veneratione vult dominicum diem et, quia iudaizare populum compellit, ut exteriorem ritum legis revocet et sibi Iudaeorum perfidiam subdat, coli vult sabbatum. Hoc enim, quod per prophetam dicitur: ‘Ne inferatis onera per portas vestras die sabbati’, tamdiu teneri potuit, quamdiu legem licuit iuxta litteram custodiri. At postquam gratia omnipotentis Dei domini nostri Iesu Christi apparuit, praecepta legis, quae per figuram dicta sunt, iuxta litteram servari non possunt. Nam si quis dicit hoc de sabbato esse servandum, dicat[e], necesse est, etiam[f] carnalia sacrificia persolvenda, dicat praeceptum quoque de circumcisione corporis adhuc usque retinendum. Sed contra se Paulum apostolum audiat dicentem: ‘Si circumcidamini, Christus vobis nihil prodest.’ Nos itaque hoc[g], quod de sabbato scriptum est, spiritaliter[h] accepimus[i], spiritaliter tenemus. Sabbatum enim requies dicitur. Verum autem sabbatum ipsum redemptorem[k] nostrum Iesum Christum dominum habemus. Et qui lucem fidei eius cognoscit, si peccata[l] concupiscentiae ad mentem per oculos trahit, in die sabbati onera[m] per portas introducit. Non ergo in die sabbati onera[n] per portas introducimus, si in redemptoris nostri gratia constituti pondera peccati ad animam per sensus corporeos non trahamus. Nam isdem[o] dominus ac[p] redemptor noster multa in die sabbati legitur operatus[q], ita ut Iudaeos reprehenderet dicens: ‘Quis vestrum bovem aut asinum suum non solvit in die sabbati et ducit adaquare?’ Si ergo ipsa per se veritas non custodiri iuxta litteram sabbatum praecepit, quisquis otium sabbati secundum legis litteram custodit, cui alteri nisi ipsi veritati contradicit? Dominicorum[r 2] vero[s] die a labore terreno cessandum est atque omni modo orationibus insistendum, ut quid[t] neglegentiae[u] per sex dies agitur per diem resurrectionis dominicae precibus expietur.

cf. Tit. 2, 11. Gal. 5, 2. cf. Lev. 23, 39. Luc. 13, 15.

Cap. XI. In quorum apostolorum vel martyrum sive[v] confessorum atque virginum diebus festis a labore terreno recedere debeatis, inquiritis. In sollemnitatibus utique beatae Mariae virginis et sanctorum duodecim apostolorum ac evangelistarum atque[w] praecursoris domini Iohannis[3] et sancti Stephani primi martyris[4] necnon et in eorum sanctorum nataliciis[x], quorum apud vos Deo favente memoria celebris et dies festivus habebitur. Sane sciendum est, quoniam idcirco in diebus festis ab opere mundano cessandum est, ut liberius ad ecclesiam ire, psalmis et hymnis et canticis[y] spiritalibus insistere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis sanctorum communicare, ad imitationem eorum assurgere, eloquiis divinis intendere, elemosinas indigentibus ministrare valeat Christianus. Quae omnia si quis neglegens otio[z] tantum vacare voluerit et ad ceteras mundi vanitates licitos labores converterit, melius illi fuerat ipso die beati apostoli Pauli praeceptis obaudiens laborare[a] manibus suis, ut haberet, unde tribueret necessitatem patientibus, quemadmodum ipse, qui, licet Dominum ordinasse dicat, ut qui evangelium adnuntiaret de evangelio viveret, non tamen usus est hac potestate, sed manibus suis laborabat, ne quem eorum, quibus evangelium praedicabat, gravaret.

cf. Eph. 5, 19; Col. 3, 16. cf. Eph. 4, 28. cf. 1. Cor. 9, 14. cf. ib. 9, 18. cf. 1. Cor. 4, 12; 1. Thess. 2, 9; 2. Thess. 3, 8.

Cap. XII. Quod interrogatis, utrum liceat in festivitatibus sanctorum iudicium peragi et utrum eadem die debeat homo, si dignus fuerit, ad mortem iudicari, sciendum,

---

a) *om. B, C.* b) beatus *C.* c) Romano *C.* d) duxerim, *ut vid., C.* e) dicit *C.* f) et *C.* g) *om. C.* h) spiritualiter *hic et infra C.* i) *vel* accipimus *C.* k) redemptore *B.* l) peccatum *C.* m) hone *B.* n) honera *B.* o) idem *C.* p) et *C.* q) *sic D;* operatur *B;* operasse *C.* r) Dominico *C.* s) ergo *C.* t) quicquid *C.* u) negligenter *C.* v) seu *C.* w) ac *C.* x) natalibus *C.* y) psalmis *C.* z) oratio *B;* orationi *C.* a) laboraret *D.*

1) *Gregor. M. Registr. XIII, 3, MG. Epist. II, 367 sq. (J.-E. Reg. n. 1867).* 2) *Cf. l. l., MG. Epist. II, 368 l. 29 sqq.* 3) *Iun. 24.* 4) *Dec. 26.*

quoniam in his festivitatibus, in quibus superius ab omni opere mundano cessandum esse monstravimus[1], multo magis a saecularibus negotiis et adhuc a[a] mortibus abstinendum fore decernimus, quoniam, quamvis utrumque fortasse sine culpa valeat exerceri, quando tamen his, quae Dei sunt, artius homo debet haerere, quae mundi sunt, a se convenit penitus resecare; praecipue cum eo die ad militiam divinam accedens homo implicari non debeat negotiis saecularibus, et ob reverentiam tantae sollemnitatis non oporteat in medium deferri, nisi unde omnibus gaudium, pax et spiritalis laetitia generetur. Verum his praelibatis, quibus diebus praeter hos nulla sint iudicia saecularia exercenda, lex[2] vos affatim edocebit. 866 (Nov. 13). cf. 2. Tim. 2, 4.

Cap. XIII. Inter quaestiones vero et consulta leges[3] vos mundanas postulare perhibetis. De qua re[b] nos codices, quos necessarios vobis ad praesens esse considerare potuissemus, libenti mitteremus animo, si quem penes vos esse comperissemus, qui hos vobis interpretari[c] potuisset; si quos autem de mundana lege libros missis nostris dedimus, cum reversi fuerint[d], nolumus ibi relinqui, ne forte quislibet eos vobis perverse interpretetur aut falsitate qualibet violet[e].

Cap. XIIII. Praeterea indicatis, quod quidam Graecus mentiens fateretur se presbyterum esse[f], cum non esset, ac per hoc plurimos in vestra patria baptizasset. Cum ergo vos inspiratione Dei cognovissetis, quod non esset presbyter, iudicaveritis, ut amitteret aures et nares et acerrimis verberibus caederetur[g] et ex vestra patria pelleretur. Ecce impletum est in vobis, ignoscite nobis, quod de quibusdam apostolus clamat, quod haberent zelum Dei, sed non secundum scientiam. Nam licet ille male fecerit, si mentitus est, vos tamen in hoc zelum quidem pium, sed minus cautum habuistis, quoniam, quamvis ipse se[h] sacerdotem esse simulaverit, simulatio tamen eius salutem plurimis contulit. Siquidem diversi fuere, qui diverso modo Christum, sed[i] non propter Christum[i] annuntiabant; sed sive occasione sive quomodocumque hunc annuntiarent, hos tamen[k] non prohibebat apostolus, qui solum, ut Christus annuntiaretur, plurimum satagebat[l]; quia enim Christus ordinaverat, ut qui evangelium annuntiaret de evangelio viveret, si multi idcirco Christum praedicabant, ut[m] commoda terrena adquirerent, ergo non erat Christus in causa, sed avaritia; rursus quia multi evangelii praedicatores a fidelibus magnis honoribus efferebantur, nonnulli ideo Christum praedicabant, ut similia et ipsi perciperent, ergo non erat Christus in voto, sed invidia. Sed nemo istorum prohibitus est, quominus per hos Christus annuntiaretur, nimirum cum et[n] Iudas inter ceteros apostolos a Domino missus et miracula fecerit et Christum annuntiaverit et in nomine eius plurimos[o] baptizaverit. Itaque, ut sedis apostolicae praesul scribit Anastasius[4], non quaeritur, quis vel qualis praedicet, sed quem praedicet. cf. Rom. 10, 2. cf. Phil. 1, 15–18. cf. 1. Cor. 9, 14.

Cap. XV. Porro interrogatis, utrum homines illi, qui hoc ab illo baptisma receperunt, Christiani sint an iterum baptizari debeant. Sed si[p] in nomine summae ac individuae trinitatis baptizati fuere, Christiani profecto sunt et[q] eos, a quocumque Christiano

---

a) o *B.* b) *om. B, C.* c) interpetrari *C.* d) fuerant *B.* e) dolet *D.* f) *deest B.* g) cederetur *B.* h) *om. C.* i) sed — Christum *desunt C.* k) tm̄ *C.* l) satagebant *C.* m) et *B.* n) *om. C.* o) multos *C.* p) *om. C.* q) et — sunt *(p. 576 l. 1) desunt C.*

1) *V. supra p. 574 c. XI.* 2) *Cf. Lib. Papiensis Karol. M. c. 136, MG. LL. IV, 512 et cod. Iustin. 3, 12. Cf. M. Conrat in 'Neues Archiv' XXXVI, 727 (1911) et annotationem sequentem.* 3) *Leges a Nicolao Bulgaris missas, quas hoc loco atque saepius infra (v. capp. 19, 26, 84) laudat, non fuisse Iustinianeas, sed leges Langobardorum cum capitularibus Karoli Magni apud Langobardos receptis censet M. Conrat, 'Geschichte der Quellen und Litteratur des römischen Rechts im früheren Mittelalter' I, 17 sq. (1891) et 'Römisches Recht bei Papst Nikolaus I.', 'Neues Archiv' XXXVI, 724 sqq. (1911). V. econtra K. Neumeyer, 'Die gemeinrechtliche Entwickelung des internationalen Privat- und Strafrechts bis Bartolus I, 46 ann. 3 (München' 1901).* 4) *In epist. ad Anastasium imperatorem, Thiel, Epist. Rom. pontif. gen. I, 622, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 656, Mansi VIII, 191 (J.-K. Reg. n. 744).*

866 (Nov. 13). baptizati sunt[a], iterato baptizare non convenit, quoniam, ut iam nominatus Anastasius apostolicus[b] pontifex ad aequivocum suum scribit[1] Augustum, et baptismum, quod procul sit ab ecclesia, sive ab adultero vel[c] a fure fuerit datum, ad percipientem[d] munus pervenit illibatum: quia[e] vox illa, quae sonuit per columbam, omnem maculam humanae pollutionis excludit, qua declaratur ac dicitur: 'Hic est, qui baptizat.' Si igitur, quamvis baptismum ab adultero[f] vel fure datum fuerit, ad percipientem tamen munus pervenit illibatum[e], quam ob rem non illibatum et sine ulla iteratione subsistat, quod quilibet mundanus homo tribuit et nescimus qua intentione se presbyterum fingens? Et certe Acacius[g] Constantinopolitanus quondam episcopus[2] se sacerdotem fingebat, cum fuerit a Felice papa Romano damnatus[3]. Sed quid iam dictus de eo praesul Anastasius dicat, audiamus; ait enim inter alia[4]: Cum sibi sacerdotis nomen — Acacius videlicet — vindicaverit condemnatus, in ipsius vertice superbiae tumor inflictus est, quia non populus, qui in[h] mysteriis[h] donum ipsius sitiebat, exclusus est, sed anima sola, quae peccaverat, iusto iudicio proprie erat obnoxia; quod utique[i] numerosa scripturarum testatur instructio, et revera quia secundum famosissimum apostolum[5] 1. Cor. 3, 7. 'neque qui plantat,' id est catechizat[k], 'neque qui irrigat[l],' id est baptizat, 'est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus.' Et ideo[6] mali[m] bona ministrando non aliis, sed sibi detrimenti cumulum ingerunt[n], ac per hoc certum est, quia quos[6] ille Graecus baptizavit Ioh. 1, 33. nulla portio laesionis attingit propter illud: 'Hic[o] est, qui baptizat,' id est Christus, et 1. Cor. 3, 6. 7. iterum: 'Deus incrementum dat', subauditur: et non homo.

Cap. XVI. Vos, qui sic personam illam iudicastis, investigatis[p], si debeatis hinc paenitentiam agere. Utique[q] denique omne peccatum paenitentia, quae nonnisi Dei gratia comitante proficit[r], diluitur. Nam Dominus primum Petrum respexit et tunc Petrus ad lacrimas sese convertit. Peccatum autem vos in illum hominem perpetrasse manifestum est. Primo quidem, quoniam, quantum nos comprehendere possumus, non- 1. Cor. 4, 5. dum clare patuit eundem hominem non esse presbyterum, et scriptum est: 'Nolite iudicare ante tempus.' Secundo, quoniam etsi se finxit esse, quod non erat, non tamen fecit, quod factum Deo vel fidelibus eius non placeat, praecipue cum in ea gente[7], in qua usque ad illud tempus nulla recta fides, nulla vera religio colebatur, sibimet ostium cf. Act. 14, 26; 1. Cor. 16, 9. multos lucrandi divinitus videret apertum et ille forsitan anhelaret plurimos ad tantum cf. 1. Reg. 21, 13–15. donum[s] perducere, in quo se[t] Deum[t] senserat misericorditer adiuvare. Denique si David esse se furiosum finxit, ut suam tantum salutem operari potuisset, quam noxam contraxit, qui tot hominum multitudinem quoquomodo de potestate diaboli et aeternae perditionis abstraxit? Maxime cum se sacerdotem simulaverit, non tamen in baptizando egit, quod praeter sacerdotem in tam evidenti necessitate agere nullum oportet; presbyterum vero, ut[u] opinamur, idcirco se finxit esse, quoniam iam senserat vobis fuisse suasum, quod baptizandi ministerium nonnisi presbyteris tantum esset[v] indultum. Tertio, quoniam etsi in ista simulatione valde fuit culpabilis, in tot hominibus conversis satis existit laudabilis. Quarto, quia etsi poena dignus erat, non tamen debuisset[w] modum ultionis excedere nec in unum hominem tot et tam crudelia detrimenta congerere, cum dimissis[x] ei[x] naribus et auribus propriis sufficeret[y] ad poenam illi repulsio a patria vestra, quam cum detruncatione membrorum iudicantibus vobis expertus est[8].

---

a) sint *D.* b) apostolus *B.* c) sive *C.* d) tn̄ *add. C.* e) quia — illibatum *(l. 6) desunt C.* f) *corr. ex* adulterio *B.* g) Acatius *passim C.* h) ministeriis *C.* i) *sic D;* itaque *B, C.* k) catichizat *B.* l) irigat *B.* m) malus *C.* n) ingerit *C.* o) Hoc *B.* p) investigetis *C.* q) forte nec ne *C.* r) omnino *add. C.* s) bonum *C.* t) scdm *B.* u) *ss. ead. m. B.* v) esse *C.* w) debuis *B.* x) *in marg.* demissis ei *C.* y) sufficient, *ut videtur, C.*

1) *Eodem loco, Thiel I, 621.* 2) *471—489.* 3) *Cf. Hergenröther, l. l. I, 123 sqq.* 4) *L. c., Thiel I, 623, Mansi VIII, 191 sq.* 5) *Pauli verba hic allegata etiam ab Anastasio papa laudantur l. c., Thiel I, 622.* 6) *Hoc quoque loco Nicolaus epistola Anastasii papae saepius laudata utitur, Thiel I, 622. 621.* 7) *Scilicet Bulgarorum.* 8) *Cf. Dümmler, l. l. II², 189.*

Cap. XVII. Igitur referentes, qualiter[1] divina clementia Christianam religionem perceperitis[a] qualiterque populum vestrum baptizari omnem feceritis, qualiter autem illi, postquam baptizati fuerunt, insurrexerint unanimiter cum magna ferocitate contra vos, dicentes non bonam vos eis legem tradidisse, volentes etiam vos occidere[b] et regem alium constituere, et qualiter vos divina cooperante potentia adversus eos praeparati a maximo usque ad modicum superaveritis et manibus vestris detentos habueritis qualiterque omnes primates eorum atque maiores cum omni prole sua gladio fuerint interempti, mediocres vero seu minores nihil mali pertulerint: de his nosse desideratis, qui vita privati sunt, utrum ex illis peccatum habeatis. Quod utique sine peccato evasum non est nec sine culpa vestra fieri potuit, ut proles[c], quae in consilio parentum[d] non fuit nec adversus vos arma sustulisse probatur, innocens cum nocentibus trucidaretur. Nam hinc psalmista Dominum, postquam dixerat: 'Non sedi in consilio vanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo; odivi congregationes malignorum et cum impiis non sedebo', paulo post[e] deprecans ait: 'Ne perdas cum impiis animam meam et cum viris sanguinum vitam meam.' Hinc Dominus per Ezechielem prophetam perhibet dicens: 'Ut anima patris, ita et anima filii mea est: anima, quae peccaverit, ipsa morietur'; et post pauca de[f] patre[f] dicit: 'Quodsi genuerit filium, qui[g] videns[g] omnia peccata[h] patris[h] sui[h], quae fecit, timuerit et non fecerit simile eis, super montem non comederit et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel et uxorem proximi sui non violaverit et virum non contristaverit, pignus non retinuerit et rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit et nudum operuerit[i] vestimento, a pauperis iniuria averterit[k] manum suam, usuram et superhabundantiam non acceperit, iudicia mea fecerit, in praeceptis meis ambulaverit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita vivet. Pater eius, quia calumniatus est et vim fecit fratri et malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis: Quare non portavit filius iniquitatem patris? Videlicet, quia filius iudicium et iustitiam operatus est, omnia praecepta mea custodivit et fecit illa, vita vivet. Anima, quae peccaverit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris et pater non portabit iniquitatem filii.' Quamvis et de parentibus, qui comprehensi sunt, mitius agere debueritis, scilicet ut pro Dei amore, qui eos in manus vestras tradiderat, vitam illis reservaretis, quatenus in oratione dominica Deo prompte dicere valeretis: 'Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.' Sed et, si illos reservare potuistis, qui bellando interierunt, et minime vivere permisistis nec salvare voluistis, non consulte prorsus egistis; scriptum quippe est: 'Iudicium erit sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam'; et per supra nominatum prophetam Dominus: 'Numquid[l]', ait, 'voluntatis meae est mors impii, dicit Dominus Deus, et non, ut convertatur a viis suis et vivat?' Verum[m] quia zelo Christianae religionis et ignorantia potius quam alio vitio deliquistis, poenitentia subsequente per Christi gratiam indulgentiam de his et misericordiam consequemini[n]. 866 (Nov. 13). Ps. 25, 4. 5. ib. 25, 9. Ezech. 18, 4. ib. 18, 14—20. Matth. 6, 12. Iac. 2, 13. Ezech. 18, 23. cf. Matth. 5, 7.

Cap. XVIII. Scire vos velle significatis, quid de his, qui legem Christianam respuunt, agere debeatis. In quo notandum est, quoniam omnis homo, sicut per alterius culpam, id est Adae, contraxit, unde purgatione per aquam baptismatis egeat, ita, cum ad fidem promittendam ad regenerationis occurrit undam, alium eligit quodammodo patrem, spiritalem videlicet, a quo susceptus instruatur et omni custodia muniatur[o] et tamquam depositum quoddam[p] rectori ecclesiae repraesentetur. Praeterea qui fidem

---

a) perperitis *B.* b) accidere *B.* c) prolis *B.* d) parentium *B.* e) *ss. ead. m. B.* f) *bis in B.* g) quia viderit *B, C.* h) peccatris *B.* i) operuit *B, C.* k) avertit *C.* l) Nun quid *B.* m) uŕm *B.* n) consequimini *B.* o) *ead. m. corr. ex* minuatur *B.* p) quiddam *B.*

1) *Ad ea, quae hoc loco narrantur, cf. Ann. Bertin. a. 866 ed. Waitz p. 85. V. etiam Dümmler, l. l. II², 188. Hergenröther, l. l. I, 604 sq. Jireček, 'Geschichte der Bulgaren' p. 155.*

866 (Nov. 13). respuit, quam promisit, ab illo, a quo susceptus est et qui fidei[a] eius interventor extitit, debet per omnia revocari. Iam vero si non audierit eum, quem ipse pro se dederat
cf. Matth. 18, 12. vadem, dicendum est ecclesiae, a qua faciente[b] maiori studio ad ovile proprium ovis
cf. Ioh. 14, 6. reduci convenit, quae erravit, et, ut ad viam veritatis, quae Christus est, redeat, modis omnibus revocari[c]; siquidem ab ea tamquam a matre, tamquam a magistra suadendum
cf. Ioh. 8, 44. est illi, quatinus videat, quoniam apostatam[d] spiritum imitatus est, de quo scriptum est, quod in veritate non steterit. Consideret etiam, quod Petrus princeps apostolorum clamat:
2. Petr. 2, 20–22. 'Si enim refugientes', inquiens, 'coinquinationes mundi in cognitione[e] domini nostri et salvatoris Iesu Christi his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post cognitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis[f]
cf. Prov. 26, 11. illud[f] proverbii: Canis reversus ad vomitum suum, et: Sus lota in volutabro[g] luti.' Porro
cf. Matth. 18, 17. si nec ecclesiam audierit, sit omnibus revera sicut ethnicus, id est gentilis, ac per hoc iam merito per potestates exteras tamquam extraneus opprimatur. Denique certum est, quoniam saepe[h] Deus concitat potestates adversus abnegatores Christi, adversus desertores baptismi, et idcirco nemo miretur, quia Deus concitat, ut ponant cervices et humiliati redeant ad ecclesiam, quia et Agar, cum discessisset a domina sua, occurrit
Gen. 16, 8. 9. ei angelus et dixit ei: 'Quid est, Agar ancilla Saraei[i]? Revertere ad dominam tuam.' Ad hoc ergo qui huiusmodi est affligitur, ut revertatur, atque utinam revertatur, quia cum fratribus hereditatem promissam recipiet; nam nisi moverentur potestates[k] Christianae adversus huiusmodi, quomodo rationem redderent de imperio suo Deo[l]? Quippe cum pertineat hoc ad reges saeculi Christianos, ut temporibus suis pacatam et sine diminutione velint servari matrem suam ecclesiam, unde spiritaliter nati sunt. Siquidem Nabuchodonosor rex, qui statuam suam erexerat et ad eam adorandam omnes coege-
cf. Dan. 3, 96. rat[m], laudibus trium puerorum de igne liberatorum commotus dixisse legitur[n]: Et ego ponam decretum omnibus tribubus et linguis in omni terra, et quicumque dixerint blasphemiam in[o] Deum Sidrac[p], Misac et Abdenago, in interitum erunt et domus eorum in perditionem[q]. Si ergo sic saevit rex barbarus, ne blasphemetur Deus Israel, quia potuit tres pueros de igne temporali liberare, quanto potius saevire debent reges Christiani, quia Christus abnegatur et irridetur, a quo non tres pueri tantum, sed et orbis terrarum cum ipsis regibus a perpetuis ignibus liberatur! Nam qui illis mentiri vel esse infideles convincuntur, aut vix aut numquam ab eis vivere profecto sinuntur:
cf. 1. Tim. 6, 15. et quomodo non indignentur[r] et saeviant[s], quando vident Christum, qui est rex regum et dominus dominantium, ab hominibus[t] abnegari, illudi et ei[u] fidem promissam non
cf. 1. Mac. 2, 54. custodiri? Zelentur itaque zelo Dei, quia se ipsos per Christum recolunt liberatos a gehenna magis quam ille, qui attendit tres pueros ereptos a flamma.

Cap. XVIIII. Quid iure de his faciendum sit, qui ad occidendum regem insurrexerint, venerandae leges, quas scripto mittemus[1], vos affatim edocebunt. Verumtamen
cf. Matth. 18, 22. hoc in arbitrio regis manet, qui non semel tantum, sed et septuagies septies debet
cf. Luc. 7, 47. peccanti[v] dimittere, iuxta quod Dominus in evangelio sancto Petro mandavit. Nam cui
cf. Matth. 18, 24–33. plus dimittitur, plus diligit, et, quemadmodum evangelium docet: Rex decem milia talenta, id est multa[w] et immania peccata, servo dimitteret, si ipse conservo suo centum denarios, id est minora, dimittere voluisset.

---

a) fide *B.* b) *deest Edd.* c) revocaris *B.* d) *corr. ex* apostutam *B.* e) cognitionem *B;* cogitatione *D.* f) illius *B.* g) voluta pro *B.* h) saep se *B.* i) Sarrę *B, C.* k) potestate *B.* l) *vel* Domino *C.* m) cogerat *C.* n) legimus *B, D.* o) et *C.* p) Sedrac *B.* q) perditione *B, C.* r) indigentur *B.* s) saeuiuant *B.* t) omnibus *C.* u) *om. C.* v) peccatum *C.* w) in multa *B, C.*

1) *V. supra p. 575 c. XIII cum ann. 3. Cf. Ed. Rothari c. 1, MG. LL. IV, 13. Instit. Iustin. 4, 18, 3 et passim.*

Cap. XX. Quid de homine libero iudicandum sit, qui de patria sua fuga lapsus fuerit, si comprehendatur? Nihil utique, nisi quod leges decernunt[1]. Verumtamen multos sanctorum de patria sua exisse[a] et in alia celebrius veneratos[b] fuisse sacrae produnt historiae, sed aliis non existentibus causis ob solum[c] exitum[d] numquam culpabiles iudicatos extitisse, ni fallor, inveni, praesertim cum Abrahae patri nostro divina voce[e] dicatur: 'Egredere de terra et de cognatione tua', et nonnulli patrum nostrorum exules per plurimos annos in terra non sua habitaverint; alioquin liber non est, si de patria sua quis non audet egredi. Porro si liber est, et iure nullius condicionis nexibus tenetur obstrictus, non fugit, sed exit de patria sua, quemadmodum et Abrahae non: 'Fuge', sed: 'Exi de terra tua' dicitur; quod quia fecit oboediens, nemine iudicante poenam quamlibet protulit. 866 (Nov. 13). Gen. 12, 1. cf. Gen. 12, 4.

Cap. XXI. Si servus a[f] domino fugiens recesserit, si comprehensus fuerit, ignoscendum est ei; alias autem legum[2] scita non transcendantur in eo. Verumtamen semper illud apostoli Pauli prae oculis habeatur salubris admonitionis dicentis: 'Domini, quod iustum est et aequum, servis praestate[g], scientes, quoniam et vos Dominum habetis in caelo'; et alibi, cum servis, ut oboedirent dominis carnalibus[h], praecepisset, adiunxit: 'Scientes,' inquiens, 'quod unusquisque vestrum, quodcumque fecerit bonum, hoc consequetur a Domino, sive servus sive liber. Et vos, domini, eadem facite, ad illos remittentes minas, scientes, quia et vester et eorum Dominus in caelis est, et personarum acceptio non est apud Deum[i].' Col. 4, 1. cf. Eph. 6, 5. Eph. 6, 8. 9.

Cap. XXII. Circa hos, qui, quando ad pugnam contra hostes proceditis, fugam arripiunt, si non misericorditer praeveniat compassio, saltem legum[3] temperetur severitas.

Cap. XXIII. De his, quibus iussum est contra hostes progredi et iussioni parere contempnunt, eadem suademus[3].

Cap. XXIV. Quid parricida, id est qui patrem vel matrem occidit vel etiam qui fratrem aut sororem interficit, pati debeat, leges[4] indicant. Porro si ad ecclesiam confugerit, id, quod episcopus loci vel sacerdos, qui ab illo constitutus est, providerit, agendum decernimus.

Cap. XXV. Consuetudinis esse patriae vestrae perhibetis semper custodes inter patriam vestram et aliorum iuxta terminos invigilare; et si servus aut liber per eandem[k] custodiam quocumque modo fugerit, sine omni intermissione custodes pro eo[l] interimuntur. Deinde percontamini, quid nos hinc[m] iudicemus. Et de hoc in legibus[5] est requirendum. Verumtamen absit a mentibus vestris, ut tam impie iam iudicetis, qui tam pium Deum et Dominum[n] agnovistis, praesertim cum magis oporteat, ut, sicut hactenus ad mortem facile quosque pertraxistis, ita deinceps non ad mortem, sed ad vitam quos potestis nihilominus perducatis, ita ut, quemadmodum beatus apostolus Paulus prius persecutor et contumeliosus et spirans minarum et caedis in discipulos Domini posteaquam misericordiam consecutus est, divina revelatione conversus non solum minime cuilibet mortis poenam intulit, verum etiam anathema esse optabat pro fratribus et libentissime impendere et superimpendi paratus erat pro animabus fidelium: ita et vos, postquam electione Dei vocati et lumine ipsius illuminati[o] estis, non iam sicut prius mortibus inhiare, sed omnes ad vitam tam corporis quam animae debetis omni occa- cf. Act. 9, 1. cf. Rom. 9, 3. cf. 2. Cor. 12, 15.

---

a) exiisse *C.* b) venenatos *C.* c) solitum *B.* d) exilium *C.* e) vocetur *B.* f) *om. B.* g) prestare *C.* h) Cardinalibus *C.* i) Dominum *C.* k) eadem *B.* l) ea *C.* m) inde *C.* n) hominem *C.* o) illumina *B.*

1) *Cf. Ed. Rothari c. 3, MG. LL. IV, 13. Cod. Iustin. 11, 64.* 2) *Cf. Liutpr. Leges c. 44, MG. LL. IV, 126 et Lib. Papiens. Pippini c. 9, MG. LL. IV, 517. Cod. Iustin. 6, 2.* 3) *Cf. Lib. Pap. Karoli M. c. 34, 79, 80, MG. LL. IV, 492, 502. Dig. Iustin. 49, 16, 5. Cod. Iustin. 12, 45.* 4) *Cf. Ed. Rothari c. 163, MG. LL. IV, 37 sq. Instit. Iustin. 4, 18, 5 et 6 et passim.* 5) *Cf. Ed. Rothari c. 264—267, MG. LL. IV, 64 sq. Cod. Iustin. 9, 4, 4.*

cf. Rom. 7, 6. sione inventa procul dubio revocare et, sicut vos Christus de morte perenni, qua detinebamini, ad vitam aeternam reduxit, ita ipsi non solum innoxios quosque, verum etiam
866 (Nov. 13). et noxios a mortis exitio satagite cunctos eruere, secundum illud sapientissimi Salomonis[a]:
Prov. 24, 11. 'Erue eos, qui ducuntur[b] ad mortem; et qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.'

Cap. XXVI. De his, qui proximum, id est consanguineum suum, ut est frater, consobrinus aut nepos, trucidaverint, venerandae leges[1] proprium robur optineant. Sed si ad ecclesiam convolaverint, mortis quidem legibus eruantur, paenitentiae vero, quam
Ezech. 33, 11. antistes loci vel presbyter consideraverit, absque dubio summittantur: 'Nolo', inquit Dominus, 'mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.'

Cap. XXVII. De his, qui socium suum morti tradiderint[c], id ipsum quod supra decernimus[2].

Cap. XXVIII. De eo[d], qui ad uxorem alterius comprehensus fuerit, quid iudicandum sit, lectis legibus[3] repperietis. Iam vero si ad ecclesiam adulter confugerit, iudicandum ab episcopo fore decernimus, quod sacros constat diffinisse canones[4] vel sanctos apostolicae sedis praesules[5] clarum est statuisse.

Cap. XXVIIII. Similiter et de eo censemus, qui ad proximam sanguinis sui ingreditur. Verum huius tanti piaculi lepram melius ad sacerdotis considerationem et iudicium profecto dirigimus.

Cap. XXX. De eo, qui nolens hominem interfecerit, id statuimus, quod sacrae regulae[6] statuunt[e], quas episcopum vestrum apud se penes[f] vos positum prae manibus oportet semper habere.

Cap. XXXI. Circa fures animalium si non misericordia, saltem legum[7] edicta serventur.

Cap. XXXII. Similiter de his, qui virum aut feminam rapuerint, permittimus[8].

Cap. XXXIII. Quando proelium inire soliti eratis, indicatis vos hactenus in signo militari caudam equi portasse, et sciscitamini[g], quid nunc vice illius portare debeatis.
cf. Exod. 14, 21; 17, 13. Quid aliud utique nisi signum sanctae crucis? Ipsum est enim, quo Moyses mare divisit
cf. Iud. 7. et Amalech interfecit, quo Gedeon Madianitas superavit et Christus dominus noster
cf. Hebr. 2, 14. diabolum, qui habebat mortis imperium, non solum superavit, sed et prostravit. Ipsum est signum, quod portamus in frontibus nostris, ipso a cunctis defendimur hostibus et ab omnibus munimur incursionibus. Hoc est signum fidei et ingens horror diaboli, quo Christiani principes in necessitatibus suis semper utuntur et reges veram religionem sectantes saepe celebres[h] Christo propitio triumphos de hostibus operantur. Sed ut manifestius sciatis, quid pro illa equina cauda in[i] signum[i] debeatis militare convenientius, cum in apparatum belli proceditis, portare, pauca de Constantini actibus memoranda ducimus, qui piissimus Romanorum extitit imperator et Christianitatis famosissimus omnium propagator. Ille quippe[k] cum[9] adversus Maxentium urbis Romae tyrannum exercitum duceret — erat quidem[l] iam tunc Christianae religionis fautor, nondum tamen, ut est sollemne nostris initiari, signum dominicae passionis acceperat —, cum igitur multa secum de instantis

---

a) Solominis *B.* b) dicuntur *B.* c) tradiderit *C.* d) his *B.* e) statuant *C.* f) pones *B.* g) scitamini *B.* h) *membr. laes. post* celebres *ideoque lacuna exstat complurium verborum spatii, sed nihil deest B.* i) insignum *B.* k) ille *iterum add. B, C.* l) equidem *C.*

1) *V. supra p. 579 ann. 4.* 2) *Cf. Ed. Rothari c. 7, MG. LL. IV, 13 et supra p. 579 ann. 4.* 3) *Ad hoc et sequens caput cf. Ed. Rothari c. 211—213, MG. LL. IV, 51 sq.; Liutpr. Leg. c. 7, 33, 130 (MG. LL. IV, 110, 123 sq., 162 sq.); Lib. Papiens. Karoli M. c. 5, MG. LL. IV, 485. Iustin. Inst. 4, 18, 4 et passim; Nov. 12, 1; Cod. 5, 5, 4.* 4) *Cf. conc. Ancyran. c. 19, Mansi II, 526. V. etiam conc. Aurelian. a. 511 c. 1, MG. Concil. I, 2.* 5) *Cf. Innocentii I. decr. c. 24, Migne, Patr. lat. LXVII, 247 (J.-K. Reg. n. 293).* 6) *Cf. conc. Ancyran. c. 22, Mansi II, 527.* 7) *Cf. Ed. Rothari c. 232, 318, 329, MG. LL. IV, 58, 73, 75. Iustin. Inst. 4, 1 et passim.* 8) *Cf. Ed. Rothari c. 191, 207—210, MG. LL. IV, 46, 51. Iustin. Inst. 4, 18, 10 et passim.* 9) *Cf. Rufini hist. eccl. l. IX c. 9 ('Griechische christliche Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte, Eusebius' II, 827, 829 [1908]).*

proelii necessitate pervolvens iter ageret atque[a] ad caelum oculos[b] saepius elevaret et inde sibi divinum precaretur auxilium, vidit per soporem ad orientis partem in caelo signum crucis igneo fulgore rutilare. Cumque tanto visu fuisset exterritus ac novo perturbaretur aspectu, astare sibi vidit angelos dicentes: Constantine, in hoc vince. Tum vero laetus redditus et de victoria iam securus, signum crucis, quod in caelo viderat, in sua fronte designat et hoc in militaria vexilla transformat ac labarum[c], quem dicunt, in[d] speciem dominicae crucis exaptat et ita armis et vexillis religionis instructus adversus impiorum arma proficiscitur et sine cruore Romani populi, ut ipse Deum precabatur[e], Maxentio[f] in flumen demerso de tyranno mirifice[g] triumphavit. 866 (Nov. 13).

Cap. XXXIV. Praeterea consulitis, si debeatis, quando nuntius venerit, ut ad proeliandum pergatur, mox proficisci an sit aliqua dies, in qua[h] non oporteat ad proeliandum exire. In quo respondemus: Non est ulla dies in quibuscumque[i] negotiis incipiendis vel exercendis penitus observanda, praeter, si nimia non urgueat[k] necessitas, supra memoratos dies[1] celeberrimos et omnibus venerabiles[l] Christianis, non quo vel in his tale quid fieri prohibeatur, cum non sit in diebus spes nostra ponenda nec a diebus, sed a Deo solo vivo et vero salus omnis penitus expectanda, sed quo, si inevitabilis necessitas non est, vacandum est in his solito studiosius orationi et tantae festivitatis mysteria frequentanda; nam cum Hebrei[m] quondam sabbatum observantes noluissent contra hostes suos die sabbatorum arma sustollere et Deus omnipotens, quod in se tantum et non observantia dierum spes esset et fortitudo locanda, voluisset ostendere, occisi sunt ex eis[n] mille viri, ita ut superstites poenitentia ducti invicem dicerent[o]: 'Si omnes fecerimus, sicut fratres nostri fecerunt, et non pugnaverimus adversus gentes pro animabus nostris et iustificationibus nostris, citius disperdent nos a terra.' cf. 1. Thes. 1, 9. 1. Mac. 2, 40.

Cap. XXXV. Refertis, quod soliti fueritis, quando in proelium progrediebamini, dies et horas observare et incantationes et ioca et carmina et nonnulla auguria exercere, et instrui desideratis, quid nunc vobis agendum sit. De quo nos necessario vos instrueremus, nisi super hoc vos divinitus instructos contueremur; super divinum enim fundamentum nos aedificare quicquam non possumus. Igitur cum in proelium proficisci disponitis, quod ipsi commemorastis, agere in Dei nomine non obmittite[p], id est ad ecclesias ire, orationes[q] peragere, peccantibus indulgere, missarum sollemniis interesse, oblationes offerre, confessionem delictorum sacerdotibus facere, reconciliationem et communionem percipere[r], carceres aperire, vincla dissolvere et servos et praecipue confractos et debiles atque captivos libertati donare ac indigentibus elemosynas[s] erogare, quatenus impleatur, quod apostolus admonet dicens: 'Omne quodcumque facitis[t] in verbo aut in opere, omnia in nomine domini Iesu.' Nam illa, quae commemorastis, id est diei et horae observationes, incantationes, ioca et iniqua carmina atque auguria pompae ac operationes diaboli sunt, quibus Deo gratias iam in baptismate abrenuntiastis et haec cum vetere[u] homine et actibus eius, quando novum induistis[v], omnino deposuistis. cf. Isai. 58, 6. Col. 3, 17. cf. Col. 3, 9. 10.

Cap. XXXVI. Si die dominico vel ceteris festis diebus, quando necessitas urguet[w], liceat ambulare vel ad bellandum procedere, ex tricesimo[x] quarto capitulo[2] harum responsionum nostrarum potestis advertere.

Cap. XXXVII. Libros, quos vobis ad praesens necessarios esse consideramus, sicut poscitis, animo gratanti concedimus et plures Deo largiente praestare desideramus.

---

a) utique *B*; uultumque *C*. b) *sic D; deest B, C*. c) lauarum *B, C*. d) *deest B*. e) praedicabatur *B*. f) maxentior *B*. g) *om. C*. h) quo *B*. i) quibuscuncūque *B*. k) urguent *B*; urget *D*. l) venerabilis *C*. m) ebrei *B*. n) iis *C*. o) ducerent *B*. p) omittite *C*. q) operationes *B*. r) *corr. ex* perecipere *B*. s) helemosynas *B*; eleaemosinas *C*. t) Deo *add. B, C*. u) veteri *C*. v) induis *B*. w) unguet *B*. x) trigesimo *C*.

1) *V. supra c. V p. 571.* 2) *V. supra l. 10 sqq.*

866 (Nov. 13). Cap. XXXVIII. Dicitis, quod, quando in castris estis, orationem perfectam et congruam facere nequeatis, ac per hoc exponi cupitis, quid agere debeatis. Unde nos
cf. Rom. 12, 12. e contra suademus, ut, quanto plus[a] hostes saeviunt et necessitas vel tribulatio incumbit, tanto instantius orationi[b] operam detis. Nam patres nostri plus orando quam pugnando victores fuerunt et voti compotes plus[c] precibus quam proeliis extiterunt. Denique Moyses
cf. Exod. 17, 11–13. orabat et Iosue pugnabat, sed plus ille vincebat orando quam iste pugnando. Aptius ergo ab armis quam ab oratione vacandum est.

Cap. XXXVIIII. De consanguinitate generationum exquiritis, ut, quibus utique feminis iungi debeatis, liquido[d] cognoscatis. Verum, quod leges hinc[e] sanciunt, iam meminimus[1] et denuo memorare summatim operae pretium ducimus[f]. Aiunt[2] enim: Ergo non omnes nobis uxores ducere licet: nam quarundam nuptiis abstinere debemus. Inter eas enim personas, quae parentum[g] liberorumve locum inter se optinent, nuptiae contrahi non possunt, veluti inter patrem et filiam vel avum[h] et neptem vel[i] matrem et filium, aviam et nepotem et usque ad infinitum. Inter[3] eas quoque personas, quae ex transverso gradu cognationis iunguntur, est quaedam similis observatio, sed non tanta. Sacri vero canones[4] et praecipue Zachariae[k] summi praesulis decreta[5] quid hinc promulgent, episcopo vestro vobis explanandum[l] relinquimus.

Cap. XL. Consuetudinem[m] patriae vestrae perhibetis inesse, ut, priusquam[n] ad pugnam progredimini[o], mittatur a dominatione vestra fidelissimus et prudentissimus vir, qui cuncta arma et caballos[p] et quae necessaria pugnae existunt consideret; et, apud quem inutiliter praeparata inventa fuerint, capite punitur: nunc autem nosse cupitis, quid nos hinc fieri decernamus. Sed haec nos cuncta vobis ad spiritalis apparatus armaturam convertere suademus et tantae severitatis rigorem ad pietatis exercitium inclinare monemus, ita ut, sicut hactenus illa praeparatio armorum et equorum diligenter inquirebatur, utrum bene apta esset contra visibiles hostes, ita nunc studiose investi-
Eph. 6, 12. getur, ut arma spiritalia, id est bona opera, singuli praeparata possideant 'adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae, in caelestibus'. Porro equus animus intelligitur, quia nimirum, sicut homo portatur equo, sic et regitur animo; optime ergo, qui arma contra hostes praeparata
Ier. 48, 10. non habet, perit, quia, ut scriptum est, 'maledictus vir[q], qui facit opus Dei neglegenter'.
Ps. 32, 17. De equo vero, qui imparatus est animo[r], bene per psalmistam dicitur: 'Falsus equus ad salutem, in abundantia autem virtutis eius non erit salvus'; nisi enim falsus esset,
Prov. 21, 31. imparatus[s] non esset. Quo contra de praeparato dicitur: 'Equus paratur[t] ad diem belli; Dominus autem salutem tribuit.' Sic itaque, quod hactenus carnaliter observastis, et arma, quae forsitan[u] ab inopibus haec praeparare non valentibus crudeliter[v] exegistis, iam nunc spiritaliter veneramini et haec magnos et parvos praeparare pie et indesinenter hortamini.

Cap. XLI. De his[w] autem, qui Christianitatis bonum suscipere rennuunt et idolis[x] immolant vel genua curvant, nihil aliud scribere possumus vobis, nisi ut[y] ad fidem rectam monitis, exhortationibus et ratione illos potius quam vi, quod vane
cf. Ier. 1, 16. sapiant[z], convincatis: opera manuum suarum et insensibilia elementa, cum sint homines

---

a) plures *C.* b) operationi *B.* c) quam *add. B, C.* d) liquide *C.* e) *ras. corr. ex* hunc *B;* hanc *C.* f) duximus *C.* g) parentium *B.* h) auium *B.* i) *om. C.* k) Zaccharie *C.* l) explorandum *C.* m) consuetudo *B.* n) plusquam *C.* o) progrediamini *C.* p) cauollos *B;* cavallos *C, D.* q) *deest D.* r) id est an uno *B.* s) imperatus *B.* t) paratus *B.* u) forsan *C.* v) fideliter *D.* w) iis *C.* x) idolas *B.* y) eos *add. B.* z) sapiunt *D.*

1) *V. supra p. 569 c. II.* 2) *Cf. supra p. 569 ann. 5.* 3) *Cf. supra p. 569 ann. 6.* 4) *Cf. conc. Roman. a. 721. Gregorii II. papae (715—731), quod inest collectioni Dionysio-Hadrianae, praecipue can. 5, 6, 9 (Migne, Patr. lat. LXVII, 343, Mansi XII, 262 sq.).* 5) *Cf. MG. Epist. III, 485 c. 22 (J.-E. Reg. n. 2277) et MG. Epist. III, 710 sq. (J.-E. Reg. n. 2306) necnon conc. Roman. a. 743 c. 6 et 15, MG. Conc. II, 14 sq. 19 sqq.*

866 (Nov. 13).

intellectu habiles[a], adorantes, immo daemoniis suam cervicem flectentes et immolantes. Nam, ut apostolus docet, 'scimus, quoniam nihil est idolum, sed quae immolant gentes, daemoniis immolant'. Iam vero si vos non audierint, cum eis nec cibum[b] sumere nec ullam penitus communionem habere, sed eos tamquam[c] alienos atque pollutos a vestris obsequiis et familiaritate removere debetis, ut tali forte confusione compuncti convertantur inspirante Deo ad ipsum, qui est verus et non falsus Deus, creator et non creatus, non factus, sed factor omnium. Nam, ut Dominus praecipit, de domo illius, qui non credit, non solum cibum, verum etiam nec pulverem in pedibus debet educere Christianus, in tantum, ut discipuli nescientes, quod acciderat[d], moleste tulerint, quod Petrus princeps eorum ad Cornelium ingressus fuerat, quem ipse Deo praecipiente primum ex gentibus fecerat Christianum. Nulla igitur cum his, qui non credunt idolaque adorant, miscenda communio est. Porro illis violentia, ut credant, nullatenus inferenda est. Nam omne, quod ex voto non est, bonum esse non potest; scriptum est enim: 'Voluntarie sacrificabo tibi', et rursus: 'Voluntaria', inquit, 'oris mei beneplacita fac, Domine', et iterum: 'Et ex voluntate[e] mea confitebor illi'. Ultronea quippe Deus obsequia et exhiberi tantum ab ultroneis praecipit; nam si vim inferre voluisset, nullus omnipotentiae illius resistere potuisset. Iam vero si quaeritis, quid de huiusmodi perfidis iudicandum sit, apostolum Paulum audite, qui, cum Corinthiis scriberet, ait: 'Quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis'. Ac si diceret: De his, qui extra religionem nostram sunt, nihil ego iudico[f], sed eos[g] Dei iudicio reservo, qui iudicaturus est omnem carnem. Verumtamen auferte malum ex vobis ipsis, ne videlicet vobiscum morans ut cancer serpat aut certe, dum a fidelibus sibi communicari[h] conspicit, suae quoque vanitati communicari putet ac per hoc veratiorem et sanctiorem suam sectam quam nostram existimet religionem. Propter conscientiam ergo magnopere idola colentium cavenda est omnino communio; nam qui idololatris[i] communicat, ipsis idolis, immo daemoniis communicare videtur. 'Omnes enim dii gentium daemonia', et apostolus[k] dicens: 'Quae immolant gentes, daemoniis immolant et non Deo', adiecit[l]: 'Nolo', inquit, 'vos socios fieri daemoniorum.'

1. Cor. 8, 4; 10, 20.

cf. Matth. 10, 14.

cf. Act. 11, 2. 3.

cf. Act. 10.

Ps. 53, 8. Ps. 118, 108.

Ps. 27, 7.

1. Cor. 5, 12. 13.

cf. 2. Tim. 2, 17.

Ps. 95, 5.

1. Cor. 10, 20.

Cap. XLII. Asseritis, quod rex vester cum ad manducandum in sedili, sicut mos est, ad mensam sederit, nemo ad convescendum, etiam neque uxor eius, cum eo discumbat, vobis procul in sellis residentibus et in terra manducantibus; et idcirco, quid vobis[m] hinc praecipiamus, nosse desideratis[n]. Unde nos, quia non contra fidem, quod agitur, est, licet bonos mores satis impugnet, non tam praecipientes quam suadentes hortamur, ut ad Christianae religionis cultores principes attendatis et humilitatis eorum considerantes fastigium deponatis ex vobis omne ad nihil utile supercilium; legerunt enim illi in evangelio dicentem[o] Dominum[p]: 'Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris.' Nam antiqui reges, quorum multi sanctorum consortium meruerunt ac ideo veraciter reges dicti sunt, quoniam sancti repperti sunt, cum amicis, quin immo cum servis suis convivati fuisse memorantur; quin potius ipse rex regum et dominus dominantium redemptor noster non solum cum servis et amicis suis, apostolis[q] scilicet, recubuisse, verum etiam cum publicanis et peccatoribus et recubuisse et manducasse discribitur[r].

Matth. 11, 29.

cf. 1. Tim. 6, 15.

cf. Matth. 9, 10. 11.

Cap. XLIII. Quae[1] animalia seu volatilia liceat manducare, quantum existimo, Dominus evidenter[s] ostendit, cum post diluvium animalia cuncta Noe tribuit et filiis

---

a) abiles *B.* b) cibus *B.* c) tantam *B.* d) acciderant *B.* e) voluntatem *B.* f) iudicio *B.* g) nos *B.* h) cōpunicari *B.* i) Idola tris *C.* k) aplis *B.* l) adiicit *C.* m) nobis *B, C.* n) desideretis *codd. et edd.* o) *sic D;* dicente *B, C.* p) *sic B, D;* Domino *C.* q) apostolicis *B, C.* r) describitur *C.* s) evidentes *B.*

1) *Ad hoc capitulum cf. Böckenhoff, 'Speisesatzungen' (v. supra p. 568 ann. 5), p. 82.*

Gen. 9, 2. 3. eius edenda, dicens: 'Omnes pisces maris manui vestrae traditi sunt. Et omne, quod
866 movetur et vivit, erit vobis in cibum quasi olera[a] virentia'; et demonstratis caelitus
(Nov. 13). beato Petro in illo disco, quamvis hoc altius intelligendum sit, cunctis animantibus
Act. 10, 13. dicitur: 'Macta et manduca.' Itaque omne animal, cuius cibus minime[b] corpori[b] nocivus[b]
esse probatur et societas hoc in cibum admittit[c] humana, comedi non prohibetur; nam
ideo, ut sanctus et facundissimus doctor scribit[1] Augustinus, morticinum ad escam usus
hominum non admisit, eo quod non occisorum, sed mortuorum animalium morbida caro est nec
apta ad salutem corporis, cuius causa sumimus alimentum. Porro eorum opinionem, qui
Matth. 15, 11. quippiam[d] in cibis immundum esse perhibent, per se Dominus destruit dicens: 'Non
quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore coinquinat hominem';
Act. 10, 15. et apostolo Petro divinitus dicitur[e]: 'Quod Deus sanctificavit, tu commune' vel inmun-
Tit. 1, 15. dum 'ne dixeris'; et coapostolus[f] eius Paulus scribens: 'Omnia', inquit, 'munda mundis[g]
coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum.' Verumtamen ne forte quilibet
ex veteri[h] vobis testamento quaedam prohibita velint animalia demonstrare atque ab
eorum vos edulio coercere[i], notandum est inter illa, quae prohibita sunt, etiam porcum
connumerari[k]. De qua re praefatus sanctus Augustinus, de ceteris interim tacens,
scribens etiam huius animalis meminit dicens[2]: Testamento veteri, ubi quidam cibi carnium
Tit. 1, 15. prohibentur, cur non sit contraria ista sententia, qua[l] dicit apostolus: 'Omnia munda mundis' et:
1. Tim. 4, 4. 'Omnis creatura Dei bona est', si possunt, intellegant hoc apostolum de ipsis dixisse naturis, illis
autem litteras propter quasdam praefigurationes tempori[m] congruentes animalia quaedam non natura,
sed significatione immunda dixisse. Itaque verbi gratia, si de porco[n] et agno requiratur, utrum-
1. Tim. 4, 4. que natura mundum est, quia 'omnis creatura Dei bona est'; quadam vero significatione agnus
mundus, porcus immundus est. Tamquam si stultum et sapientem diceres, utrumque hoc verbum
natura vocis et litterarum et syllabarum, quibus constat, utique mundum est; significatione autem
unum horum verbum, quod dicitur stultus[o], inmundum dici potest, non natura sui, sed quoniam
quiddam inmundum significat. Et fortasse quod est in rerum figuris porcus, hoc est in rerum
genere stultus, et tam illud animal quam istae duae syllabae, quod dicitur stultus[o], quiddam[p]
unum idemque significat. Inmundum quippe illud animal in lege positum est eo, quod non ruminet;
non autem hoc eius vitium, sed natura est. Sunt autem homines, qui per hoc animal significantur,
inmundi proprio vitio, non natura; qui[q] cum libenter audiant verba sapientiae, postea de his
omnino non cogitant. Quod enim utile audieris, velut intestino memoriae tamquam ad os[r] cogita-
tionis recordandi dulcedine volvere[s] quid est aliud quam spiritaliter quodam modo ruminare?
Quod qui non faciunt, illorum animalium genere[t] figurantur; unde et ipsa a talibus carnibus
abstinentia tale vitium nos cavere praemonuit. Cum enim[u], de hac munditia ruminandi alio loco
Prov. 21, 20. ita scriptum est: 'Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus glutit
illum.' Hae[v] autem similitudines rerum in locutionibus et[w] observationibus figuratis propter
quaerendi et comparandi exercitationem rationales mentes utiliter et suaviter movent[x]. Sed priori
populo multa talia non tantum audienda, verum etiam observanda praecepta sunt. Tempus enim
erat, quo non tantum dictis, sed etiam factis prophetari oporteret[y] ea, quae posteriori[z] tempore
fuerant revelanda. Quibus per Christum atque in Christo revelatis fidei gentium onera observa-
tionum non sunt imposita, prophetiae tamen auctoritas commendata.

---

a) holera *B.* b) corpori nociuus minime *C.* c) admittet *B.* d) quipiam *C.* e) dicens *C.* f) eo apostolus *C.* g) mundus *B.* h) i *del. C.* i) coerceret *B.* k) *corr., ut vid., ex* conmemorari *C.* l) Quia *C.* m) tempore *C.* n) posco *B.* o) stultum *C.* p) quidđam *B.* q) quia *C.* r) o̅s *B.* s) uoluere *B.* t) generi *C.* u) *desunt hoc loco verba Augustini:* thesaurus desiderabilis sit ipsa sapientia. v) *sic D;* Hęc *B;* Forte has *C;* Has *edd.* w) vel *B.* x) n̄erit *B;* forte nouerit *C;* monent *D.* y) et *add. B, C.* z) *vel* posteriore *B.*

1) *Augustin. contra Faustum Manich. lib. XXXII c. 13 (Corp. script. eccles. lat. Vindob. XXV rec. J. Zycha, p. 771 [1891], Migne, Patr. lat. XLII, 504).* 2) *In eodem opere lib. VI c. 7 (Corp. script. eccles. lat. Vindob. XXV, 294 sq., Migne, Patr. lat. XLII, 233 sq.).*

Cap. XLIV. Nulla ratio sinit[a] in quadragesimali tempore venationibus uti; venantes enim nihil praeter carnes captant. Ut ergo nihil carnale sectari videamini, decenter a carnibus captandis in quadragesimali praecipue tempore vobis[b] est abstinendum; quanto enim ieiunii tempore artius est divinis cultibus insistendum, tanto est in cunctis mundi nocivis oblectamentis longius[c] recedendum, praesertim cum neminem nisi reproborum venationes exercuisse sacra designet historia[1]. 866 (Nov. 13). cf. Gen. 10, 9; 25, 27.

Cap. XLV. A nobis scire cupitis, si[d] quadragesimali tempore iudicia sint exercenda vel[e] ad mortem aliquis addicendus. In quo nos[f] noveritis eadem de quadragesimali tempore super hac respondere consultatione, quae de[g] diebus festis nos duodecimo harum responsionum nostrarum capitulo iam respondisse dinoscimur[2].

Cap. XLVI. Iam vero si quadragesimali tempore liceat, si necessitas exigit vel si non exigit ulla necessitas, ad bella procedere, non vobis est necessarium exponendum, cum ex priorum propositionum solutionibus, quid vos[h] conveniat agere, etiam nobis[i] tacentibus iam ipsi colligitis. Bellorum quippe ac proeliorum certamina necnon et omnium iurgiorum initia diabolicae fraude[k] sunt artis[l] profecto repperta[m] et dilatandi regni cupidus et[n] vel irae vel invidiae vel alius cuiuspiam vitii dilector tantum his intendere seu delectari convincitur. Et ideo, si[3] nulla urguet[o] necessitas, non solum quadragesimali[p], sed omni tempore[q] est proeliis abstinendum. Si autem inevitabilis[r] urguet oportunitas, nec quadragesimali est tempore pro defensione tam sua quam patriae seu legum paternarum bellorum procul dubio praeparationi parcendum, ne videlicet Deum videatur homo temptare, si habet quod faciat et suae ac aliorum saluti consulere non procurat et sanctae[s] religionis detrimenta non praecavet. Porro muri Hiericho filiis Israel, qui sabbatum iam observandum susceperant, etiam sabbato urbem circumeuntibus et tubis clangentibus ad terram prostrati[t] sunt. cf. Deut. 6, 16. cf. Ios. 6, 20.

Cap. XLVII. Consulitis, si liceat in quadragesimali tempore iocis vacare. Quod non solum in quadragesimali, verum etiam in nullo tempore licitum est Christianis. Sed quia vobis, qui in montem nondum ascendere tamquam infirmi potestis, ut inde sublimia mandata Dei percipiatis, sed in campestribus quemadmodum filii quondam Israel positi estis, ut saltem ibi plana et minora quaeque praecepta sumatis, necdum possumus[u] suadere, ut omni tempore iocis abstineatis, vel[v] quadragesimae ac ieiunii tempore, quando peramplius et instantius orationi et[w] abstinentiae et omnimodae poenitentiae, sicut longe superius exposuimus[4], vacare debetis, non solum iocis, verum etiam ab omni vaniloquio et scurrilitate[x], quae ad rem non pertinent, atque ab ipso otioso verbo, ut in evangelio Dominus dicit, 'quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem': si[y] de otioso, quanto magis de noxio vel[z] criminoso! Nulla ergo vos voluptatum vel[a] iocorum et maxime in tempore ieiuniorum vanitas seducere valeat; non enim lamenta cum iocis conveniunt, et fallax ac deceptrix laetitia veraces lacrimas producere nescit in proximo. Praeterea est iudex, qui dixit: 'Vae vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis'; hinc Salomon[b] ait: 'Risus dolore miscebitur et extrema[c] gaudii luctus occupat'; hinc iterum dicit: 'Risum reputavi[d] errorem et gaudio[e] dixi: Quid frustra deciperis[f]?' Hinc rursus ait: 'Cor sapientium, ubi tristitia est, et cor stultorum, ubi laetitia'; gratum namque Deo Matth. 12, 36. Luc. 6, 25. Prov. 14, 13. Eccle. 2, 2. Eccle. 7, 5.

---

a) sint *B.* b) nobis *C.* c) longe *C.* d) in *add. C.* e) et *C.* f) vos *C.* g) *om. B, C.* h) nos *C.* i) vobis *C.* k) fraudis *C.* l) arte *C.* m) reppertę *B;* reperte *C.* n) *om. C.* o) urgeat *C.* p) *sic D;* tempore *hic add. B, C.* q) *sic D; deest hic B, C.* r) inevitalib. *(sic) B.* s) sancta *C.* t) *sic C, D;* protracti *B.* u) possimus *B, C.* v) et *C.* w) *deest B.* x) scurilitate *B.* y) sed *B.* z) et *C.* a) et *C.* b) per Salomonem *D.* c) extra *B.* d) deputavi *B.* e) gaudii *B.* f) deceperis *B.*

1) *Cf. etiam infra ep. n. 116 (J.-E. Reg. n. 2847).* 2) *Supra p. 574 sq.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 15 C. 23 q. 8.* 4) *V. supra c. IV p. 571, c. VIIII p. 573.*

Ps. 50, 19. sacrificium est afflictio contra peccatum psalmista testante, qui ait: 'Sacrificium Deo
866 spiritus contribulatus.'
(Nov. 13). Cap. XLVIII. Unde nec[1] uxorem ducere nec convivia facere in quadragesimali tempore convenire posse ullatenus[a] arbitramur. Verum quid[b] hinc sacri canones[2] dicant, episcopo vestro docente scietis.

Cap. XLVIIII. Praeterea sciscitamini, si licet exhibere vobis quemadmodum prius in dotem coniugibus vestris aurum, argentum, boves, equos et cetera. Quod quia nullum peccatum est et leges[3] hoc conhibent[c], et nos ut fiat minime prohibemus; et non solum hoc, verum etiam quicquid ante baptismum egistis, et nunc quoque vobis agere profecto conceditur. Nam[4] piscatorem Petrum, Matheum vero thelonarium scimus, et post conversionem suam ad[d] piscationem[d] Petrus rediit, Matheus vero ad thelonei negotium non resedit, quia[e] aliud est victum per piscationem[f] quaerere, aliud thelonei lucris pecunias augere. Sunt enim pleraque negotia, quae sine peccato exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Ad illa ergo tantum, quae ad peccatum implicant, necesse est, ut post conversionem animus[g] non recurrat. Quod vero quisque ante conversionem sine peccato exercuit, hoc etiam[h] post conversionem repetere non est culpa[i].

Cap. L. Quid de eo, qui[k] quadragesimali tempore cum uxore[l] sua coierit, sit iudicandum, episcopi vestri vel[m] sacerdotis[n], qui ab eo constituetur, arbitrio considerandum ac diffiniendum committimus, qui singulorum mores agnoscere poterunt et uniuscuiusque vestrum causas libratis personis ac temporibus discernere seu moderari debebunt. Porro cum ea eodem tempore sine aliqua contaminatione dormire[o] omnino[p] liceret[q], si ignis et palea sine laesione communionem aliquam habuissent vel si diabolicae fraudis astutiae nescirentur; nam ubi masculus cum femina pariter conversantur, difficile est insidias hostis antiqui deesse, quae nimirum non defuere, ubi solitaria fratris et sororis,
cf. 2. Reg. 13, 8–14. Amnonis[r] scilicet et Thamar, extitit parvissimo spatio commoratio.

Cap. LI. Si liceat uno tempore habere duas uxores, exquiritis; quod si non licet, scire cupitis, apud quem inventum fuerit, quid exinde facere debeatis. Duas tempore uno habere uxores nec[s] ipsa origo humanae conditionis admittit[t] nec lex Christianorum
cf. Gen. 1, 27. ulla[u] permittit. Nam Deus, qui[v] fecit hominem, ab initio masculum unum fecit et unam feminam tantum, cui potuit utique si vellet duas uxores[w] tribuere, sed noluit; scriptum
Gen. 2, 24. quippe est: 'Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori suae.'
ibid. Non dixit: uxoribus. Et iterum: 'Erunt duo[x]', masculus scilicet[y] et femina, 'in carne una', et non: tres aut plures. Itaque apud quem uno tempore duae uxores inveniuntur, interim priori[z] retenta posteriorem cogatur amittere, insuper et poenitentiam[a], quam loci sacerdos praeviderit, compellatur suscipere. Denique[5] hoc tam immane scelus est, ut homicidii
cf. Gen. 4, 8. quidem peccatum, quod Cain in Abel fratrem suum commisit, septima generatione
cf. Gen. 7. cataclysmo[b] vindicatum fuerit, adulterii autem flagitium, quod Lamech omnium primus
cf. Gen. 4, 19–24. in duabus uxoribus perpetravit, nonnisi sanguine Christi abolitum extiterit, qui septima
cf. Luc. 3, 23–38. et septuagesima generatione secundum evangelium Lucae[c] venit in mundum.

Cap. LII. Si nosse desideratis, quid de his, qui quemlibet eunuchizant, iudicandum sit, paginas legum[6] revolvite.

---

a) nullatenus *C.* b) qui *B.* c) non cohibent *C.* d) *in marg. add. man. modern. B.* e) et *add. B.* f) piscatorem *B.* g) animi *C.* h) *sic C, D;* enim *B.* i) *in marg. add. man. mod. B; deest C.* k) de *add. C.* l) ire *B.* m) et *C.* n) sacerdoti *C.* o) dormine *B.* p) non *add. B.* q) forte uacat *C.* r) *corr., ut vid., ras. ex* Ammonis *B.* s) ne *B.* t) admittat *B.* u) illa *B, C.* v) que *B.* w) exores *B.* x) *deest B, C, D.* y) *deest D.* z) priore *C.* a) potentiam *B.* b) cathachismo *C.* c) lux *C.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 11 C. 33 q. 4.* 2) *Cf. conc. Laodic. c. 52, Mansi II, 582.* 3) *Cf. 'Neues Archiv' XXXVI, 725 ann. 3.* 4) *Cf. Gregorii M. homil. XXIV in evang., opp. ed. Maurin. I, 1540, Migne, Patr. lat. LXXVI, 1184.* 5) *Cf. ad sequentem locum supra ep. n. 22 p. 288 l. 1—4.* 6) *Cf. Lib. Papiens. Karoli M. c. 81, MG. LL. IV, 502. Cod. Iustin. 4, 42.*

Cap. LIII. Consulitis, si licet[a] super mensam, in qua sacerdos aut diaconus deest, vexillum sanctae crucis imprimere et comedere. Quod procul dubio licet; nam omnibus datum est, ut et omnia nostra hoc signo debeamus ab insidiis munire[b] diaboli et ab eius omnibus impugnationibus in Christi nomine triumphare. Superest tantum, ut, cum potior adest, inferior hoc sibi nisi iussus non audeat arrogare[c], quoniam 'non est discipulus super magistrum', et iterum praecipit apostolus dicens: 'Honore invicem praevenientes.' 866 (Nov. 13). Matth. 10, 24. Rom. 12, 10.

Cap. LIIII. Dicitis, quod Graeci fateantur, quod in ecclesia qui non constrictis[d] ad pectus manibus steterit maximum habeat peccatum. Hoc ut fieret praeceptum fuisse nusquam, ni fallimur, invenitur ac per hoc, nisi fiat, peccatum non est; nam quidam faciunt hoc, quidam illud, nunc isti hoc genus humilitatis, nunc illud ostentant, nisi forte qui pertinaciter recuset facere quod omnes viderit facientes. Verum et hoc et multa in diversis locis alia humilitatis indicio fiunt, et hoc, cum fit[e], nonnisi humilitatis gratia fit, et revera scriptum est: 'Oratio humiliantium se nubes penetrabit'; proinde sive hoc sive aliud quid humilitatis excogitare potest homo, non est reprehendendus, quia secundum evangelium 'qui se humiliat exaltabitur'. Si enim quis ante principem mortalem veniens cum omni reverentia et timore stat, loquitur et incedit, quanto potius eum, qui ante Deum, qui est aeternus, terribilis et excelsus, accesserit, cum omni pavore ac tremore non solum stare convenit, sed et quasi servum semetipsum in conspectu eius humiliter praesentare; et quia quorundam in evangelio reproborum ligari manus et pedes praecipiuntur, quid aliud isti agunt, qui manus suas coram Domino ligant, nisi Deo quodammodo dicunt: Domine, ne manus meas ligari praecipias, ut mittar in tenebras exteriores, quoniam iam ego eas ligavi et ecce ad flagella paratus sum? Hinc etiam pectus percutimus, signantes videlicet quod nequiter egimus displicere nobis ac ideo, antequam Deus feriat, id nos in nobis ipsis ferire et, antequam ultio extrema veniat, commissum paenitentia digna punire. Eccli. 35, 21. Luc. 18, 14. cf. Ps. 46, 3. cf. Matth. 22, 13. cf. ibid.

Cap. LV. Iam vero quod asseritis Graecos vos prohibere commùnionem suscipere sine cingulis, quibus sacrae scripturae testimoniis hoc prohibere iure probentur[f], nos penitus ignoramus, nisi forte illo, quo Dominus praecipit dicens: 'Sint lumbi vestri praecincti.' Verum hoc sancti evangelii testimonium non per litteram, sed per spiritum oportet impleri. Nam si ad hoc istud praeceptum est, ut taliter servaretur, cur non fiunt pariter quae sequuntur[g], ut 'lucernae ardentes' et, sicut agnum comedentibus iubetur[h], baculum in manibus teneantur[i]? Habent suum ista mysterium et intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis, qua[k] decet, significatione serventur. Nam in lumborum praecinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus bonorum splendor operum, de quibus dicitur: Sic[l] opera vestra luceant[m], indicatur. Rudes ergo fidelium mentes, ut sanctus et[n] egregius[n] propugnator ecclesiae papa Caelestinus scribit[1], cuius haec summatim verba mutuati sumus, ad talia non debemus inducere; docendi[o] enim sunt potius quam illudendi, nec imponenda eorum oculis, sed mentibus infundenda praecepta sunt[o]. Luc. 12, 35. Luc. 12, 35. cf. Exod. 12, 11. cf. Matth. 5, 16.

Cap. LVI. Nosse vos velle asseveratis, si liceat omnibus vestris praecipere[p] tempore siccitatis ad pluviam postulandam ieiunium et orationem facere. Vobis quidem hoc agere licet, quoniam ieiunium et oratio magnae virtutes sunt, et ad has iugiter faciendas vestra multum valet hortatio; sed congruentius est, si haec per episcoporum dispositionem fiant: ipsi namque sunt, qui ligandi solvendique potestatem accipiunt, ad

---

a) liceat *D.* b) muniri *B.* c) abrogare *B.* d) constrict'is *B.* e) sit *B.* f) perhibentur *C.* g) secuntur *B.* h) ut *add. C.* i) teneant *C.* k) que *B.* l) Si *B.* m) liceant *B.* n) etiam Gregorius *C.* o) docendi — sunt *(l. 39) desunt C.* p) praecipue *C.*

1) *In epist. ad episcopos Galliae c. 1, Mansi IV, 464 sq., Migne, Patr. lat. LXVII, 274 sq. c. 14 (J.-K. Reg. n. 369).*

866 (Nov. 13). horum vocem populi Dei castra moventur et requiescunt; sine his tamquam sine capite
cf. 1. Petr. 2, 25. fore videmini et quasi oves errantes et non habentes pastorem inceditis. Siquidem in talibus prisco tempore, quod nunc quoque sancta tenet ecclesia, sacerdotum praecedebat institutio et omnis penitus ordinatio et tunc reliquae plebis subsequebatur assensus ac per hoc ordine debito custodito et unanimitate servata Deo largiente voti praestabatur effectus.

Cap. LVII. Graecos[1] vetare perhibetis eunuchos animalia vestra mactare, ita ut eum, qui ex animalibus ab illis occisis comederit[a], grave commisisse[b] peccatum affirment. Sed nobis valde absonum est et adhuc frivolum[c] sonat, quod dicitur. Porro quia ratiocinationem ista dicentium non audimus, nihil interim de assertione ipsorum nondum plene cognita decernere diffinitive valemus. Unum[d] tamen[d] scimus, quoniam, si eunuchi praecepta Dei custodierint, ad regnum caeleste percipiendum nihil eis obesse membrorum
cf. Eph. 4, 13. poterit detruncatio, cum secundum apostolum in resurrectione omnes occurramus in virum
cf. Isai. 56, 4. 5. perfectum, et per prophetam[e] Dominus, si eius[f] mandata observaverint, eunuchis nonnulla laeta[g] promittat. Siquidem et ille eunuchus Ethiops a sancto Luca evangelista
Act. 8, 27. pro virtute et integritate vir appellatur, dum dicit: 'Et ecce vir Ethiops[h] eunuchus potens Candacis reginae.'

Cap. LVIII. Utrum velato an non[h] velato[h] capite mulier in ecclesia stare debeat,
1. Cor. 11, 5. 6. apostolus docet: 'Mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput[i] suum; unum est enim ac si decalvetur. Nam si non velatur mulier, et tondeatur. Si vero turpe
ib. 10. est mulieri[k] tonderi aut decalvari, velet caput suum'; et iterum: 'Ideo', inquit, 'debet mulier velamen habere super caput propter angelos', id est sacerdotes; et rursus ait:
ib. 13–15. 'Vos ipsi iudicate, decet mulierem[l] non velatam orare Deum[m]? Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem[n] si comam nutriat, ignominia est illi; mulier vero si[o] comam[o] nutriat[o p], gloria[o] est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt.'

Cap. LVIIII. Quod de femoralibus sciscitamini, supervacuum esse putamus; nos enim non exteriorem cultum vestium[q] vestrarum, sed interioris hominis mores in vobis[r]
Gal. 3, 27. mutari desideramus, nec quid induatis praeter Christum — 'quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis' —, sed quomodo in fide ac bonis operibus proficiatis, exquirimus[s]. Verum quia simpliciter de his interrogatis, verentes videlicet, ne vobis in peccatum imputetur, si praeter consuetudinem[t] aliorum[t] quid saltem in minimis agitis Christianorum, ne quid desiderio vestro subtrahere videamur, dicimus, quoniam in libris nostris iussa sunt femoralia fieri, non ut his mulieres uterentur, sed viri. Nunc autem,
cf. Eph. 4, 22–24; Col. 3, 9. 10. ut, quemadmodum a veteri ad novum transistis hominem, ita de priori consuetudine ad morem nostrum per omnia transeatis, facite; sin autem, quod placet agite. Nam sive vos sive feminae vestrae sive deponatis sive induatis femoralia, nec saluti officit nec ad virtutum vestrarum proficit incrementum. Sane quoniam diximus iussa fuisse femoralia fieri, notandum est, quia nos spiritaliter induimur femoralibus, cum carnis libidinem per abstinentiam coartamus; nam illa loca femoralibus constringuntur, in quibus luxuriae sedes esse noscuntur, quamobrem fortasse primi homines post peccatum in membris
cf. Gen. 3, 7. suis illicitos sentientes motus ad arboris ficulneae folia concurrentes sibi perizomata
1. Cor. 3, 2. texuerunt. Sed haec spiritalia sunt, quae hactenus portare non[u] poteratis, 'sed necdum', ut cum apostolo dicam, 'potestis; adhuc enim estis carnales'. Et ideo hinc perpauca diximus, cum plura Deo donante dicere valeremus.

---

a) comederi *B.* b) commississe *B;* comisisse *C.* c) fribolum *B.* d) Veruntamen *C.* e) propheta *B.* f) omnia *C.* g) *deest C.* h) nudo *C.* i) capud *B.* k) mulierem *C.* l) muliere *C.* m) Dominum *C.* n) quidam *C.* o) sic omnia *B.* p) *om. C.* q) vestrum *C.* r) nobis *C* s) inquirimus *C.* t) aliorum consuetudinem *C.* u) *deest B.*

1) *Cf. ad hoc* Böckenhoff, *l. l. p. 32, 47 ann. 1, 83.*

Cap. LX. Consulentibus vobis, si liceat absque ieiuniorum tempore quantulumcumque valde mane comedere, respondemus, quoniam neminem patrum nostrorum ante horam diei tertiam manducasse nec sanctam[a] ecclesiam[b] ante hanc horam[c] traditionem sumendi cibum accepisse recolimus vel monumentis quibuscumque repperimus; e[d] contrario vero quosdam eorum usque ad vesperum, alios autem usque ad nonam horam diei, porro alios usque ad sextam invenimus ieiunasse, nullum autem mane cibi quantulumcumque sumpsisse comperimus, cum potius 'vae' dictum his, qui mane comedunt, fuisse legerimus. Quamobrem ab isto maledicto vos alienos esse desiderantes hortamur, ut ante horam diei tertiam nullum omnino corporalem cibum etiam in ipsis insignibus sollemnitatibus omnino sumatis; nam quae sollemnitas potest esse Pentecoste sublimior, in qua spiritus sanctus super apostolos descendit ac[e] per hoc homines meruerunt in se suscipere Dominum? In ista nempe festivitate sancti apostoli cum aliis nonnullis hora diei tertia repperiuntur fuisse ieiuni, cum repletos spiritu sancto et loquentes[f] omnium gentium linguis quibusdam incredulis audientibus et obstupescentibus et, quod musto essent repleti, hi, qui simul aderant, falso dicentibus Petrus apostolorum princeps responderit dicens: 'Non enim, sicut vos[g] aestimatis, ebrii sunt isti, cum sit hora diei tertia'. Act. 2, 15. Ubi notandum, quod non solum apostoli, sed et omnes, qui cum ipsis erant, id est centum viginti viri, super quos spiritus sanctus cecidit, hora diei tertia ieiuni repperiantur. Simul etiam[h] notandum, quod non dixerit beatus Petrus simpliciter: 'Non, sicut vos aestimatis, hi ebrii sunt', sed addiderit: 'cum sit hora diei tertia'; ac si patenter diceret: 'Ipsi liquido[i] nostis[k], quod non sit istis consuetudinis ante horam diei tertiam ieiunium solvere, quamobrem frustra illos ebrios esse putatis.' Imitamini itaque hos, ut spiritus sanctus, et si non tardius, saltem hora tertia diei vos ieiunos inveniens sicut istos vos quoque inspiratione suae gratiae repleat. 866 (Nov. 13).

Cap. LXI. De cetero scire vos velle significatis, quot[l] vicibus laicalis persona per unumquemque diem orationem[m] facere debeat. In quo scire vos convenit neminem exceptum esse ab eo, quod Dominus in evangelio dicit: 'Oportet semper orare et non deficere', Luc. 18, 1. et apostolus: 'Sine intermissione orate'; 1. Thess. 5, 17. quod sanissime praefato sancto Augustino docente[1] sic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi. Quae autem sint haec certa tempora orandi[n], quae nullo die praetermitti debeant, 'quaerite[o] et invenietis'. Matth. 7, 7.

Cap. LXII. Refertis, quod lapis[2] inventus sit apud vos, antequam Christianitatem suscepissetis, de quo, si quisquam[p] ob[q] aliquam[q] infirmitatem quid accipit, soleat aliquotiens remedium[r] corpori suo praebere, aliquotiens vero sine profectu remanere. Quod utique etiam de illo lapide quid numquam sumentibus cotidie certum est evenire, videlicet ut alii quidem ab aegritudine sua remedium sanitatis recipiant, alii vero infirmitate tabescant. Quamobrem nos tamquam erroris fomes[s] vobis[t] consulentibus, utrum de cetero sit agendum an respuendum, respondemus et decernimus, quatinus omnis eiusdem lapidis sumptus penitus prohibeatur et omnimodis refutetur et in solo illo lapide domino nostro Iesu Christo, 'quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli', Matth. 21, 42. spes totius salutis humanae ponatur et tamquam a fortissimo recuperandae[u] fortitudinis nostrae remedium expectetur[v]; ad quem vos accedere et in eo fiduciam omnem locare beatissimus primus apostolorum Petrus per[w] epistolam suam hortatur

---

a) sancta *B*, *C*. b) ecclesia *C*. c) hora *C*. d) *om. C*. e) hac *B*. f) loquentium *C*. g) *ss. B*. h) et *C*. i) loquido *B*. k) nostris *C*. l) quod *B*. m) creationen *B*. n) horandi *B*. o) quęritis *B*; quaeritis *C*; queretis *D*. p) quicquam *C*. q) obliquam *B*. r) se medium *B*. s) *sic D*; fumes *B*; *deest C*. t) nobis *D*. u) recuperandi *C*. v) spectetur *C*. w) et *B*.

1) *Cf. Augustin. epist. CXXX c. 9 (Corpus script. eccles. lat. Vindob. XLIIII rec. A. Goldbacher, p. 60 sq. [1904], Migne, Patr. lat. XXXIII, 501).* 2) *Cf. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 79 ann. 1.*

1. Petr. 2, 4. 5. dicens: 'Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo
866 autem electum et honorificatum, et ipsi tamquam lapides vivi superaedificamini in domum
(Nov. 13). spiritalem.'

Cap. LXIII. Consulitis praeterea, si liceat viro dominico nocturno vel diurno tempore cum uxore sua coniungi aut dormire. Quibus respondemus, quoniam, si dominico die ab opere mundano cessandum est, sicut supra docuimus[1], quanto potius a voluptate carnali et omnimoda corporis pollutione cavendum, praesertim cum dominici diei nomen, quod nihil eodem die praeter quae Domini sunt Christianus agere debeat, liquido manifestet. Porro id ipsum est de nocturno ipsius diei, quod de diurno tempore sentiendum. Unus est enim dies, qui tam diurno quam nocturno spatio constat viginti quattuor horas habens. Nam nisi tam absentia quam praesentia solis unus existeret dies, nequa-
Gen. 1, 5. quam scriptura diceret: 'Factum[a] est vespere et mane dies unus.' Iam vero si dormiendum simpliciter eodem sit tempore cum uxore propria, quinquagesimo harum responsionum nostrarum capitulo quod sensimus cursim iam intimavimus[2]. 'Porro', ut verbis utar
1. Cor. 7, 35. apostoli, 'hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniciam, sed ad id, quod honestum est, et quod facultatem praebeat sine impedimento Dominum obsecrandi'.

Cap. LXIIII. Quot diebus viro, postquam mulier filium genuerit, ab ea sit abstinendum, non adinventionibus nostris, sed verbis beatae memoriae Gregorii Romani pontificis et Anglorum[b] gentis apostoli declaratur, qui Augustino episcopo, quem in Saxoniam ipse direxerat[c], scribens inter cetera dicit[d 3]: Ad eius vero — id est mulieris — concubitum vir suus accedere non debet, quoadusque prolis[e], quae gignitur, ablactetur[f]. Prava autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contempnant eosque aliis mulieribus nutriendos tradant; quod videlicet sola causa incontinentiae videtur inventum, qui, dum se continere nolunt, dispiciunt[g] lactare quos gignunt.

Cap. LXV. Tunc[4] recte non licet cuilibet communionem Christi percipere, quando gulae deditus non invenitur ieiunus, adeo ut mysticam mensam parvipendens prius cibi laici sumptu ieiunium solvisse videatur Christique venerandum corpus ac pretiosum sanguinem a ceteris non discernens alimentis non praeposuisse omni humanae refectioni[h], sed postposuisse noscatur. Remedium quippe salutiferum est corpus Christi contra peccatum, et[i] qui[k] hoc ante omnem escam veneranter non sumit, non[l] sanari desiderat, sed infirmari[l]. Et certe cotidie medicos vacuis visceribus sua cernimus pocula propinare; et si hoc pro sanitate corporis agitur, quanto potius est pro animae salute patrandum[m]. Ceterum quamobrem non debeat is, cui sanguis ex ore vel naribus profluxerit[n], corpus ac sanguinem Christi percipere[o], regula nulla docet. Nam quod invitus quis patitur, in culpam ei non debet imputari ac per hoc nec a participatione tanti remedii coerceri;
cf. Matth. 9, 20–22; Luc. 8, 43. 44. novimus[p] namque[q], quia mulier, quae fluxum patiebatur sanguinis, post tergum Domini humiliter veniens vestimenti[r] eius fimbriam tetigit, atque ab ea statim[s] infirmitas recessit. Si itaque mulier haec in fluxu sanguinis posita vestimenti dominici tactu non iudicatur
Luc. 8, 46. indigna, immo ipsius Domini, nam ipse dixit: 'Tetigit me aliquis', cur ei[t], qui[t] sanguinis[u] ex[v] ore vel naribus fluorem sustinet, non liceat salutifera Christi sacramenta percipere?

Cap. LXVI. Graecos prohibere vos asseritis cum ligatura lintei, quam in capite gestatis, ecclesiam intrare. Quod[w] nos quoque similiter non ab re forsitan inhibemus;

---

a) factus *C.* b) angelorum *B.* c) dilexerat *B.* d) dixit *C.* e) proles *C.* f) adlactetur *B.* g) displiciunt *C.* h) refectione *B.* i) forte *C.* k) quis *C.* l) non — infirmari *exstant in D; desunt B, C.* m) *corr. ss. ex* parandum *C.* n) profluerit *B, C.* o) praecipere *C.* p) novissimus *B.* q) *deest C.* r) vestimentibus *B.* s) sua *add. C, D.* t) quibus *B, C.* u) sanguis *C.* v) in *C.* w) quos *B.*

1) *V. supra c. X p. 574.* 2) *Supra p. 586.* 3) *Gregor. M. Registr. XI, 56 a c. 8, MG. Epist. II, 339 (J.-E. Reg. n. 1843).* 4) *De hoc capitulo cf. Böckenhoff, l. l. p. 67 ann. 1.*

nam saepe memoratus ac semper memorandus apostolus Paulus ait: 'Omnis vir orans aut prophetans velato capite deturpat caput suum', et iterum: 'Vir quidem non debet velare caput, quoniam imago et gloria est Dei.' Quod enim de velamine dicitur, etiam de ligaturae volumine debet[a], credimus, observari. 1. Cor. 11, 4. 1. Cor. 11, 7. 866 (Nov. 13).

Cap. LXVII. Perhibetis vos consuetudinem habuisse, quotienscumque aliquem iureiurando pro qualibet re disponebatis obligare, spatham[b] [1] in medium afferre, et per eam iuramentum agebatur. Nunc autem, per quod[c] iurare debeatis, a nobis iuberi deposcitis. Sed nos ante omnia non solum per spatham[b], verum etiam per aliam omnino conditam speciem iurari iudicamus indignum. Per quem enim quis iurat, profecto et diligit et veneratur, sed et fiduciam suam ei firma stabilitate commendat. Quamobrem per Deum iurandum est, qui ab hominibus diligendus et venerandus et in quo omnis spes et fiducia est locanda et a quo prae[d] cunctis creaturis est semper auxilium expectandum; nam cum a Domino per caelum, terram, caput et Hierusalem non iurare iubetur, nil nisi ut per creaturam iuretur, procul dubio inhibetur. Quod autem per Dei nomen iurare praecipiamur, ipso iubente didicimus. Sane possumus per eas dumtaxat creaturas iurare, quae divinis sunt cultibus deputatae, ut est templum et altare, in quibus qui iurat, iurat in ipsis, et qui habitat in ipsis, et si qua sunt talia. Quapropter iure per evangelium iurandum est, in quo quicquid continetur, nihil nisi Dei, qui in eo scribitur et legitur esse, profecto dinoscitur. Ipsum est enim lex nostra, ipsum testamentum nostrum, quod legifer et testator Dominus et redemptor noster electis suis disposuit, et si hoc amamus, per ipsum etiam[e] iuramus; etenim omnis[f] vera[f] qui dicit, per eum iurat, quem amat. Nos ergo, si per evangelium iuramus, et testatorem et ipsum testamentum diligere comprobamur et ab eius mandatis[g] nos nolle recedere procul dubio significamus. cf. Matth. 5, 34—36.

Cap. LXVIII. Requisistis, post quot dies mulier possit ecclesiam intrare, postquam genuerit. In quo nos praedecessoris nostri beati Gregorii papae vestigia sequentes eadem[h] quae[h] ipse[i] decernimus, qui[k] pro nova gente, sicut nos modo, instruenda scribens inter alia dixit[2]: Si mulier hora eadem, qua genuerit[l], actura gratias intret ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur; voluptas enim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commixtione voluptas est; nam in prolis prolatione gemitus. Unde et ipsi primae[m] matri[m] omnium[m] dicitur: 'In doloribus paries.' Si ergo enixam mulierem intrare ecclesiam prohibemus, ipsam ei poenam in culpam deputamus. Gen. 3, 16.

Cap. LXVIIII. Quot vicibus per totum annum baptismata celebrari debeant vel si eodem die licitum sit carnes comedi vel quot in consequentibus ab[n] his sit abstinendum, requiritis[o]. Insignia igitur anni sive sollemnia tempora, quibus baptismata celebrantur, secundum canones[3] duo sunt, Paschae scilicet et Pentecostis[p]. Verum circa vos nulla sunt in baptizando tempora penitus observanda, quemadmodum nec erga eos, qui mortis vicinae periculum metuentes tanto lavacro purgari desiderant; a carnibus autem ipso die his, qui sabbato sancto vel sabbato Pentecostis baptizati fuerint, abstinere procul dubio convenit, consequentibus vero septem diebus, qui a veteribus dies cf. Act. 12, 3 et passim.

---

a) debere *C.* b) spatam *C.* c) quot *B.* d) per *C.* e) et *add. B.* f) *desunt C.* g) mandatos *B.* h) eademque *C.* i) ipsa *C.* k) quae *C.* l) genuit *C.* m) pro matrimonio *B;* pro me mulieri *C;* primo matrimonio *D.* n) de *C.* o) inquiritis *C.* p) tecostis *B;* Pentecostes *hic et infra C.*

1) *I. e. maior gladius, ensis, cf. Ducange, Gloss. VII, 543 s. v. De iuramento super arma ab omnibus fere populis olim recepto v. Ducange IV, 459. — Cf. etiam H. Brunner, 'Deutsche Rechtsgeschichte' I², 258. J. Grimm, 'Deutsche Rechtsaltertümer'⁴ I, 228 sq. II, 546 sq.* 2) *In epist. ad Augustinum episcopum iam supra in c. LXIV (p. 590) allegata, Gregorii M. Registr. XI, 56a c. 8, MG. Epist. II, 338 (J.-E. Reg. n. 1843).* 3) *Cf. Siricii decr. c. 2, Migne, Patr. lat. LXVII, 232 sq. (J.-K. Reg. n. 255); Leonis I. decr. c. 11. 12, Migne, Patr. lat. LXVII, 284 sq. (J.-K. Reg. n. 414); Gelasii decr. c. 10, Migne, Patr. lat. LXVII, 305 sq. (J.-K. Reg. n. 636).*

866 (Nov. 13). azimorum[a] dicebantur et diei[b] resurrectionis dominicae coniuncti rite celebrantur, si quisquam quandocumque carnibus vesci affectat, multo magis edere carnes oportet.

Cap. LXX. Consulendum[1] decernitis, utrum presbyterum uxorem habentem debeatis sustentare et honorare an a vobis proicere[2]. In quo respondemus, quoniam, licet ipsi valde reprehensibiles sint, vos tamen Deum[c] convenit[d] imitari[d], 'qui solem suum' Matth. 5, 45. ut evangelium testatur, 'oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos'. Deicere vero eum a vobis ideo non debetis, quoniam nec Iudam[e] Dominus, cum[f] esset mendax discipulus, de numero apostolorum deiecit. Verum de presbyteris, qualescumque sint, vobis, qui[g] laici estis, nec iudicandum est nec de vita ipsorum quippiam investigandum, sed episcoporum iudicio, quicquid[h] est, per omnia reservandum*.

Cap. LXXI. Sciscitantibus[3] vobis, si a sacerdote, qui sive comprehensus[i] est in adulterio sive de hoc sola fama respersus est, debeatis communionem suscipere necne, respondemus: Non potest aliquis, quantumcumque pollutus sit, sacramenta divina polluere, quae purgatoria[k] cunctarum remedia[l] contagionum[l] existunt, nec potest solis radius per cloacas et latrinas transiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde, qualiscumque sacerdos sit, quae sancta sunt coinquinare non potest; idcirco ab eo, usque quo episcoporum iudicio reprobetur, communio percipienda est[4], quoniam mali[5] bona ministrando se tantummodo ledunt et[m] cerea[n] fax accensa sibi quidem detrimentum praestat, aliis vero lumen in tenebris administrat et, unde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium praebet. Sumite igitur intrepide ab omni sacerdote Christi mysteria, quoniam omnia in fide purgantur. Fides est enim, quae vincit hunc mundum, et quia non dantis, sed accipientis[o] sit, docente[6] sancto Hieronimo, ad credendum in omni anima baptismum esse perfectum[p] et in omni sacerdote corpus Christi esse perfectum, qui rursus sacrae scripturae concordans ait[7]: Priusquam audias, ne iudicaveris quemquam[q] atque ante probationem accusationis illatae neminem a tua communione suspendas, quia non statim qui accusatur reus est, sed qui convincitur criminosus.

cf. Ps. 111, 4. cf. 1. Ioh. 5, 4. cf. 1. Cor. 4, 5.

Cap. LXXII. Requiritis[r], si liceat in vobis patriarcham[s] ordinari. Sed de hoc nil diffinitive respondere possumus, priusquam legati[8] nostri, quos vobiscum mittimus, reversi fuerint et nobis, quae inter vos multitudo sit et unanimitas Christianorum, renuntient. Nam interim episcopum habetote et, cum incremento divinae gratiae Christianitas ibi fuerit dilatata et episcopi per singulas ecclesias ordinati, tunc eligendus est inter eos unus, qui, si non patriarcha, certe archiepiscopus appellandus sit; ad quem omnes concurrant et cuius consilium in causis maioribus praestolentur, id ipsum etiam apostolicis[t] regulis praecipientibus ac dicentibus[9]: Episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter

*) *Collectio canonum codicis Vatic. lat. 1345 s. XIII. fol. 175' hic addit:* est. Si autem hac occasione aliqui laici eos accusare presumpserint, eorum accusationem minime recipiendam esse decernimus *(v. etiam 'Neues Archiv' XXVIII, 718).*

a) animorum *C.* b) die *D.* c) Dominum ita est *C.* d) imitari convenit *C.* e) iuduam *B.* f) num *C.* g) quia *D.* h) illud *add. D.* i) deprehensus *C.* k) pugnatoria *B.* l) remedica contagionia *C.* m) *deest C.* n) cęrea *B.* o) accipiente *B.* p) profectum *C.* q) quenquam *hic et infra B.* r) Requisistis *C.* s) patriarcha *B.* t) Aplus *C.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 17 D. 28.* 2) *Cf. M. Sdralek, 'Wolfenbüttler Fragmente (Kirchengeschichtliche Studien, herausg. von Knöpfler, Schrörs, Sdralek I, Münster i. W.' 1891), p. 105.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 5 C. 15 q. 8.* 4) *Cf. Sdralek, l. l. p. 148 sq.:* Legimus quidem et nos, primum Nicolaum papam necessaria dispensatione Bulgarorum neophitis concessisse, ut ne in novella deficerent christianitate, polluto uterentur potius sacerdote, donec episcopali reprobaretur examine. *V. etiam ibid. p. 151.* 5) *Cf. Anastasii II. ep. ad Anastasium imperatorem c. 8, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 615, Migne, Patr. lat. LXVII, 314 (J.-K. Reg. n. 744).* 6) *Cf. Hieronymi opuscul. de septem ordinibus ecclesiae, Migne, Patr. lat. XXX, 160.* 7) *In eodem opere, Migne, Patr. lat. XXX, 154.* 8) *Cf. supra p. 568 ann. 7. V. etiam ad haec Hergenröther, l. l. I, 606, 615.* 9) *Canon. apostol. c. 35, Mansi I, 54, Migne, Patr. lat. LXVII, 145.*

eos[a] primus habeatur, quem velut caput existiment, et nihil amplius praeter eius conscientiam gerant et cetera. 866 (Nov. 13).

Cap. LXXIII. A quo autem sit patriarcha ordinandus, interrogatis. Et idcirco scitote, quia[b] in loco, ubi numquam patriarcha vel archiepiscopus constitutus est, a maiori est primitus instituendus, quoniam secundum apostolum minus a maiori benedicitur, cf. Hebr. 7, 7. deinde vero accepta licentia et pallii usu ordinat ipse sibi deinceps episcopos, qui successorem suum valeant ordinare. Vos tamen, sive patriarcham sive archiepiscopum sive episcopum vobis ordinari postuletis, a nemine nunc velle congruentius quam a pontifice sedis beati Petri[1], a quo et episcopatus et apostolatus sumpsit initium, hunc ordinari valetis[2]. In quo hic est ordo servandus, ut videlicet a sedis apostolicae praesule sit nunc vobis episcopus consecrandus, qui, si Christi plebs ipso praestante crescit, archiepiscopatus privilegia per nos accipiat et ita demum episcopos sibi constituat, qui ei decedenti successorem eligant. Et propter longitudinem itineris non iam huc consecrandus qui electus est veniat, sed hunc episcopi, qui ab obeunte archiepiscopo consecrati sunt, simul congregati constituant, sane interim in throno non sedentem et praeter corpus Christi non consecrantem, priusquam pallium a sede Romana percipiat[c], sicuti Galliarum omnes et Germaniae et aliarum regionum archiepiscopi agere comprobantur[3].

Cap. LXXIIII. Sciscitamini, si coepta[d] oratione nuntius venerit de hostibus ac ideo ipsam orationem consummare nequiveritis, quid vobis agendum sit. Quid aliud utique, nisi ut bonum, quod coepistis, quocumque vos perrexisse contigerit, perficiatis? Nam non est Christianis unus locus orationis, sicut Iudeis erat Hierosolimis et veluti cf. 2. Mac. 6, 2. Samaritanis in monte Garizin, sed in omni[e] loco[f], quemadmodum et apostolus ait: 'Volo ergo viros orare in omni loco levantes puras manus.' Praeterea qui in bono 1. Tim. 2, 8. opere perseveraverit in finem, hic salvus erit, praecipue eo tempore, quando contra cf. Matth. 10, 22. inimicorum itur incursus; et oratione, sicut iam supra diximus[4], magis quam armis expectari debet ab hoste triumphus.

Cap. LXXV. Iudicium poenitentiae[5], quod postulatis, episcopi nostri, quos in patriam vestram misimus[6], in scriptis secum utique deferent[g], aut certe episcopus, qui in vobis ordinabitur, hoc, cum oportuerit, exhibebit; nam saeculares tale quid habere non convenit, nimirum quibus per id quemquam iudicandi ministerium nullum tribuitur.

Cap. LXXVI. Similiter et de codice ad faciendas missas asserimus.

Cap. LXXVII. Refertis, quod Graecorum quibusdam codicem accipientibus in manibus clausum unus ex eis accipiens parvissimam particulam ligni hanc intra ipsum codicem condat et, si undecumque aliqua vertitur ambiguitas, per hoc affirment scire se posse quod cupiunt[7]. Vos vero consulitis, si sit hoc tenendum an respuendum. Utique respuendum; scriptum est enim: 'Beatus vir, cuius est[h] nomen[h] Domini[h] spes[h] Ps. 39, 5. eius[h]: et[i] non respexit in vanitates et insanias falsas.'

Cap. LXXVIII. Enarratis, quod populus ille, qui propter Christianam religionem ad occidendum vos insurrexerunt[8], poenitentiam agere voluerit[k], et sacerdotes illi, qui inter vos advenae sunt, hanc recipere recusarint; nunc autem requiritis, quid de eis agendum sit. Si, quemadmodum asseritis, sponte[l] poenitentiam[l] agere volunt, non sunt

---

a) eas *C.* b) quod *C.* c) *corr. ex* percipiant *C.* d) coapta *B.* e) *sic D;* omnibus *B, C.* f) locis *C.* g) defecerent *B.* h) spes in Domino *C.* i) *om. B.* k) voluerint *C.* l) poenitentiam sponte *C.*

1) *Cf. Innocentii I. epist. ad Victricium Rotomag. episcop., Mansi III, 1033, Migne, Patr. lat. LXVII, 241 (J.-K. Reg. n. 286).* 2) *Hoc scilicet dictum est adversus Constantinopolitanum patriarcham.* 3) *Cf. E. Lesne, 'La hiérarchie épiscopale en Gaule et Germanie (742—882), Lille-Paris' 1905, p. 94.* 4) *V. supra c. XXXVIII p. 582.* 5) *De hoc libro poenitentiali hodie, ut videtur, deperdito cf. Böckenhoff, l. l. p. 83 sq. ann. 3.* 6) *V. supra p. 568 cum ann. 7.* 7) *Cf. Hergenröther, l. l. I, 605 cum ann. 86.* 8) *Cf. supra c. XVII p. 577.*

866 (Nov. 13). prohibendi, sed per omnia poenitentiae summittendi, quam episcopus vel presbyter ordinatus ab illo consideraverit; nam non suscipere poenitentes non est catholicorum[a], sed Novatianorum[1].

Cap. LXXVIIII. Perhibentes[b], quod moris sit apud vos infirmis ligaturam quandam ob sanitatem recipiendam ferre pendentem sub gutture, requiritis, si hoc agi nos de cetero iubeamus. Quod non solum agi non[c] iubemus, verum etiam ne fiat, modis omnibus inhibemus; huiusmodi quippe ligaturae phylacteria[d] daemonicis[e] sunt inventa versutiis et animarum hominum esse vincula comprobantur, ac ideo his utentes anathemate apostolica decreta[2] perculsos[f] ab ecclesia pelli praecipiunt.

Cap. LXXX. Cum generatione, quae pacem vobiscum habere quaerit, quomodo ad alterutrum pacem firmare et custodire debeatis, inquiritis. Quaecumque gens vobis
Hebr. 12, 14. pacem offerre voluerit, vos nolite renuere; scriptum quippe est: 'Pacem sequimini cum
Rom. 12, 18. omnibus', et rursus: 'Cum omnibus hominibus pacem habentes.' Ubi 'omnibus' sonat, nemo a mutua[g] pace prorsus excipitur. Quomodo vero ipsa sit pax cum huiusmodi firmanda vel custodienda[h], nisi gentis[i], cum qua pax ineunda est, mores et verba praenoscamus[k], facile diffinire non possumus. Verumtamen quia[l] est laudabilis pax, est et perniciosa, providendum[m] est, ut in omni pacto Christus praeponatur, ita ut lege ipsius et praecipue fide illesa persistente[n] foedus, quod in invicem pangitur, permaneat incor-
Ioh. 14, 27. ruptum. Quam autem pacem sectari debeatis, Dominus manifestat, cum dicit: 'Pacem meam do vobis'; cum eo igitur, qui pacem Christi non habet, nec nos communionis habere pacem debemus, sed nec cum illo, qui pacem idcirco postulat, ut liberius nociva committat.

Cap. LXXXI. Perconctati[o] estis, si cum generatione, quae Christiana est, foedus interposito ex utraque parte iureiurando feceritis, et post haec illi pactum dirumpere[p] et super vos insurgere voluerint[q], utrum et vos adire contra eos audeatis an aliud quid agere debeatis. Verum omnis est necessitas toleranda magis quam a nobis quaelibet iniquitas perpetranda; proinde foedus, quod pangitis[r], nulla est occasione violandum, nisi forte in confirmandi foederis ipsius articulo interpositum est, quatenus sic una[s] pars[s] id foret observatura[t] pactum, si pars hoc altera nulla tergiversatione violasset. Siquidem a Christiano genus omne mendatii summopere declinandum est propter illud, quod[u]
Ps. 5, 7. Sap. 1, 11. Deo dicitur: 'Perdes omnes, qui loquuntur mendatium', et iterum: 'Os, quod mentitur,
Col. 3, 9. occidit animam', et apostolus: 'Nolite', ait, 'mentiri invicem.' Iam vero si illi postposito iuramento diruptoque[v] foedere contra vos insurrexerint, quid vos oporteat agere, episcopus vester a vobis inquisitus respondeat, qui iuxta positus et circumstantiam rerum et temporum qualitatem et mores personarum et iustitiam partium clare cognoscens quod congruentius et salubrius esse perspexerit tunc facilius poterit indicare et, quid agi conveniat, cuncta praenoscens vobis pleniter intimare. Verum nos interim rebus
cf. Rom. 14, 19. incognitis satius admonemus, ut semper rogetis ea, quae pacis sunt.

Cap. LXXXII. Cum paganis autem quod sit Christiano pactum faciendum,
cf. 2. Cor. 6, 14. 15. apostolus indicat, qui nullam communionem luci ad tenebras, Christi ad Belial, fideli cum infideli dat intellegi debere prorsus existere. Verum si eo fidelis animo pactum cum infideli constituit, ut eum ad cultum veri Dei possit attrahere, non est prohibendum,
cf. 1. Cor. 7, 13. quandoquidem apostolus etiam matrimonium, quod ex fideli constat et infideli, non
cf. Exod. 18. inhibet permanendum, et Moyses cognatum suum ad Dei veri notitiam trahere[w] volens

---

a) catholicum *C.* b) Perhibetis *C.* c) *deest B, C.* d) filateria *C.* e) demonis *C.* f) *deest C.* g) mutica *C.* h) custodientia *B.* i) gentes *B.* k) *sic C, D;* prȩnoscamur *B.* l) quod *B;* forte quia *C.* m) previdendum *C.* n) persistere *C.* o) Percuntati *C.* p) dirrumpere *B;* disrumpere *D.* q) voluerit *B, C.* r) pangitur *C.* s) *om. C.* t) observatur an *C.* u) a *add. C.* v) dirruptoque *B.* w) tradere *C.*

1) *Cf. etiam Innocentii I. decr. c. 22, Migne, Patr. lat. LXVII, 247 (J.-K. Reg. n. 293). 'Realencykl. f. prot. Theol. und Kirche' XIV³, 236 sqq. (1904).* 2) *Cf. conc. Laodic. c. 36, Mansi II, 580, Migne, Patr. lat. LXVII, 168 c. 139.*

eius societatem non aspernatur, sed comitatui suo ducem fore summopere deprecatur. 866
Inveniuntur autem nonnulli sanctorum et fidelium cum alienigenis et infidelibus pacta (Nov. 13).
et amicitiae foedera contraxisse diversa, sed eos non tamquam infidelitatem eorum et superstitionem adprobantes coluisse, sed tamquam in[a] angarias[a] diversis usibus implicasse et praecipue in terrenis eos quaestibus et servilibus occupasse.

Cap. LXXXIII. Si liceat vobis de criminalibus peccatis aliquem iudicare, consulitis. Sed si nemo voluisset peccare, nemo debuisset aliquem iudicare; at postquam peccatur, profecto et iudicatur. Scimus enim, ut secundum apostolum dicamus, 'quia 1. Tim. 1, 9–11.
iusto lex non est posita, sed iniustis et non subditis et impiis et peccatoribus, sceleratis, patricidis et matricidis, homicidis[b], fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris, et si quid aliud sanae doctrinae adversatur, quae est secundum evangelium gloriae beati Dei'. Non[1] autem vobis licet clericos iudicare, cum vos magis ab ipsis conveniat iudicari.

Cap. LXXXIIII. Requirendum[c] a nobis ducitis, quid de eo iudicandum sit, qui quemlibet falso criminatus fuerit et postmodum accusator fallax apparuerit. De hoc quamvis venerandae leges[d][2] abunde quod iustum est innuant, nos tamen potius cum apostolo vos ad misericordiae viscera, quam se Deus super sacrificium[e] velle testatur, cf. Col. 3, 12. cf. Ose. 6, 6; Matth. 9, 13.
semper convenit exhortari; siquidem ipse cum gentes, quarum magister erat, doceret, non ad austeritatem legis, sed potius eas ad misericordiae viscera provocabat dicens: 'Induite vos ergo sicut electi Dei sancti et dilecti viscera misericordiae benignitatem, Col. 3, 12. 13.
humilitatem, modestiam, patientiam; supportantes invicem et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam[f], sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos.'

Cap. LXXXV. Ergo similiter et circa eum, de quo sciscitamini, qui mortiferum quid homini dederit ad bibendum, vos ad misericordiam exortamur, sicut et Dominus iubet dicens: 'Dimittite et dimittetur vobis.' Luc. 6, 37.

Cap. LXXXVI. Si fur vel latro deprehensus fuerit et negaverit quod ei impingitur, asseritis apud vos, quod iudex caput eius verberibus tundat et aliis stimulis ferreis, donec veritatem depromat, ipsius latera pungat. Quam rem nec divina lex nec humana prorsus admittit, cum non invita, sed spontanea debeat esse confessio, nec sit violenter elicienda, sed voluntarie proferenda; denique si contigerit vos etiam illis poenis illatis nihil de his, quae passo crimen[g] obiciuntur, penitus invenire, nonne saltem tunc erubescitis et, quam impie iudicetis, agnoscitis? Similiter autem, si homo criminatus talia passus sustinere non valens dixerit[h] se perpetrasse quod non perpetravit, ad quem, rogo, tantae impietatis magnitudo revolvitur nisi ad eum, qui hunc talia cogit mendaciter confiteri? Quamvis non confiteri noscatur, sed loqui, qui hoc ore[i] profert, quod corde[k] cf. Matth. 12, 34.
non[k] tenet[k]. Relinquite itaque talia et quae hactenus insipientes exercuistis medullitus execramini; quem enim fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Porro cum liber homo crimine fuerit appetitus, nisi iam pridem reppertus est alicuius sceleris reus, aut tribus testibus convictus poenae[l] succumbit[m] aut, si convinci non potuerit, ad evangelium sacrum quod sibi obicitur[n] minime commisisse[o] iurans absolvitur, et deinceps huic negotio finis imponitur, quemadmodum crebro dictus apostolus doctor gentium attestatur: 'Omnis', inquiens, 'controversiae[p] eorum finis ad confirmationem est iuramentum.' Hebr. 6, 16.

Cap. LXXXVII. Utrum[3], si mulierem viduam nolentem monachicam[q] vitam[q] suscipere quis monacham fecerit, peccatum committat, inquiritis. Sed in hoc sciendum

---

a) *desunt C.* b) homicidiis *C.* c) Requirendus *C.* d) lęges *B.* e) sacrificia *C.* f) querellam *B.* g) criminen *C.* h) direxit *C.* i) *corr. ex* hore *B.* k) çọn̄tenet *(sic corr. ead. m.) B.* l) pene *C.* m) succubuit *C.* n) obiicit *C.* o) commississe *B.* p) introversię *B.* q) vitam monasticam *C.*

1) *Cf. supra p. 592 c. LXX.* 2) *Cf. Ed. Rothari c. 9, MG. LL. IV, 13 sq. Cod. Iustin. 9, 46, 2 et 10.* 3) *Ad hoc caput v. etiam infra ep. n. 132 (J.-E. Reg. n. 2835).*

cf. Matth. 18, 8. est, quoniam aliae sunt virtutes, sine quibus ad vitam ingredi non possumus, aliae vero
866 sunt, quae nonnisi ab[a] sponsore requiruntur; sine humilitate quippe, castitate ac[b] elemo-
(Nov. 13). synis[c] et orationibus nullus ad vitam ingredi valet, et ista[d] sunt[e] cum[f] his similibus, quae[g] requiruntur ab homine. Monachicum autem habitum induere[h] ac[i] vitam remotam ducere nonnisi a spondente divinitus exiguntur. Unde, quisquis vim intulerit alicui, ut monachicum[k] habitum et vitam remotiorem, quam non optavit nec elegit[l], assumat, hic tamquam violentus peccatum evadere non valet; et, quoniam quod agitur ex accipientis voto non venit, nec accipiens religiosum habitum inde mercedem habet nec inferens crudelitatis suae iudicio carebit.

Cap. LXXXVIII. Pro parentibus vestris, de quibus consulitis, qui infideles mortui sunt, propter peccatum incredulitatis orare non licet, secundum illud Iohannis apostoli
1. Ioh. 5, 16. dicentis: 'Est peccatum ad mortem, non dico, ut oretur pro eo'; peccatum quippe ad mortem est in eodem peccato morientibus.

Cap. LXXXVIIII. Fruges novas et rerum offerre primitias etiam veteribus moris
cf. Gen. 4, 3. 4. erat, quod pene in ipso initio mundi Abel et Cain egisse legimus.

Cap. XC. Animalia[1] sive volatilia, si sine ferro mactentur et solo ictu hominis percussa moriantur, si liceat comedi, sciscitamini. De hoc sanctus Augustinus contra Faustum Manicheum pleniter scripsit, de cuius verbis nos modicum quid nunc propter prolixitatem tangimus: Ubi, inquit[2], ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israhelita carnalis appareat, quis iam hoc Christianus observat, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu a cervice percussus nullo cruento vulnere occisus est? Et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a ceteris irridentur. Ita
Matth. 15, 11. omnium animos in hac re[m] tenuit[m] illa sententia veritatis: 'Non quod intrat in os vestrum, vos coinquinat, sed quod exit.'

Cap. XCI. Neque quod Christianus persequitur et a[n] pagano percutitur et occiditur animal neque quod paganus persequitur Christianus occidit, a Christiano comedendum est, ne videlicet fidelis cum infideli saltem[o] in modico communicasse videatur;
2. Cor. 6, 15. 'quae enim pars fideli cum infideli?' Et rursus propter conscientiam non fidelis utique, sed infidelis, gloriantis scilicet se, quod sibi a[p] Christiano fuerit communicatum, ac per hoc autumantis, eo quod non fuerit a fideli spretus, quod vanitas erroris sui a Christiano extiterit approbata.

Cap. XCII. Desideratis nosse, quot[q] sint veraciter patriarchae. Veraciter illi habendi sunt patriarchae, qui sedes apostolicas per successiones pontificum optinent, id est qui illis praesunt ecclesiis, quas apostoli instituisse probantur, Romanam videlicet[r], Alexandrinam et Antiochenam[3]. Romanam, quam sanctorum principes apostolorum Petrus ac[s] Paulus et praedicatione sua instituerunt et pro Christi amore fuso proprio sanguine sacraverunt; Alexandrinam, quam evangelista Marcus discipulus et de baptismate Petri filius[4] a Petro missus instituit et domino Christo cruore dicavit; Antiochecf. Act. 11, 26. nam, in qua conventu[t] magno sanctorum facto primum fideles dicti sunt Christiani et quam beatus Petrus, priusquam Romam veniret, per annos aliquot gubernavit[u]. Constantinopolitanus autem et Hierosolymitanus[v] antistites, licet dicantur patriarchae, non tantae tamen auctoritatis quantae superiores existunt. Nam Constantinopolitanam ecclesiam

---

a) ad *B.* b) et *C.* c) helemosynis *B;* eleemosinis *C.* d) iste *C.* e) forte *add. C.* f) *deest B.* g) que *B.* h) inducere *C.* i) ad *B.* k) monachum *B.* l) eligit *C.* m) retinuit *B, C.* n) *deest B.* o) saltim *C.* p) *deest B, C.* q) quod *B, C.* r) et *add. C.* s) et *C.* t) conventus *B.* u) gubernauis *C.* v) Hierosolimitanus *passim C.*

1) *Cf. Böckenhoff, l. l. p. 83.* 2) *Contra Faustum Manich. l. XXXII c. 13 (Corp. script. eccles. lat. Vindob. XXV ed. J. Zycha p. 772 sq. [1891], Migne, Patr. lat. XLII, 504).* 3) *Cf. ad haec Gelasii I. decr. de recip. et non recip. libris, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 455 sq., Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 635 (J.-K. Reg. n. 700). V. etiam supra ep. n. 88 p. 475.* 4) *Cf. supra p. 569 l. 12 sq.*

nec apostolorum quisquam instituit nec Nicena[a] synodus, quae cunctis synodibus[b] celebrior et venerabilior est, eius mentionem aliquam[c] fecit, sed solum, quia Constantinopolis nova Roma dicta est[1], favore principum potius quam ratione patriarcha eius pontifex appellatus est; Hierosolymitanus autem praesul, licet et ipse patriarcha dicatur et secundum antiquam consuetudinem ac Nicenam synodum[2] honorandus sit, salva tamen metropoli propria dignitate, sed et in eadem sancta et magna synodo nequaquam Hierosolymitanus, sed Heliae episcopus dicitur. Nam vera Hierusalem tantum in caelis est, quae est mater nostra; illa vero Hierusalem terrestris, secundum[d] quod Dominus praedixit, adeo funditus ab Helio Hadriano[e] imperatore Romano[3] distructa est, ut in ea nec lapis super lapidem sit derelictus, et ab eodem Helio Hadriano in alio est loco constructa, ita ut locus dominicae crucis extra portam nunc intra cernatur et a praedicto Helio Hadriano urbs illa Helia[f 4] vocitetur. 866 (Nov. 13). cf. Gal. 4, 26. cf. Matth. 24, 2.

Cap. XCIII. Porro quis patriarcharum secundus sit a Romano, consulitis. Sed iuxta quod sancta Romana tenet ecclesia et Niceni canones[5] innuunt et sancti praesules Romanorum defendunt et ipsa[g] ratio docet, Alexandrinus patriarcharum[h] a Romano papa secundus est[i].

Cap. XCIIII. Graecos dicere perhibetis, quod in illorum patria chrisma oriatur et ab[k] illis per totum mundum tribuatur, et ideo nosse desideratis, si verum sit. Sed iam credimus, quod vestra sollertia, quam verum non sit, animadvertit.

Cap. XCV. Quid de his agendum decernamus[l], qui pro quibuscumque culpis ad ecclesiam[m] fugiunt, requiritis. Sed quamvis ea sacri canones[6], quae leges mundanae sanciunt, custodienda flagitent et leges[7] circa quosdam inmisericordes appareant, nos tamen, qui non spiritum huius mundi suscepimus, si quisquam[n] ad ecclesiam fugerit[o], non illum, nisi sua voluerit sponte, ab ea dicimus educendum. Denique si quondam[p] latrones et diversorum criminum rei ad asylum templum Romuli fugientes indemnitatem consequebantur[8], quanto potius hi, qui ad templum Christi confugium faciunt, delictorum remissionem suorum adipisci[q] debent[r] et iam sibi a suspecto iuramento praestito omni pristinae securitati restitui. cf. 1. Cor. 2, 12.

Cap. XCVI[s]. Quicquid[9] mulier tua contra te cogitaverit aut fecerit vel si te accusaverit, non est excepta causa fornicationis reicienda vel odio prorsus habenda. Quae est apostolo praecipiente, sicut a Christo ecclesia, diligenda. Quantum autem hereticorum ore Christus et accusatur et in gentibus blasphematur, sed hos interim perversa praedicantes tolerat et resipiscentes a[t] misericordiae[u] gremio non repellit. cf. Matth. 5, 32. cf. Eph. 5, 29. cf. Eph. 5, 25. cf. Rom. 2, 24.

Cap. XCVII[v]. Similiter et de servo, qui dominum suum apud principes accusat, custodiendum est, cui secundum apostolum a domino suo etiam minae sunt remittendae. Sed quid de servo dicimus, quando Dominus generaliter omnibus et de omnibus praecipit: 'Dimittite[w]', inquiens, 'et dimittetur vobis', et apostolus: 'Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat'; ubi enim 'alicui' interposuit, etiam servum comprehendit. cf. Eph. 6, 9. Luc. 6, 37. 1. Thess. 5, 15.

---

a) Nichena *B.* b) synodis *C.* c) aliquem *C.* d) sine *C.* e) Adriano *hic et infra C.* f) Elia *C.* g) ipsi *B.* h) patriarcha est *C.* i) *om. C.* k) *deest B, C.* l) decernimus *C.* m) ecolesiam *B.* n) quispiam *C.* o) fugierit *B.* p) quoddam *B.* q) adepti *B.* r) debeant *C.* s) XVI *B.* t) *deest, del.* forte *C.* u) miserię *B.* v) XVII *B.* w) Dimitte *C.*

1) *Cf. concil. Constantinopolit. I. a. 381; Mansi III, 567 c. 2, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 276 c. 5.* 2) *Cf. conc. Nicaen. c. 7; Mansi II, 680, Migne, Patr. lat. LXVII, 149.* 3) *A. 117—138. Deleta autem esse Hierosolyma a Tito a. 70 nemo est, qui nesciat.* 4) *Aelia (Capitolina). Cf. 'Realencykl. f. prot. Theol. und Kirche' VIII³, 689 (1900).* 5) *Cf. conc. Nicaen. c. 6; Mansi II, 679, Migne, Patr. lat. LXVII, 148.* 6) *Cf. conc. Aurelian. a. 511 c. 1, MG. Concil. I, 2. V. etiam supra p. 580 c. XXVIII.* 7) *Cf. Lib. Papiens. Karoli M. c. 8 et c. 102, MG. LL. IV, 485, 507.* 8) *Praeter Verg. Aen. 8, 342 et Liv. 1, 8, 5 cf. praecipue Augustin. de civitate Dei l. I c. 34, l. V c. 17 (Corp. script. eccles. lat. Vindob. XL rec. E. Hoffmann, p. 57, 245 [1899]).* 9) *Cf. Decr. Grat. c. 22 C. 32 q. 5.*

1. Thess. 5, 15. Iam si non omnes comprehendisse dicis, audi quod sequitur: 'Sed semper quod bonum
866 est sectamini in[a] invicem et[b] in omnes.'
(Nov. 13). Cap. XCVIII[c]. Si sit sepeliendus qui se ipsum occidit vel si sit pro eo sacrificium offerendum, requiritis. Sepeliendus est quidem, ne viventium odoratui[d] molestiam ingerat; non tamen est, ut aliis pavor[e] incutiatur, solito cum obsequiis more ad sepulchra ferendus, sed et, si qui sunt, qui eius sepulturae studio humanitatis obsequuntur, sibi, non illi, qui sui[f] extitit homicida, praestare videntur. Sacrificium vero pro eo non est offerendum, qui non solum ad mortem usque peccavit, sed et mortis sibimet interitum
cf. 1. Ioh. 5, 16. propinavit. Quis enim magis peccatum ad mortem facit, pro quo Iohannes apostolus
cf. Matth. 27, 5. non[g] dicit[g] orandum, quam is, qui Iudam imitatus sui[h] ipsius homicida fuisse magistro diabolo comprobatur?

Cap. XCVIIII. Si est Christianus intra ecclesiam sepeliendus, inquiritis. Hanc sanctus papa Gregorius quaestionem absolvit dicens[1]: Cum gravia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in ecclesiis sepeliantur, quod eorum proximi, quotiens ad eadem sacra loca conveniunt, suorum, quorum sepulchra aspiciunt, recordantur et pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata gravia deprimunt, non ad[i] absolutionem potius quam ad maiorem damnationis cumulum eorum corpora in ecclesiis ponuntur.

Cap. C. Qui in proelio defunctus fuerit, utrum reportandus ad propria sit, si parentes eius aut socii eius voluerint, ex praecedente[k] capitulo potestis colligere. Siquidem idcirco, si voluerint propinqui, ad propria reportandus est mortuus, ut eius tumulum intuentes e[l] proximo[l] recordentur[2] ipsius et pro eo Domino preces fundant. Nam
cf. Exod. 13, 19. et sanctum Ioseph tale quid de ossibus[m] suis obiturum mandasse sacra prodit historia.

Cap. CI. Quibus[n] elemosyna[o] eroganda, investigatis. Quod Dominus in evangelio
Luc. 6, 30. manifeste demonstrat dicens: 'Omni petenti te da', et iterum patrem memorans ait:
Matth. 5, 45. 'Qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos', et
Gal. 6, 10. apostolus: 'Dum', inquit, 'tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei', id est Christianos. Verumtamen est in elemosyna facienda quidam ordo discretionis observandus, quem nos pleniter[p] exponere studio nunc brevitatis omittimus. Sed quidnam hoc nomen signet, primitus indicemus: elemosyna quippe Graece,
Eccli. 30, 24. Latine misericordia dicitur, et certe scriptum est: 'Miserere animae tuae placens Deo.' Ergo primum sibi debet homo prae ceteris elemosynam facere; siquidem omnem regulam bene agendi a se debet homo incipere, placens scilicet Deo per mundiciam
cf. Ioh. 6, 41. 51. mentis et corporis ac per hoc sibi tribuens illum panem vivum, qui de caelo[q] descendit. Deinde vero elemosyna exhibenda est propinquis egestatem patientibus, sicut scriptum
Isai. 58, 7. est: 'Carnem tuam ne despexeris'; nam et ipsa natura docet nos de hoc, et quod ipse propinquo meo non exhibuero, quando extraneus exhibebit? Deinde autem his maxime misericordia praestanda est, qui petere confunduntur. Sane notandum est, quia sunt
Eccli. 12, 5. nonnulli, quibus nil conferri debet, sicut scriptum est: 'Da bono et ne receperis pecca-
ib. 12, 6. Tob. 4, 18. torem', et rursum: 'Ne dederis impio', et iterum: 'Panem tuum et vinum super sepulturam iusti constitue et noli[r] ex eo manducare et bibere cum peccatoribus.' Panem enim et vinum suum peccatoribus praebet, qui iniquis subsidia, pro eo quod iniqui sunt,
cf. 1. Tim. 6, 17. impendit; unde[s] et nonnulli huius mundi divites, cum fame crucientur Christi pauperes, effusis largitatibus nutriunt histriones[s]. Qui vero indigenti etiam peccatori panem suum, non quia peccator, sed quia homo est, tribuit, nimirum non peccatorem, sed iustum nutrit, qui in illo non culpam, sed naturam diligit.

---

a) *om. C.* b) *om. C.* c) XVIII *B.* d) adoratui *B.* e) pavorem *B.* f) suis *B.* g) dicit non *C.* h) suus *B.* i) *deest B.* k) precedenti *C.* l) proximi *edd.* m) essibus *C.* n) sit *add. D.* o) helemosyna *hic et infra B;* elemosina *aut* eleemosina *C.* p) breviter *C.* q) coelis *D.* r) *corr. ex* nulli *B.* s) unde — histriones *in infer. marg. scr. signis appositis ead. m. B; desunt hic C.*

1) *Gregor. M. Dialog. l. IV c. 50, Migne, Patr. lat. LXXVII, 412.* 2) *V. supra l. 15 et ann. 1.*

Cap. CII. Non esse inferendam pagano violentiam, ut Christianus fiat, supra docuimus[1]. 866 (Nov. 13).

Cap. CIII. De libris profanis, quos a Sarracenis vos abstulisse ac apud vos habere perhibetis, quid faciendum sit, inquiritis. Qui nimirum non sunt reservandi: 'Corrumpunt' enim, sicut scriptum est, 'mores bonos colloquia mala', sed utpote noxii et blasphemi igni tradendi[a]. 1. Cor. 15, 33.

Cap. CIIII. A[2] quodam Iudeo, nescitis utrum Christiano an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis et, quid de his sit agendum, consulitis. Hi profecto, si in nomine sanctae trinitatis vel tantum in nomine Christi, sicut in actibus apostolorum legimus, baptizati sunt — unum quippe idemque est, ut sanctus exponit[3] Ambrosius* —, constat eos non esse denuo baptizandos. Sed primum, utrum Christianus an paganus ipse Iudeus extiterit vel si postmodum factus fuerit Christianus, investigandum est, quamvis non praetereundum esse credamus, quid beatus de baptismo dicat[4] Augustinus: Iam satis, inquit[b], ostendimus ad baptismum, qui verbis evangelicis consecratur, non pertinere cuiusquam vel dantis[c] vel accipientis errorem, sive de patre sive de filio sive de spiritu sancto aliter sentiat, quam doctrina caelestis insinuat; et iterum[5]: Sunt etiam quidam ex eo numero, qui adhuc nequiter vivant aut etiam in heresibus vel in gentilium superstitionibus iaceant, et tamen etiam illic 'novit Dominus qui sunt eius'. Namque[d] in[d] illa ineffabili praescientia multi, qui foris videntur, intus sunt; et alio[e] loco[e 6]: Etiam corde tardiores, quantum existimo, intellegunt baptismum Christi nulla perversitate hominis sive dantis[f] sive accipientis posse violari; et rursus[7]: Potest tamen, ait, tradere separatus, sicut potest habere separatus, sed quam perniciose tradere. Ille autem, cui tradit, potest salubriter accipere, si ipse non separatus accipiat. cf. Act. 19, 5. cf. 2. Tim. 2, 19.

Cap. CV. Consulentibus et instrui poscentibus vobis, quid de eo faciendum sit, qui super praecepta apostolica se efferens praedicare temptaverit, unus ex eis, id est Paulus, respondet et instruit dicens: 'Sed licet nos aut angelus[g] de caelo evangelizet vobis, praeter[h] quod[h] evangelizamus vobis, anathema sit.' Verumtamen cum hoc fit, non est passim nec a vobis, qui laici estis, temere iudicandum; 'in multis enim offendimus omnes[i]'. Gal. 1, 8. Iac. 3, 2.

Cap. CVI. Postremo[8] deprecamini nos suppliciter, ut vobis, quemadmodum ceteris gentibus, veram et perfectam Christianitatem non habentem maculam aut rugam[k] largiamur, asserentes, quod in patriam vestram multi ex diversis locis Christiani advenerint, qui, prout voluntas eorum existit, multa et varia loquantur[l], id est Graeci, Armeni et ex ceteris locis. Quapropter iuberi poscitis, utrum omnibus his secundum varios sensus eorum oboedire an[m] quid facere debeatis. Verum nos in his non sumus sufficientes, 'sed sufficientia nostra ex Deo est'; et beatus Petrus, qui in sede sua vivit et praesidet, dat quaerentibus fidei veritatem. Nam et sancta Romana ecclesia semper sine macula cf. Eph. 5, 27. 2. Cor. 3, 5. cf. Eph. 5, 27.

---

*) *In collectione canonum, quae inest in codice Vatic. lat. 1345 s. XIII., sequuntur haec:* Si quis autem his auctoritatibus contraire voluerit, respondeatur, quod Christus misit Iudam ad baptizandum; quod non fecisset, nisi per eum baptizati baptismum reciperent. Si vero postea quaeratur, unde hoc contingit, quod baptismus equalis est, semper et unus et idem, a quocumque detur, dicatur, quod non homines, sed Christus baptizat. Officium enim baptizandi hominibus praestitit, potestatem vero sibi retinuit *(fol. 80')*.

a) *hic sequuntur verba illa* unde — histriones, *quae in prioribus editionibus perperam post* diligit *(supra p. 598 l. 45) posita sunt, in C. Cf. supra p. 598 l. 42 sq. cum varia lectione s.* b) inquid *B;* quidem *C.* c) dandis *B.* d) Nam quem *B.* e) ad locum *B.* f) dandis *B.* g) angelos *B.* h) pręterquam *C.* i) omnia *C.* k) regulam *C.* l) loquuntur *C.* m) aut *D.*

1) *V. supra c. XLI p. 582 sq.* 2) *Cf. Decr. Grat. c. 24 D. 4 de cons.* 3) *Cf. Ambros. de spiritu sancto l. I c. 3, opp. ed. Maurin. II, 609, Migne, Patr. lat. XVI, 714 sq.* 4) *Augustin. de baptismo contra Donatistas l. IV c. 15 § 22 (Corp. script. eccles. lat. Vindob. LI rec. M. Petschenig p. 247 [1908], Migne, Patr. lat. XLIII, 168).* 5) *In eodem opere l. V c. 27 § 38 (Corp. Vindob. LI, 295, Migne, Patr. lat. XLIII, 196).* 6) *In eod. opere l. VI c. 1 § 1 (Corp. Vindob. LI, 297, Migne, Patr. lat. XLIII, 197).* 7) *Ibid. l. VI c. 5 § 7 (Corp. Vindob. LI, 302, Migne, Patr. lat. XLIII, 200).* 8) *Cf. Dümmler, l. l. II², 189.*

867 Oct. 23. fuit et[a] ruga, nimirum quia ille hanc instituit, cuius fidei confessio divinitus extitit[b] approbata. Ad quam videlicet Christianitatis[c] fidem, licet eius mysteria consummate nullus intellegere valeat, vobis insinuandam inspirante Deo ecce scripta nostra et missos[1] ac diversos codices[2] in patriam vestram destinavimus et, quousque radices
cf. Hebr. 5, 12–14. roboris consequamini, vos rigare nullo modo desistemus et, quousque ad solidum perfectionis cibum perveniatis, vos saltem lacte potare numquam penitus omittemus; nam
cf. Phil. 4, 1. gaudium meum et corona mea vos estis in Domino. De his autem, quos in patriam vestram de[d] diversis locis advenisse perhibetis varia et diversa docentes, multa vobis iam scripsimus et nunc scribere aliqua doctoris gentium suffragantibus sanctis eloquiis pro-
2. Cor. 12, 20. curamus, qui inter Corinthios tales esse formidans aiebat: 'Timeo enim, ne forte, cum venero, non quales volo inveniam vos, et ego inveniar a vobis, qualem[e] non vultis, ne forte contentiones[f], aemulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones in vobis sint.' Verumtamen, quantum ad fidem rectam pertinet,
Phil. 1, 15–18. non[3] curamus, qui praedicent, sed quem praedicent; ipse quippe scripsit: 'Quidam', inquiens, 'quidem et propter invidiam et contentionem, quidam autem et propter bonam voluntatem Christum praedicant; quidam ex caritate, scientes, quoniam in defensionem evangelii positus sum[g]. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim mihi est? Dum omnimodo[h] sive per occasionem sive per veritatem Christus annuntietur: et in hoc gaudeo
2. Tim. 2, 16. 17. et gaudebo.' Sed et qui haec dixit, audite, quid alibi dicat: 'Profana autem et inaniloquia devita; multum enim proficient ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit'. Verumtamen in his omnibus aderit misericordia Dei missis nostris et futuro episcopo vestro[4], qui vos instruant et, quid agere debeatis, abundanter erudiant. Sed et illi sive nunc sive post haec semper in rebus dubiis et negotiis maioribus sedem totius ecclesiae more consulent apostolicam[5] et ab illa instructi in quibus oportet instituent et quae Dei sunt sedula praedicatione docebunt.

Haec quidem suggestionibus sive quaestionibus vestris, prout Dominus dedit, respondimus, non quantum potuimus, sed quantum sufficere posse praevidimus[i]. Cum autem episcopum Deo concedente per praesulatus nostri ministerium habueritis[6], ille vos docebit omnia, quae ad officium suum pertinent, et si quae[k] sunt, quae non capiet[l], ab apostolicae sedis auctoritate resuscipiet[m]. Deus autem, qui in vobis salutem maximam operatus est, hanc perficiat, consolidet et usque in finem stabiliat et corroboret. Amen.

100.

Nicolaus Hincmarum ceterosque archiepiscopos et episcopos in regno Karoli Calvi constitutos de contentione cum ecclesia Constantinopolitana praecipue propter causam Ignatii et Photii et propter Bulgarorum subiectionem exorta certiores facit. Eos una cum apostolica sede concertantes adversus Graecos collaborare iniuriasque Romanae ecclesiae illatas etiam scriptis ulcisci iubet, ita ut omnis ecclesia, quae Latina lingua utatur, unanimiter illis resistat. *867 Oct. 23.*

---

a) sine *add. C.* b) existit *C.* c) Christianitas *B.* d) *om. C.* e) quales *B.* f) ac *add. C.* g) *corr. ex* sunt *C.* h) omimodo *B.* i) previdemus *C.* k) qua *B.* l) capiat, *ut vid. C.* m) suscipiet *C.*

1) *Cf. supra p. 568 cum ann. 7.* 2) *V. supra p. 568 l. 21, p. 575 c. XIII, p. 593 c. LXXV. LXXVI.* 3) *Cf. Anastasii II. papae epist. ad Anastasium imperator., Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 622, Migne, Patr. lat. LXVII, 314 (J.-K. Reg. n. 744).* 4) *Cf. supra p. 592 c. LXXII.* 5) *Cf. Innocentii I. decr. c. 10 (Migne, Patr. lat. LXVII, 242; J.-K. Reg. n. 286); ante c. 28 (Migne, Patr. lat. LXVII, 248; J.-K. Reg. n. 314); Leonis I. decr. c. 31 (Migne, Patr. lat. LXVII, 291; J.-K. Reg. n. 411).* 6) *V. supra p. 593 c. LXXIII. Cf. etiam J.-E. Reg. nn. 2887*, 2889*.*

867
Oct. 23.

Codd. Laudun. 407 fol. 138'—149 (B); Paris. lat. 2864 fol. 1—6' (C); Paris. lat. 1557 fol. 93'—96' (D); Bruxell. reg. 5413—5422 pag. 2—27 (E). Dimidiam tantum partem epistolae exhibent codd. Vallicell. C. 15 fol. 253—256' (F) et Paris. lat. 3859a, alteram autem partem cod. Vallicell. I. 49 fol. 21—22' (G).

Edd. Editio Romana (1591) III, 233 (praebet tantummodo primam partem epistolae sicut F); Baronius, Ann. eccles. 867 n. 42—62, qui annotat haec: 'Quae quidem epistola dimidiata tantum habetur edita in Romana editione ultimo loco [n. 70] inter reliquas Nicolai epistolas: nos vero quae desunt usque ad finem a Nicolao Fabro Parisiis accepta hic tibi reddemus', cf. etiam infra p. 604 l. 37sqq.; Sirmond, Conc. Gall. III, 331; Mansi, Conc. coll. XV, 355; Migne, Patr. lat. CXIX, 1152. — Cf. J.-E. Reg. n. 2879 (2179).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS[a] ET SANCTISSIMIS[b] HINCMARO[1] ET CETERIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN REGNO KAROLI GLORIOSI REGIS ECCLESIAS CONSTITUTAS REGENTIBUS[2].

Omnium[3] nos portare onera, qui gravantur, immo haec in nobis portare beatissimum Petrum, qui nos[c] administrationis[d] suae protegit ac tuetur heredes, fraternitas vestra liquido novit. Verumtamen inter alia, quae nos inmensis laboribus inserunt, illa nos praecipue commovere videntur, quae nobis, immo universae occiduae parti, a Grecorum imperatoribus, Michahele[e 4] scilicet et Basilio[5], et ab his, qui sibi parent[f], nequiter ingeruntur[g]. Hi enim odio et invidia contra nos inflammati quae inferius adnotabimus nobis quasi crimina hereseos inpingere moliuntur. Odio quidem, quia Photii adulteri et invasoris ecclesiae Constantinopolitanae[h] atque neophiti a depositis et anathematizatis[i] factam promotionem[k] non solum[l] non[l] approbavimus, sed et damnavimus[6], fratris scilicet et comministri nostri Ignatii, eiusdem ecclesiae patriarchae, deiectionem utpote a subiectis et ab[m] imperiali potentia factam nullo suscipientes assensu[n 7]; invidia vero, quia regem Vulgarum[o] Michahelem[p] nomine[8] cum gente sua Christi fide suscepta a sede beati Petri institutores et doctrinam expetisse[9] audierunt[q]. Volentes quippe nimium[r] anhelantes eosdem Vulgares[s] a beatri Petri subiectione subducere suoque imperio sub[t] praetextu Christianae religionis callide subiugare talia de sancta Romana ecclesia non habente[u] maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi praedicant[10], quatenus illi utpote adhuc in fide rudes haec audientes nos quasi noxios et diversarum hereseon[v] squaloribus respersos[w] vitent, declinent[x] atque penitus deserant. cf. Eph. 5, 27.

Denique cum clamor malorum, quae[y] in Constantinopolitana ecclesia tam per eosdem principes quam per eos, qui illis[z] sive metu sive affectu ad[a] votum parent, multiplicatus et consummatus esset nostrisque auribus increscens[b] inmensum cordi super tanta nequitia dolorem incuteret, etiam ipsis petentibus et obnixe precantibus[c] ad hanc inquirendam et nobis referendam missos nostros, Rodoaldum scilicet et Zachariam, tunc episcopos[11], Constantinopolim destinavimus[12], qui[d] illuc pervenientes patriarcham

---

100. a) reverentissimo *F.* b) sanctissimo *F.* c) *vel* uos *D.* d) *corr. D.* e) Michaele *passim D, F.* f) *partim in ras. B.* g) *add. al. man. F.* h) Constantino|litanę *E.* i) *partim non iam cognosci potest E.* k) promotiorem *D.* l) *desunt F.* m) *om. F.* n) asensu *B; primum* s *alio atram. E.* o) *al. m. corr. in* Bulgarum *E;* Bulgariae *F.* p) Micheelem *D.* q) audire *F.* r) nimiumque *D, F.* s) Bulgares *corr. E;* Bulgares *hic et saepius F.* t) su *D.* u) habentem *D.* v) heriseon *D.* w) resfertos *F.* x) deiectant *F.* y) qui *F.* z) illi *F.* a) *rasura post* ad *B.* b) inherescens *F.* c) prẽcantibus *E.* d) *om. F.*

1) *Remensi (a. 845—882).* 2) *Huius epistolae magnae gravitatis mentionem faciunt referuntque eius finem Ann. Bertin. a. 867 ed. Waitz p. 89 sq. Cf. de ea praeterea Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 200 sqq. Hergenröther, 'Photius' I, 668 sqq. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 107 sqq. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 289 sq. — V. etiam supra p. 171 ann. 4.* 3) *Cf. epistol. Siricii papae ad Himerium Tarracon. episc., Mansi III, 655, Migne, Patr. lat. LXVII, 231 (J.-K. Reg. n. 255).* 4) *856—867.* 5) *867—886.* 6) *V. supra ep. n. 91 p. 519 sqq. c. I.* 7) *Cf. ibid. c. IV (p. 521 sq.).* 8) *V. supra p. 568 ann. 8.* 9) *Cf. supra p. 568 sqq. ep. n. 99; Ann. Bertin. a. 866 ed. Waitz p. 86.* 10) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 641 sqq. 655 sqq. Dümmler, l. c. II², 195 sqq.* 11) *A. vero 863 vel 864 depositos.* 12) *A. 860. Cf. supra ep. n. 82 p. 439.*

867 Oct. 23. Ignatium damnando et Photium[a] communione sua firmando contra interdictum nostrum factioni[b] consenserunt Grecorum[1]. Cum autem hoc[c] patrato nefando scelere Romam reversi fuissent, missus est etiam ab imperatore Michahele[d] cum ipsis ad nos proprius[e] legatus nomine Leo a secretis. In[f] quorum adventu cognoscentes tam praefatum Ignatium iniuste depositum quam Photium moechum inregulariter in sede Constantinopolitana firmatum molestissime tulimus scribentesque nostram summae auctoritatis epistolam[2] eidem Leoni a secretis imperatori per indictionem decimam[3] hanc deferendam contulimus[g], per quam videlicet nos nec illam damnationem[h] nec talem promotionem utpote utramque inique patratam admissuros[i] fore praediximus et ratione competenti firmavimus. Deinde[4] bis facto concilio et lectis profanis gestis, quae praedictus Leo a secretis detulerat, ubi putatae depositionis[k] fratris et coepiscopi nostri Ignatii tenor continebatur[l], inventi sunt idem[m] missi nostri tam in damnatione Ignatii quam in communione Photii
cf. Eph. 5, 27. omnino culpabiles. Unde nos ecclesiam nostram sine omni volentes macula sicut semper subsistere, ne[5] videlicet in ea illis impunitis remanentibus vel tenuis subsannandi oriretur occasio aut nos eorum pravitati consensisse videremur[n], utrumque damnavimus[o] et excommunicationi submisimus, damnationem[p] vero Ignatii vel promotionem Photii penitus respuimus et condemnavimus. Reverso autem Leone a secretis Constantinopolim Michahel imperator comperiens per epistolam[6] nostram, quam per ipsum transmisimus, quod nec depositionem Ignatii nec promotionem Photii suscepissemus, mox[7] quendam legatum suum nomine[q] Michahelem protospatarium cum epistola iniuriis plena[r] ad nos direxit[8] et, ut sententiam nostram ad votum ipsius commutaremus[s], vehementer hortatus[t] est. At[u] nos[u] iniurias quidem nostras non curantes, licet contra ecclesiae iniurias non tacuissemus[v], scripsimus epistolam[9] nostram et hanc per indictionem[w] quartam decimam[10] praefato imperatori[x] per iam nominatum Michahelem protospatarium legatum suum direximus, tam videlicet a nostra ecclesia falsas obiectiones repellere cupientes quam ipsum imperatorem cum sequacibus suis super hoc negotio ad rectum iustitiae perducere[y] tramitem anhelantes.

Sed ut plenius haec tam ipsi imperatori quam aliis fidelibus intimari potuissent, convocatis quibusdam e vicinis locis fratribus et coepiscopis nostris de his, quod nobis canonice visum est, praedecessorum nostrorum secuti vestigia decrevimus et ordinavimus, quod etiam sanctitati vestrae post modicum Deo favente plenius intimare disponimus[z]. Quo rite, sicut arbitramur, ordinato quaerere coepimus[a] oportunitatem[a], qua freti missos apostolicae sedis etiam adhuc Constantinopolim[b] cum exhortatoriis epistolis[11] destinaremus, qui et[c] pro[c] salute[c] ipsorum competentibus eos monitis aedificarent et, quae fuerit[d] de illis apostolicae sedis prolata sententia, manifeste denuntiarent, iuxta quod et magna synodus Nicena de his, qui[e] abiciuntur[f], sanxisse dinoscitur[12]. Videbatur enim[g] nobis

---

a) Fotium *D.* b) factionem *D.* c) *om. F.* d) Michaelem *D.* e) prius *F.* f) *deest F.* g) tulimus *F.* h) damnatione *F.* i) admisuros *D.* k) *corr. in marg. pro* dispositionis *F.* l) *in rasura D.* m) id est *D.* n) videremus *F.* o) *in marg.* damnando *F.* p) *in marg. corr. pro* damnavimus *F.* q) nomen *C; ead. m. corr. ex* nomen *E.* r) plenam *B, C.* s) commutarem *F.* t) ortatus *D.* u) Ad nos *D; vix cognosci potest E.* v) tacuisemus *B, E.* w) indictione *F.* x) imperatore *C.* y) producere *F.* z) *post* disponimus *sequitur* et *D.* a) *corr. in marg. pro* coeperimus opportunitate *F.* b) Constantinopoli *F.* c) *cognosci tantum potest* -lute *D.* d) fuit *F.* e) quae *F.* f) habiciuntur *D;* obijciuntur *F.* g) etenim *F.*

1) *Scilicet in illa synodo a. 861 habita.* 2) *Supra n. 85 (p. 443 sqq.).* 3) *862 Mart. 18.* 4) *Ad haec cf. supra epist. n. 91 p. 516 sqq. annotationesque ibidem additas. Coniunctae sunt hoc loco res in synodis a. 863 (J.-E. Reg. I, 350 ante n. 2736) et a. 864 (J.-E. Reg. I, 355 ante n. 2772) gestae.* 5) *Cf. Gelasii decr. de recip. et non recip. libr., Mansi VIII, 149, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 459 (J.-K. Reg. n. 700).* 6) *Supra n. 85 (p. 443 sqq.).* 7) *A. 865, i. e. tribus post annis.* 8) *Cf. supra ep. n. 88 p. 454.* 9) *Supra n. 88 (p. 454 sqq.).* 10) *865 Sept. 28.* 11) *Cf. supra epp. nn. 90—98 (p. 488 sqq.).* 12) *Cf. conc. Nicaen. c. 5, Mansi II, 679.*

iter navale satis difficile et propter eorundem Grecorum expertas insidias valde cavendum. Cum his itaque anxietatibus undique coartaremur[a] et ingentibus premeremur[b] angustiis, ecce[1] subito legati iam fati regis Vulgarum nobis adesse nuntiantur. Unde quis est, qui dicere possit[c], quanto gaudio vel quanta exultatione simus repleti, eo quod et eorum[d] salubrem[d] conversionem per divitias bonitatis Dei cognovimus et quia illos doctrinam beati apostoli[e] Petri[e] seu[f] sedis eius exquisisse comperimus, qui, licet longe positi corpore, nobis tamen facti[g] sunt[g] fide praesentes, sed et quia per eorum regnum facilem ac terrenum missis nostris ad terram Grecorum accessum patere perspeximus[h]. Ordinatis[i] igitur quae[k] tam[k] Vulgarum[l] gentis congruere fidei rudimentis agnovimus[2] quam quae Constantinopolim mittere disposueramus[m 3] missos quoque nostros[4] cum legatis iam nominati regis per ipsius transituros regionem direximus. Quos imperatores Grecorum non solum recipere minime consenserunt, verum etiam vehementer adversus Vulgares[n] animos commoverunt, eo quod[o] per[o] suam eos terram transire permiserint, nihil aliud procul dubio innuentes, nisi quod eos, si per sibi subiectas regiones transisent, illis periculis traderent, quibus praefatae urbis heretici principes saepe sedis apostolicae legatos pro causa fidei vel correctionis[p] ecclesiasticae destinatos tradidisse leguntur. 867 Oct. 23. cf. Rom. 2, 4.

Praeterea cum Vulgarum rege demorantibus et ad urbem Constantinopolitanam eisdem nostris accedere missis conantibus[q] idem[q] imperatores epistolam[5] suam ipsi regi Vulgarum transmiserunt, quam ille accipiens nobis per legatos nostros deferri devota mente decrevit. Accipientibus[r] itaque nobis et perscrutantibus[s] eandem[s] cum aliis scriptis[6] epistolam[t] non hanc saepe memorati principes dictantes nisi in lacu blasphemiae tinxisse calamum et luto[t] erroris usi pro atramento fuisse procul dubio patuerunt. Conantur[7] enim tam[u] nostram specialiter quam omnem[8] generaliter, quae lingua Latina utitur[v], ecclesiam[w] reprehendere, quia[x 9] ieiunamus in sabbatis, quod spiritum sanctum ex patre filioque[y] procedere dicamus[z], cum[a] ipsi hunc tantum ex patre procedere fateantur[a]. Dicunt praeterea nos abominari nuptias, quia presbiteros sortiri coniuges[b] prohibemus[c], et insimulare temptant, quoniam eosdem presbiteros chrismate linire[d] baptizatorum frontes inhibemus; quod tamen chrisma nos[e] ex aqua fluminis conficere fallaciter arbitrantur. Reprehendere nihilominus moliuntur, eo[f] quod[f] octo ebdomadibus ante Pascha a carnium et septem ebdomadibus a casei et ovorum[g] esu more suo non cessamus. Mentiuntur quoque nos, sicuti per alia ipsorum conscripta indicatur[10], agnum in Pascha more Iudaeorum super altare pariter cum dominico corpore benedicere et offerre[11]. Quin et reprehendere satagunt, quia[h] penes nos clerici barbas radere suas non abnuunt et quia diaconus non suscepto presbiteratus officio apud[i] nos[k] episcopus ordinatur,

---

a) coartoremur *D.* b) premeretur *D.* c) *cognosci non potest D.* d) salubrem eorum *F.* e) Petri apostoli *D, F.* f) *om. F.* g) factis *F.* h) perspexerimus *F.* i) ordinati *F.* k) tamque *F.* l) uulgaris, *ut videtur, corr. ex* uulgariae *F.* m) disposuerimus *B.* n) *corr. in* Bulgaros *F.* o) *in ras. B.* p) correptionis *C.* q) *partim cognosci non potest D.* r) Accepentibus *F.* s) *partim evanuerunt D.* t) *evanuit D; sic etiam infra nonnulla verba aut partim aut penitus evanuerunt in D.* u) tanta *D.* v) *dubium, an hic exstiterit* utitur *in D.* w) ecclasiam *D.* x) quod *corr., ut videtur, ex* quia *F.* y) *om. F.* z) fateamur. *F.* a) *post* dicamus *lacuna ca. quinque litterar. in D;* cum — fateantur *desunt atque semper defuerunt D, F.* b) conguges *D;* s *in fine deest propter laes. membran. E.* c) *corr. in marg. pro* prohibent *F.* d) *in rasura B.* e) noș *D.* f) *in marg.* quod *F.* g) *corr. ex* ovium *F.* h) quod *F.* i) aput *E.* k) *post* nos *del.* episcopum *F.*

1) *Ad sequentia cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 164 sq.; v. etiam supra p. 488 ann. 3.* 2) *V. supra p. 568 sqq. ep. n. 99.* 3) *Cf. supra p. 602 ann. 11.* 4) *Paulum Populoniensem et Formosum Portuensem episcopos, cf. supra p. 568 ann. 7.* 5) *De qua cf. Hergenröther, l. c. I, 655 sqq. 641 sq. Dümmler, l. c. II², 196 sq.* 6) *Cf. Hergenröther, l. c. I, 656 cum ann. 72.* 7) *Cf. Dümmler, l. c. II², 200.* 8) *Sequentem locum usque ad* episcopus ordinatur *(infra l. 34) Ann. Bertin. a. 867 ed. Waitz p. 89 verbotenus fere receperunt.* 9) *Ad sequentia cf. quae annotantur in Analect. iur. pontif. X, 158 sqq.* 10) *Cf. supra ann. 6.* 11) *Cf. Walafridi Strabonis libell. de exordiis et incrementis rer. eccles. c. 19, MG. Capit. II, 491 sq.*

867 Oct. 23. cum ipsi etiam illum, quem patriarcham suum nominant[1], ex[a] laico subito tonsoratum ac monachum factum saltu ad episcopatus apicem imperiali favore ac brachio provehere, ut ipsi putant, minime formidaverint. Et adhuc, quod est gravius et insanius, a missis nostris contra omnem regulam et praeter omnem consuetudinem libellum fidei, si se ab illis recipi vellent, exigere moliebantur[2], in quo tam ista capitula quam ea tenentes anathematizarent, necnon et epistolas canonicas ab his[b] ei, quem suum oecomenicon[c] patriarcham appellant, dandas improbe requirebant.

In his igitur explosis ceteris curis vos, fratres, summopere convenit desudare et, quia communia sunt haec obprobria, quae universali ecclesiae, in ea dumtaxat parte, quae Latina uti dinoscitur lingua, sicut praetulimus, ingeruntur, communiter omnes, qui divino sacerdotio inlustrari videmini, decertare debetis, quo paternae traditiones tantae derogationi non pateant, sed, quae pravi quique[d] consueta contentione tam mentientes quam errantes maculare gestiunt, manu communis defensionis ab omni nevo blasphemiae funditus eruantur. Ridiculum[e 3] est enim et satis abominabile dedecus, ut temporibus nostris vel falso insimulare[f] sanctam Dei ecclesiam permittamus vel eas traditiones, quas antiquitus a patribus nostris suscepimus, pro libitu semper errantium infringere[g] patiamur. Quapropter necesse est, ut eorum conatibus resistamus et falsis illorum iaculis veritatis[h] clipeum opponamus. Quod nos quidem opitulante superna potentia, prout valemus, agere non omittemus nec, cum oportunitas caelitus datur, contra illos pro ecclesia Christi taccbimus. Sed magnopere convenit, ut et vestra quoque fraternitas morem[i] secuta maiorum concertans nobis[k] et unanimiter conlaborans in talibus inveniatur. Siquidem, nisi mente recessit, numquam[l] Hesperiae regiones, ut de aliis mundi plagis interim taceamus, a sede beati[m] Petri in huiuscemodi[n] quaestionibus dissonantes inventae sunt. Unde unusquisque vestrum, qui metropolitana iura sortitus est, iunctis sibi fratribus et coepiscopis suis, qui sub se sunt, de his diligentem curam suscipiat et, quid invidis eorum detractionibus opponi necesse sit, rimari studeat et invenire summopere gestiat atque inventum nobis otius transmittere minime parvipendat, quatenus id nos quoque adversus eorum vesaniam cum ceteris assertionibus[o] nostris deinde mittere valeamus[4]. Non[p] enim in nobis tam visibilis[q] quam[q] invisibilis[r] hostis sicut[s] concordiam[t] exhorrescit. Ideoque mutuo nostra[u] studia[u] provocemus et contra communes hostes non quasi hac
cf. Cant. 6, 3. 9. vel illac palantes, sed tamquam castrorum acies ordinati reperiamur. Sicque fit, ut, dum nos vestram unanimitatem[v] ad communem incitamus conflictum et vos nostris

---

a) e *corr. al. m. ex* et *F.* b) *om. F.* c) ecomenicon *B, D;* oe- *in ras. scr. ead. m. E;* icumenicon *F.* d) -ue *deest laes. membran. E.* e) et ridiculum *D.* f) *sic codd.;* insimulari *edd.* g) infringi *F.* h) *corr. in marg. pro* unitatis *F.* i) more, *ut videtur, D.* k) nobiscum *F.* l) non qđ *F.* m) beatus *D.* n) huius modi *F.* o) asertionibus *B, C, D, E.* p) *sic codd., fortasse pro* Nihil. q) *desunt F.* r) in- *ss. ead. m. C; corr. in marg. pro* invincibilis *F.* s) sic *F.* t) *in hac voce est finis huius epistolae et omnino collectionis Nicolai I. epistolarum in codice Vallicellano C 15 (F). In margine annotata sunt haec:* Est imperfecta ea epistola et videtur illinc esse ablatum quinternum, in quo erant multę alie epistolę Nicolai papę. — *Cum eundem finem exhibeat cod. Paris. lat. 3859 a, alteram partem epistolae codici quoque s. Mariae supra Minervam hod. deperdito, ex quo uterque descriptus est, defuisse constat. Hoc etiam ex editione Romana, quae illo codice desiderato utebatur, apparet. Ad eam autem supplendam confecta videtur esse descriptio verbis* Ideoque mutuo *incipiens [praecedentia (l. 29)* Nihil *(pro* Non*)* enim *etc. alia manu sunt addita], quam continet cod. Vallicell. I. 49 fol. 21—22' (G). Est enim annotatum:* Haec desunt ad finem ultimae epistolae Nicolai P. P. I., 3. eplarum [*scil.* tomo] pag. 236. 19. *V. etiam infra p. 609 l. 29 sq.* u) studia nostra *G.* v) unamitatem *D.*

1) *Scil. Photium.* 2) *Cf. ad haec Hergenröther, l. c. I, 641, 656.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 5 D. 12.* 4) *Ex tractatibus secundum apostolicam hanc praeceptionem ad repellendas Graecorum obiectiones in Gallia confectis, Odonis Bellovacensis episcopi opere deperdito, hodie iam exstant Ratramni Corbeiensis monachi (Migne, Patr. lat. CXXI, 225—346) et Aeneae Parisiensis episcopi (Migne, Patr. lat. CXXI, 685—762, v. etiam supra p. 171 sqq. n. 22) opuscula; de quibus cf. Hergenröther, l. c. I, 675 sqq. Dümmler, l. c. II², 201 sq. V. etiam infra p. 609 ann. 1.*

certaminibus interestis, ut et nos vestram sanctimoniam debito mentis affectu diligere 867
fraterneque venerari cernamur et vos in nullo a capite, id est a sede Petri, dissidere[1] Oct. 23.
noscamini.

Quanto autem livore quantaque vecordia iam designati Grecorum principes eorumque satellites adversus nos pro eo, quod suis noluimus parere inlicitis animositatibus, armati sint[a], in eo manifeste datur intellegi, quo[b] aut falsa sunt, quae nobis inpingere moliuntur, aut certe iam a prisco tempore sine cuiusquam contradictione in ecclesia Romana, immo in tota[c] occidentali[d] parte, actenus custodita; et, cum floruerint etiam apud ipsos magni doctores ecclesiae, nullus tamen eorum de his reprehensionem fecit nisi hi, qui non zelo iustitiae fervidi, sed zelo[e] invidentiae[f] perculsi ecclesiae lacerare traditiones anhelant. Praecipue cum de ieiunio sabbati tempore sancti Silvestri confessoris Christi sit satis discussum et disputatum atque ut celebraretur per omnia diffinitum[2] nullusque post haec ausu[3] temerario contra illud statutum[g] venire aut saltem muttire[h] praesumpserit, cum potius e diverso sedis apostolicae institutio et ecclesiae Romanae sequens observantia eiusdem salutiferi constituti executrix fuisse hucusque reperiatur. Praeterea de processione spiritus sancti quis nesciat inlustres viros et praecipue Latinos nonnulla scripsisse[4], quorum fulti auctoritatibus[i] istorum oppido sanum[k] respondere possemus insaniae, si vel illis nos reprehendendi vel nobis eis contentiosa fauce gannientibus rationem reddendi consuetudo quaelibet extitisset. Sed[5] quid mirum, si haec[l] isti praetendunt, cum etiam glorientur atque[m] perhibeant, quando de Romana urbe imperatores Constantinopolim sunt translati, tunc et primatum Romanae sedis ad Constantinopolitanam ecclesiam transmigrasse et cum dignitatibus regiis etiam ecclesiae Romanae privilegia translata fuisse, ita ut eiusdem invasor ecclesiae Photius etiam ipse se in scriptis suis archiepiscopum atque universalem patriarcham appellet.

Videte ergo, fratres, si haec ecclesiae Christi non praeiudicent; videte, si tolerabilia valeant aestimari; considerate, si debeant illi ecclesiae Romanae huiusmodi derogationes vel detractiones ingerere, cum ipsa, ex quo coepit Christiana religio[n] dilatari, quae semel in Petro patrono ac[o] institutore suo[p] suscepit, inmutilata tenuerit[q] et incorrupta per alia climata mundi docuerit, nec apparuerit quisquam per tot saltem[r] curricula[s], qui[t] eius traditionibus derogaverit aut obviare praesumpserit, licet, ut praetulimus, in ecclesia crebro[u] magni[v] doctores[w] effulserint[x], nec visa sit umquam ecclesia, ut non dicam Constantinopolitanam, quae longe post instituta est, cuius haec doctrinam vel auctoritatem secuta sit, cum ipsa potius alias ecclesias instituerit atque[y] his nonnullas traditiones contulerit, adeo ut, quemadmodum Bonifacius[z] sedis apostolicae praesul testatur[6], institutio universalis nascentis ecclesiae de beati Petri sumpserit honore principium, in quo regimen eius et summa consistit. Perpendite ergo, fratres, si haec utilia sint ecclesiae Dei, si haec congrua videantur eius ordinationibus; perpendite, rogo, si sedis apostolicae missos a visione sua excludere[a] vel eos aut epistolas nostras spernere debue-

---

a) sunt *C.* b) que *D;* quod *edd.* c) tan *C.* d) *partim in ras. C.* e) telo *B, D, E.* f) invidię *D, G.* g) statum *C.* h) mutire *in ras. B;* mutire *corr. ex* mutare *G.* i) auttoritatibus *D;* authoritatibus *hic et infra G.* k) sane *D, G.* l) *partim evanuit E;* hoc *G.* m) partim evanuit *E.* n) religia *D;* religi *E.* o) *evanuit D.* p) *deest D, G.* q) *partim evanuit D.* r) *partim evanuit D.* s) *evanuit D.* t) quae *C, E.* u) crebo *G.* v) *post* magni *verbum unum del. ras. C.* w) *partim evanuit E.* x) effulcerint *G.* y) adque *D.* z) Bonifatius *D.* a) *partim evanuit E.*

1) *Cf. Leonis I. papae ep. ad Anastasium Thessalon. episc., Mansi V, 1285, Migne, Patr. lat. LXVII, 295 sq. (J.-K. Reg. n. 411):* et nihil usquam a suo capite dissideret. 2) *Cf. Innocentii I. decr. c. 4, Migne, Patr. lat. LXVII, 239 sq. (J.-K. Reg. n. 311). Analecta iur. pontif. X, 160 ann. 9. 'Realencykl. f. prot. Theol. und Kirche' V³, 771 sq. (1898). Hergenröther, l. c. I, 677 cum ann. 56.* 3) *Cf. Lib. diurn. ed. Sickel p. 118 n. 89, p. 135 n. 101.* 4) *Cf. etiam MG. Concil. II, 235 sqq. 'Realencykl. für prot. Theol. und Kirche' XI³, 13 sq. (1902).* 5) *Ad haec cf. Hergenröther, l. c. I, 656 sqq.* 6) *In epist. ad episcopos per Thessaliam constit., Mansi VIII, 755 (J.-K. Reg. n. 364).*

867 Oct. 23. rint[1] et, ubi sit aliquando gestum, quaeso, memorare contendite, alioquin contra tantum laborare contemptum nobiscum tota virtute curate. Nam si huiusmodi mos in ecclesia Christi fuerit exortus, videlicet ut legati seu litterae singularum ecclesiarum vel personarum ab his, quibus mittuntur, minime suscipiantur, qui locus restet saluti, nos penitus ignoramus, praesertim cum per legatorum et epistolarum destinatarum interventionem[a] ad fidem nonnullos conversos[b] et ab errore multos revocatos et ad pacem ceterasque correctiones plurimos vel rediisse vel accessisse noscamus. Et certe, si hoc licitum esse posset, nullus profecto nobis tranquilliorem vitam ducere valuisset, nimirum quos cotidiana undique veniens annuente Christo frequentia non modice reddit[c] sollicitos nec paucis[d] constituit subinde sudoribus fatigatos. Perpendite nihilominus, si a legatis nostris libellus exigi debuit[2] aut quae hinc exempla praecesserint, cum nec scripto insertum nec memoriae commendatum tale[e] quid inveniri[f] credatur. Numquid nos alicuius novitatis inventores extitimus? Numquid alia[g], nisi[g] quae ad salutem ipsorum et ad communem[h] ecclesiae statum pertinebant, transmisimus? Numquid nos haeretici aliquando fuimus? Nam licet nos peccatores quidem esse non denegemus, quorumlibet tamen errorum[i] faece[k] pollutos Deo gratias minime recognoscimus, quemadmodum illi, qui numquam sine scismate, numquam prorsus ab errore reperiuntur extranei. Libellos autem nos ab illis et exigere et suscipere, non autem illos[l] a nostris requirere solere consuetudo hucusque custodita demonstrat. Cum enim Christi[3] munere propter primatum ecclesiae[m] Romanae[m] in beato Petro concessum nemini sit de sedis apostolicae iudicio iudicare aut illius sententiam retractare permissum, constat nimirum eos ab his nullum ius possidere libellos exigendi, quos habere fas iudicandi nullo iubentur canone, nullo[n] probantur exemplo; potiorum enim est[n] ab inferioribus, non inferiorum a potioribus violenter exigere rationem aut extortam elicere satisfactionem. Commendatitias[o] autem epistolas, etiamsi tale quid antiqua consuetudo fieri a nobis efflagitasset[4], dandas Photio nullo modo mitteremus; quippe quem non litterarum[p] nostrarum communione[q] in ecclesia Constantinopolitana stabiliendum, sed nostrae sententiae iam mucrone perculsum ab ea penitus decreveramus tamquam adulterum propellendum.

Verum pro his et his similibus causis canonice discutiendis et[r] rite diffiniendis tam vestram quam aliorum fratrum et coepiscoporum nostrorum reverendam ad nos convocare[s] vellemus praesentiam[5], nisi nos diversae mundi calamitates et cotidianae pressurae id gerere vetuissent. Sed quae nobiscum ageretis praesentes, hortamur agite
cf. Ps. 118, 96. saltem absentes; qui tamen, dum intra sinum caritatis, quam latum mandatum psalmista nuncupat, vos circumplectentes semper intuemur quasi praesentes, terrarum profecto spatiis numquam potestis haberi visibus nostris absentes. Verumtamen si huc veniendo recusatis laborem arripere, nec iussa terreni principis nec ulla impedimenta saeculi pium studium vestrum a communi hac ecclesiastici negotii meditatione seu necessaria sollicitudine[t] cohibere quoquo modo valeant. Alioquin[u] vestram ad nos fraternitatem[t] con-

---

a) interventione *D.* b) *corr. C.* c) *inter* red- *et* -dit *rasura B, E.* d) paucos *(?) B, G.* e) *ras. post* tale *B.* f) -ri *evanuit E.* g) aliam si *G.* h) commune *C.* i) *corr. D.* k) *corr. ss. pro* labe *G.* l) illi *B, C, E.* m) *in ras. B; initium verbi* ecclesiae *evanuit D.* n) nullo — est *in ras. B.* o) Commendaticias *C, E;* commendatiuas *D, G.* p) caeterarum *G.* q) communionem *C.* r) *om. G.* s) convenire *G.* t) sollicitudine — fraternitatem *alio atramento in ras., ut videtur, scr. B.* u) Alioqui *G.*

1) *V. supra p. 603 et Lib. pontif. ed. Duchesne II, 165.* 2) *V. supra p. 604.* 3) *Cf. Decr. Grat. c. 30 C. 17 q. 2. — Cf. etiam ad hunc locum Gelasii epist. ad episc. per Dardaniam constit., Mansi VIII, 54, 66, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 643 (J.-K. Reg. n. 664) et supra ep. n. 88 p. 480 sq.* 4) *Cf. canon. apost. c. 13, 34, Migne, Patr. lat. LXVII, 143, 145.* 5) *Iam antea, anno 864, huiusmodi consilium Nicolaus diligenter moverat ideoque synodum Romam convocaverat; quae vero non, sicut voluit, celebrata est. Cf. 'Neues Archiv' XXXII, 135 sq.*

vocandi et pariter de huiuscemodi quaestionibus tractandi nobis erit omnino necessitas, 867
ut videlicet iuxta pristinam consuetudinem nobiscum in id ipsum apud sanctum Petrum Oct. 23.
convenientes communes ecclesiae contumelias repellamus, qui commune sacerdotii culmen in Christi ecclesia, singuli secundum suorum qualitatem privilegiorum, promeruisse dinoscimur. Praecipue cum non solum propter[a] huiusmodi generalis ecclesiae negotium, sed etiam pro specialis huius sedis exorta causa praedecessores vestri una cum praedecessoribus nostris hic soliti sint non inmerito convenire[1]. Nam mirandum, quamobrem idem imperatores ita saeviant[b], ita commoveantur, ita in convitia nostra prorumpant, cum, si bene gesserunt, eos non nobis convitiari, sed de bono gratias auctori referre et in se ipsis gloriam habere et missos vel legationem nostram non[c] respuere, sed utpote suis bene gestis congratulantia libenter admittere et nobis congrua responsa dirigere profecto decuerit; si vero male operati sunt, ut quid[d] non corrigi potius et meliorari[e] satagunt, sed indignantur[f], anhelant et in tot contumelias adversus ordinationes Dei cf. Rom. 13, 2.
et ecclesiae traditiones insiliunt? Quamvis non tam indignati quam deterriti fuisse videantur; conscientia namque remordente intellexerunt pro indicanda[g] canonice sui obligatione nos illas in partes misisse. Quamobrem huiuscemodi consilio usi sunt, quo videlicet legati nostri nullatenus admitterentur, scilicet ne per illos vel de recuperato fratre et coepiscopo nostro Ignatio vel de dampnato[h] Photio invasore sedis apostolicae sententia penes se diffamari nec[i] rursus idem[k] tamquam fautores tantae perversitatis[l] ac per hoc obligati manifestius, quia errent[m], excommunicati sciri eorum attestatione aut scriptorum nostrorum serie[2] potuisset[n]. Unde quis non videat eos idcirco de nobis illa derogationum verba depromere, ut sua quaeque[o] pravitatis possint[pq] acta[q] contegere, et ideo velle nostra suis praestigiis obfuscare, ut sua valeant tenebrarum opera cf. Rom. 13, 12.
longe lateque clarificare? Nam qui stilus sufficiat exarare, quanta et qualia, priusquam missi[3] nostri illuc directi fuissent, vel etiam post reversionem eorum tam per legatos quam per litteras suas, ut de nostris specialiter omittamus, de beati Petri principis[r] apostolorum laudibus, de sedis eius[s] vel ecclesiae Romanae privilegiis nobis praeconia destinarint? Cum autem eosdem apostolicae sedis missos in suam nequitiam traduxissent[4] et instar[t] quarundam prostitutarum libidines suas ipsis conhibentibus[u] explevissent, primo[5] quidem conati sunt[v] nos[w] iteratis laudibus efferentes et versutis blandisque lenociniis adeuntes ad suos inflectere pessimos actus et, ut his a se perpetratis nostro consensu firmitatem tribueremus, supra modum hortati sunt et deprecati. At ubi nos inspiratione divina quae acta sunt perperam commissa fuisse comperientes ea non solum iustitia magistra, ut iam diximus[x 6], non adprobavimus, sed et damnavimus[y], protinus[7] illi versa[z] sententia plectrum linguae in derogationes et blasphemias acuerunt et tamquam suimet obliti[a] contraria his, quae primitus prosecuti fuerant, tractaverunt[b]. Et quia Deo auctore de nobis quid specialiter impeterent non invenerunt, traditionibus paternis divinis testimoniis roboratis detrahere curaverunt et, quod agere maiores eorum minime praesumpserunt, isti et[c], quae antiquitus[d] Romana suscepit cum numerosis[e] hanc

---

a) *bis in D.* b) serviant *corr. ex* serviunt *D;* serviant *G.* c) *deest G.* d) qui *D, G.* e) *corr. ss. ex* meliori *D.* f) indignanter *G.* g) iudicanda *G.* h) *corr. ex* dampnando *D.* i) neo *D.* k) id ē *C.* l) *corr. ex* perversitates *D.* m) essent *G.* n) potuissent *corrigunt Analecta iur. pontif. X, 161.* o) quoque *G.* p) possent *D; in marg. add. G.* q) acta possint *G.* r) -is *evanuit laceratione membran. D.* s) *in rasura B.* t) intar *D;* inter *G.* u) cohibentibus *D, G.* v) s *E.* w) *in ras. ead. man. scr. E.* x) *rasura post* diximus *E.* y) dampnavimus *C, D.* z) *corr. ss. ex* uisa *D.* a) oblita *C.* b) *corr. ex* tractaverant *D;* trataverunt *E;* tractarunt *G.* c) etiam *G.* d) antiquitas *B, G.* e) inumerosis, in- *ss. al. man. C.*

1) *Cf. conc. Roman. a. 769, MG. Concil. II, 74 sqq.* 2) *Sentit scilicet Nicolaus epp. supra nn. 90—98 (p. 488 sqq.).* 3) *Radoaldus videlicet et Zacharias.* 4) *V. supra p. 602 cum ann. 1.* 5) *A. 862 per Leonem a secretis; cf. supra p. 602.* 6) *Cf. supra p. 602.* 7) *In epistola imperatoria a. 865 per Michaelem protospatharium transmissa; v. supra p. 602.*

867 Oct. 23. sequentibus ecclesiis, generaliter accusare et blasphemare ore polluto minime timuerunt. Quin et privilegiis apostolicae sedis[1], quorum valitudine sua quaeque roborari poposcerant, quia suis malignitatibus non favimus, convitiari ac[a] derogare[b] vice tergiversatoria[c] multifarie studuerunt. Porro autem, quia nos apostolicae sedis auctoritatem Deo gratias non ignorantes actenus quodammodo singulariter eorum pravitatem nullo solacio vestro more prisco muniti constantia summa repressimus[2], actus suos illi nonnisi nobis displicere, nonnisi nos execrari[d] fallaciter[d] arbitrantur. Quamobrem fieri potest[e], ut haec sua venenosi[f] graminis semina per alias mundi partes dispergant[3] et simpliciorum[g] quorumque[g] fidelium corda suis inlicitis votis[h] incurvent, adeo ut, sicut ipsi gloriantur, ad Alexandrinum et Hierosolimitanum patriarchas iam miserint, eos[i] videlicet[i], ut in deiectione Ignatii patriarchae et in promotione invasoris Photii sibi consentiant, adhortantes. In quo non nos eorum concordiam fortasse contra statuta seu traditiones apostolicae sedis inprovide conglutinatam Deo iuvante[k] pavemus, sed, ne suasionibus illectos pravorum eos ad suum ipsorum discrimen contingat ab aequitate decidere, condolemus. Sunt quippe diris et continuis Agarenorum pressuris attriti, ac per hoc evenire valet, ut vel decepti vel pro sui relevatione sibi plurima tribuere spondentibus Constantinopolitanis principibus, quod[l] gementes dicimus, assentire cogantur.

Quapropter venerabilis industria vestra talem se de cetero exhibeat, necesse est, ut sole clarius hanc a sede Petri in nullo dissidere[4], quin potius cum illa in cunctis sentire idem hostes cognoscant[m], ita ut praesulatui nostro scripta divinitus inspirata sapientia vestra reprehendendo et forti prorsus invectione feriendo tantam eorundem imperatorum vesaniam mittat[5], quae nos suscipientes rursus ea cum aliis assertionibus nostris ad ipsorum quoque dementiam[n] confutandam mittere valeamus, ita ut, cum unum pariter idemque nos hostes sentire cognoverint, nec iniurias a se nobis illatas ulcisci solummodo nos affectare mendaciter astruant, nimirum cum adversus se monomachiam adgredi quodammodo nos intuentur, et per hoc, quod sint et alii Christi dilec-
cf. Ps. 62, 12. tores et eorum perversitates odientes, liquido comprehendant, et ora[o] loquentium iniqua penitus obstruantur, ita ut Christo duce una mente et ore ac brachio quasi strenui propugnatores phalanges hostium[p] premere[q] ac debellare communi studio reperiamur eorumque[r] pernitiosam factionem ipso auxiliante[s] socia[s] concertatione funditus interrupisse[t]
cf. Iob 13, 4. comperiamur[u] et tam inventores mendaciorum quam[v] fabricatores perversorum dogmatum paternis diffinitionibus ac veracium assertionum clipeis in nomine domini nostri Iesu Christi unanimiter[w] triumphare ac superare per omnia dinoscamur. Optamus fraternitatem vestram in[x] Christo[x] nunc et semper bene valere[y].

Tua[6] vero, frater Hincmare, caritas[z], cum hanc epistolam legerit, mox[a] ut[a] etiam[a] ad alios[b] archiepiscopos, qui in regno filii nostri[c] Karoli[c] gloriosi regis consistunt, deferatur[d], summopere agere studeat et, ut de his singuli in diocesibus propriis[e] una cum

---

a) et *G.* b) -ro- *suprascr. D.* c) tergiversatoriae *G.* d) *partim evanuerunt D.* e) *penitus fere evanuit D.* f) venenosa *D, G.* g) *partim evanuerunt D;* simpliciorum piorumque *G.* h) vocibus *G.* i) *omnino fere desunt laceratione membr. D.* k) adiuvante *G.* l) et *add. D, G.* m) cognoscunt *D.* n) clementiam *D.* o) hora *D.* p) ostium *D.* q) *partim evanuit D.* r) *partim evanuit D.* s) *penitus fere evanuerunt D.* t) *ras. corr. ex* interrumpisse *B;* -pisse *evanuit D.* u) comperiamus *G.* v) *evanuit D.* w) *deest,* x x x x *G.* x) *desunt G.* y) *post* valere *sequitur spatium complurium linearum vacuum B, D, E; in C incipit nova pagina.* z) pietas *G.* a) maxime curet ut *G.* b) *corr. ss. ex* alius *D.* c) *vix recognosci potest D.* d) *lacuna septem vel octo litterarum post* deferatur, *deesse autem nihil videtur D;* ac id *add. G.* e) *corr. ex* suis *G.*

1) *Cf. supra ep. n. 57 p. 357 l. 18 sq., ep. n. 58 p. 363 l. 24 sq.* 2) *Alludit ad epist. supra p. 454 sqq. sub n. 88 editam; v. etiam supra p. 602.* 3) *Cf. supra ep. n. 90 p. 502 cum ann. 2.* 4) *Cf. supra p. 605 cum ann. 1.* 5) *Cf. supra p. 604 cum ann. 4.* 6) *Specialem hanc ad Hincmarum allocutionem etiam Ann. Bertin. (Hincmari) a. 867 ed. Waitz p. 89 servaverunt; v. supra p. 601 ann. 2.*

suffraganeis suis, in cuiuscumque regno sint constituti, convenienter tractare et nobis quae repererint[a] suggerere[b] curent, eos incitare non neglegat[1], ita ut eorum omnium, quae praesentis epistolae nostrae[c] circumstantia continet, tu et strenuus executor illic[d] existas et apud nos verax et prudens scriptorum tuorum serie relator[e] inveniaris. 867 Oct. 24.

Data X. Kalendas Novembris indictione[f] prima[g].

101.

Nicolaus Karolum Calvum regem adhortatur, ut episcopis regni sui ad synodum conventuris — cuius exsecutionis summam Hincmaro archiepiscopo commiserit — ad perficiendum negotium auxilium praebeat. *867 Oct. 24.*

Codd. Laudun. 407 fol. 138 (B); Paris. lat. 2864 fol. 1 [in quo multa verba evanuerunt nec iam legi possunt] (C); Paris. lat. 1557 fol. 93' (D); Bruxell. reg. 5413—5422 pag. 1 (E), qui similem statum praebere videtur atque C: in utroque autem verba vel litterae, quae non iam cognosci poterant, partim alia manu alioque atramento denuo scripta sunt.

Edd. Sirmond, Conc. Gall. III, 338; Mansi, Conc. coll. XV, 332; Migne, Patr. lat. CXIX, 1161. — Cf. J.-E. Reg. n. 2882 (2182).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO[a] FILIO KAROLO[2] GLORIOSO REGI[3].

Comperiat celsitudo vestra nos[b] metropolitanos praesules regni vestri ad quaedam tractanda ecclesiastica negotia, quorum vestrae gloriae tenorem ostendi praecepimus, singulos cum suffraganeis suis pariter convenire mandasse; cuius videlicet executionis summam fratri et coepiscopo nostro Hincmaro[4] commisimus[5]. Quapropter rogamus piam dilectionem[c] vestram, ut tanto negotio auxilians[d], quo facilius idem fratres[e] nostri convenire valeant, suffragari[f] dignetur, quatenus ipsis vestro solatio potitis praesens negotium rite tractantibus vos quoque pro tantae pietatis studio praemium consequamini. Erit autem eis et aliud[6] post modicum decreto nostro synodice ventilandum; sed ne duplicatus labor eis onerosus existat, interim in hoc operam dare illos oportet, ut videlicet ad alterum libentius ac expeditius Deo iuvante pertingere possint. Optamus gloriam vestram nunc et semper in Christo bene valere, dilectissime fili.

Data IX.[g] Kalendas Novembrias[h] indictione prima.

---

a) reperint *D;* evenerint *G.* b) suggere *D.* c) *deest G.* d) illis *B, G.* e) selator *D.* f) indictioni *D.* g) *in fine annotatum est:* Hoc fragmentum pertinet ad epistolam 70. Nicolai I. ad Hincmarum et ceteros episcopos in regno Caroli, quae edita est tom. 3. epistolarum pontif., sed imperfecta *G. V. supra p. 604 l. 42 sqq.*

101. a) *partim evanuit E.* b) *evanuit E.* c) *fortasse corr. pro* discretionem *E.* d) -xili- *in ras. D.* e) -s *in ras. al. atram. ead. m. B.* f) suffragare *D.* g) nonas *B, C;* nō̄n. *D;* -s *tantum exstat E.* h) *sic B, C, E;* Novbr̄s *D.*

1) *His praeceptis summi pontificis Hincmarus obtemperavit, cf. Annales Bertin. a. 867 ed. Waitz p. 89 sq.:* Quam epistolam Hincmarus Idus Decembrias primae indictionis suscipiens in Corbonaco palatio consistenti regi Karolo cum pluribus episcopis relegit et per alios archiepiscopos, sicut in mandato acceperat, dirigere studuit — *quae verba exscripsit Flodoardus, Hist. Rem. eccl. lib. III c. 17 (MG. SS. XIII, 508) — et epistolam eius ad Odonem Bellovacensem episcopum directam ex parte ipsarum apostolicarum litterarum tenorem exhibentem (Migne, Patr. lat. CXXVI, 93 sq.). Flodoardus, l. l. lib. III c. 21 (MG. SS. XIII, 516 sq.) etiam epistolarum Hincmari Herardo Turonensi* de obiectionibus Grecorum, super quibus Nicolaus papa eidem mandaverat, *et Rothado Suessionensi* cum aliis Remensis dioceseos episcopis de Grecorum adinventionibus *scriptarum mentionem facit. Cf. registr. Hincmari ap. Schrörs, 'Hinkmar' p. 532 sq. nn. 206, 207 et ibid. p. 573 sq. ann. 84. — Cf. etiam supra p. 171 ann. 4 et libros, quos annotavimus supra p. 601 in ann. 2, denique p. 604 ann. 4.* 2) *Qui dicitur Calvus.* 3) *Cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 201.* 4) *Remensi.* 5) *Cf. epistol. praecedent. (n. 100).* 6) *Incertum, quid sentiat Nicolaus, qui viginti diebus post (867 Nov. 13) mortuus istud decretum non iam protulit.*

102.

867 Oct. 30. *Nicolaus Ludovicum Germaniae regem rogat, ut episcopis regni sui ad synodum conventuris — cuius exsecutionis summam Liutberto archiepiscopo commiserit — faveat.*
867 Oct. 30.

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 78' (B); Vallic. C. 15 fol. 252' (C). — Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 210; von Pflugk-Harttung, Acta Romanor. pontif. inedita II, 34. — Cf. J.-E. Reg. n. 2883.

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO FILIO HLUDOUUICO[1] GLORIOSO REGI[2].

Comperiat celsitudo vestra nos metropolitanos praesules regni vestri ad quaedam tractanda ecclesiastica negotia, quorum vestrae[a] gloriae[a] tenorem ostendi praecepimus[b], singulos cum suffraganeis suis pariter convenire mandasse[3]; cuius videlicet executionis summam fratri et coepiscopo nostro Liutberto[c 4] commisimus. Quapropter rogamus piam dilectionem vestram, ut tanto negotio auxilians[d], quo facilius idem[e] fratres nostri convenire[5] valeant, suffragari[f] dignetur, quatenus ipsis vestro[g] solatio potitis praesens negotium rite tractantibus vos quoque pro[h] tantae[h] pietatis studio praemium[i] consequamini[i]. Erit autem eis[k] et aliud[6] post modicum decreto nostro[l] synodice ventilandum; sed ne duplicatus labor eis onerosus[m] existat, interim in hoc operam dare illos oportet, ut[n] videlicet[n] ad alterum libentius ac[o p] expeditius[p] Deo iuvante pertingere possint. Optamus gloriam vestram in Christo nunc et semper bene valere, dilectissime fili.

Data[q] III. Kalendas Novembris indictione prima.

---

102. a) gloriae vestrae *C.* b) praecipimus *C.* c) Luotberto *C.* d) auxiliari *B, C. Cf. supra p. 609 l. 20.* e) id ē *B.* f) suffragare *C.* g) vero *C.* h) praecante *C.* i) *corr. al. man. C.* k) ei *C.* l) vestro *C.* m) honerosus *B.* n) *corr. al. man. C.* o) hac *B.* p) *add. al. man. suprascr. C.* q) Datum *C.*

1) *Germanico.* 2) *Cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 203. — Praebet haec epistola eundem fere textum ac praecedens ad Karolum Calvum regem directa (n. 101).* 3) *Germaniae quoque — sicut Galliae (v. supra ep. n. 100) — episcopis eodem tempore a Nicolao* de factionibus Grecorum *epistolam scriptam fuisse tradunt Ann. Fuldenses a. 868 ed. Kurze p. 66; v. J.-E. Reg. n. 2880 (2180)*.* 4) *Moguntino archiepiscopo (863—889).* 5) *Quod factum est in synodo Wormatiensi (a. 868), de qua cf. Dümmler, l. c. II², 203—208. 'Neues Archiv' XXVI, 639 sq.* 6) *Cf. supra p. 609 ann. 6.*

IV.

NICOLAI I. PAPAE EPISTOLAE VARIAE.

103.

Nicolaus Wenilonem archiepiscopum Senonensem eiusque coepiscopos laudata eorum erga sedem apostolicam reverentia reprehendit, quod Herimannum episcopum valetudine correptum ad synodum venire coegerint; eos hortatur, ut mitius cum illo agant. 858—860. 858—860.

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 194—195 (B).

Edd. Iohannes Cordesius, Opuscula et epistolae Hincmari Remensis archiepiscopi, accesserunt Nicolai pp. I. et aliorum eiusdem aevi quaedam epp. et scripta (Lutetiae Paris. 1615), p. 713; Sirmond, Conc. Gall. III, 187; Mansi, Conc. coll. XV, 397; Migne, Patr. lat. CXIX, 769. — Cf. J.-E. Reg. n. 2674 (2016).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS AC SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS WANILONI ARCHIEPISCOPO SENONENSI[1] ET COEPISCOPIS EIUS[2].

Epistolam[a 3] sanctitatis vestrae, qua apostolatus nostri super causa Herimanni episcopi[4] non inmerito expetere studuistis responsum vel qua more universalis ecclesiae auctoritatis nostrae efflagitare instructionem curastis, accepimus. Sed antequam ad consulta vestra mentis oculum inclinemus, parumper in laudibus vestris stilum operae[b] pretium duximus immorandum; qui, quo vobis eundum quove in rebus dubiis atque in magnis ecclesiasticis negotiis esset accelerandum[5], serenitatis visibus praevidistis humilibusque devotionis vestrae passibus cucurristis. Contra illos nimirum, qui beatissimi apostolorum principis Petri eiusque successorum luculentissimam doctrinam sedemque spernentes, quem[c 6] Dei filius in sancta ecclesia sua tamquam luminare maius in caelo constituit, veluti quidam scorpiones palantes[d] incedunt in meridie, et cum adhuc dies est, occidit eis sol. Revera ii et per scientiam Dei more Balaam apertos habent oculos; cadunt tamen, quia obcecati[e] instar ipsius avaritia, quo gressum tendere possint iusticiae, non aspiciunt, sed per abrupta[f] et avia incedentes, dum caput sequi refugiunt, in vasta praecipitia demerguntur. Vos autem, fratres karissimi, qui sancto utique spiritu revelante apostolicae sedis auctoritatem sensu capere et ad splendorem luminis eius

cf. Gen. 1, 16. cf. Ier. 15, 9. cf. Num. 24, 2.

---

103. a) Epistola *B.* b) opere *B.* c) quam *Hauck (v. infra ann. 6) corrigere vult.* d) palpantes *Anal. iur. pont. X, 77.* e) *corr. ex* obcecato *B.* f) arrupta *B.*

1) *840—865.* 2) *Cf. de hac epistola P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales (Loucain' 1907) p. 86. 95 sq. Tempus, quo scripta sit, non satis constat.* 3) *Quae latet. Neque enim papa respondet hic ad epistolam Lupi Ferrariensis illam supra p. 114 n. 5 editam, ut ex praesentis epistolae textu elucet. Cf. — praeter priores — P. Fournier, l. l. p. 86. H. Schrörs in 'Historisches Jahrbuch' XXV, 32 sq. (1904). A. V. Müller in 'Neues Archiv' XXV, 653. (1900). Ab his dissentit Lapôtre, 'De Anastasio bibliothecario' p. 137 sqq.; cf. etiam p. 309 sqq. V. praeterea Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 96 sq. L. Levillain in 'Bibliothèque de l'école des chartes' LXIII, 558 sq. (1902). E. Seckel, 'Pseudoisidor' in 'Realencyklopädie für protest. Theologie und Kirche' XVI³, 290.* 4) *Nivernensis; qui sed. a. 841, mortuus est ca. a. 860. V. supra p. 114 ep. n. 5 cum ann. 2 et Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 184 sq.* 5) *Cf. supra p. 600 l. 24 sq. cum ann. 5.* 6) *Cf. Hauck, 'Der Gedanke der päpstlichen Weltherrschaft bis auf Bonifaz VIII. (Leipzig' 1904), p. 22 cum ann. 3.*

ca. 861. iam incedere laudabiliter inchoastis, cum illa usque in finem sapere, cum illa semper ambulare studete, ab illa deviare nefas iudicate, ab eius discrepare sensu ne ad modicum quidem momentum consentiatis. Quos illa recipit, et vos quoque recipite, et quos illa respuit, abigere ipsi sicut ipsa mementote. Non enim illa respuit nisi membra, quae sibi non haerent, nec recidit[a] a se nisi quos in scandalum multis positos comprehendit; non, inquam, recidit vel eruit a se nisi membrum, quod sanis membris in offensionem et perniciem noscitur extitisse.

cf. Matth. 5, 29. 30.

Verum ad propositum redeamus. Suggerit sanctitas vestra Herimannum episcopum morbum incurrisse, quo diu impeditus est episcopale recte implere officium. Sensus enim, ut vestra ipsa verba ponamus, aliquotiens integritate privatus quaedam insano simillima admittebat; atque subinfertis, quod ad provinciales synodos evocatus venire distulerit. Ubi attente considerandum est, quoniam hoc ipsum, quo venitur ad synodum, sacerdotale officium est; et, cum ipsi dixeritis illum sacerdotale non potuisse implere recte officium sensusque integritatem amisisse, miramur reverentiam vestram eum venire ad synodum coegisse, praesertim cum ipsi testemini insano hunc similem et in eadem adhuc infirmitate manere. Quem, si ita gravatur, magis convenerat[b] sanctimonium vestrum sublevare quam pondus eius ponderi superaddere caritatemque in eo confirmare potius quam ei pietatis viscera obserare[c]. Indicatis[1] autem illum super quibusdam excessibus fuisse frequenter accusatum. Pro quibus, quia ex parte ipsius persona deest, nos uni parti ad alterius discrimen cedere procul dubio non possumus, quamvis nec, quique[d] adhuc illi fuerint excessus, dixeritis nec, utrum sana[e] erat mente idem antistes[f] necne, cum ipsos excessus perpetrabat, evidenter ostenderitis; satiusque arbitremur quamlibet interim infirmitatem ad poenam[g] peccati quam ad ipsum pertinere peccatum, cui magis consulendum et compatiendum sit quam puniendum vel etiam aliquo modo feriendum. Ammonitio praeterea vel conventio beatitudinis vestrae, quam ei fecisse vos perhibetis, valde placet, si tamen ex caritate non ficta, sed[h] ex simplici mentis oculo prodiit id, quod suave et dulce in auribus nostris sonuit, vel si coram summi arbitris oculis ita placuit, quemadmodum ante hominum visus quod placere sit satis abundeque conspicitur. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.

cf. 2. Cor. 6, 6. cf. Ezech. 33, 32.

104.

Fragmenta epistolae Nicolai ad Unifredum Morinensem episcopum, cui respondet: (1) episcopum in periculo ecclesiam non deserere, sed pro viribus persistere oportere; (2) clericum, qui paganum occiderit, non ad maiorem gradum provehi, sed etiam adquisito carere debere, cum homicida sit. *ca. 861.*

Collectiones canonum: Coll. trium partium I, 62, 47—48 (in cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 86); Decr. Grat. c. 47 C. 7 q. 1 et c. 5 D. 50. Alterum tantum fragmentum exhibet Ivon. decr. VI, 120.

Edd. Mansi, Conc. coll. XV, 399. 458; Migne, Patr. lat. CXIX, 782. 1129. — Cf. J.-E. Reg. n. 2688 (2026. 2160).

---

a) *ss. corr. ex* recipit *B.* b) n *prim. laes. membr. evanuit B.* c) *corr. ex* obseruare *B.* d) *corr. ex* quisque *B.* e) *ss. corr. ex* sacra *B.* f) antestis *B.* g) penam *B.* h) s *suprascr. B.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 14 C. 3 q. 9.*

(1) Sciscitaris*[1] itaque per Guandalgarium[a] presbyterum, utrum, cum a Normannis[2] 861 Nov.
de[b] episcopio depelleris, debeas de cetero in monasterio conversari. In quo scias, frater karissime, quia, si perniciosum est proretam in tranquillitate navim deserere, quanto magis in fluctibus. Ubi non dicimus, quod persecutorum non fugiamus maximeque paganorum insidias, cum ad tempus seviunt et ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem divinitus assequuntur, praesertim cum eis prodire ultro non debeamus et multos prophetas et apostolos et[c] ipsum quoque Dominum huiusmodi fugisse insecutores luce clarius constet, sed quod praecipue nos, qui tamquam arietes ducatum gregibus praebemus, immo qui et horum pastores sumus, Deo auctore cum eis in periculis pro viribus persistere pro certo conveniat et, cum tranquillitas reddita divina fuerit pietate sopitaque furentium infestatio, mox gregem requirere, in unum colligere et huius[d] animos caelestis patriae pace ac potissimum securitate praedicata sursum erigere debeamus[e]. Et tamdiu super eorum cautela oportet nos esse sollicitos, ut, si Dei iudicio praesentis temporis[f] commoda fortassis amittunt, futurae vitae sperent se gaudia absque ambiguitate percipere sempiterna.

(2) Clericum**[3] autem, qui paganum occiderit, non oportet ad maiorem[g] gradum[g] provehi. Qui carere debet etiam adquisito; homicida enim est. Nam cum discreti milites[h] sint[h] saeculi a militibus ecclesiae, non convenit militem ecclesiae saeculo[i] militare[i], per quod ad effusionem sanguinis necesse sit pervenire[4]. Denique[k] sicut turpe ac perniciosum est laicum missas facere, sacramenta corporis et sanguinis Christi conficere, ita ridiculum est et inconveniens clericum arma sustollere et ad bella procedere, cum Paulus apostolus[l] dicat: 'Nemo militans Deo implicat se negociis saecularibus', acsi liquido versa vice dicat: Nemo militans mundo implicat se negociis spiritualibus. 1. Tim. 2, 4.

105.

Nicolaus Petrum episcopum coepiscoposque Aemiliae regionis ab oppressionibus eis a Iohanne Ravennate archiepiscopo illatis praecepto liberat. Capitula synodi Romanae contra Iohannem habitae eis retinenda mandat. *861 Nov.*

---

*) *Lemmata:* Idem *[scil.* Nicolaus*]* Unifredo Morinensis ęcclesię episcopo, qui consuluerat, an ipse a Normannis ab episcopio depulsus debeat de cętero in monasterio conversari *Coll. tr. p.;* In persecutionibus episcopus ecclesiam suam non deserat. Item Nicolaus Unifredo Moriensis ecclesiae episcopo *Grat.*

**) *Lemmata:* Quod clericum, qui paganum occiderit, non oportet ad maiorem gradum provehi *Coll. tr. p.;* Quod clericus, si paganum occiderit, promoveri non possit. Nicolaus Wilfredo Morinensis ecclesiae episcopo *Ivo;* Ad maiorem gradum provehi non potest clericus, qui paganum occiderit. Item Nicolaus papa *Grat.*

104. a) Galdagarium *Grat.* b) *om. Grat.* c) *om. Grat.* d) eius *Grat.* e) debemus *Grat.* f) temporibus *Grat.* g) gradum maiorem *Ivo.* h) sint milites *Ivo, Grat.* i) militare seculo *Grat.* k) *cetera desunt Grat.* l) egregius *Coll. tr. p.*

1) *Haec duo fragmenta recte iam coniunxit P. Coustant, v. Analecta iuris pontif. X, 175 sq.; cf. Jaffé-Ewald Reg. n. 2688, Sdralek, 'De Nicolai codicibus' p. 28. — Unifredus, quem coll. trium partium vocat, Morinensis (hod. 'Thérouanne') episcopus a. 856—870, etiam Umfredus, Humfredus, Huntfredus, Huntfridus, Humifridus, Unifridus, Guifredus in fontibus appellatur (cf. Anal. iur. pont. X, 176, J.-E. Reg. l. c.), perperam autem, nisi erramus, ab Ivone (v. supra l. 33) Wilfredus; Wilfredus enim vel Wicfridus erat Morinensis episcopus a. 935—960. — Tempus epistolae conicere licet ex expugnatione civitatis Morinensis a. 861 facta; cf. Ann. Bertin. a. 861 ed. Waitz p. 54, 55.* 2) *Cf. W. Vogel, 'Die Normannen und das fränkische Reich (Heidelberg' 1906) p. 181.* 3) *Ad hoc decretum cf. etiam infra ep. n. 142.* 4) *Cf. supra ep. n. 38 p. 309 sq., ep. n. 88 p. 485 l. 34 sqq.*

861 Nov. *Cod. Mutinens. capituli O. II. 2 (B). — Exstat hoc praeceptum praeterea forma admodum differenti in membrana eiusdem archivi Mutinensis capituli A 6 XIX (C).*

Edd. Zaccaria, 'Biblioteca antica e moderna di storia letteraria II, 414 (In Pesaro' 1767); Mansi, Conc. coll. XV, 599 in variis lectionibus (ex cod. Modoetiensi ['Monza'] annotat, revera autem sicut Zaccaria ex Mutinensi codice B lectiones hausit); at Mutinensi exemplari C usus est: Bacchinius, Agnelli Liber pontificalis Rav. II, app. 80 = Mansi, Conc. coll. XV, 599 = Migne, Patr. lat. CVI, 787. — Cf. J.-E. Reg. I, 343 post n. 2687, I, 345 post n. 2696; huius autem epistolae regestum deest. Kehr, Reg. pont. Rom., Italia pontificia V, 301 n. 2. V. etiam Werminghoff in 'Neues Archiv' XXVI, 629 sq.

cf. 2. Cor. 11, 28. Sollicitudinem[1] omnium ecclesiarum Dei circumferentes convenit nos universorum necessitatibus consulere et omnium[a] vulneribus salubria conferre remedia; dominicarum quippe ovium pastores sumus. Sed tanto nobis prae ceteris specialiter pro eis cura maior incumbit, quanto vicem[b] illius gerimus, cui divino[c] oraculo[c] ipsae oves specialiter Luc. 22, 32. commendantur, cui etiam Dominus[d] praecipiens ait: 'Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.' Et ideo quia[e] sanctitas tua[f] a Iohanne archiepiscopo Ravennate[2] multis inpulsionibus queritur agitari, debemus manus[g] apostolatus nostri tibi[h] quamtotius porrigere et, quia unus[i] ex illis fratribus esse[k] dinosceris[k], quos[l] sanctus Petrus conversus iussus[m] est confirmare, necesse est, ut a[n] tantis[o] inpulsionibus fraternitatem[p] tuam[p] eruentes in petra, quam ipse confessus est, ne[q] ulterius mergi valeas[r], statuamus. Constat autem sanctitatem tuam[s] una cum fratribus et coepiscopis tuis[t] Emiliae regionis

105. a) omnibus *C.* b) vice *C.* c) divino raculo *C.* d) *om. C.* e) *deest C.* f) vestra *C, ubi add.:* vobis episcopis Emilia commorantibus. g) manum *C.* h) vobis *C.* i) vos *C.* k) estis *C.* l) quo *C.* m) *om. C.* n) ad *B.* o) eius *add. C.* p) vestra fraternitas *C.* q) nec *C.* r) valeatis *C.* s) vestram *C.* t) *om. C.*

1) *De synodo Romana a. 861 Nov. 18 habita et Iohannis archiepiscopi Ravennatis subiectione, quam sequitur haec epistola, conferatur imprimis Liber pontif. ed. Duchesne II, 157 sq. V. etiam Duchesne, 'Les premiers temps de l'état pontifical' p. 123. Hartmann, 'Geschichte Italiens im Mittelalter' III, 254. Licet edere hoc loco ex codice Mutinensi (B) epistolae praecedentia capitula synodalia sex ipsi Iohanni directa cum inscriptione; e quibus capp. I.—IV. Liber quoque pontificalis in allocutione Nicolai verbotenus fere tradidit, V. et VI. praetermisit, unum autem:* Precipimus etiam, ut ipsos episcopos illam malam consuetudinem, que a quibusdam tricesimalis dicitur, nullo modo Ravennati exhibere aut exercere compellas aecclesiae, nec ullum morem, qui contra episcoporum privilegium sit, ab eis exigere quoquo modo temptes *(cf. infra p. 616 l. 23 sq.) inter III. et IV. addere videtur. In his formam C omnino neglegemus:* In nomine patris et filii et spiritus sancti. Pontificatus domni Nicholai summi pontificis et universalis papae anno quarto, imperii piissimi Augusti Hludoici anno undecimo, die octavadecima mensis Novembris indictione X. kapitula, quae in sancto concilio a beatissimo domno Nicholao papa Romae collecto statuta atque firmata sunt contra Iohannem episcopum Ravennatem. I. Remota omni excusatione praeter gravem corporis molestiam, quae te venire omnino prohibeat, ad sedem apostolicam semel in duobus annis occurrere studeas, nisi forte remorandi licenciam ab apostolica sede percipias. II. Episcopos per Emiliam non consecres, nisi post electionem cleri et populi per epistolam apostolicae sedis percipias licentiam *(cf. Decr. Grat. c. 13 D. 63).* III. Eosdem episcopos quocienscumque ad apostolicam sedem venire voluerint, nequaquam prohibeas. Sed et nullam dationem contra canonicam auctoritatem ab eis exigas. IIII. Numquam res cuiuscumque personae qualicumque ingenio vel cartulas adquisitas et possessas aliquomo[do] occupes aut titulum superimponas, donec in presentia apostolici vel missi illius aut vesterarii Ravennae legali ordine illas in iudicio convincas. V. Homines liberos tam de Ravenna quam et de civitatibus Pentapoleos et Emiliae tam nobiles quam ignobiles nullo modo a publica distinctione *(pro* districtione, *v. infra l. 47)* excusare aut vindicare pertemptes. Similiter autem et colonos, qui ingenui sunt, nullatenus a publica districtione excusare aut vindicare praesumas. VI. Praedia, quae praeceptis disruptis a iure sancti Petri ad ius sancti Apolenaris transtulisti et per enfiteosi *(sic)* sive libellos ea singulis hominibus contulisti, diligenter exquire et inventa ipsas enfiteosis vel libellos rumpe et ad iura beati Petri, cuius fuerunt, restitue, cui tale ultra numquam facere praesumas. *Sequuntur subscriptiones episcoporum — in C post ipsam epistolam —, quas, ne editionem conciliorum anticipare videamur, hic omittimus. Cf. etiam Mansi XV, 598 sqq., Migne, Patr. lat. CVI, 787 sqq. Duchesne, Lib. pontif. II, 169 ann. 30.* 2) *A. 850—878.*

pontificio nostro lamentabiles querelas flebili voce coram synodo[a] [1], quam Romae cele- 861 Nov.
bravimus, exposuisse, cui cum numeroso[b] Campaniae videlicet, Tusciae et Pentapoleos et aliarum regionum sanctissimorum episcoporum [coetu[c]] etiam idem[d] sanctissimus[e] Iohannes[f] archiepiscopus[f] interfuisse dinoscitur[2].

Oppressio[g] vero[h] iniuriarum[3], quibus a praefato archiepiscopo vos querebamini[i] affectos, prima fuit, qua[k] perhibuistis eundem Iohannem archiepiscopum Ravennatem per binos annos semel episcopia vestra cum[l] fere quingentis[m] hominibus totidemque cavallis[l] circuire[n] et tamdiu per singula residere, quousque omnia[o], quae ad utilitatem episcopi[p] et sustentationem[q] clericorum et pauperum[r] ac susceptionem[s] peregrinorum atque restaurationem[t] basilicarum vel episcopii hinc inde separantur[u], cum magna[v] multitudine[v] illa consumat, et non ante[w] recedere, quam ab episcopo loci[x] archiepiscopo[y] ducenti[z] mancosi[z], familiaribus[a] vero eius[b] dona non modica tribuantur, insuper[c] tres vel quattuor equos per omne tempus ab eo vos ad nutriendum nolentes recipere et cortes fodere et vineas pastinare tamquam procuratores cortium suarum annualiter sine intermissione studere[c]. Plebes quoque vestras et titulos ac cortes[d] atque monasteria episcopiae[e] vestrae[e] pertinentia a[f] gubernatione[g] vestra[g] illum[h] asseruistis[h] alienare et sibi subicere[i]. Aliud autem non minori querimonia astruistis[k 4]: vos compelli ab eo episcopia vestra deserere et more presbyterorum[l] Ravennae per singulos menses alternis vel mutatis vicibus ministrare et non[m] adempta recedendi licentia super hos viginti vel triginta diebus Ravennae violenter teneri, in quibus omnibus diebus nullus clericus uniuscuiusque episcopi per Ravennam equitando incedere archiepiscopi iussione[n] compressus sine sui discrimine prorsus audere[m]. Clericos praeterea quoscumque noverat[o] alicuius utilitatis existere, pro[p] suo libitu asseverastis[q] a[r] vestra[s] subiectione[s] et disciplina[t] eum esse subtrahere solitum[u]. Nec minus magno clamore affirmastis[v], quod idem archiepiscopus vos non dimittat, quociens ad limina apostolorum amplectenda vel ad sedis[w] apostolicae visitationem Romam[x] more praedecessorum vestrorum[w] venire vultis[5].

Quas nimirum querulas voces et inauditas assertiones[y] reverentissimi episcopi, qui in eodem residebant sancto concilio, audientes omnes pariter clamaverunt hoc[z] praeter

---

a) sinodum *B.* b) numerosum *C.* c) *deest B, C.* d) ipsum *C.* e) *om. C.* f) Iohannem archiepiscopum *C.* g) Oppressione *B.* h) atque *add. B.* i) -ni *suprascr. B.* k) quam *C.* l) cum — cavallis *(l. 8) desunt C.* m) quingintis *B.* n) circuere *C.* o) ipsa paupertas *C.* p) episcopii *C.* q) sustentatione *B.* r) familiarium et gubernationem *add. C.* s) susceptione *B.* t) restauratione *B.* u) reparantur *B.* v) suis hominibus *C.* w) antea inde *C.* x) illius *add. C.* y) ad archiepiscopum *C.* z) *desunt C.* a) et familiares *C.* b) quae non debentur *add. C.* c) *pro sequentibus:* insuper — studere *(l. 15) leguntur in C:* Insuper omni anno, quo in toto mundo minime invenitur, colonicio more berbices et oblatas, vinum et pullos, ova archiepiscopo et ad suum archipresbyterum similiter et ad archidiaconum et ad vicedominum et ad archarium et ad maiorem cubiculi et ad cartularium et ad scriniarium et ad defensores et ad cubicularium et ad maiordomus *(sic)* tribus pro omnibus his supradictis omne annualiter sine intermissione ad unumquemque supradictum redditum sicut tributarii facere. d) curtes *C.* e) *sic B;* episcopii vestri *C.* f) ad *C.* g) gubernationem vestram *C.* h) *desunt C.* i) et delere *add. C.* k) asseruistis *C.* l) populorum *C.* m) *pro his:* non — audere *(l. 22) exstant in C:* infantuli parrochie vestre illis diebus sine crismate obirent. n) *bis in B.* o) novatur *C.* p) per *B.* q) aseverastis *B.* r) ad *C.* s) vestram subiectionem *C.* t) disciplinam *C.* u) solitos *C.* v) firmastis *C.* w) *pro* sedis — vestrorum *(l. 26) exhibet tantum:* sedem *C.* x) Roma *B.* y) assertiones *B.* z) hec *C.*

1) *Scil. 861 Nov. 18 congregata, v. supra p. 614 ann. 1. Cf. Lib. pontif. ed. Duchesne II, 157:* Tunc Emilienses astiterunt episcopi, dantes querimoniam in libellis super eundem Iohannem archiepiscopum, dicentes se multa praeiudicia et superimposita ab ipso archiepiscopo sustinere. 2) Affuit idem archiepiscopus et iussu summi presulis resedit, *Lib. pontif. l. l.* 3) *De quibus cf. etiam Lib. pontif. II, 155.* 4) *Cf. Libri pontif. textum supra p. 614 l. 29 sqq. in ann. 1 allegatum et Duchesne, l. l. II, 169 ann. 31.* 5) *Cf. Lib. pontif. II, 155:* quosdam autem a visitatione sedis apostolicae avertebat *et supra p. 614 ann. 1 c. III.*

861 Nov. canones fieri[1] et[a], ut haec[b] in[c] perpetuum[c] prohibuissemus, praesulatum nostrum supplices postularunt[d]. Quapropter tam perniciosa gravamina et tam malam[e] consuetudinem[e] etiam ipsi[f] in[g] ecclesia Dei tirannice[h] pullulasse[i] dolentes, maxime cum contra omnium[k] sanctorum patrum regulas et contra omnium[l] ecclesiarum Dei morem in sola Ravennati[m] metropoli a praesumptoribus[n] sint temere usurpata, ne aliis metropolitanis episcopis talia praesumendi[o] occasio remaneret et ecclesiae Dei tali inficerentur[p] exemplo, statuimus una cum omni sancto concilio haec[q] a[q] vobis et a[r] vestris successoribus, immo a vestris sanctis ecclesiis penitus resecari. Unde coram eodem reverendo concilio ipsi Iohanni archiepiscopo[s] interdiximus et de unaquaque[t] praesumptione[u] pronuntiatis[v] capitulis[2] promulgatisque sententiis apostolica auctoritate praecepimus[w], videlicet ut tale quid ulterius nequaquam nec ipse nec eius successores agere praesumerent[x]. Quae scilicet capitula apud nos retinentes exemplaria eorum vobis pro futuris temporibus retinenda mandavimus.

Sed quoniam fraternitas tua[y] apostolatum nostrum pro futura cautela[z] et propter omnimodam securitatem suam praeceptum auctoritatis nostrae[a] tibi[b] Petrus[b] episcopus[b 3] tuisque[c] successoribus episcopis in[d] perpetuum[d] emittendum[e] obnixe poposcit, inclinati[f] precibus tuis[g] per huius praecepti seriem praecipimus expresse, iubemus atque omni interdictione[h] prohibemus, ut nullus amodo et deinceps archiepiscopus[i] Ravennas[k] ad vestra episcopia sine voluntate vestra accedere temptet vel aliquam pecuniam a vobis exigere[4] vel res ecclesiae vestrae aut monasteria vestra sive plebes aut titulos sive praedia per quodvis[l] ingenium diripere audeat neque vocare Ravennam praeter tempora a patribus[5] diffinita[m], quibus concilia episcoporum bis in anno celebranda sanxerunt[n] vos ullo modo praesumant. Hoc prae ceteris reprimendum[o], ut illud, quod trigesimale[6] dicunt, Ravennae nullo modo vos facere[p] cogere audeant. Itaque nec angariam[q] nec agriculturam nec[q] dationem[7] aliquam archiepiscopis Ravennatibus[r] sit licentia[s] a te[t] tuisque[t] successoribus episcopis amodo et deinceps[u] in[v] perpetuum[v] exquirendi nec[w] fas sit illi prohibere clericos vestros, quominus per Ravennam[x] et qua voluerint[y] equitando incedant[w z], necnon[a] licenciam tribuimus[8], ut, quotiens pro beatorum apostolorum amore vel pro visitatione apostolicae sedis praesulum more decessorum vestrorum Romam occurrere vultis, nullum impedimentum vobis archiepiscopus Ravennas[b] nec palam nec occulte[c] facere praesumat, sed Deo comite nobis[d] occurrere liceat. Sed et hoc decer-

---

a) *om. C.* b) *om. C.* c) imperpetuum *B.* d) postulare *C.* e) mala consuetudo *C.* f) ipsis *B;* in illa, in *del. C.* g) *suprascr. C.* h) *in marg. add. B.* i) pullulasset *C.* k) omnia *C.* l) omnem *C.* m) Ravennate *C.* n) praesumtoribus *B.* o) praesumendo *C.* p) inficeretur *B.* q) hoc *C.* r) *om. C.* s) et omnibus suis successoribus *add. C.* t) unaquoque *B.* u) *corr. ss. ex* praesumtione *B.* v) prenunciatis *B.* w) praecipimus *C.* x) praesumant *C.* y) vestra *C.* z) cautelam *B.* a) vestre *C.* b) vobis specialiter *C.* c) vestrisque *C.* d) imperpetuum *B, C.* e) et mittendum *C.* f) inclinatis *B.* g) vestris *C.* h) interdictio *corr. ss. ex* interdicio *B;* interditione *C.* i) archis $\overline{\text{eps}}$ *C.* k) Ravenne *C.* l) quodvos *B.* m) difinita *B.* n) sancxerunt *C.* o) se primendum *C.* p) aut *add. C.* q) angariam — nec *(l. 25) desunt C.* r) Ravenantibus *C.* s) licentiam *B.* t) vobis vestrisque *C.* u) id est *add. C.* v) imperpetuum licentia *C.* w) nec — incedant *(l. 28) desunt C.* x) Ravenna *B.* y) voluerit *B.* z) *corr. ss. ex* incedat *B.* a) et vobis *add. C.* b) Ravenne *C.* c) oculte *B.* d) vobis *C.*

1) *Cf. Lib. pontif. II, 157:* Quae audiens a Deo protectus pontifex una cum sancta sinodo contra ecclesiasticae regulae normam talia esse praedixit et, ut omnes istae transgressiones corrigerentur, acclamante sancta synodo ita debere fieri, dulci affatu statuit. 2) *Quae supra p. 614 in ann. 1 dedimus. Cf. Lib. pontif. II, 157.* 3) *Cuius sedes ignoratur. Mutinensis eo tempore Ernidus episcopus sedebat, cf. Kehr, Reg. l. l.* 4) *V. supra p. 614 ann. 1 c. III.* 5) *Cf. can. apostol. c. 38, Mansi I, 55, Migne, Patr. lat. LXVII, 145; conc. Nicaen. c. 5, Mansi II, 679, Migne, Patr. lat. LXVII, 148.* 6) *Cf. supra p. 614 l. 29 sqq. in ann. 1 laudata verba Libri pontif. et supra p. 615 l. 17 sqq. cum ann. 4.* 7) *Cf. supra p. 614 in ann. 1 c. III.* 8) *Cf. idem capitulum l. l.*

nimus[a] ac diffinimus[b], ut, cum statutis temporibus archiepiscopus Ravennas vos ad concilia convocaverit, nullo modo[c] vos diutius retinendi licenciam habeat, ita ut ultra XV dies pro gravi necessitate Ravennae[d] nullatenus[e] remoremini, secundum saluberrimum sancti Leonis papae decretum[1]. Nec licenciam habeant[f] clericos matricis ecclesiae vestrae vel dioceseos absque vestra voluntate a vestra disciplina et subiectione subtrahere[2]. Sed neque ecclesias neque plebes neque titulos neque[g] monasteria episcopio[h] vestro[h] pertinentia a[i] vestro regimine et dicione ac ordinatione eis licitum sit auferre. Siquidem tibi[k] Petrus[l] episcopus[l] tuisque[m] successoribus episcopis manere decernimus tam clericos quam omnia ecclesiae vestrae[n] regendi, fruendi ac[o] ordinandi licentiam[p]. Archiepiscopo vero Ravennati nullam volumus super vos habere valitudinem vel facultatem, praeter quam sacri canones praecipiunt. Sane si[q] aliquo tempore quilibet Ravennas archiepiscopus praenotata gravamina super vos renovare vel reducere temptans per longa iam tempora haec vos persolvisse[r] affirmare conatus fuerit et tale ius in vos habuisse Ravennatem[s] archiepiscopum[s] ante multa[t] tempora probare nisus extiterit, nulla talis assertio[u] vires obtineat nec possit longitudo temporis suffragari, quod constat[v] praeter iustitiae regulam perniciose diu fuisse praesumptum; praecipue cum sacri canones doceant[3] non minus malam[w] consuetudinem[w] quam perniciosam corruptelam esse vitandam. Proinde decernimus, ut nihil exhibeatis archiepiscopo Ravennati, qui per singula tempora fuerit, nisi quod canones sancti praecipiunt quodque ceteri episcopi per Liguriam et Venetiam atque Histriam[x] suis metropolitis[y] exhibere probantur; archiepiscopum autem Ravennatem nihil a vobis exigere debere censemus[z].

861 Nov.

Quicumque[a] autem archiepiscopus Ravennas amodo et deinceps contra[4] nostrae apostolicae auctoritatis praeceptum vel contra huius decreti[b] tenorem[c] in toto vel in parte venire temptaverit et tibi[d] tuisque[e] successoribus episcopis superius prohibita iniunxerit[f] vel intulerit[g] vobisque aliquod[h] de praesignatis oneribus[i] imposuerit et non in omnibus huius paginae textui[k] oboedierit[l], sit sententia Dei omnipotentis et[m] beati[m] Petri et Pauli apostolorum principum et apostolica auctoritate anathematis innodatus vinculis et tamquam contumax sacrorum canonum et apostolicarum violator institutionum ab omni sacerdotali alienus in[n] perpetuum[n] existat officio.

Haec vero, quae conscripta[o] superius[o] continentur, in[p] perpetuum[p] confirmamus ac roboramus, salvo dumtaxat honore et subiectione sanctae Romanae ecclesiae atque decibili reverentia et congruo pontificum apostolicae sedis obsequio.

Scriptum[q] per manum[r] Leonis[s] scriniarii sanctae[t] Romanae[t] ecclesiae[t] in[u] mense Novembrio indictione X[u].

---

a) discernimus *C.* b) difinimus *B, C.* c) mo *B.* d) Ravenna *C.* e) nullo modo *C.* f) habeat *C.* g) nec *C.* h) episcopi vestri *C.* i) *om. B.* k) vobis *C.* l) *desunt C.* m) vestrisque *C.* n) vestri *C.* o) hac *C.* p) licentia *B, C.* q) in *add. C.* r) solvisse *C.* s) *desunt, sed in marg. infer. add.* Ravennas archiepiscopŏs *(sic) et supra annot.* h[ic] d[eest], *infra* h[ic] p[one] *B.* t) multo *B.* u) asertio *B.* v) constet *C.* w) mala consuetudine *B.* x) Istriam *C.* y) metropolitanis *C.* z) nec in vos aliquod ius exercere diffinimus, nisi ut superius libavimus *add. C.* a) Si quis *C.* b) decretum *B.* c) timorem *B.* d) vobis *C.* e) suisque *B;* vestrisque *C.* f) iiuncxerit *B.* g) tulerit *C.* h) aliquid *C.* i) honeribus *B, C.* k) textus *C.* l) hobedierit *C.* m) beatique *C.* n) imperpetuum *B.* o) superius scripta *C.* p) imperpetuum *B.* q) *praecedunt inepte hic inserta verba:* Cuius praecepti tenori *(tenore C) B, C.* r) manu *B.* s) Leoni *B.* t) *desunt C.* u) XI *B, cf. supra p. 614 l. 35;* in — XI *desunt,* suprascripsit decimam *C.*

1) *Cf. Leonis I. decr. c. 41, Migne, Patr. lat. LXVII, 295 (J.-K. Reg. n. 411).* 2) *Cf. Leonis I. decr. c. 39, Migne, Patr. lat. LXVII, 294 sq. (J.-K. Reg. n. 411).* 3) *Sardic. conc. c. 1, Mansi III, 22, Migne, Patr. lat. LXVII, 175 sq.* 4) *Cf. ad sequentia Lib. diurn. ed. Sickel p. 68 (n. 71).*

106.

861 ex.—862. *Fragmenta epistolae Nicolai ad Adonem archiepiscopum Viennensem, quem pro zelo rectitudinis laudat; ut sanctarum legum violatoribus resistat, eum exhortatur. Consulenti inter alia respondet: dimissa uxore superstite nec aliam accipere nec pro ea concubinam habere cuiquam licere. Iohannem archiepiscopum Ravennatem paterne ab apostolica sede receptum nuntiat.* *861 ex.—862.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 186—187 (B); Paris. lat. 1557 fol. 70 (C); id. fol. 75' (C'); Vallicell. C. 15 fol. 233 a (D); id. fol. 247 (D'). Ex eodem codice hodie deperdito, quo Vallicellanus, praebet bis hanc epistolam cod. Paris. lat. 3859 A.

Edd. Editio Romana (1591) III, 221; Sirmond, Conc. Gall. III, 186; Mansi, Conc. coll. XV, 343; Migne, Patr. lat. CXIX, 796. — Cf. J.-E. Reg. n. 2697 (2034).

NICHOLAUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET[a] SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADONI[b 1] ARCHIEPISCOPO[2].

Quia sanctitatis vestrae pro statu sanctae[c] ecclesiae ferventius invigilare constantiam cernimus et contra delinquentium, immo praevaricatorum et sanctarum legum violatorum mores vel actus[d] per zelum rectitudinis vos erectos consideramus, omnipotenti Deo gratias agimus et vestram sanctitatem, ut in talibus illo adiuvante proficiat, ea[e] auctoritate, quae nobis per beatum Petrum principem apostolorum concessa est, modis omnibus commonemus et, quantum illos, sicut in vestris nobis innotuistis litteris[3], prave atque incaute agere conspicitis, tantum illius freti auxilio divinae legis per sacer-
cf. Rom. 2, 11. dotalem[f] et pontificalem auctoritatem nullius personae habendo acceptionem, ut prae-
cf. Ezech. 3, 18. 20; 33, 8. dicationis verbo[g] nova et vetera proponendo, ne sanguis eorum de manibus vestris[h] requiratur, hortamur resistatis. Forsitan benignissima ac largiflua[i] omnipotentis Dei clementia[k] a proprio libitu eos revocare dignabitur[l] et[m] infra[m] gremium dominici gregis vestro studio atque labore recepti[n] de[o] lucratione[o] fraterna[p] mercedis lucrum recipere
cf. Ezech. 13, 5. mereamini: quia ecce[q] instat tempus, ut ascendatis ex[r] adverso[r] et opponatis[s] vos pro domo Israhel murum et stetis[t] in proelio[u] in die Domini.

Et post alia: De capitulis, quibus nos[v] vestra beatitudo consulere studuit, ita rescribere nostra apostolica sollicitudo curavit secundum patrum sanctiones:

Capitulo[w] I[w]. Requiritis enim, si[x] dimissa uxore, quam legitime[y] sponsatam[z] quis duxit, quia nomen[a] malum postmodum ei inposuit, absque[b] decreto generalis synodi liceat ei aut aliam accipere contra auctoritatem evangelicam[c] aut illa[d] superstite[e] pro uxore concubinam habere. Quibus nos auctoritate[f] apostolica[f] fulti[f] secundum evange-
cf. Matth. 5, 32. licam sanctionem omnino resistimus et nec[g] aliae uxoris copulam eis, qui[h] talia agunt, dimissa superstite habere concedimus neque concubinam habendi licentiam tribuimus.

---

*) *Lemma:* Item epistola de divortio inter Hlotharium regem et uxorem eius Teutbergam satisfaciens consultis Adonis Viennensis archiepiscopi *B.*

106. a) ac *D'*. b) Odoni *D*. c) Dei *add. D, D'*. d) acti *C'*; et *add. D'*. e) ex *D'*. f) ta *corr. ras. ead. m. B*. g) verba *D*. h) *om. D'*. i) largeflua *D*. k) clementiae *D*. l) dgnabitur *C*. m) et intra *D; in marg. corr.* ut intra *D'*. n) *in marg.* receptis *D'*. o) deluerat.ne *D*. p) fraternae *B, D'*. q) acce *C'*. r) ex diverso *B*; ex.o *D, D'*. s) opponitis *C'*. t) testis *D*. u) pręlio *B*. v) *om. C, D;* vos *in marg. corr. pro* vero *D'*. w) *numeri capitulorum hic et infra desunt in D, D'*. x) sibi *C'*. y) legitima *C;* legittime *C'*. z) sponsata *C*. a) *corr. ex* non *C'*. b) s *ss. ead. m. B*. c) euuangelicam *hic et infra B, C'*. d) alia *C'*. e) *corr. ss. et ras. C*. f) apostolica auctoritate fulti *C, D;* apostolica fulti auctoritate *C', D'*. g) non *D'*. h) quae *D*.

1) *Viennensi (860—875).* 2) *Haec epistola, etsi in prima parte ad divortium Lotharii II. regis spectare videtur (cf. etiam supra l. 35 sq.), propter generalem tamen formam inter varias et decretales epistolas a nobis recepta est. Cf. de ea W. Kremers, 'Ado von Vienne. Sein Leben und seine Schriften' I (diss. Bonn. 1911), p. 37 sqq., de tempore infra p. 619 ann. 3.* 3) *Quas desideramus.*

Capitulo II. De[a] eo[a], si[b] desponsata[b] nesciente sponso corrumpatur et postmodum dote facta maritali more cum eadem[c] idem sponsus[d] iacuerit: si postmodum intercepto tempore liceat ei[e] ipsam, quasi prius ab alio corruptam, dimittere et sic aliam ducere, quasi[f] ista non fuerit uxor, aut concubinam pro ea tenere. Nec hoc consentimus[g], ut hi[h], qui legitimo[i] nuptiarum[i] foedere coniunguntur et unum corpus per[k] aliquod temporis spatium efficiuntur, divortium faciant. Sed quod prius[l] initio coniunctionis[m] corruptae[n] percipiendo voluntarie tacuerunt[o], postmodum intercepto tempore sustinendo[p], et si non voluntarie[q], inviti custodiant et[r] a concubinis omnimodo[s] se[t] abstineant[u]. 862. cf. 1. Cor. 6, 16.

Capitulo III. Si[v] hi, qui sacras res ecclesiis[w] datas[x] et a fidelibus oblatas quasi a principibus sibi indultas invadunt, vastant, diripiunt, retinere praesumunt,[y] auctoritate episcopali excommunicandi et anathematizandi sint[z]. De[1] his quidem rebus, quae semel Deo contributae atque dicatae sunt et postea sub occasione concessionis[a] principum a quibusdam invaduntur atque diripiuntur, sancimus[b], ut prius consulto principe ad resecandam tam praesumptivam factionem[c] cognoscendum, utrum illius sit concessio an[d] invasoris praesumptio. Quodsi principis inordinata[e] fuerit[e] largitio, ipse sit princeps pro emendatione[f] redarguendus; si autem invasoris declaratur praesumptio, usque ad emendationem excommunicationis sit vindicta coercendus.

Et post alia: Iohannem[g] archiepiscopum Ravennatem[h 2] sciatis paterne ab apostolica sede receptum[3] et de errore, quo accusabatur, sacramento purgatum ac, ut Romanae sedi dignam reverentiam exhibeat[i], tam ipse quam successores eius super corpora sanctorum nobis iuratum fore. Libellos, quos mandastis vobis[k] dirigendos, quando ad nos iterum miseritis, vestrae sanctitati dirigemus.

Et post alia: Ut mala, quae in regno Galliae fiunt, zelo pietatis corrigantur, et per vos et per alios confratres nostros instantissime elaboretis[l], exortamur[m], ut fortissime in tot malis praeparati[n] resistatis.

107.

Nicolaus Salomonem regem Britannorum adhortatur, ut de causa eiectorum episcoporum Britanniae metropolitano illius regni Turonensi archiepiscopo et conventui duodecim episcoporum iudicium committat. Quod si noluerit, binos episcopos utriusque partis destinet, ut Romae res diffiniatur; item si de metropolitano convenire non possint, legatos mittant, ut hanc quoque rem sedes apostolica diiudicet. 862.

---

a) eo *suprascr. ead. m. B;* eo *deest C; desunt C', D, D'.* b) *in marg. pro* Idem sponsata *D.* c) eandem *C;* eodem *D'.* d) *om. C', D'.* e) *ss. ead. m. C.* f) *bis in D'.* g) *in marg. al. m. pro* etiam sancimus *D.* h) hii *B, C.* i) nuptiarum legitimo *D'.* k) pro *C.* l) in *add. C', D'.* m) coniuntionis *C.* n) corrupte *C, C', D.* o) tacuere *D, D'.* p) instituendo *D.* q) voluntariae *C';* tacuerint *add. D'.* r) etiam *D.* s) omnino *D.* t) si *C.* u) abstineat *C'.* v) *om. D, D'.* w) eccliis *D.* x) s *evanuit C.* y) an *hic inserit D.* z) *corr. ex* sunt *C;* sinit *D'.* a) successionis *D'.* b) sanctimus *C'.* c) et *add. D.* d) aut *D'.* e) fuerit inordinata *D, D'.* f) emundatione *D, D'.* g) Ioannem *D, D'.* h) Ravenatem *D, D'.* i) exibeat *C.* k) nobis *D.* l) elaboratis *D'.* m) exhortamur *C, C';* exhortamus *D;* exorthamur *D'.* n) praeparatis *D'.*

1) *Cf. Decr. Grat. c. 22 C. 12 q. 2.* 2) *A. 850—878. Cf. de eo ep. supra n. 105 (p. 614 sqq.).* 3) *In synodo m. Nov. a. 861 Romae celebrata, quam perperam ad a. 862 m. Nov. posuerunt J.-E. Reg. I, 345. Cf. Hefele, 'Konziliengeschichte' IV², 250, Duchesne, Lib. pontif. II, 168 ann. 17, Werminghoff in 'Neues Archiv' XXVI, 629 sq., Mühlbacher Reg.² n. 1222 a. V. etiam supra ep. n. 105 et p. 614 ann. 1. Rectius ergo quam J.-E. Reg. n. 2697, ubi etiam haec epistola Nov. 862 adscribitur, eam 'circa finem huius anni [i. e. 861] aut initium sequentis' datam esse iudicaverunt Maurini in Anal. iur. pontif. X, 60.*

862. *Codd. Paris. lat. 1458 fol. 159—160 (B); Turonensis hodie latens, v. infra l. 7 sqq. (C); Namnet. 34 s. XVIII., ex quo nonnullas varias lectiones annotavimus secundum Merlet, cf. infra lin. 11 sq. (D). Partem epistolae excerpsit collectio trium partium I, 62 n. 58 (cf. Decr. Grat. c. 10 C. 3 q. 6), qua usi sumus in cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 87 (E).*

Edd. J. Cordesius, Opuscula et epistolae Hincmari Remensis archiepiscopi (Lutetiae Paris. 1615) p. 718 (ex B); Sirmond, Conc. Gall. III, 275 (1629); Labbe, Concilia VIII, 509 (1671); Martène, Veterum scriptorum et monumentorum collectio nova I, 40 (1700, 'ex archivis insignis ecclesiae Turonensis' = C); Harduin, Acta concil. V, 346 (1714), qui aliquot varias lectiones addidit ex C; Martène et Durand, Thesaurus novus anecdotorum III, 859 (1717, 'ex archivis ecclesiae Turonensis'); Morice, 'Preuves de l'Histoire de Bretagne' I, 316 (1742, ex Sirmondo); Mansi, Conc. coll. XV, 394; Migne, Patr. lat. CXIX, 806; R. Merlet, 'La chronique de Nantes' in 'Collection de textes pour servir à l'étude et à l'enseignement de l'histoire (Paris' 1896), p. 58. — Cf. J.-E. Reg. n. 2708 (2044).

NICHOLAUS EPISCOPUS SALOMONI REGI BRITTONUM[1].

cf. 1. Petr. 1, 3; 2. Cor. 1, 3; Eph. 1, 3.

Benedictus Deus et pater domini nostri[a] Iesu Christi, qui per magnae misericordiae suae gratiam adeo tuae cor sublimitatis illustrare dignatus est, ut merito pro sapientiae[b] tuae[b] fulgore ubi habitas non iam occidens, sed oriens habeatur. Ortus cf. Malac. 4, 2. enim est in vobis sol iusticiae, quod ipse Christus est, et infidelitatis tenebrae[c] defecerunt. Sed rogamus eundem omnipotentem Deum, ut, sicuti rectae fidei vobis[d] agnitionem pie concessit, ita quoque bonae operationis benignus largiatur effectum. De cetero[e] sciat prudentia tua nos de eiectis et in locis illorum aliis subrogatis episcopis[2] diligenter in archivis sanctae Romanae, cui magna omnipotentis Dei miseratione deservimus, ecclesiae requisisse[f] et multo aliter in exemplaribus epistolarum, quae a decessoribus meis, beatae videlicet memoriae Leone[3] ac Benedicto[4] pontificibus, atque a[g] me[g 5] Nomenoe[g 6] et tibi necnon et archiepiscopo Turonico et[h] regni tui episcopis missae sunt, invenisse, quam tu in litteris tuis[7] perhibes, quamvis nec ipse dicas in apicibus tuis sanctae recordationis[h] papam Leonem Nomenoe[i] consilium vel auctoritatem deponendi episcopos tribuisse, quippe quem constat multifarie[k] multisque modis, ne[l] hoc ab[m] aliis quam a certo episcoporum numero fieret[n], praecepisse. Nam Nomenoe[o] consulenti, quid de spiritus sancti gratiam venundantibus oporteret[p] fieri, respondit[8]: 'Nichil', inquiens, 'praeter quod sancti canones super his praecipiunt[q]', ipsas regulas apicibus suis interserens. Nam qualiter et a[r] quot vel a quibus sanxit episcopos condempnari, scribens eodem tempore Brittannicae regionis episcopis evidenter inter cetera, ut eadem

---

107. a) mei *B.* b) tuae sapientiae *C.* c) tempora *C.* d) *om. B.* e) fili *add. C.* f) requisivisse *C.* g) ame | nonoe *B.* h) et — recor- *(infra l. 25) desunt B.* i) Menonoe *B.* k) multipharie *B.* l) in *C.* m) *om. C.* n) fieri *B, C.* o) Menonoe *B;* Nominoio *C.* p) oportet *B.* q) preceperunt *D.* r) *om. B.*

1) *A. 857—874. — Controversia exorta est inter viros doctos de huius epistolae tempore. Cum enim R. Merlet, 'La chronique de Nantes' p. 62 ann. 2 (1896) et A. de la Borderie, 'Histoire de Bretagne' II, 97 (1898) anno 866. eam attribuendam esse contendant (cf. etiam P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales' p. 96 ann. 2 [1907]), Analecta iuris pontificii X, 62 autem ad a. 865 eam ponant, L. Levillain in 'Le Moyen Age' 1902 p. 220 ann. 1 et L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule' II², 270 (1910) priorem opinionem (cf. J.-E. Reg. n. 2708), id est a. 862, retinent (v. etiam F. Lot, 'Mélanges d'histoire Bretonne' [1907] p. 30 ann. 3); quam et nostra editio sequitur.* 2) *Schisma ecclesiae Britannorum effecerat Salomonis regis praedecessor Nominoe (833—851, cui successit Erispoe a. 851—857). Causa, de qua agitur, nuper a compluribus viris eruditis diligenter pervestigata est. Cf. praecipue R. Merlet, 'L'émancipation de l'église de Bretagne' in 'Le Moyen Age' 1898 p. 1 sqq.; L. Levillain, 'Les réformes ecclésiastiques de Noménoé' in 'Le Moyen Age' 1902 p. 201 sqq.; F. Lot, 'Mélanges d'histoire Bretonne' p. 58 sqq. (1907); L. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 257 sqq. (1910).* 3) *IV. (847—855). Cf. MG. Epist. V, 593 n. 16 (J.-E. Reg. n. 2599); V, 598 n. 20 (J.-E. Reg. n. 2600).* 4) *III. (855—858). Cuius epistola de ista re non exstat; cf. infra p. 621 l. 6 sqq. et J.-E. Reg. n. 2671*.* 5) *Nicolai epistolas de hoc negotio praesenti anteriores non habemus.* 6) *De quo cf. supra p. 620 ann. 2.* 7) *Non iam exstantibus.* 8) *Haec epistola Leonis IV. est deperdita. Cf. Merlet, 'La chronique de Nantes' p. 35 cum ann. 2.*

ipsa verba ponamus[1], decrevit[a] aeque[b] praecipiens, ut omnia sint in conciliis episcoporum. 862.
Nam nullam dampnacionem episcoporum esse umquam censemus nisi aut[c] ante legitimum numerum episcoporum, qui fit per XII episcopos, aut certe probata sententia per LXXII idoneos testes, qui tales sint, qui[d] et[d] accusare possint et prius ad sacra Christi quatuor evangelia sacramenta praestent, quod nil falsum depromant, sicut nobis beatus Silvester tradidit[e] et sancta Romana videtur tenere ecclesia. Quem secutus decessor meus sanctae[f] memoriae Benedictus, quia contra decessoris sui decretum non ab episcopis, sed a laicis episcopos in regione tua[g] cognovit[h] temere[i] esse deiectos, multa mestitia et indignatione repletus scripsit[2], quod nulla ratio sineret episcopos a[k] sedibus suis pelli, quos duodenarius numerus[3] non eiecisset[l]. Quorum vestigia et ego quoque secutus eadem censui, immo et censeo, nec[m] ullam[m] posse episcopos sui honoris sustinere iacturam delibero[n], quos non constat fuisse a duodecim episcopis, praesente primamque sententiam[o] metropolitano episcopo obtinente, cum examinarentur, auditos. Qui, etsi crimen aliquod[p] confessi esse dicuntur, potest credi, quod vi vel[q] formidine fassi[r] tantum et non confessi fuerint[s] quod non fecerant[4], qui videbant laicos et saeculares quosque una cum rege contra se conspirantes, quod nec saltem audierant. Siquidem qui ore tantum et non corde profert quod dicit, non confitetur, sed loquitur; quamvis non videatur iusta confessio, quod[t] non legitimo provocatur examine[5].

De Gislardo[6] autem et Actardo[u 7] episcopis[v], de quibus scripsisti, multo aliter, quam tua referebat epistola, in scrinio nostro repperimus, licet non bene faciat Actardus, quia denuo consecrat quos Gislardus in eodem[w] gradu[x] dinoscitur ordinasse; tamen Actardus invenitur ante Gislardum episcopatus officium suscepisse. Denique sanctissimus Leo papa Nomenoe scribens inter cetera praecipuum virum Actardum appellat[y], et hunc sanum sapere et sanum docere, vivere ac permanere denuntiat; Gislardum vero tamquam praedicti Actardi sedulum[z] invasorem denotat[8].

His ergo ac huiusmodi controversiis ac difficultatibus enumeratis et ita repertis, habitis ac compertis[a] non possumus a regula sanctorum patrum aut[b] a sedis tuae institutionibus[c] indebite declinare. Sed si vis Dei omnipotentis benedictionem percipere vel si veraciter nostra consequi praecepta desideras, consilium meum accipe et quod tibi cf. Eccli. 6, 24.
per hanc paginam indico libenter attende. Hortamur enim gloriam tuam et cum equivoco tuo sapientissimo Salomone dilectionem tuam ammonemus, dicentes: 'Audi, fili Prov. 1, 8.
mi, disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuae.' Haec[d 9] quippe sunt praecepta Dei patris[e] tui[e] et haec est lex ecclesiae matris tuae: videlicet ut omnes episcopos regni tui ad Turonensem archiepiscopum mittere non detrectes ipsiusque iuditium postulare non dedigneris. Ipse enim[f] est metropolitanus omnesque episcopi

---

a) decrevi *B.* b) equę *B.* c) in *C.* d) et qui *B.* e) *om. B.* f) sctē *B.* g) sua *B.* h) cognoverunt *B, C.* i) *om. B.* k) *om. C.* l) eiecerit *C.* m) et nullam *C.* n) *deest B.* o) ita *add. B.* p) aliud *C.* q) et *C.* r) falsi *B.* s) fuerunt *C.* t) *sic B, C.* u) Aitardo *hic et infra B, C.* v) Nannetensibus *ann. Mart.* w) eo *B.* x) ordine *C.* y) apellat *B.* z) subdolum *Mart. et Durand.* a) cpertis *B.* b) ut *B, C.* c) quoque *add. B, C.* d) *sequentia usque ad* in omnes *(infra p. 622 l. 25) praebet coll. trium partium (et Decr. Grat.) sub inscriptione:* Nicolaus Salomoni regi Brittannorum. Quod episcopi Brittanię suffraganei sunt Turonensis archiepiscopi. *V. supra p. 620 l. 3 sq.* e) *desunt B.* f) *om. B.*

1) *MG. Epist. V, 593 sq.* 2) *V. supra p. 620 ann. 4.* 3) *Cf. conc. African. c. 12; Mansi III, 715, Migne, Patr. lat. LXVII, 188.* 4) *Cf. ad hunc locum 'indiculum de episcoporum Britonum depositione', Bouquet, 'Recueil des historiens des Gaules' VII, 288 sq.; Chronic. Namnetense ed. Merlet p. 38 cum ann. 1. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 270, Levillain in 'Le Moyen Age' 1902 p. 214. 238.* 5) *Eadem fere supra p. 595 in ep. n. 99 c. LXXXVI exponit Nicolaus.* 6) *Qui ca. a. 850/51 sedem Namnetensem invasit, cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 369.* 7) *Namnetensi episcopo a. 843—871, deinde (871—875) Turonensi archiepiscopo. Cf. Duchesne, 'Fastes' II², 369 sq. 312.* 8) *Cf. Leonis IV. epistolae fragmentum, MG. Epist. V, 598 n. 20 (J.-E. Reg. n. 2600).* 9) *Cf. Decr. Grat. c. 10 C. 3 q. 6.*

862. regni tui eius suffraganei sunt, sicut conscriptiones praedecessorum[a] meorum evidenter ostendunt, qui praedecessores tuos, quia illos ab ipsius cura subtraxerant[b], forti invectione corripere studuerunt, quamvis nec nostra scripta super hac re missa[c] deesse[c] videantur[1]. Cumque coram praesignato[d] Turonensis[e] ecclesiae praesule et integro numero collegarum, id est XII episcoporum[2], celebrato conventu fuerint eiecti episcopi regulariter examinati apparueritque[f], quod canonice fuerint eiecti, ipsis in sua deiectione manentibus quicumque[g] in locis eorum consecrati sunt poterunt utique episcopatus honore potiri. Quodsi eiecti[h] episcopi insontes fuerint declarati, his[i] amotis[k], qui illis subrogati[l] sunt[l], ipsi[m] ecclesias suas[n] recipiant. Nam cum[o] antecessores mei[p] praesules[q] eiectionem eorum episcoporum, qui ab ecclesiis suis[l] expulsi[r] sunt, non[s] admiserint[t] nec adprobaverint[u], nec ipsos, qui eis[v] subrogati[w] sunt[w], viventibus illis legitimos episcopos dixerunt[x]. Sane si forte[y] ad[yz] Turonensem[y] archiepiscopum mittere[a] dedignaris, stude duos episcopos de expulsis et duos de subrogatis una cum gloriae[b] tuae legato ad apostolicam sedem[c] beati[c] Petri[c] transmittere, ubi digna examinatione praemissa, qui legitimi episcopi sint[d], appareat et suas ecclesias inregulariter non amittant. Nichil enim[e] aliud est[f], quod[f] in praesenti negotio penitus[g] diffiniri[h] possit. Quia vero magna, quis[i] sit metropolitanus apud Brittannos, contentio est[3], licet nulla memoria sit[k] vos in vestra regione ullam habuisse metropolim ecclesiam, tamen, si libet, postquam Deus[l] inter[m] vos[m] pacem[m] et dilectum filium nostrum Karolum[n] constituerit[o][4], facile hoc poteritis advertere. Quodsi ideo[p] contentiosius[q] agendum[r] creditis, ad nostrum apostolatum destinare contendite, quatenus nostro libramine, quae fuerit apud vos antiquitus[s] archiepiscopalis[t] ecclesia[u], luce clarius innotescat, et deinceps omni ambiguitate recisa, quem sequi episcopi vestri debeant, incunctanter agnoscant. Neque enim ecclesias Domini per discordiam[v] regum[w] divisiones[x] aliquas[y] pati vel[z] dampna necesse est, cum, quantum ex se est, pacem, quam[a] praedicant, servare studeant in[b] invicem et in omnes[c]. cf. 1. Thess. 3,12.

His ita praelibatis per nos tuam scire volumus excellentiam, quia[d], si nostris paternis[e] monitis oboedieris[f] et tam de iure metropolitani quam de renovatione examinis eiectorum episcoporum nos audire studueris[g], erit pax et concordia[h] et omnis legitimus ordo in regno tuo. Quodsi nos tantum interrogare et non auscultare decreveris, scandala et discordia et omnis confusio non deerunt tibi in vita tua. Porro legatos tuos, quos ad nostrum pontificium destinasti, dilectioni tuae commendare curamus; quorum prudentiam et fidem circa vos considerantes plurimum in Domino gratulati sumus. Deus omnipotens gloriam tuam et claram coniugem tuam[5] cum nobilibus natis[6] atque cum omnibus, qui sub tuo regimine sunt, omni gaudio et omni[i] benedictione pie circumdet.

---

a) p̄cessorum *B.* b) substraxerant *C.* c) missa *om. B; corr. signis appositis pro* deesse missa *E.* d) designato *E.* e) Thuronicę *E.* f) apparuerintque *B, C.* g) qui *E.* h) *om. E.* i) tunc *C.* k) amonitis *E.* l) subrogatis, *sequentia:* sunt — ecclesiis suis *(l. 10) desunt B.* m) *hic om. E.* n) ipsi *hic add. E.* o) etiam *D.* p) Romani *add. C.* q) ut *add. C.* r) x *suprascr. B.* s) nec *E.* t) admiserunt *C, D.* u) adprobaverunt *C, D.* v) ei *E.* w) subrogari possunt *C, E.* x) dixeris *B.* y) ad Thuronensem forte *E.* z) et *B.* a) praefatos episcopos *add. E.* b) ęcclesię *E.* c) beati Petri sedem *E.* d) sunt *E.* e) queo *add. E.* f) *om. E.* g) *om. E.* h) diffinire *E.* i) qui *E.* k) *om. E.* l) omnipotens *add. E.* m) pacem inter vos *E.* n) gloriosum *add. E.* o) constituit *B;* constituet *E.* p) adeo *E.* q) contentius *E.* r) agere *E.* s) *deest B, C;* antiquitas *E.* t) o *suprascr. corr. pro* a *B.* u) *om. E.* v) misericordiam *C.* w) et *add. C.* x) divisionis *E.* y) aliqua *C, E.* z) *om. C, E.* a) qui *C.* b) *om. B, E.* c) *hic explicit E.* d) quod *C.* e) praeceptis et *C.* f) obedieritis *C.* g) studueritis *C.* h) cūcordia *B.* i) *om. C.*

1) *Cf. supra p. 620 ann. 5.* 2) *Cf. supra p. 621 cum ann. 3.* 3) *Cf. E. Lesne, 'La hiérarchie épiscopale en Gaule et Germanie' (742—882) p. 92 ann. 1, p. 198 (1905); F. Lot, 'Mélanges d'histoire Bretonne' p. 30 (1907). V. etiam infra epp. nn. 122, 126, 127.* 4) *Quod factum est a. 863, cf. Ann. Bertin. a. 863 ed. Waitz p. 61. Merlet, qui hanc epistolam ad a. 866 ponit, istam pacem a. 867 conciliatam esse contendit ('La chronique de Nantes' p. 60 ann. 1, 63 ann.).* 5) *Gyembret nomine, cf. infra ep. n. 122.* 6) *V. Merlet, 'La chronique de Nantes' p. 62 ann. 1.*

108.

Nicolaus Stephano comiti Arvernorum, quem vehementer increpat, praecipit, ut remoto pervasore Adone clerico Sigonem episcopum Arvernensem ab eo eiectum restituat et in synodo coram legatis apostolicae sedis de criminibus satisfaciat. Excommunicationem denuntiat, si venire distulerit. 862 ex.—863 in.

862 ex.—863 in.

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 175—175' (B); Paris. lat. 1557 fol. 73 (C); Vallicell. C. 15 fol. 239' (D); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 230; Sirmond, Conc. Gall. III, 226; Mansi, Conc. coll. XV, 352; Migne, Patr. lat. CXIX, 805; Chaix de Lavarène, Monumenta pontificia Arverniae (1880) p. 1. — Cf. J.-E. Reg. n. 2706 (2043).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[a] STEPHANO COMITI[1].

Quae et quanta contra canonicas[b] et ecclesiasticas regulas, immo contra naturalia iura pertinaciter egeris, sedis apostolicae, quae ubique ex ministerio sibi credito spiritaliter praesto est, cognitionem omnino non latet. Licet tanto sint odio a nostris mentibus repellenda, ut in te eorum auctorem merito mittere in virga[c] cogamur; ut tamen adhuc te resipisci[d] a[e] tantis malis sperantes[f] has nostri apostolatus litteras[g] tibi dirigimus, ut summissa pertinatiae tuae cervice sanctorum sacerdotum praeceptis pareas, de praeteritis penitudinem geras et a futuris te, ne perseverando in talibus diaboli laqueos sempiternos incidas, circumspecte ac sollerter custodias. Ceterum quia, quod his nequius extat, contra omne[h], quod ad Christianam religionem convenit[i], deiecto[k] sanctissimo Sigone Altvernensi[2] episcopo[3] in locum[l] eius pervasorem Adonem clericum[m] substituisti[n], praecipimus tibi auctoritate Dei omnipotentis beatorumque[o] apostolorum principum Petri et Pauli, ut nullam passus moram sanctissimum[p] Sigonem episcopum deiecto pervasore ecclesiae suae[q] restituas et in omni sacerdotii dignitate eum manere amodo dimittas. Nam quia nonnulla impudica ac scelestissima[r] de te[s] inculcantur[t 4], apostolica auctoritate sancimus, ut de his plenissime satisfacturus in nostrorum legatorum[5] praesentia, qui constitutae[u] a nobis synodo[6] praeesse debebunt, in loco praefixo[v] occurrere studeas. Quodque si[w] neglexeris[w] et praesentiam tuam a synodico examine defraudare temptaveris, scias te praesulatus nostri auctoritate a vini[x] et carnium participatione omnino excommunicatum, quoadusque[y] Romae in nostra speciali praesentia districtam positurus rationem assistas. Pervasor vero sanctae Altvernensis[z] ecclesiae, si post hanc nostram definitionem illic remorari temptaverit et aliquod[a] impedimentum sanctissimo Sigoni episcopo facere quacumque argumentatione praesumpserit, sciat se[b] pari modo non tantum a vini et carnium, verum et a corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi participatione penitus esse seiunctum, quamdiu nostris iussionibus obstinate[c] in praesentiam apostolicam venire distulerit. Bene[d] vale[d].

cf. 1. Tim. 3, 7.

---

108. a) Nicolaus — Dei *in mary. scr. ead. m. B.* b) canonicos *C.* c) *al. m. suprascr.* virgam *B.* d) *corr. in marg. pro* resipiscere *D.* e) ad *C.* f) servantes *B.* g) *corr. in marg. pro* litteris *D.* h) *om.*, ius *corr. al. m. ss. pro* cure *B.* i) *in marg. pro* cum venit *D.* k) decreto *D.* l) *corr. ex* loco *B.* m) dm̄ *B.* n) substinuisti *D.* o) et beatorum, et *ss. al. m. B.* p) *sequitur (una linea) scriptura capit. scr. post spatium vacuum relictum B.* q) tuę *D.* r) scelestima *C;* sceleratissima, s *primum add. al. m. D.* s) *al. m. suprascr. add.* audivimus *B.* t) incultant(er) *B.* u) constituti *corr. ex* constitutis *B.* v) prexiso *C.* w) *al. m. corr. ex* se neglectis *B.* x) *corr. ex* vino *C.* y) quousque *D.* z) Altvennensis *C;* Alvernensis *D.* a) *corr. ex* aliquid *D.* b) *ras. duarum litterar. post* se *B.* c) abstinate *C.* d) *desunt D; sequuntur haec:* Post regine epistolas istam scribatur, *in marg.* hab̄ *C.*

1) *Arvernorum, qui a. 864 a Normannis occisus est (v. Ann. Bertin. a. 864 ed. Waitz p. 67). Cf. de eo Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 39 cum ann. 1.* 2) *'Auvergne' ('Clermont').* 3) *Sed. 862, 866. Cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 39.* 4) *Cf. Ann. Bertin. a. 862, 864 ed. Waitz p. 58, 73.* 5) *Radoaldi et Iohannis episcoporum. Cf. supra p. 283 ann. 5.* 6) *Mettensi, mense Iunio a. 863 praecipue pro causa Lotharii II. regis habitae. Ex hoc loco tempus harum litterarum elucet. Cf. etiam Anal. iur. pontif. X, 61, 70.*

109.

863 ante Oct. *Nicolaus Karolum Calvum regem adhortatur, ut Rotberto Cenomannensi episcopo ad recipiendum monasterium s. Karilefi iniuste ecclesiae eius subtractum auxilium praestet. Si autem monachi restiterint, in synodo per episcopos iudices a Rotberto electos lis componatur; quodsi in ipso iudicio Rotbertus ad sedem apostolicam appellaverit, utraque parte praesente Romae causa diffiniatur.* *863 ante Oct.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 200—200' (B); id. fol. 195' (fragmentum) (C); Paris. lat. 1557 fol. 71 (D); Vallicell. C 15 f. 235' (E); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 222; Sirmond, Conc. Gall. III, 201; Mansi, Conc. coll. XV, 344; Migne, Patr. lat. CXIX, 863. — Cf. J.-E. Reg. n. 2742 (2069).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI KAROLO GLORIOSO REGI[1].

Excellentiae vestrae[a] innotescimus[b], quia Rotbertus[c] sanctae Cenomannensis[d] 2 ecclesiae antistes[3] nobis litteris suis[4] cognitum praecipua cordis devotione obsecrans[e] facere studuit, quod monasterium sancti Karilephi[f] 5 situm[g] in pago Cenomannico[h], loco videlicet, qui antiquitus dicebatur Casa[i] Gaiani[i], super fluvium Anisola ab eius ditione[k] ac potestate subtractum sit et[l], quod antecessorum[m] eius decreto et voluntate ordinabatur, nunc sine ipsius sit[n] consensu sub abbatis constitutum regimine[6]. Unde vestram Deo[o] amabilem magnificentiam his apostolicis monemus atque hortamur apicibus, ut[p] iuxta[q] veritatis censuram[r] sanctae iam dictae Cenomannensi[s] ecclesiae super huius rei[t] negotio iustitiam conservare et pium[u] devotionis vestrae auxilium impertiri[v] nulla hominum subdola persuasione praetermittatis ipsumque monasterium pro Deo nostraeque paternitatis amore praefato Rotberto[w] episcopo, sicut et antecessoribus eius iure permansit, deinceps habere atque salubriter pro[x] ipsius venerabilis[y] loci utilitatibus ordinare libenti animo permittatis, nullamque potentiae vestrae vim in hoc aliquatenus patiatur, sed liceat ei habere securiter, quod iuste suos[za] semper[a] tenuisse praedecessores privilegio[7] etiam nobis ostenso fatetur. Si vero quispiam monachorum supradicti monasterii sancti Karilephi[b] amplius resistere nititur, ne sub ecclesiae Cenomannensis[c] potestate[d] iam dicta[e] consistat, et in hac omnes obstinatione perdurant, ipse Rotbertus[f] episcopus de vicinis episcopis sibi quos voluerit iudices eligat et nostra auctoritate simul

---

109. a) *inter* vestrae *et* innotescimus *insertum:* hab *alia manu D.* b) inotescimus *D.* c) Hrotbertus *D.* d) Coenomensis *D.* e) obsecras *D; al. man. corr. in marg. pro* observans *E.* f) Karilefi *D;* Carilefi *E.* g) -tum *ss. ead. m. B.* h) Coenomanni quo *D.* i) ga *del., ut videtur B;* Garani *E.* k) *corr. ex* dictione *B;* dictione *E.* l) *deest E.* m) antecessor *E.* n) fit *E.* o) *om. B.* p) *suprascr. al. m. B, C.* q) iusta *corr. pro* iuxta *al. m. E.* r) censura *E.* s) Coenomannensi *D.* t) regi *D.* u) piae *C;* pia *D.* v) impertire *E.* w) Hrotberto *D;* Roberto *E.* x) *om. C.* y) venerabili *(lacuna)* paternitate gubernandum concedite. *Est finis epistolae C.* z) suis *B, D, E.* a) semper suis *E.* b) Karilefi *D;* Carilefi *E.* c) Coenomannensi *et semper* oe *pro* e *D;* s *in fine al. man. add. B, E.* d) potestatem *B.* e) dictam *corr. ex* dictum *al. man. B;* dictum *D;* dudum *corr. al. man. E.* f) Hrotbertus *D;* Robertus *E.*

1) *Qui dicitur Calvus. — Causa, de qua in his et quattuor sequentibus litteris agitur, in synodo Vermeriensi a. 863 m. Octobr. tractata et pro monasterio s. Karilefi diffinita est (cf. 'Neues Archiv' XXVI, 633 sq.), ex quo tempus earum apparet; v. etiam Ann. Bertin. a. 863 ed. Waitz p. 66. Ad has epistolas, quarum seriem secundum epist. infra n. 113 recte constituere conati sumus, cf. etiam privilegium illud infra edendum (J.-E. Reg. n. 2735), quod valde aliam sententiam papae continet, quam hic polliceri videtur. Cuius autem neque tempus neque fides satis constat; nullomodo vero his quinque epistolis anteponi potest. V. etiam Anal. iur. pontif. X, 61. 94.* 2) *'Le Mans.'* 3) *Sed. 859—883; cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 343.* 4) *Non iam exstantibus.* 5) *'Saint Calais.'* 6) *In diuturno illo certamine inter episcopos Cenomannenses et monachos s. Karilefi synodus Pistensis a. 862 instrumentum monasterio secundum protulerat, cf. Mansi XV, 635, J. Havet, 'Bibliothèque de l'école des chartes' XLVIII, 239 (='Oeuvres' I, 183), L. Froger, 'Cartulaire de Saint Calais' p. 31.* 7) *Cf. diplomata spuria pro ecclesia Cenomannensi, Mühlbacher Reg.² nn. 383, 976, 982, 1003.*

convocatis et ceteris episcopis, qui in diocesibus sanctae Turonensis ecclesiae videntur existere[a], talis[b] tumultus[c] dissensiones[d], quae callido sunt exortae[e] ingenio et[f] inventae, iusto[g] sanctorum patrum iudicio resecentur[h] omnisque huius litis ambiguitas pacifica veritate pellatur; ita[i] sane, ut monasterium priscis fundatum temporibus cum omnibus sibi iure debito pertinentibus rebus Deo auxiliante illibatum[k] sub potestate Cenomannensis ecclesiae, si iustum[l] fuerit, maneat. Quamobrem magnitudinem vestram monemus, ut, sicut superius dictum est, iustitiam et aequitatem in hoc et in ceteris omnibus conservare ob reconpensationem futurae retributionis nulla saeculi felicitate neglegatis. Quodsi in[m] eodem iudicio praedictus episcopus Cenomannensis[n] aliqua necessitate conpulsus appellaverit se[o] de hoc in[p] nostra praesentia iudicium agere, volumus et iubemus tam ipsum episcopum vel legatum eius quamque etiam tres de monachis praedicti monasterii tempore oportuno ad nos omni[q] praetermissa occasione venire, ut digne[r] apostolicae sedis examine atque iudicio talis utriusque partis controversia resecetur et [ad[s]] aequitatis[t] debitae[u] ius pars iusta[v] sine protelatione[w] indubitanti fine perveniat[x]. Quodsi[y] ipsi monachi nostra[z] iussione vocati venire forte contempserint, vestrae potestatis properare cogantur imperio, cum quibus et fidelem hominem vestrum transmittere, qui ipsius causae et contentionis[a] initium experiatur et finem, dignemini[b]. 863 ante Oct.

110.

Nicolaus archiepiscopos et episcopos in regno Karoli Calvi regis constitutos commonet, ut causam inter Cenomannensem praesulem et monachos sancti Karilefi illicita appetentes pertractent et discernant; si vero in synodo contentio dirimi non potuerit, Romae in sua praesentia diffiniatur. *863 ante Oct.*

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 180—180' (B).

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 863 n. 96; Sirmond, Conc. Gall. III, 199; Mansi, Conc. coll. XV, 376; Migne, Patr. lat. CXIX, 866; Froger, 'Cartulaire de Saint-Calais' p. 41. — Cf. J.-E. Reg. n. 2745 (2072).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS CONFRATRIBUS NOSTRIS ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS IN[a] REGNO KAROLI GLORIOSI REGIS COMMORANTIBUS[1].

Dignum est, ut qui sacerdotali reverentia decorantur secundum sanctorum patrum censuram aequi moderaminis lance sic cuncta studeant trutinare, quatenus gregum sibi a Domino creditorum septa munire non desinant et debitam curam adhibere nequaquam postponant, ne forte, cum segnitia coeperit aboliri[b], incentori aditus relinquatur, per quem pestifero more in ovile dominicum ingrediens oves dominicas discerpere ac morsu ferino incipiat lacerare. Quod utique de vobis, fratres, minime dici volumus, quin potius commonemus, ut tantae sollicitudinis operam ad cunctorum subiectorum profectum assumere studeatis, quantum illud audire cupitis, quod Dominus se confitentibus misericorditer repromisit: 'Euge', inquiens, 'serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui'. Idcirco sanctitati vestrae compertum Matth. 25, 21.

a) exsistere *B.* b) tal s, *littera inter* l *et* s (e *vel* i) *deleta B.* c) cum multus *D.* d) et dissensiones (et *add. m. corr. suprascr.*, -es *corr. ex* -is) *B;* dissensionis *D.* e) exhorte *D.* f) *add. m. corr. B; om. D, E.* g) iuste *B.* h) rescentur *E.* i) t *suprascr. ead. m. B.* k) inlibatum *D, E.* l) justum *(sic!) B.* m) *deest B, D.* n) Cenomannenssis, n *ante* ss *suprascr. B.* o) sed *E.* p) *om. B.* q) *ras. post* omni *B.* r) *al. atram. corr. ss. in* digno *B.* s) *edd.; deest in codd.* t) *edd.; codd.:* aequitas*; in marg.* q *man. corr. B.* u) debite *D, E.* v) iuxta *B.* w) pretelaatione *ras. corr. D.* x) *corr. ex* perveneat *D.* y) Quod *D.* z) nostrę *D.* a) contemptionis *D, E.* b) hab *iterum (cf. supra p. 624 l. 29) add. al. man. D.*

110. a) *om. B.* b) *sic B;* aboleri *Baron., v. etiam Anal. iur. pont. X, 94.*

1) *V. ad hanc epistolam annotationes ad praecedentem additas.*

863 ante Oct. esse volumus, qualiter[1] a primordio constructionis suae monasterium sancti Karilephi in[a] Cenomannia[a] situm eiusdem Cenomannicae[b] urbis iuri eiusque praesuli subditum fuerit et iuxta canonica instituta, cuius dioceseos[c] cura praerat, ipsius etiam sub regimine eiusdem monasterii congregatio degebat. Sed nunc, ut nostris intonuit auribus, monachi ipsius regulari auctoritate contempta zelum[d] paternae traditionis non ducunt et[e] modum debitum servare non cupiunt, cum, quod non licet, proprio libitu vivere quaerunt et parrochiani[f], in cuius diocesi consistunt, ius non tenuisse fatentur. Quapropter apostolicae auctoritatis apicibus omnium vestrorum reverentiam commonere decrevimus, ut rectitudinis atque[g] iustitiae intercurrente libramine Deum prae oculis habentes hoc extra institutionem sanctorum patrum fieri non sinatis, sed usquequaque causam considerantes, quid rectius quidve utilius inveneritis, hoc conservantes atque tenentes Cenomannicam[h] plebem non patiamini praeiudicium sustinere atque quae eius sunt inconvenienti calculo discernere ac pertractare, quatinus et vestrae fraternitatis ordo non violetur et ipsius ecclesiae praesul sua amittere nequaquam cogatur. Igitur si ab eodem Cenomannico[i] praesule ex vobis, qui huiuscemodi quaestionem discutiant, iudices electi fuerint[2] et illa electio in unum convenerit, tunc, si illuc contentionis finis aliqua emergente difficultate digeri[k] non poterit, iubemus, ut utraque pars in nostram spetialem veniat praesentiam, ut litis intentio legali coram nostro pontificio sententia ventiletur, declaretur atque luce clarius finiatur. Omnipotens Deus mentes et corda vestra ad bene agendum semper inclinet, ut bonis operibus inhaerendo aequitatis atque[l] iustitiae culmine videamini sublimari.

111.

Nicolaus Hincmarum Remensem archiepiscopum praecavere, ne quid laesionis sustineat Rotbertus Cenomannensis episcopus, animumque Karoli regis, quem adversus illum incitaverit, placabilem erga eum reddere iubet. *863 ante Oct.*

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 195—195' (B).

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 863 n. 97; Sirmond, Conc. Gall. III, 200; Mansi, Conc. coll. XV, 377; Migne, Patr. lat. CXIX, 867; Froger, 'Cartulaire de Saint-Calais' p. 43. — Cf. J.-E. Reg. n. 2746 (2073).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HINCMARO[3] REMORUM ARCHIEPISCOPO[4].

Relatu quorundam[a] audivimus, quod tua fraternitas contra Rotbertum Cenomannicae urbis episcopum pro eo, quod monasterium sancti Karilephi ad ius ecclesiae sibi commissae vindicare velit, non parum sit indignata, ita ut animum dilectissimi filii nostri Karoli gloriosi regis adversus eum commoverit, et in synodo[5], quae modo dicitur a sanctitate tua colligi, fertur, quod nescio quas insidias quasi ex alia ratione illi nitamini praeparare[b], ledere eum magnopere gestientes, quod de tanto viro credere indignum merito iudicavimus. Denique si Rotbertus episcopus petit quod petere debet, impetret; si vero quod non debet postulat, numquam obtineat; veruntamen ob id nil[c] sustineat omnimodis lesionis. Quod tua, frater karissime, studeat sanctitas summopere praecavere,

a) *corr. ss. ex* cellomannia, *om.* in *B.* b) cellomannicę *B.* c) -se- *suprascr. ead. m. B.* d) *corr. ex* zelo *B.* e) *suprascr. ead. m. B.* f) *i. e.* episcopi; parroęchiam *B.* g) *corr. ead. m. ss. ex* ęque *B.* h) cellomannicam *B.* i) cellomannico *B.* k) dirigi *B; emendavi secundum infra p. 627 l. 31 et p. 628 l. 32.* l) *corr. al. m. ss. ex* ęque *B.*

111. a) *ead. m. ss. corr. pro* quondam *B.* b) *corr. ex* praeparate *B.* c) *ante* nil *delet.:* p̈ *B.*

1) *Hoc aut ex privilegiis falsatis aut ab ipso fortasse Rotberto compertum habebat Nicolaus. V. supra ep. n. 109 p. 624 ann. 7.* 2) *Cf. supra ep. n. 109 p. 624.* 3) *845—882.* 4) *Cf. annotationes, quas addidimus ad ep. supra n. 109.* 5) *V. supra p. 624 ann. 1.*

ne, quod non credimus, iniuste vel obtentu aequitatis idem antistes a tua ledatur in aliquo reverentia. Sed si crimen illi obicitur, sic de eo examinatio praeveniat, ut iudicium in illum ex nostrae auctoritatis libramine subsequatur. Nam cum vos suspectos habere videatur, indecorum[a], immo temerarium est, ut a vestra sanctitate aliquid patiatur discriminis. Sed et devotissimi filii nostri Karoli pii regis animum vestra beatitudo circa iam fatum episcopum placabilem ac mitem reddere nostra vice procuret, quatinus furore deposito, dum Deo auctore mentem suam ad[b] nobis adhuc oboediendum et circa saepe designatum episcopum benigne regere studuerit, quod vere rex sit, omnibus palam detur intellegi et cunctis manifeste ipsius pietas innotescat. Optamus fraternitatem tuam in Christo bene valere. 863 ante Oct.

112.

Nicolaus monachos sancti Karilefi modum proprium transgredi cupientes admonet, ut ad principalem Cenomannensem ecclesiam recurrant. Quod si noluerint, in synodo causam proferant; si vero in ea regulare iudicium datum non fuerit, negotium in apostolica sua praesentia finem accipiat. *863 ante Oct.*

Cod. Paris. lat. 1458 fol. 195 (B).

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 863 n. 94, 95; Sirmond, Conc. Gall. III, 199; Mansi, Conc. coll. XV, 376; Migne, Patr. lat. CXIX, 865; Froger, 'Cartulaire de Saint-Calais' p. 40. — Cf. J.-E. Reg. n. 2744 (2071).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI CUNCTAE CONGREGATIONI MONASTERII SANCTI KARILEPHI[1].

Fidelium relatione comperimus, quod modum proprium transgredi cupientes a iure Cenomannicae[a] urbis, in cuius diocesi moramini, vos subtrahere conamini[b] et, sicut nostri apostolatus arbitratu cognoscimus, ad vestri interitus perditionem in propria voluntate vivendo animos[c] elevare videmini. Qua de re salutem vestrarum desiderantes animarum apostolica auctoritate a talibus vos revocare studuimus expressiusque iubemus, ut non vos proprius libitus ducat, quo animus erigi praevaleat; sed ad principalem vestram ecclesiam, videlicet Cenomannicam[d], solito more recurrite eiusque episcopo obsecundantes et illam, qua nomine dicimini, vitam implere satagite[e] et vestri ordinis ministerium prudenter assumite cum[f] sanctitate. Quodsi ista[g] vestrarum archana mentium[h] non penetraverint, tunc in conspectu sanctissimorum episcoporum, qui a Rotberto Cenomannico[i] praesule convocati fuerint, causam edicere procurate, ut quo res ducitur plenius[k] digeratur. Nam si illic[l] inter praedictum Cenomannicum[m] episcopum atque vos regulare iudicium datum non fuerit, tunc incunctanter praecipimus, ut ex vobis tres eligantur, qui cum saepefato episcopo vel eius legato in nostram apostolicam veniant praesentiam, ut omni repulsa occasione nostro[n] examini[o] huius rei gratia appareat atque canonico[p] calculo finem accipiat. Optamus vos in Christo bene valere.

---

a) c *ss. alio atram. B.* b) d *ss. ead. man. B.*

112. a) *al. m. ss. corr. ex* cellomannicae *B.* b) *ss. corr. pro* cohamini *B.* c) animus, s *add. m. corr. B.* d) *corr. ex* cellomannicam *al. man. B.* e) *corr. ss. ex* satagine, implere *iterum add., sed delet. B.* f) *add. m. corr. suprascr. B.* g) ita *B.* h) *sic edd.; om. B.* i) *ex* cellomannico *corr. B.* k) i *suprascr. B.* l) illuc *B.* m) -um *corr. ex* -o *B.* n) *corr. ex* nostra *B.* o) *corr. ex* examine *B.* p) *corr. al. man. ex* canonica *B.*

1) *V. annotationes ad ep. supra n. 109 additas.*

113.

863 ante Oct. *Nicolaus Rotberto Cenomannensi episcopo respondet se impolitis precibus monachorum sancti Karilefi ante veridicam diffinitionem assensum non praestaturum esse; si res in synodo per iudices, quos Rotbertus elegerit, ad finem perducta non fuerit, Romae in utriusque partis praesentia legitime diffiniatur. De aliis epistolis in eadem causa destinatis eum certiorem facit.* *863 ante Oct.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 177'—178 (B); Paris. lat. 1557 fol. 71' (C); Vallicell. C 15 fol. 236' (D); Paris. lat. 3859 a.

Edd. Editio Romana (1591) III, 223; Sirmond, Conc. Gall. III, 202; Mansi, Conc. coll. XV, 345; Migne, Patr. lat. CXIX, 864. — Cf. J.-E. Reg. n. 2743 (2070).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI ROTBERTO[a] CENOMANNENSIS[b] URBIS EPISCOPO[1].

Plane quia sanctitatem[c] vestram ad[d] apostolicam sedem constat plenas devotione litteras destinasse, multas gratias Deo omnipotenti vobisque[e] referimus, eo quod et debitam reverentiam observantes nos in vestris utilitatibus adiutores quaesivistis et sanctam omnium terrarum matrem[f] Romanam ecclesiam interventricem suppliciter praeobtastis[g], quod ita se[h] habere luce clarius patet, vestris adnisibus[i] consulere. De illorum monachorum sancti Karilephi inprovida intentione decrevimus, ut, si venerint et talia concedi petierint, vestro ducti amore nec illorum impolitis precibus annuemus nec auctoritatis nostrae censuram illis in talibus largiemur[k]. Qui[l] si voce forte falsidicae assertionis[m] aliquid[2] quasi nostrae institutionis edita decreta protulerint, donec nostro demum pontificio cognitum fiat, illis credulitatem exhiberi[n] non volumus, quia, ut praefati sumus, illis in talibus minime assensum praestabimus[o] aut talia volentibus facere[p] apostolicam licentiam dabimus[q], excepto, si talis ratio non praeluceat[r], pro qua id definiri[s] intentio cogat[t]. Gloriosum quoque regem vestrum[u] Karolum eiusque[v] regni episcopos nostris exhortationibus admonemus[w 3], ut nostra fulti auctoritate contra[x] vestrae ecclesiae privilegia[y] sententiam minime inferant[z], discutiant ac[a] audiri[a] permittant, sed divina clementia favente iuste[b] decernant et Cenomannensis[c] urbis iuri[d] eiusque[e] praesulibus, ut erat, ipsum[f] monasterium redderent[g], statuimus, ut sub[hi] vestri[i] cura regiminis subderetur, hoc illis summopere statuentes, ut, si a vobis[k] iudices, qui canonice causam determinent, ex ipsis electi fuerint, vestrae pareant voluntati[l], ita ut[m] et iudices dentur et huius rei intentio aeque ventiletur. Quodsi ob alicuius impedimentum inibi res digesta[n] non fuerit, praecipimus, ut utraque pars, vos[o] scilicet[o] aut vester legatus et tres ex ipsis monachis, in nostram spetialem praesentiam veniant, ut[p] nobis praesentibus legitimum finem accipiant. Nam et confratrem nostrum Herardum[4] archi-

---

113. a) Hrotberto *B.* b) Coenomanensi *C.* c) *corr. C, D.* d) *om. B, C.* e) vobis, *suprascr. al. m.* pro *B; corr. ex* vobis quoque *C.* f) *corr. pro* mentae *al. m. B; om. D.* g) prę-optastis *D.* h) res *add. B (al. m.), C;* res se *D.* i) ad sinibus *C.* k) *corr. al. m. ex* largiemus *B.* l) Quod *D.* m) *corr. al. m. ex* assertione *B;* assertione *D.* n) exibere *C.* o) *corr. ex* praestabimur *B.* p) fatere *B.* q) *corr. ex* dabimur *B.* r) -luceat *in ras. C.* s) difiniri *D.* t) *corr. ras. ex* cogunt *B.* u) nostrum *D.* v) eius *B.* w) ammonemus *C.* x) circa *corr. D.* y) -a *corr. ex* -i *C.* z) illustrent *corr. ex* illustrant *al. m. B.* a) ac aboliri *B;* ab ac diri *C.* b) *corr. ex* iustitię *al. m. B.* c) Cennomanensis *B;* Coenomannensi *C.* d) viris, s *add. al. m. D.* e) -ue *suprascr. al. m. B.* f) ipse *D.* g) redderet *D.* h) sicut *B.* i) vestri sub *D.* k) nobis *B.* l) -i *corr. ex* -e *B.* m) *om. C.* n) di- *suprascr. ead. m. B.* o) vocetur *ss. corr. al. m. pro* vos sine *D.* p) et *D.*

1) *Ad hanc quoque epistolam conferantur quae annotavimus ad ep. supra n. 109.* 2) *Haec ad certum privilegium fortasse a Rotberto papae denuntiatum pertinere opinamur; v. etiam supra p. 624 ann. 1.* 3) *Cf. supra epp. nn. 109, 110.* 4) *Turonensem (855 vel 856—869).*

episcopum de his per apostolicos apices[1] certum reddidimus et, ut a nobis[a] institutum[b] est, intimavimus. Unde et eosdem monachos[2] dignum duximus corripere, admonere[c], ut proprio libitui[d] resistere incipiant et ultra modum mentem non elevent nec inlicita quaeque[e] adprehendere praesumant, sed repressa tantae[f] temeritatis[g] audacia vobis oboedire non differant et vestrae ecclesiae colla submittant[h]. 864 Mai. 2.

114.

Nicolaus ad litteras Rotlandi archiepiscopi Arelatensis, cuius devotionem laudibus extollit, respondet. Pollicetur ei apostolicae sedis protectionem, si repromissa perfecerit. Quae in alia epistola ei intimaverit, studiose peragi iubet. *864 Mai. 2.*

Codd. Paris. lat. 5537 fol. 104'—105 (B), ex quo descript. Vallicell. G. 99 fol. 88'; Vallicell. C 27 fol. 169 (C).

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 864 n. 28—29; Petrus Saxius, Pontificium Arelatense (1629) p. 174; Sirmond, Conc. Gall. III, 238; Mansi, Conc. coll. XV, 378; Migne, Patr. lat. CXIX, 1180. — Cf. J.-E. Reg. n. 2757 (2083).

NICOLAUS[a] EPISCOPUS ROTLANNO ARCHIEPISCOPO[3] ARELATENSI[4].

Susceptis[5] sanctitudinis tuae litteris[6] totius[b] humilitatis dono refertis cunctarumque virtutum[c] floribus redimitis multiplices gratiarum cultus omnium bonorum[d] auctori rependimus tuamque a multis retro temporibus erga sedem apostolicam agnitam devotionem plurimum collaudamus atque, ut in hoc salubri proposito perseveres, fraternitatem tuam obnixius[e] adhortamur. Sic[f] enim[f] et sanctae conversationis pedem, quo tendere debeas, perspicatius praenoscere poteris et supervenientia pravorum iacula praevidere et declinare liberius revelante Domino praevalebis[g], si in apostolicae sedis petra more maiorum praesidium tuum locaveris eiusque fidei, doctrinae[h] vel decretis artius inherere contenderis; quam ille sua sacravit sessione[i], quem dominus Iesus[k] Christus ecclesiae[l] suae[l] voluit primum et speciale retinere fastigium, quin et caelestis atrii delegit summum constituere ianitorem. Quod iam beatitudinem tuam strenue persequentem debitis attollimus omnino praeconiis, non solum in hoc, verum etiam in eo, quo apostolatum nostrum ad perseverantiam cohortaris[7]. In quo enim tam manifeste nostrarum sanctionum ac decretorum ostendere te poteris esse custodem, quam in eo, quo et nostram quoque soliditatem supra firmam petram fundatam, ut in his perseveret, studiosius animare procuras? cf. Matth. 7, 25; Luc. 6, 48.

Quod autem deprecatur tua fraternitas, ut scrutemur, quales[m] praedecessores[n] nostri circa praedecessores tuos antiquitus fuerint, et postulas, ut liceat tibi rescripto cognoscere, utrum fidenter crebro litteris vel legatis nos audeas frequentare et quaeque

---

a) *corr. al. m. ex* vobis *D.* b) institum *C.* c) ammonere *C.* d) dibitui *C.* e) quoque *D.* f) tanta *D.* g) meritatis *C.* h) *sequitur rasura ca. 10 litterar., deinde:* XIII. *C.*

114. a) Nikolaus *B.* b) totus *B; totis C.* c) *om. B; in marg. add. C.* d) *vel* honorum *B.* e) obnoxius *B.* f) sincerum *C.* g) *ss. corr. ead. m. ex* praevaletis *B.* h) *corr. in* doctrinis *C.* i) *corr. ex* iussione *C.* k) eius *C.* l) ecclesiis suis *C.* m) a *corr. ex* e *B.* n) praedescessores *B.*

1) *Quos desideramus. Memorantur etiam in placito Vermeriensi a. 863, Mansi XV, 671, Froger, l. l. p. 36.* 2) *V. supra ep. n. 112.* 3) *A. 855—869.* 4) *Ad hanc epistolam cf. W. Gundlach, 'Der Streit der Bistümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum' in 'Neues Archiv' XIV, 269 sq. V. etiam R. Poupardin, 'Le royaume de Provence' p. 87 ann. 2 (1901).* 5) *Usque ad* constituere ianitorem *(l. 25) idem exordium praebet infra epistola n. 117 (p. 633 sq.).* 6) *Quae non exstant.* 7) *Hoc referendum esse ad divortium Lotharii II. regis maximeque ad damnationem Theutgaudi atque Guntharii archiepiscoporum conicitur in Anal. iur. pontif. X, 110.*

(864.) congruentia temporibus oportunis suggerere, sciat beatitudo tua nos bene nosse[a], quod praedecessores mei inter alia honoris beneficia praedecessores tuos adeo dilexerint, ut eis vices suas in illis partibus retinere concesserint[b], quemadmodum quinta refert[1] sancta ac[c] venerabilis synodus. Tu vero, si repromissa tuae devotionis[d] perfeceris et nobiscum[e] sentiendo[e] contra pravos quosque vel circa modestos[f] nobis herere contenderis et a decretis nostris deviare refugeris, noveris te deinde apostolatus nostri clipeo[g] protegendum et caritatis ac pietatis brachiis modis omnibus amplectendum, sanctam quoque ecclesiam divinitus tibi creditam[h] nostra sollicitudine et vigilantia auctore Deo peramplius et perfectius[i] augmentandam[k]. Mittere autem nobis legatos vel litteras tanto libere debetis, quanto caritas[l], qua circa sanctitatem tuam flagramus quamque latum mandatum
cf. Ps. 118, 96. psalmografus nuncupat[m], intra sinum amplitudinis suae omnes recipit, omnes fovet et
1. Cor. 13, 4. 7. protegit[n] proximos suos, quia iuxta apostolum[o] Paulum 'benigna est et[p] omnia suffert'. Verum[2] a[q] caritate[q] tua[q] unum hoc necessario postulamus, scilicet ut, cum aliquem ad apostolicam sedem miseris, studeat eum tua monere fraternitas, quatinus in redeundo non usquequaque festinus[r] appareat; eo[s] quod omnium ecclesiarum Dei, sicut ipse nosti[t], cura constringimur et, cum undique[u] ad sedem apostolicam multi diversa[v] quaerentes[w] confluant, efficimur tardi ad singulos, dum volumus benignitatem et dapsilitatem nostram spargere per diversos. Illud autem valde placuit, unde etiam immenso tripudio exultavimus, scilicet, quoniam ab apostolatu nostro sciscitari, quid tua sanctitas sequi debuisset, prudentissime decrevisti. Verum quamvis multa sint[x], quae tibi mittere possemus, interim tamen, quae in alia nostri apostolatus epistola[3] beatitudini tuae intimamus, solum tuae sollertiae sint pervigili cura sectanda praecipuoque studio peragenda, siquidem[y] circa nos circaque[z] sedem beati Petri non est aliud[a] signum devotionis tuae, quam polliceris, nisi optemperantia et consummatio decretorum et diffinitionum nostrarum, qui, licet indigni, per abundantiam tamen gratiae ipsius vicarii sumus.

Data mense Maii[b] die[c] II.[c] indictione XII.

115.

Nicolaus Adalvino Iuvavensi archiepiscopo scribit de pontificibus aliqua infirmitate occupatis non abiciendis, de clericis in adolescentia a daemonibus obsessis nec ad superiorem gradum promovendis, de abiciendis eis, quorum culpa vel neglectu morientis hominis periculum advenisse cognoscitur. *(864.)*

Coll. canonum: Coll. trium partium I, 62 nn. 19—21 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 83'); Decr. Grat. c. 4 C. 7 q. 1, c. 4 D. 33, c. 49 D. 50; (1) et (2) in Ivonis decr. V, 352, XI, 104 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1127 n. 128, 1126 n. 126). Cf. etiam Ps.-Liutprandi opuscul. de vitis Romanorum pontificum, qui tria haec decreta recto ordine, minus tamen recte Viennensis ecclesiae archiepiscopo *directa in excerptis, textu autem magna ex parte asservato allegat (ed. Migne, Patr. lat. CXXIX, 1252). — Cf. J.-E. Reg. n. 2846 (2154. 2152); Kehr-Brackmann, Regesta pontificum Romanorum, Germania pontificia I, 11 n. 18.*

---

a) noscere *C.* b) consenserint *C.* c) hac *B.* d) *corr. in* dilectionis *C.* e) nobis consentiendo *C.* f) molestos *C.* g) clyppeo *B.* h) credita *B.* i) perfectus *B.* k) augumentandam *C.* l) caritatis *B, C.* m) nunc cupat *B.* n) propter *B, C.* o) *om. B, C.* p) *om. B.* q) ad caritatem tuam *B, C.* r) *corr. ex* festinet *C.* s) *corr. ex* et *C.* t) *corr. ex* nostis *B.* u) *corr. ss. pro* multi *C.* v) diversi *B, C.* w) querentes *B, C.* x) *corr. ex* sit, *ut videtur B.* y) si quid deest *C.* z) circa *B, C.* a) aliut *B.* b) maĩ *B.* c) D̃ II. *B;* D. 12 *exhibent codd. Vallicellani prioresque editiones.*

1) *Concil. Constantinop. a. 553 celebratum, in cuius septima actione relecta est epistola Vigilii papae ad Aurelianum Arelatensem episcopum, MG. Epist. III, 67 (J.-K. Reg. n. 925). Cf. etiam MG. Epist. III, 63, 65 (J.-K. Reg. nn. 919, 918). — Cf. Hefele, 'Konziliengeschichte' II², 830, 889. V. autem Gundlach in 'Neues Archiv' XV, 246 ann. 1.* 2) *Verbotenus fere eadem in fine exhibet infra epistola n. 117 (p. 636).* 3) *Quam desideramus. Cf. etiam Anal. iur. pontif. X, 110 sq. ann. 6.*

(1) Pontifices*[1], qui aliqua occupantur infirmitate vel egritudine, abiciendi non (864.)
sunt nec alios in loco[a] eorum[a] consecrari oportet, nisi ex hac fuerint luce subtracti. Quodsi de ministerio sibi concesso conqueruntur[b], quae licita sunt sacerdotes expleant. In his vero, quae eis[c] praesumere non licet, vicinorum usque ad recuperandam[d] sanitatem episcoporum auxilia subrogentur. Et hoc cum cautelae studio peragatur[e], ne per necessitatis occasionem praesumptionis pullulet ambitio. Episcopos[f] vero, qui dominici[g] gregis suscipiunt[h] curam atque sollicitudinem, ab[i] administratione[i] eorum discedere non oportet, ut accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamine eorum salubriter augeatur et triplicetur. cf. Matth. 25, 15–29.

(2) Clerici**, qui in adolescentia a demonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem sacri regiminis gradum accedere non possunt.

(3) Hii***, qui arbores[k] incidere videntur, si contigerit, ut cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles sunt atque innoxii, quia nec voluntate eorum nec desiderio homicidium[l] perpetratum est. Si vero aliqua eorum culpa vel neglectu morientis hominis periculum[m] cognoscitur advenisse, abiciendi sunt gradu[n] et in sacro ordine nullatenus suscipiendi[2].

116.

Nicolaus Adalvino Iuvavensi archiepiscopo praecipit, ut concilio provinciae convocato Lanfredus episcopus iuvenis a venationis studio atque ab immoderata filiae suae familiaritate coerceatur. *(864.)*

Coll. canonum: Coll. trium partium I, 62 nn. 56, 57 (Cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 87); Ivonis decr. V, 353 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1126 n. 127); Decr. Grat. c. 1 D. 34. — Cf. J.-E. Reg. n. 2847 (2153); Kehr-Brackmann, Regesta pont. Roman., German. pontif. I, 11 n. 19.

---

*) *Lemmata:* Idem Muuino Iovanensi archiepiscopo. De episcopis aliqua infirmitate correptis *Coll. tr. p.;* Episcopo infirmante, nisi de hac vita migraverit, alter non substituatur, ne commissi talenti pulchritudo deleatur. Nicolaus Aluino Iovanensi episcopo *Ivo;* Pro infirmitate vel egritudine pontifices non sunt abiciendi nec in eorum loco alii substituendi. Item Nicolaus Aluino Iouauiensi archiepiscopo *Grat.*

**) *Lemmata:* Ne clerici a demonibus obsessi ad superiorem gradum possint accedere *Coll. tr. p.;* Ne clerici daemoniaci ad superiores gradus ascendant. Nicolaus Aluuino Iovanensi archiepiscopo *Ivo;* De eodem. Item Nicolaus papa *Grat.*

***) *Lemmata:* De his, qui arborem incidunt, si arbor cadens hominem occiderit *Coll. tr. p.;* De eodem. Item Nicolaus papa *Grat.*

115. a) eorum loco *Grat.* b) conqueritur *Coll. tr. p.* c) his *Grat.* d) recipiendam *Grat.* e) peragant *Grat.* f) Episcopi *Coll. tr. p., Ivo.* g) Domini *Coll. tr. p.* h) susceperunt *Ivo.* i) aministratione *Coll. tr. p.* k) arborem *Grat.* l) *corr. ex* homicidio *Coll. tr. p.* m) interitus *Grat.* n) a gradu *Grat.*

1) *Primum hoc decretum ad causam Hartwigi Pataviensis episcopi (840—866), de qua conferatur supra ep. n. 26 p. 292 c. IV, refert Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 84; ideo praesens epistola eodem anno quo illa responsa ad Ludovicum Germanicum composita esse videtur. Adalvinus, cuius nomen et sedem canonum compilatores plerumque corruperunt, Iuvavensis vel Salisburgensis archiepiscopus sedit a. 859—873. — Cf. etiam ad haec decreta Analecta iuris pontificii X, 171 sq. et Sdralek, 'De Nicolai I. epistolarum codicibus dissertatio' (Wratislawiae 1882) p. 23 cum ann. 2.* 2) *Cum hoc tertio capitulo cf. infra ep. n. 169 (J.-E. Reg. n. †2869). — Praecedentibus annectit Ps.-Liutprandus haec (Migne, Patr. lat. CXXIX, 1252, cf. supra p. 630 l. 33 sqq.):* Item concessit *[scil.* Nicolaus*]*, ut viri, qui pro illicitis poenitentiam agere videntur, si se continere non possunt, post peractam poenitentiam propter periculum fornicationis uxores accipiant. *Num in his verbis quartum decretum Adalvino per hanc epistolam directum, alias autem deperditum conspici potest?*

(864.) Quorundam*[1] relatione fidelium nostris[a] auribus[a] intimatum est, quod Lanfredus episcopus[2], qui et iuvenis esse dicitur[3], venationi sit[b] deditus[b]. Quod vitium plurimos etiam de clericali catalogo[c], genere[c] dumtaxat Germanos et Gallos, inreverentes implicat.
cf. 2. Tim. 2, 22. Verum iste, si ita est, ut audivimus, merito iuvenis dicitur, qui iuvenilibus desideriis occupatus nulla senum[d] gravitate constringitur.

O** miseram vitam hominum et maxime sacerdotum, qui, dum lucrandis fidelibus
cf. Luc. 5, 10. debent insistere, venandis feris incumbunt et, quos capere oportet homines, captant[e] aves et bestias; qui, dum mortibus student animantium, vitam suarum amittunt animarum! O infelicem vitam super omnem vitam! Nam in quo magis quisque carnalis apparet quam in tali vita? Venatorum enim vita nihil praeter carnes capit[4], in qua, dum quisque permansit, numquam probatus est. Nam, ut beatus dicit[f 5] Hieronymus[g], venatorem numquam legimus sanctum. Vae[h] huiusmodi praesulibus, qui, dum[i] debent Petrum,
Matth. 4, 19. Andream, Iacobum et Iohannem, quibus a Domino dictum est: 'Venite post me, faciam vos piscatores hominum', ad imitationem suam eligere, quorum et discipuli sunt, magis
cf. Gen. 10, 9; Gen. 16, 12; Gen. 25, 27. Nemrod[k] et Ismahelem atque Esau reprobos imitantur, qui huiusmodi adinventionibus incubuisse referuntur[h].

Nihilominus autem de hoc episcopo relatum est apostolatui nostro, quod cum quadam filia sua immoderatam teneat[l] familiaritatem et ob id mala fama[m] ei[m] orta sit. Pro qua re a sanctitate tua ceterisque coepiscopis suis ammonitus[n] ac[o] correptus est, sed nullatenus emendatus. Quae res in hoc maxime displicet et magis ac magis de se deteriorem reddit opinionem, in quo beatitudini tuae et coepiscoporum suorum rationi-
cf. Gen. 3. bus non oboedit et per inoboedientiam in culpam protoplasti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam synodale cum episcopis et suffraganeis tuis[p] convocare concilium et hunc salutaribus eloquiis episcopum convenire atque illi pastorali auctoritate praecipere, quatinus et[q] ab omnium bestiarum vel[r] volucrum venatione penitus alienus existat atque ab[s] immoderata filiae suae familiaritate semet[t] omnino[u] coherceat. Quodsi parere contempserit et tam pro venationis declinatione quam pro immoderata filiae suae conver-

---

*) *Lemmata:* Idem Adalguino archiepiscopo de Lanfredo episcopo venationi dedito *Coll. tr. p.;* Quod episcopus vel clericus nullo modo venationi debeat insistere. Idem ad eundem *(cf. supra p. 631 l. 25) Ivo;* Unde Nicolaus papa Adaluino archiepiscopo. Etiam consanguinearum inmoderatam familiaritatem vitare episcopum oportet *Grat.*

**) *Lemmata:* De eodem et de hoc, quod cum filia immoderatam tenebat familiaritatem *Coll. tr. p.;* Item *Ivo;* O — probatus est *(infra l. 11) desunt Grat.*

116. a) auribus nostris *Ivo.* b) *signis appositis corr. pro* deditus sit *Coll. tr. p.* c) *sign. appos. corr. pro* genere cathalogo *Coll. tr. p.* d) *om. Grat.* e) capiunt *Ivo.* f) dixit *Ivo.* g) Iheronimus *Coll. tr. p.* h) Vae — referuntur *(l. 16) desunt Grat.* i) cum *Coll. tr. p.* k) Nemroth *Coll. tr. p.* l) tenebat *Coll. tr. p.* m) ei fama *Coll. tr. p.* n) commonitus *Ivo.* o) atque *Grat.* p) suis *Coll. tr. p.* q) *om. Grat.* r) et *Ivo.* s) *om. Ivo.* t) semetipsum *Ivo.* u) omnimodo *Ivo.*

1) *Hanc epistolam attribuendam esse a. 864, quia Lanfredus episcopus,* qui et iuvenis esse dicitur, *idem esse videtur, cuius in ep. supra n. 26 (p. 292 c. V) ad Ludovicum Germanicum mentionem facit Nicolaus dicens:* De episcopo iuveni facimus, quod pie a nobis rex voluit postulare, *iam coniecerunt Maurini, cf. Analecta iuris pontificii X, 173, quibus assentitur M. Sdralek, De Nicolai codicibus p. 29 ann. 2. Cf. etiam Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 84 ann. 3 et Kehr-Brackmann Reg. l. l. Econtra Ewald in J.-E. Reg. l. l. cautius a. 858—867 retinuit. De Adalvino v. supra p. 631 ann. 1.* 2) *Sabionensis; sed. a. 845, 868, cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 795.* 3) *V. supra ann. 1. Anno autem iam 845 episcopatum tenuit Lanfredus, cf. supra ann. 2.* 4) *Ad haec cf. supra p. 585 ep. n. 99 c. XLIV.* 5) *Comment. in Michaeam proph. l. II c. 5, Migne, Patr. lat. XXV, 1259:* numquam venatorem in bonam partem legi. *V. etiam Ps.-Hieronymi breviar. in Ps. XC, Migne, Patr. lat. XXVI, 1163:* penitus non invenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem.

satione[a] vitanda[a] vobis ammonentibus oboedire distulerit, a vestro collegio excommunicatus abscedat. Quodsi in hoc contumax[b] adhuc[b] apparuerit, a ministerio cessare debebit. 864.

117.

Nicolaus Rodulfi Biturícensis archiepiscopi erga sedem apostolicam reverentiam collaudat, ad consulta eius septem capitulis respondet. Addit de binis aliis litteris ad illum destinatis. 864.

Codd. Forma genuina: Paris. lat. 1458 fol. 197'—198' (B); forma interpolata: Vatic. lat. 466 fol. 55—55' (C). — Conferendae etiam sunt collectiones canonum: Coll. trium partium I, 62 nn. 50—54, 74; Ivon. Decr. V, 56. VI, 121. I, 304. VIII, 125; Ivon. Pan. IV, 29. VI, 126. VII, 15; Coll. Caesaraug. II, 79. III, 51. III, 55. X, 135. X, 97; Decr. Grat. c. 8 C. 9 q. 3, c. 12 D. 23, c. 3 C. 26 q. 7, c. 6 C. 30 q. 1, c. 5 C. 33 q. 2, c. 56 D. 1 de cons.

Edd. Forma genuina: Cordesius, Opuscula et epistolae Hincmari Remensis archiepiscopi (Lutetiae Paris. 1615) p. 715; forma interpolata: Sirmond, Conc. Gall. III, 235 = Mansi, Conc. coll. XV, 389 = Migne, Patr. lat. CXIX, 883; utraque forma: 'Neues Archiv' XXXII, 488. — Cf. J.-E. Reg. n. 2765 (2091).

Forma genuina.

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO RODULFO[1] SANCTAE BITURICENSIS[2] ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO[3].

Susceptis[4] sanctitudinis tuae litteris[5] humilitatis dono refertis cunctarumque[a] virtutum floribus redimitis multiplices gratiarum cultus omnium bonorum auctori rependimus tuamque a multis retro temporibus erga sedem apostolicam agnitam devotionem plurimum conlaudamus atque, ut in hoc salubri proposito perseveres, fraternitatem tuam obnixius adhortamur. Sic enim et sanctae conversationis pedem, quo tendere debeas, perspicatius praenoscere poteris et supervenientia pravorum iacula praevidere et declinare liberius revelante Domino praevalebis, si in apostolicae sedis petra more maiorum praesidium tuum locaveris eiusque fidei, doctrinae vel decretis artius inherere contenderis; quam ille sua

Forma interpolata.

NICHOLAUS RADULFO BITURICENSI ARCHIEPISCOPO.

Conquestus[6] est apostolatui nostro frater noster Sigebodus[a] archiepiscopus Narbonensis[7], quod clericos suos eo invito ad iudicium tuum venire compellas et de rebus ad ecclesiam suam pertinentibus eo inconsulto quasi iure patriarchatus tui disponas; cum hoc nec antiquitas, cui patres sanxere reverentiam, habeat et auctoritas sacrorum canonum penitus interdicat, nisi forte pro causis, quas apud se terminare[b] non possunt, ad te quasi ad patriarcham suum provocaverint[c] vel, si episcopus suus decesserit, res ecclesiae suae iudicio tuo dispensare voluerint.

---

a) vel conversatione *suprascr. pro* familiaritate *Coll. tr. p.;* vitanda conversatione *Ivo.* b) adhuc contumax *Grat.*

117. a) cu- *cognosci non potest B.*

117. a) Siggegodus *C.* b) terminari *C.* c) per appellationes *add. Gratian. et edd.*

1) *A. 840/41—866 (cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 31).* 2) *'Bourges'.* 3) *Ad hanc epistolam et utramque eius recensionem, quarum altera est interpolata, cf. F. Schneider, 'Ein interpolierter Brief Papst Nikolaus' I. und der Primat von Bourges' in 'Neues Archiv' XXXII, 476 sqq. V. etiam E. Lesne, 'La hiérarchie épiscopale' p. 102 ann. (1905); P. Fournier in 'Bibliothèque de l'école des chartes' LVII, 664 (1896). De tempore cf. Anal. iur. pontif. X, 62, 111 et supra ep. n. 29 (p. 295 sqq.).* 4) *Cf. supra p. 629 initium epist. n. 114 cum ann. 5.* 5) *Quae non exstant.* 6) *Cf. Decr. Grat. c. 8 C. 9 q. 3.* 7) *A. 873—885; cf. Schneider, 'Neues Archiv' XXXII, 481 sq. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' I², 305 sq.*

864. *Forma genuina.*

sacravit sessione, quem dominus Iesus Christus ecclesiae suae [voluit[a]] primum et speciale retinere fastigium, quin et caelestis atrii delegit summum constituere ianitorem. Igitur[b] de quo loquimur, beato videlicet Petro, quamvis solito nunc angustius ecclesiasticis simus occupati negotiis et ob id respondere tuis spatiosius nequeamus consultibus, tamen sancto tuo satisfacere desiderio cupientes aliqua ex his inspirante Deo cursim exponere non omittimus.

Cap. I. A corepiscopis asseris multas esse in regionibus vestris ordinationes presbyterorum et diaconorum effectas, quos quidam episcoporum deponunt, quidam vero denuo consecrant. Nos vero dicimus nec innocentes oportere percelli nec ullas debere fieri reordinationes vel iteratas consecrationes. Ad formam enim septuaginta corepiscopi facti sunt[1], quos quis dubitet episcoporum habuisse officia? Sed quia sacri canones[c 2], ne omnes sibi omnia vindicent, ac per hoc dignitas episcoporum ad corepiscopos suos videatur transferri fiatque vilior honor episcopi[3], decernimus nihil in hoc praeter regulas[4] ulterius fieri.

Cap. II. Primates autem nihil privilegii habere prae ceteris, nisi quantum sacri canones concedunt et prisca consuetudo illis antiquitus contulit, difinimus, ita ut secundum Nicenas regulas[5] suis privilegia serventur ecclesiis, praeter si apostolica sedes aliquam ecclesiam vel rectorem ipsius quolibet speciali privilegio decreverit honorare.

Cap. III. Praeterea sciscitaris, utrum solis presbyteris an et diaconibus debeant, cum ordinantur, manus crismatis liquore perungui. Quod in[d] sancta hac Romana, cui Deo auctore deservimus, ecclesia neutris agitur. Sed et quia sit a novae legis ministris actum, nusquam, nisi nos fallat oblivio, legimus. Ergo ad beati Innocentii papae

Forma interpolata.

Primates enim vel patriarchas nihil privilegii habere prae ceteris episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt et prisca consuetudo illis antiquitus contulit, diffinimus, ita ut per Nicenas regulas sua privilegia serventur ecclesiis, praeter si apostolica sedes aliquam ecclesiam vel rectorem ipsius quolibet speciali privilegio decreverit honorare.

Praeterea[6] sciscitaris, utrum solis presbyteris an et diaconibus debeant, cum ordinantur, manus crismatis liquore perungi. Quod in sancta hac[a] Romana, cui Deo auctore deservimus, ecclesia non agitur. Sed et quia sit a novae legis ministris actum, nusquam, nisi nos fallat oblivio, legimus. Ergo ad beati Innocentii papae canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus, et,

---

a) *om. B.* b) *sequitur rasura ca. 14 litterar. B.* c) vetant *supplent edd. praeter Cordesium.* d) *om. B.*

a) ac *C.*

1) *Cf. concil. Neocaesar. c. 13, Mansi II, 546.* 2) *Cf. Leonis I. decr. c. 41, Migne, Patr. lat. LXVII, 295 (J.-K. Reg. n. 411).* 3) *Cf. conc. Sardic. c. 6 (Mansi III, 24):* ne vilescat nomen episcopi et auctoritas. 4) *Cf. conc. Ancyran. c. 12, Mansi II, 525; conc. Antioch. c. 10, Mansi II, 1323.* 5) *Cf. conc. Nicaen. c. 6, Mansi II, 679.* 6) *Cf. Decr. Grat. c. 12 D. 23.*

Forma genuina.

canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus[a], et, quae tibi sint in consecrationibus et ordinationibus observanda, principia paginae[1] ad Decentium Eugubinum episcopum missae te affatim edocebunt.

Cap. IIII. De his vero, qui pro criminibus paenitentiam gerunt et ad cingulum militiae revertuntur, constat eos contra sacras regulas[2] agere. Verum quia crimina non aequalia sunt perhibesque alios horum propter nimiam hebitudinem in desperationem cecidisse[b], alios ob hoc ad paganos fugisse, tibi hoc committimus decernendum, nimirum qui loca et tempus regionis illius modumque culpae necnon et penitentiam et gemitus hominum ad confessionem venientium praesens positus inspicere vales[c].

Cap. V. De[3] his, qui filiastros suos ad confirmationem coram episcopis tenent, id est qui filios uxoris suae de viro priori, dum crismantur ab episcopis, super se sustinent, si inscitia, sicut asseris, fit, licet sit peccatum, tamen non usque ad separationem coniugum[d] puniendum. Lugeant tamen et digna paenitentia hoc diluentes[e] Domino dicant: 'Delicta ignorantiae meae ne memineris'.

Cap. VI. Interfectores suarum coniugum, cum non addis adulterarum vel aliquid huiusmodi, quid aliud nisi homicidae habendi sunt ac per hoc ad paenitentiam redigendi? Quibus coniugium penitus denegatur, exceptis adolescentibus, de quibus est beati papae Leonis[4] vicesima quinta decretalium regula, immo indulgentia observanda.

[Cap. VII.[f]] Porro 'Gloria in excelsis Deo' ab episcopis in caena Domini inter missarum sollempnia more nostro dicenda est.

Forma interpolata. 864.

quae tibi sint in consecrationibus et ordinationibus[a] observanda, principia paginae ad Decentium Egubinum missae te affatim edocebunt.

De[5] his vero, qui[b] pro criminibus penitentiam egerunt et ad cingulum militiae revertuntur, constat eos contra sacras regulas agere. Verum quia crimina non aequalia sunt perhibesque alios horum propter nimiam hebitudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad paganos fugisse, tibi hoc committimus decernendum, nimirum qui loca et tempus regionis illius modumque culpae necnon et penitentiam et gemitus hominum ad confessionem venientium praesens positus inspicere vales.

De[6] his autem, qui filiastros suos ad confirmationem coram episcopis tenent, id est qui filios[c] uxoris suae de viro priori, dum crismantur ab episcopis, super se sustinent, si inscitia, sicut asseris, fit, licet sit peccatum, tamen non usque ad separationem coniugum puniendum. Lugeant tamen et digna penitentia hoc diluentes Domino dicant: 'Delicta ignorantiae nostrae ne memineris'. Ps. 24, 7.

Item[7]. Interfectores[d 8] suarum sine iudicio coniugum, cum non addis adulterarum vel aliquid huiusmodi, quid aliud nisi homicidae dicendi sunt, per hoc ad paenitentiam redigendi? Quibus coniugium penitus denegatur, exceptis adolescentibus, de quibus est beati papae Leonis vicesima quinta decretalium[e] regula, immo indulgentia observanda.

Porro[9] 'Gloria in excelsis Deo' ab episcopis in caena Domini inter missarum sollempnia more nostro dicenda est. Pallio Luc. 2, 14.

---

a) transmisimus *B.* b) adisse *B.* c) *corr. ex* valens *B.* d) coniugii *corr. ex* coniugium *B.* e) *corr. in* deluentes *B.* f) *deest B.*

a) ordinabus *C.* b) *corr. ex* quę *C.* c) *post* filios *del.* suos *C.* d) Interfectiones *C.* e) decretarium *C.*

1) *Mansi III, 1028, Migne, Patr. lat. LXVII, 237 (J.-K. Reg. n. 311).* 2) *Cf. Leonis I. decr. c. 24, Migne, Patr. lat. LXVII, 290 (J.-K. Reg. n. 544).* 3) *Cf. autem Pippini decretum Compendiense c. 15, MG. Capit. I, 38:* Si quis filiastram aut filiastrum ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore sua et alteram non accipiat. Similiter et femina alterum non accipiat. 4) *Migne, Patr. lat. LXVII, 290 c. 25 (J.-K. Reg. n. 544).* 5) *Cf. Decr. Grat. c. 3 C. 26 q. 7.* 6) *Cf. Decr. Grat. c. 6 C. 30 q. 1.* 7) *Cf. Schneider, 'Neues Archiv' XXXII, 478 sq.* 8) *Cf. Decr. Grat. c. 5 C. 33 q. 2.* 9) *Cf. Decr. Grat. c. 56 D. 1 de cons.*

864.

Forma genuina.

Pallio vero apostolico eadem die uti illis solis est licitum, quibus est ab[a] apostolica sede permissum.

Haec quidem inter tanta ecclesiasticorum[b] negotia positi vix saltim summatim fraternitati tuae mittenda decerpsimus. Quae nisi incomparabilis dilectio vestra nos memorata vehementius coartasset[c], nunc respondere consultibus vestris, innumeris impediti necessitatibus, parumper omitteremus[d]. Verum[1] a caritate tua unum hoc necessario postulamus, scilicet ut, cum aliquem forte ad apostolicam sedem miseris, studeat eum tua fraternitas monere, quatinus in redeundo non usquequaque[e] festinus appareat; eo quod omnium Dei ovium[f], sicut ipse nosti, cura constringimur et, cum undique ad sedem apostolicam multi diversa quaerentes confluant, efficimur tardi ad singulos, dum volumus benignitatem et dapsilitatem nostram spargere per diversos. Sane quae in alia nostri apostolatus epistola[2] beatitudini tuae intimamus, solum tuae sollertiae sint pervigili cura sectanda praecipuoque studio peragenda, siquidem circa nos circaque sedem beati Petri non est aliud signum devotionis tuae, quod polliceris, nisi obtemperantia et consummatio decretorum et diffinitionum nostrarum, qui, licet indigni, per habundantiam tamen gratiae Christi ipsius vicarii sumus. Praeterea epistolam alteram[3] sanctitati tuae delatam Hincmaro[4] et ceteris confratribus nostris archiepiscopis in regno Karoli[5] filii nostri gloriosi regis ecclesiam Domini gubernantibus destinare tua sine mora studeat beatitudo. Optamus sanctitatem tuam[g] nunc et semper bene valere.

Forma interpolata.

vero apostolico eadem die uti illis est licitum, quibus est ab apostolica sede permissum.

---

a) *om. B.* b) *corr. ex* ecclesiasticarum *B.* c) *corr. ex* coartassent *B.* d) *corr. ex* omittamus *B.* e) usquaque *B.* f) *ss. al. man. B.* g) *corr. ex* quam *B.*

1) *V. supra ep. n. 114 p. 630 cum ann. 2.* 2) *Quae deperdita videtur esse; cf. Anal. iur. pontif. X, 112.* 3) *Hic significari videtur epistola supra p. 295 sqq. sub n. 29 edita.* 4) *Remensi.* 5) *Scil. Calvi.*

118.

Nicolaus Adonem Viennensem archiepiscopum de ecclesiasticis causis consulentem ex decretis Innocentii I. papae instruit instituta ab apostolis tradita custodienda eaque, quae Romana ecclesia sequatur, ab omnibus aliis ecclesiis observanda esse. 864 Dec. 11. 864 Dec. 11.

Codd. Vatic. Reg. lat. 566 fol. 52—52' (B); Rochell. 387 fol. 92'—93 (C).

Edd. Labbe, Concilia VIII, 564 (1671); Mansi, Conc. coll. XV, 450; Migne, Patr. lat. CXIX, 889.— Cf. J.-E. Reg. n. 2772 (2095).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADONI SANCTAE VIENNENSIS[a] ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO[1].

Saepe sanctitatis vestrae litteras suscepimus, quae nos monebant et obnixe rogabant, ut de ecclesiasticis causis ecclesiam vestram qualiter agere deberet instrueremus[b]. Unde nobis nihil melius visum est, ut sanctitatem vestram ex decretis et institutis praedecessorum nostrorum doceremus, qui, quo ordine ecclesia, cui Deo auctore praeesse dinoscimur[c], sive aliae ab ipsa longe lateque fundatae versentur, in scriptis suis evidentissime nobis tenendum reliquerunt. Beatissimus Innocentius papa ad Decentium episcopum Eugubinum[d], quod tuae sanctitati semper memorari[e] volumus, ita instruendo posuit[2]: Si instituta ecclesiastica[f], ut sunt a beatis apostolis tradita, integra vellent Domini sacerdotes observare, nulla varietas, nulla diversitas in ipsis ordinibus ac consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat[g] esse tenendum, inde diversa in diversis locis vel ecclesiis aut tenere aut celebrare[h] videntur, ac fit scandalum populis, qui, dum nesciunt traditiones antiquas humana praesumptione corruptas, putant sibi aut ecclesias non convenire aut ab[i] apostolis ipsam contrarietatem inditam[k]. Quis enim nesciat aut non advertat[l] id, quod a principe apostolorum Petro Romanae ecclesiae traditum est ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari[m] nec superduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat aut aliunde videatur accipere exemplum? Item post alia[3]: Oportet eos hoc[n] sequi[n], quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne, dum peregrinis assertionibus student, caput[o] institutionum[p] videantur amittere[q]. Item post alia[4]: Si praedecessores tui minus aliquid aut aliter tenuerunt, idcirco nunc respondimus, non quod te ignorare credamus, sed ut maiore auctoritate vel tuos instituas[r] vel, si qui a Romanae ecclesiae institutionibus errant, aut commoneas aut indicare non differas, ut scire valeamus, qui sint, qui aut novitates inducant aut alterius[s] ecclesiae quam Romanae existimant consuetudinem esse servandam.

Data III. Idus Decembres indictione XIII.

119.

Fragmentum epistolae Nicolai ad Wenilonem Senonensem archiepiscopum congregatumque ab eo concilium. 858—865.

Collectiones canonum: Coll. trium partium I, 62 n. 46 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 86); Decr. Grat. c. 12 C. 3 q. 9 (ex quo ed. ap. Mansi, Conc. coll. XV, 608 = Migne, Patr. lat. CXIX, 890 n. 70). — Cf. J.-E. Reg. n. 2780 (2096).

---

118. a) Viennensi *B.* b) *corr. ead. m. ex* instrueremur *C.* c) dinoscimus *C.* d) Gubinum *B, C.* e) *corr. ex* memorare *B.* f) ecolesiastica *B.* g) *suprascr. corr. ex* existimet *B.* h) caelebrare *B.* i) *om. C.* k) *corr. ex* indiecoitam *B.* l) avertat *C.* m) servare *B, C.* n) *suprascr. corr. ex* obsequi *B.* o) capud *C.* p) *corr. ex* institutionem *B.* q) ammittere *B, C.* r) instruas *C.* s) alter ius *B.*

1) *A. 860—875. — Ad hanc ep. cf. W. Kremers, 'Ado von Vienne' I (1911), p. 40 sq.* 2) *Mansi III, 1028 sq., Migne, Patr. lat. LXVII, 237 sq. (J.-K. Reg. n. 311).* 3) *Ibid.* 4) *Ibid.*

865 in. Revera*[1] iustus mediator non est, qui uno litigante et altero absente amborum emergentes lites decernere[a] non formidat[2]. His itaque[b] praemissis volumus et apostolica[c] auctoritate[c] monemus, ut, si presbyter, de quo agitur, post excommunicationem suam apostolicam sedem adire voluerit, nullus iter eius impedire praesumat.

120.

Fragmenta epistolae Nicolai ad Ludovicum II. imperatorem. *865 in.*

Collectiones canonum: Coll. trium partium I, 62 nn. 29. 30 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 84'—85); Decr. Grat. c. 8 D. 96 et c. 3 C. 6 q. 3. — Cf. J.-E. Reg. n. 2791 (2109). Kehr, Reg. pont. Rom., Italia pontificia V, 443 n. 1.

(1) In**[3] scripturis narratur Constantinus imperator dixisse[4]: 'Si[a] vidissem[a] propriis oculis[b] sacerdotem Dei aut aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, clamidem meam explicarem et cooperirem eum, ne ab aliquo videretur.' In quibus igitur, desiderantissime fili, necessario commonemini, ut, quemadmodum fide et religione ac honoris parilitate ei adaequari videmini, ita quoque humilitate atque devotione aequiparari nichilominus anheletis, ita ut in nullo inferior eo, sed potior inveniamini post exempla, qui talem se exhibuit ante talia prorsus exempla. Sed haec quidem diximus cautos vos reddere cupientes, ut, si de Domini sacerdotibus, qui iure patres dicuntur, aliquid vos[c] contigerit[c] audire, quod confusionem piis mentibus ingerat, cf. Gen. 9, 22, 23. non infronitum[5], sed pudoratos Noe[d] filios[d] imitantes patriam de reliquo verecundiam contegatis, ut affluenti, quemadmodum et illi, benedictione repleri moderante Domino mereamini.

(2) Denique*** si Seufredus[e 6] tale in se crimen noverat, quo recte posset episcopatu privari, vel infirmitate se sentiebat forsitan praegravari, qua[f] impeditus nullis possit[g] sua praelatione prodesse, primatis sui debuerat et non aliarum[h] dioceseon antistitum praestolari iudicium. Quodsi quaelibet ambiguitas vel aliqua fortasse super eius

---

*) *Lemmata:* Nicolaus Guaniloni archiepiscopo Sennensi et universo concilio a te congregato. Quod nemo apostolicam sedem adire volentem impedire praesumat *Coll. tr. p.;* Altera parte absente diffinitiva sententia non feratur. Item Nicolaus papa Gallinoni Senensi archiepiscopo *Grat.*

**) *Lemmata:* Idem Ludouuico imperatori[7]. Quod si quid turpe de sacerdotibus Domini auditur, contegatur *Coll. tr. p.;* Facta pontificum inperator iudicare non debet. Idem Lodouico inperatori *Grat.*

***) *Lemmata:* De Seufredo[i] absque primatis sui iudicio ab episcopio remoto *Coll. tr. p.;* Non aliorum, sed primatis sui iudicio quisque se subiciat episcopus. Item Nicolaus papa *Grat.*

119. a) decidere *Grat.* b) ita *Grat.* c) auctoritate apostolica *Grat.*

120. a) *signis appos. corr. pro* vidissem si *Coll. tr. p.;* Vere si *Grat.* b) vidissem *hic exhibet Grat.* c) contigerit vos *Grat.* d) filios Noe *Grat.* e) *suprascr. corr. ex* Siufridus *Coll. tr. p.;* Suffredus *Grat.* f) quia *Coll. tr. p.* g) posset proximis *Grat.* h) aliorum *Grat.* i) *suprascr. corr. ex* Siufrido *Coll. tr. p.*

1) *Wenilo Senonensis archiepiscopus mortuus est a. 865 Mai. 3; ex quo terminus, ante quem haec epistola data est, concluditur. De isto autem concilio (v. supra l. 25) nihil certi constat, ita ut accuratius dici non possit, quo tempore missa sit. Priores autem ex parte et synodum et epistolam anno 862 adscribere voluerunt, cf. 'Neues Archiv' XXVI, 632.* 2) *Cf. supra ep. n. 57 p. 357 l. 8 sq. et ep. n. 90 p. 500 cum ann. 5.* 3) *Haec fragmenta et ea, quae in subsequenti n. 121 edemus, disiuncta iam in Analect. iur. pontif. X, 168 sq., contracta vero in Reg. pontif. Roman. (J.-E. n. 2791) non ex una, sed verisimilius e duabus epistolis effluxisse docent M. Sdralek, 'De Nicolai codicibus' p. 33 sqq. et scheda manuscripta Pauli Ewald. De tempore quoque eis adscribendo apte disserit M. Sdralek eodem loco.* 4) *Cf. supra ep. n. 88 p. 470 cum ann. 4.* 5) *Cf. Ducange, Gloss. IV, 358 s. v. 'infrunitus'.* 6) *Placentinus episcopus (839—870). Cf. ad haec Sdralek, l. l. p. 33 sq., praecipue autem Lib. pontif. ed. Duchesne II, 163 et 171 ann. 69. Kehr, Reg. pont., Ital. pontif. V, 443 nn. *2. *3.* 7) *II. († 875).*

examinatione vel episcopatus abrenuntiatione oborta fuisset contentio, ex more ad apostolicam sedem referri convenerat et nostra in his omnibus debuerant cuncti decreta penitus operiri[a]. Quod quia omissum hactenus, dolemus. Dilectissimam mihi gloriam vestram vehementer efflagito[b], ut paulo[c] remotus[c] iam dictus proprio[d] Seufredus[e] episcopio[f] restituatur[f]. Et si quid reprehensione dignum gessit, postea vel correctione vel digna animadversione diffinietur[g 1]. 865 in.

121.

Fragmenta epistolae Nicolai ad Ludovicum II. imperatorem, in quibus de susceptione Astulfi imperialis legati refert. *865 in.*

Collectiones canonum: Coll. trium partium I, 62 nn. 31, 32 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 85); Decr. Grat. c. 3 D. 97 alterum tantum fragmentum (1) exhibet. Alterum (2) autem ediderunt Analecta iur. pontif. X, 169 ex alio codice collectionis trium partium, quem vocant Iosaphateum. — Cf. J.-E. Reg. n. 2791 (2109).

(1) Nobilissimus*[2] vir atque strenuus vestrae sublimitatis legatus[3] ad[a] nos[a] licet nullam epistolam iuxta consuetudinem a vobis nostro pontificio detulisset, licet numquam apostolicae sedi[b] moris fuerit absque signatis apicibus undecumque legationem suscipere, nos tamen vos in illo[c] honorantes eiusque gravitatem et eloquiorum ipsius[d] veridicas cognoscentes assertiones nichilominus eum et sicut decuit suscepimus et ei, sicut honestum fuit, credidimus.

(2) Illud** vero, quod idem Astulfus dicebat fuisse consuetudinis praedecessorum nostrorum[e] tempore, ut, ex quocumque regno aliqua legatio ad sedem apostolicam veniret[f], optimates Romani interessent, modo vero nullus intersit praeter Arsenium[4], ita non est. Verumtamen quid intersit, utrum in suscipienda legatione omnes in unum optimates Romani an tres ex his vel duo vel certe unus conveniat, dum tamen nil[g] reprehensibile, nil perperam[h], Deo custode, nos penitus ignoramus. Nam si reprehensione aliquid dignum geritur, non tantum de non convocata turba a vobis[i], quantum a Domino de hoc, quod male agitur, potius redarguimur[k].

122.

Nicolaus Salomoni regi Britannorum eiusque coniugi Gyembret pro Festiniano Dolensi episcopo pallium petentibus respondet: hoc se concedere non posse, antequam legitimus ordo in postulatione observatus sit praedecessorumque suorum in huiusmodi causa scripta missa sibi fuerint, ut eorum sententiam ipse sequatur. *865 Mai. 26.*

*) *Lemmata:* Idem eidem[5]. Quod apostolicae sedi moris non sit absque signatis apicibus undecumque suscipere legationem *Coll. tr. p.;* Unde Nicolaus papa: Romana non consuevit ecclesia sine signatis apicibus legationem undecumque suscipere *Grat.*

**) *Lemma:* Quod nichil intersit, utrum in suscipienda legatione omnes in unum optimates Romani an tres ex his vel duo vel unus conveniat *Coll. tr. p.*

a) expectare *Grat.* b) afflagito *Coll. tr. p.* c) *desunt Grat.* d) *hic deest Grat.* e) *corr. suprascr. ex* Siufridus *Coll. tr. p.;* Suffredus episcopus proprio *Grat.* f) restituatur episcopio *Grat.* g) *post. corr., ut videtur, in* diffiniatur *Coll. tr. p.*

121. a) *om. Grat.* b) *om. Coll. tr. p., v. autem supra l. 30 in lemmate;* sedis *Grat.* c) illa *Grat.* d) illius *Grat.* e) vestrorum *Analecta.* f) *corr. ex* venirent *Coll. tr. p.* g) *supplendum esse* sit *vel* fiat *coniciunt Analecta.* h) perperum *Coll. tr. p.* i) *post. corr. in* nobis, *ut videtur, Coll. tr. p.* k) redarguimus *Analecta.*

1) *Significatur ergo hoc loco 'exceptio spolii', quam vocamus.* 2) *Ad ista fragmenta v. ad praeced. epist. n. 120 p. 638 ann. 3. Cf. Sdralek, 'De Nicolai codicibus' p. 33 sqq.* 3) *I. e. Astulfus infra nominatus.* 4) *Ortensem episcopum (cf. supra p. 303 ann. 5), qui ergo eo tempore nondum in Franciam profectus erat. Cf. Sdralek, l. l. p. 35.* 5) *Scil. Ludovico II. imperatori.*

865 Mai. 26.

Cod. Turonensis hodie latet (cf. supra p. 620).

Edd. Martène, Veterum scriptorum et monumentorum nova collectio I, 44 (1700); Martène et Durand, Thesaurus novus anecdotorum III, 862; Morice, 'Preuves de l'Histoire de Bretagne' I, 318; Mansi, Conc. coll. XV, 470; Migne, Patr. lat. CXIX, 925. — Cf. J.-E. Reg. n. 2789 (2110).

SALOMONI BRITANNORUM REGI[1] EIUSQUE CONIUGI GYEMBRET[2].

Proposuerat quidem apostolatus noster per singula gloriae vestrae suggestionibus respondere, sed, utrum fuerint suggestiones, quas quidam presbyter et alii Britannicae gentis homines in scripto nobis detulerunt, apertio ipsius scripti et impressio sigilli, quae paginae decrat, nos ambiguos reddit. Unde vestra prudentia curet necesse est iam post haec sua scripta proprio signo nobis impressa atque[a] . . . . munita mittere, ut nihil addi, nihil minui, nihil immutari, praeter quod a vobis in his inseri iussum fuerit, subdole queat[b]. Unde quia, quae postulasse credimini, pia sunt, dilectioni vestrae super his brevi stilo, quod divinitus fuerit inspiratum, reserare curabimus. Igitur deprecamini nos, ut pallium fratri et coepiscopo nostro[c] Festiniano[3], qui ecclesiae sancti Samsonis[d 4] praeesse dinoscitur, dirigamus. Quod interim ideo non facimus, quia, sicut olim nos scripsisse meminimus[5], ut pro tantae dignitatis gratia nulla sollemnis videtur fuisse[e] emissa[e] petitio nec observata postulatio ordine legitimo consequenti. Ergo, ut multa praetereamus, acto iam tempore studeat[f], qui tanti apud nos meriti esse peroptat et tale opitulante Domino munus adipisci desiderat, scripta illa, quae ab apostolica sede praedecessores eius in acceptione pallii perceperunt, transmittere, quatenus eisdem scriptis, quae a praedecessoribus meis data sunt, diligenter inspectis per eorum quoque et nos vestigia inoffensis gressibus incedamus[6]. Mittat etiam et alia scripta pariter et idoneum ex proprio clero legatum; scripta siquidem fidei catholicae documenta et observandarum beati Petri apostolorum principis cathedrae decretalium sanctionum promissa circumferentia, legatum vero, qui iureiurando positis super sacrum evangeliorum codicem manibus affirmet antistitem suum ita credere atque ita deinceps observaturum esse, sicut illa scripta nobis ab eo missa testari vel continere noscuntur. Quoniam ita est apostolicae sedis auctoritas et sanctae Romanae, cui Deo disponente praesumus, ecclesiae irrefragabilis observatio. Is autem, qui fuerit, ita properet omni ex parte munitus, ut, si necesse est, saltem XXX hic valeat demorari [diebus[g]], quatinus quod utilitas et mos ecclesiasticus dictat affectus recedendi non adimat. Ad ultimum sane[h] monemus, ut, quotienscumque nobis epistolam vestram mittitis, talem hominem hanc deferentem dirigatis, qui nulla inquietudine stimuletur, sed tamdiu apud nos moretur, quousque de quibus consulitis provida consideratione ac sufficienti spatio rescribere valeamus.

Datum VII.[i] Kalendas Iunii indictione XIII.

---

122. a) *f.* sigillo *Mart. et Durand.* b) gerat *Mart.* c) *al.* vestro *Mart. et Durand.* d) Sanxonis *Mart.* e) causa fuisse *Mart.* f) *sic emendavi;* studeas *Mart.;* studeatis *Mart. et Durand.* g) *in marg. supplevit Mart.* h) *sic Mart. et Durand; deest Mart.* i) VIII. *Morice.*

1) *Cf. supra ep. n. 107 p. 620 ann. 1.* 2) *Ad hanc epistolam cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux II², 270 sq.; de la Borderie, 'Histoire de la Bretagne' II, 96 (1898).* 3) *De quo (episcopo a. 859—869) nuper disseruit F. Lot, 'Mélanges d'histoire Bretonne' p. 14—32 (1907), ubi cf. etiam de huius nominis forma (p. 16 ann. 2). Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 388 sq.* 4) *I. e. Dolensi; cf. Duchesne, l. l. II², 385 sqq. Lot, l. l. p. 16, 21. De la Borderie, l. l. II, 96 ann. 3.* 5) *In epistolis, quae supersunt, haec non exstant.* 6) *De his cf. Lesne, 'La hiérarchie épiscopale' p. 94 sqq. Lot, l. l. p. 25.*

123.

Nicolaus respondet ad consulta Arduici archiepiscopi Vesontionensis. Arsenium episcopum, apocrisiarium et missum apostolicae sedis, commendat. 865 ante med. ann. 865 ante med. ann.

Cod. Autisiodorensis hodie latet.

Edd. D'Achéry, Veterum aliquot scriptorum spicilegium (Parisiis 1675) XII, 42 (ed. de la Barre, Parisiis 1723, I, 596) ex cod. Autisiodorensi; Mansi, Conc. coll. XV, 459; Migne, Patr. lat. CXIX, 918. — Cf. J.-E. Reg. n. 2787 (2107).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ARDUICO BISONTIONENSI[1] ARCHIEPISCOPO[2].

Inter cetera virtutum tuarum insignia, quae plurimis sunt grațiarum actionibus cumulanda, summam oboedientiam tenere te conspicimus cum humilitatis fastigio. Et cum tantam in te circa nos animi admirati cernamus alacritatem, mentem tuam apostolorum spiritu tactam non dubitamus. Cui dum a primate suo, cuius nos licet meritis impares vices gerimus, tantum verbo diceretur: 'Vado piscari', illico responderunt aientes: Ioh. 21, 3. 'Venimus et nos tecum'. Ita quoque nunc unanimitatis tuae fraternitas, cum nos pro lucrandis et abstrahendis e salsis et amaris huius mundi gurgitibus fidelium animabus studii gressum ponere solo sermone velle sentiret, protinus quia nos sequi, quia per nostra cupiat vestigia gratanter incedere, nullam dilationem passa suggessit et usque ad mortem se nobiscum contra hostes dimicaturam[a] crebra legatione missa spopondit. Sed oramus omnipotentem Deum, ut, cui factus es in huiusmodi promissione consimilis, protegente ipso efficiaris in negatione dissimilis. Quamquam, etsi tale quid accidisset, idem ipse fuerat in recuperatione forma penitus imitabilis, beatus scilicet Petrus apostolorum princeps, qui Malchi corporali abscissa gladio aure inoboedientiam et in cf. Ioh. 18, 10. Anania et Saphira spiritali verbi mucrone mendacium et avaritiam perculit. Cuius dum cf. Act. 5, 5. 10. sedem veneraris et praecepta sectaris, credimus, quod patrocinia quoque adipiscaris et apud Deum intercessionum suarum tegmina consequaris.

Iam vero ad consulta fraternitatis tuae, de quibus per litterarum tuarum portitorem[3] tibi voluisti responderi, prout Dominus dederit, a quo est 'omne datum optimum et Iac. 1, 17. omne donum perfectum', mentis oculum dirigentes caritati tuae non subtrahemus, sed potius tamquam caelitus gratis acceptum donabimus.

CAPUT I.

Has igitur, quae duobus fratribus nupserint vel qui duas sorores uxores acceperint, concilium Neocesariense[4] usque ad mortem abici et in exitu suo poenitentiae remedium, dissolutis dumtaxat huius coniunctionis vinculis, consequi iubet. Hos autem vel has, qui vel quae post poenitentiam nova coniugia et inhibitos appetivere concubitus, beatus papa Siricius[5] a dominicae mensae convivio separat et solo viatico, cum ad Dominum coeperint proficisci, per communionis gratiam voluit talibus subveniri. Quo ergo pacto aliquo possunt uti coniugio, quibus nec inhibitos denuo repetere concubitus nec rursus nova coniugia licet contrahere, cum etiam dissolutis huiusmodi coniunctionis vinculis nonnisi in exitu poenitentiae remedium tales consequi possint? Non enim, ut sancto innuente praesule Siricio supra meminimus, aut nova coniugia aut inhibitos denuo appetere concubitus hos, qui poenitentiam reservare student, oportet. Praeter haec autem quomodo posset duabus sororibus vir quilibet aut duobus fratribus quaevis mulier copulari et rursus viventibus

---

123. a) dimicatura *D'Achéry.*

1) '*Besançon.*' 2) *A. ca. 859—ca. 872.* 3) *De qua legatione alias nihil invenimus.* 4) *C. 2; Mansi II, 543.* 5) *In epistola ad Himerium Tarraconensem episcopum directa c. 5; Mansi III, 657, Migne, Patr. lat. LXVII, 233 sq. (J.-K. Reg. n. 255).*

illis ad alias nuptias convolare, cum, licet non iure, in duabus tamen personis connubium
cf. Matth. 19, 9; Luc. 16, 18. contractum[a] iam fuerit, et secundum evangelium vivente uno ex matrimonio alter, si
865 ante med. ann. coniugem duxerit, moechatur? Quodsi mortuae iam sunt illae duae sorores vel fratres, quibus vir vel mulier iuncta fuit, et ideo existimatur tertias quemlibet vel quamlibet nuptias contrahere, sciendum est, quia nos non hoc a salvatore nostro, non ab apostolis, non ab apostolicis viris accepimus, sed nec accipiendum mandabimus.

CAPUT II.

Hos vero, qui de propria consanguinitate ac de propria cognatione uxores accipiunt vel nubunt, quis non reprehendat et arguat, cum etiam sancti praedecessores nostri apostolicae sedis antistites, Gregorius[1] scilicet et Zacharias[2], hos anathematis mucrone percutiant et dissolvi huiusmodi copulam utpote bestiarum more contractam omnino voluerint. Iam vero postquam dissoluta copula fuerit, ab invicem separati si possint, quod sciscitaris, ad melius commeare coniugium, nulla ratio patet. Quoniam cum hi poenitentiae summittendi sint, nec hos inhibitos sibi concubitus nec alia nova appetere
cf. 2. Reg. 13, 20. debent coniugia[3]. Denique si Thamar a fratre et concubinae David a filio eius violenter
cf. 2. Reg. 16, 22; 20, 3. oppressae propter incestum[b] coitum nullas nuptias contraxisse refertur et Adonias a
cf. 3. Reg. 2, 23. 24. Salomone morte punitur, eo quod puellam, quae cum patre pudice tantum dormierat, uxorem sibi dari poposcerit: quanto magis hi, qui sponte iunguntur et inrationabiliter miscentur, postquam separati fuerint, dignae poenitentiae summissi debent nullas nuptias, sed castitatem[4] potius appetere de cetero mentis et corporis! Sane si quilibet de hac infausta commixtione post dissolutionem copulae obierit, alter, qui superstes fuerit et in adolescentiae annis adhuc detinetur, si ingruente aliquo forte discrimine egit[c] poenitudinem et se non posse continere conqueritur, coniugis valet remedio subveniri. Cuius indulgentiae formam volumus etiam circa feminas observari. In quo tamen non regulam constituimus, sed cum eximia columna ecclesiae beato Leone[5] papa quid sit tolerabilius aestimamus.

CAPUT III.

Eos autem, qui cum pecudibus miscentur, sancta[6] synodus non nuptialia foedera contrahere, sed inter eos orare praecipit, qui ab spiritu vexantur immundo. Verumtamen si[7] qui sunt iuvenculi, qui tanto piaculo constricti imminente mortis exitio vel captivitatis exulatu poenitentiam gesserunt ac paventes post haec incontinentiae casum ad coniugalis consortii remedia confugerint, ne in crimen fornicationis fortassis inciderent, consilium dinoscuntur veniale sumpsisse, ita dumtaxat, si non modo inrationabilis animantis, pro nefas, de cetero contubernium, verumtamen omnis omnino mulieris, excepto coniugis propriae, consortium declinarent, iustum videlicet Loth imitati, qui, ut vasta Sodomorum
cf. Gen. 19, 20. 23. evadere potuisset incendia, Segor parvam civitatulam, ut vel in ea salvaretur, elegit. Sane non in hoc regulam, sicut superius diximus[8], promulgamus, sed, ne deterius peccetur,

---

a) tractum *D'Achéry ex cod. Autisiod.; annotat: al.* contractum. b) inceptum *D'Achéry.* c) ait *D'Achéry ex cod. Autisiod.; in marg. annot.: f.* egit.

1) *Gregorii II. (715—731) concilium Romanum a. 721 celebratum collectioni Dionysio-Hadrianae insertum (Migne, Patr. lat. LXVII, 343 sq., Mansi XII, 262 sqq.), in quo de coniugiis vetitis decreta exstant, significari videtur, neque vero eiusdem papae ep. ad Bonifacium, MG. Epist. III, 275 sq. (J.-E. Reg. n. 2174), cui contraria est — cf. Sdralek, 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 199 — Gregorii III. (731—741) ep. Bonifacio destinata, MG. Epist. III, 279 (J.-E. Reg. n. 2239).* 2) *741—752. Cf. conc. Roman. a. 743 c. 15, MG. Concil. II, 19 sqq. et epp. Zachariae, MG. Epist. III, 485. 710 sq. (J.-E. Reg. nn. 2277. 2306). — V. etiam supra ep. n. 99 c. XXXIX (p. 582).* 3) *Cf. supra p. 641 l. 34 cum ann. 5.* 4) *In his iam adhibet Nicolaus decretum Leonis I., quod infra l. 25 allegat (cf. ann. 5).* 5) *Cf. Leonis I. papae decr. c. 25, Migne, Patr. lat. LXVII, 290 (J.-K. Reg. n. 544). — V. etiam supra ep. n. 117 c. VI (p. 635).* 6) *Cf. conc. Ancyran. c. 16; Mansi II, 526.* 7) *In sequentibus quoque usque ad p. 643 l. 3 decretum Leonis I. iam laudatum (v. ann. 5) sequitur papa.* 8) *Cf. supra l. 24 sq.*

quod levius arbitramur indulgendum utcumque praevidimus. Denique iuxta plenam satisfactionem nil eis convenientius est, qui tam pernicioso et omni poena plectendo scelere poenitudinem gerunt, quam perseverans castitas non solum corporis, sed et mentis. 865 ante med. ann.

CAPUT IV.[a]

Post[1] mortem vero episcopi qui semel in loco eius electus fuerit, si in nullo a sacris canonibus deviat, et electio eius non a saecularibus quibusque, sed a clero ecclesiae cum consensu primorum civitatis ipsius fuerit composita, et sanctorum patrum in eo consentiant promulgationes et tam fidei dogmatibus quam bonis concordat moribus, nulla debet ulterius ratione removeri. Alioquin ut praevaricatores et tergiversatores, qui hoc temptaverint, a sacris regulis arguentur, et praecipue, qui contra suam professionem vel subscriptionem ierint, canonicis legibus artabuntur.

CAPUT V.

De chorepiscopis, de quibus consulis, utrum presbyteros et diaconos valeant consecrare, sacri te canones[2] satis poterunt edocere. Quomodo autem chorepiscopos posse dicimus ecclesias consecrare, quas nulli episcoporum licet sine nostro[b] praecepto secundum sanctas regulas[3] dedicare? Non ergo chorepiscopis dabimus. Unde vos episcopos tamquam terminos a patribus positos transferentes merito reprehendimus. Praeterea quis infantes debeat consignare, sanctus Innocentius ostendit dicens[4]: De consignandis vero infantibus manifestum est non ab alio quam ab episcopo fieri licere; et rursus[5]: Hoc autem, inquit, solis pontificibus deberi, ut vel consignent vel paraclitum spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum [et[c]] illa lectio actuum apostolorum, quae asserit Petrum et Iohannem esse directos, qui iam baptizatis[d] tradant spiritum sanctum. cf. Prov. 22, 28. cf. Act. 8, 14.

CAPUT VI.

Porro de presbytero, quod[e] non possit restaurationem post lapsum recipere, ut multa praetereamus, beatus papa declarat[6] Gregorius ad Sabinianum inter cetera scribens Iadertinum episcopum: Presbyterum vero, inquiens, de quo nos fraternitas tua latoris praesentium relatione consulit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere aut revocari posse cognoscas.

Haec quidem, frater carissime, in multis occupati vix ad tua consulta rescripsimus. Cetera vero, quae communi consulant utilitati, cum Arsenio venerabili episcopo[7], apocrisiario et misso apostolicae sedis, quem illas in partes direximus[8], cum Deo duce pervenerit, satis valetis abundeque tractare, cui et nostra credere et tua nobis exponenda, cum redierit, poteris sine ulla contrectatione committere. Optamus fraternitatem tuam in Christo nunc et semper bene valere.

---

a) *inscriptionem* De episcopo semel electo *exhibet D'Achéry.* b) vestro *D'Achéry.* c) *om. edd.* d) baptisatis *D'Achéry.* e) qui *D'Achéry ex cod. Autisiod.; in marg. annot.: al.* quod.

1) *Cf. Imbart de la Tour, 'Les élections épiscopales dans l'église de France' p. 137.* 2) *Cf. conc. Ancyran. c. 12 (Mansi II, 525), conc. Antiochen. c. 10 (Mansi II, 1323). Cf. etiam supra ep. n. 117 c. I (p. 634).* 3) *Cf. Gelasii I. ep. ad episc. per Lucaniam etc. constitutos c. 4 et c. 25, Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 364, 375 sq. (J.-K. Reg. n. 636) necnon eiusdem papae epp. ap. Thiel, l. l. I, 391 sq. n. 25, 448 n. 33 (J.-K. Reg. nn. 643, 709). Cf. D. Stiefenhofer, 'Die Geschichte der Kirchweihe vom 1.—7. Jahrhundert (München' 1909) p. 45 sqq. — Chorepiscopis specialiter licentiam ecclesias consecrandi denegat Pseudo-isidorus, cf. conc. Hispal. c. 7, decr. Ps.-Damasi de corepiscopis (J.-K. Reg. n. § 244), decr. Ps.-Leonis I. de privilegio chorepiscoporum (J.-K. Reg. n. § 551), Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 438 sq., 513, 628.* 4) *In epist. ad Decentium Eugubinum episc. c. 3; Mansi III, 1029, Migne, Patr. lat. LXVII, 239 (J.-K. Reg. n. 311).* 5) *Ibidem.* 6) *Greg. M. Registr. VIII, 24, MG. Epist. II, 26 (J.-E. Reg. n. 1513).* 7) *Ortensi. Cf. supra p. 303 ann. 5.* 8) *Ex hoc tempus huius epistolae patet. V. etiam Analecta iur. pontif. X, 62, 129 sq.*

CAPUT VII[1].

865—866. Si quis ex propria cognatione sanguinem occisionis fuderit, sacri canones[2] usque ad mortem abici et inter rebelles deputari sanxerunt.

124.

Nicolaus Egiloni Senonensi archiepiscopo pallium mittit, quamquam aegre fert, quod non ex Senonensi ecclesia, sed ex monasterio quodam ad episcopatum pervenerit.

865—866.

Codd. Paris. lat. 4280 A fol. 80 (B); Bruxell. reg. 495—505 fol. 214 (C).

Edd. Cordesius, Opuscula et epistolae Hincmari (Lutetiae Paris. 1615) p. 774; Sirmond, Conc. Gall. III, 274; Mansi, Conc. coll. XV, 391; Migne, Patr. lat. CXIX, 973. — Cf. J.-E. Reg. n. 2809 (2120).

NICOLAUS EPISCOPUS[a] SERVUS SERVORUM DEI EIGILONI SENNENSI EPISCOPO[3].

Pastoralis[4] curae pondera te humiliter subterfugere voluisse laudamus, sed rursus ad haec portanda humeros mentis oboedienter incurvasse nihilominus approbamus. Impletum est enim in te duorum[5] factum, Hieremiae scilicet et Esaiae, illustrium prophetarum, quorum unus[b] ad praedicationem populi volente Domino mittere de infirmitate
Ier. 1, 6. sua pavescens refugit: 'A, a, a', inquiens, 'domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum'; alter vero de Dei misericordia praesumens quaerenti, quem esset missurus,
Isai. 6, 8. respondit dicens: 'Ecce ego, mitte me.' Quod ergo venire[c] ad tanti culminis onus renisus es, humilitatis quidem solum fuit indicium; quia vero pervenire consensisti, eiusdem extitit humilitatis[d] et comitis eius oboedientiae plenitudo. Quae res una cum sanctitatis tuae praeconio pontificium nostrum, licet difficulter, ut tamen ad confirmationem tui pallium mitteremus, inclinavit. Perhibes enim te non de Sennensi ecclesia extitisse, sed de quodam monasterio[6] ad episcopatum eiusdem ecclesiae pervenisse. Quod nos[7], ubicumque fiat, cum fit, moleste ferimus et graviter omnimodis ducimus, pro conculcatione[e] scilicet sacrorum canonum et aspernatione clericorum, qui crescentes in sua ecclesia et virtutibus operam et probis moribus honestatem ac sapientiae studiis diligentiam impendisse per singularum aetatum[f] incrementa probantur. Quid autem suffragatur consensus episcoporum, ubi non pro regulis paternis, sed contra regulas adunatur? Tum[8] quippe alter de altera eligendus est ecclesia, cum de civitatis ipsius clericis, cui est episcopus ordinandus, nullus dignus potuerit inveniri[g]. Quod evenire in tam ampla diocesi[h] nec nos credimus nec praedecessores nostros apostolicae sedis praesules credidisse repperimus[i]. Cuiuscumque itaque sit sanctitatis dono quilibet praeditus, alienos non debet labores
cf. Exod. 20, 17; Deut. 5, 21. praeripere; quippe cui iubetur nihil eorum, quae proximi sunt, aliquo modo concupiscere. Eo enim ipso, quo quisque alteri pertinentia iura subripit, sanctitatis gratiam perdit. Nam quae sanctitas vindicat[9] mercedem alteri debitam? Quae sanctitas alterius sibimet

---

124. a) *deest C.* b) unꝯ *C.* c) venienire *B.* d) eius *add. B.* e) concultatione *C.* f) uetatum *B.* g) invenire *B.* h) dyocesi *B.* i) reperimus *B.*

1) *Hoc capitulum postea epistolae iam perfectae additum esse videtur.* 2) *Cf. Gregorii III. ep. ad Bonifacium, MG. Epist. III, 280 (J.-E. Reg. n. 2239).* 3) *'Sens' (865/866—871). Tempus huius et sequentis epistolae, quas Analecta iur. pontif. X, 62, 130 post med. a. 865., J.-E. Reg. nn. 2809, 2810 ad a. 866 ponunt, non satis constat. 'Terminus post quem' eo datur, quod Wenilo, Egilonis decessor, mortuus est 865 Mai. 3.* 4) *Cf. prima verba Gregorii I. prologi ad librum regulae pastoralis, Migne, Patr. lat. LXXVII, 13, MG. Epist. I, 37 (J.-E. Reg. n. 1094).* 5) *Cf. Gregorii I. lib. regul. pastor. I c. 7, Migne, Patr. lat. LXXVII, 20.* 6) *Flaviniaco (hod. 'Flavigny'), cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 421. Antea Prumiensem abbatiam regebat, cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' I², 391.* 7) *Cf. ad haec Imbart de la Tour, 'Les élections épiscopales dans l'église de France' p. 149. Dümmler, l. l. II², 215.* 8) *Cf. Coelestini papae decr. c. 18, Migne, Patr. lat. LXVII, 276 (J.-K. Reg. n. 369).* 9) *Cf. ann. praecedentem.*

fructus usurpat? Unde iam[a], quia super hac parte ad sacras regulas patrum minus quam oportuit est respectum, saltem ad evangelicas fuisset paginas properatum, in quibus legitur, quia, cum milites, quid facturi essent, Iohannem baptistam interrogarent, protinus ab eo inter alia, ut contenti essent stipendiis suis, audiere praeceptum. Ubi considerandum est, si militibus saeculi, ut suis[b] sint stipendiis contenti, a Iohanne plus quam propheta iubetur, quanta poena plectendi sunt milites Christi, qui quoquo modo in[1] stipendia obrepunt aliena. Verum quid opus est nos haec affatim exaggerare, quae sanctitas tua nos cogit interim dissimulare? Porro cum ad te tuosque compatriotas et consacerdotes in regionibus illis constitutos, ubi peculiarius habetur ista temeritas, litteras[2] apostolatus nostri patrios vobis canones rememorantes et hinc vos communiter admonentes Deo duce destinaverimus, oportebit utique a vobis vel a quoquam nihil tale de cetero fieri: alioquin praesumptorem et circa sancta decreta contumacem eorundem involvi decretorum iure sententiis. Tu praeterea, frater karissime, propositum observa[3] et, qui diu in monasterio moratus es, a pristino voto divertere noli. Quod enim diu in humili habitu custodisti, profecto indecens est, si nunc in potiori positus dimiseris ordine, hoc ipsum sancta quoque scriptura venerandisque decretis pleniter edocentibus. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere. 865—866. cf. Luc. 3, 14.

125.

Nicolaus Karolum (Calvum) regem de pallio Egiloni archiepiscopo concesso certiorem facit, sed, quia non ex Senonensi ecclesia electus sit, indignatur. Ut rex ad huiusmodi transgressionem neminem impellat, exposcit. Petit, ut Senonensi ecclesiae res ablatae reddantur. *865—866.*

Codd. Paris. lat. 4280 A fol. 79 (B); Bruxell. reg. 495—505 fol. 213 (C).

Edd. Cordesius, Opuscula et epistolae Hincmari (Lutetiae Paris. 1615) p. 772; Sirmond, Conc. Gall. III, 273; Mansi, Conc. coll. XV, 392; Migne, Patr. lat. CXIX, 975. — Cf. J.-E. Reg. n. 2810 (2121).

NICOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTISSIMO FILIO KAROLO GLORIOSO REGI[4].

Cum acceptae dilectionis vestrae legeremus epistolae[5] textum et per eum in Sennensi[a 6] metropoli delegatum antistitem[7] miris vos praeferre laudibus comperissemus, non solum de illo, verum etiam et de vobis ingenti sumus exultatione referti. De illo quidem, quoniam talem hunc fama praedicat, qualem debere episcopum apostolus indicat, qui scribens oportere illum[b] testimonium habere bonum et ab his, qui foris sunt, praedicat; de vobis autem, quoniam Deo gratias semper ea[c], quae[c] meliora sunt, diligitis, semper, quae preciosiora sunt, domino Deo a cunctis offerri desideratis. Sed quamvis haec nos valde laetificent, multum tamen contristant, quia idem venerabilis vir non de ipsa ecclesia, sed de quodam monasterio[8] fuisse perhibetur. Denique cum erga monachos eadem profecto regula, quae circa clericos, qui provehendi sunt, conservanda sit, indecorum tamen, quin potius illicitum est in[1] aliena stipendia quenquam obrepere et ex transverso venientem in castra, inter quae non militavit, ducatum arripere, beatissimo apostolicae sedis praesule Celestino praecipiente atque dicente[9]: Tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clericis, cui episcopus est ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credimus, potuerit inveniri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis cf. 1. Tim. 3, 7.

---

a) etiam *B.* b) tantum *add. B.*

125. a) -ensi *in ras. B.* b) et *add. B.* c) ae quae *B.*

1) *Cf. supra p. 644 ann. 8.* 2) *Quae non exstant. V. etiam sequentem epist. p. 646 l. 24 sqq.* 3) *Cf. Anal. iur. pontif. X, 131 sq. ann. 4.* 4) *Calvo. De tempore v. supra p. 644 ann. 3.* 5) *Non exstat.* 6) *Hodie 'Sens'.* 7) *Scil. Egilonem. Cf. praeced. epist.* 8) *Flaviniaco ('Flavigny'). Cf. supra p. 644 ann. 6.* 9) *Coelestini decr. c. 18, Migne, Patr. lat. LXVII, 276 (J.-K. Reg. n. 369).*

865—866. ecclesiis proferantur. Habeat unusquisque suae fructum militiae in ecclesia, in qua suam per[a] omnia officia transegit aetatem; in aliena stipendia minime alter obrepat nec alii debitam alter sibi audeat vindicare mercedem. In quibus verbis perspicacitas dilectionis vestrae prudenter attendat, quoniam aut de ecclesiae Sennensis clericis, qui ordinaretur, nullus dignus inventus est, quod evenisse non credimus, maxime cum sit metropolis et clericorum numerositate non careat[b], aut certe his iure minime reprobatis aliunde, qui eis irregulariter praeponeretur, electus est et, qui aliorum fructus laborum comederet, adinventus; nimirum cum reverendae memoriae decessor huius tantis a vobis praeconiis efferatur, ut nullum in eadem ecclesia, cui non modico tempore praefuit[1], qui ei canonice subrogari posset, relinqueret, quod prorsus incredibile iudicatur. Cum ergo familiarius in regionibus vestris sit haec temeritas et sacrorum super hoc canonum violatio dilatata, necesse est nostram sollicitudinem pro hac amputanda specialius impendere diligentiam.

Quapropter et dilectionem vestram, cuius opera non partim, sed ex toto placere summo arbitri cupimus, obnixe deposcimus, ut[c] sic zelum iustitiae habeat, ut hunc secundum scientiam teneat; sic oculos ex una parte vigilanter aperiat, ut ex altera parte nihilominus videat. Illi vero, qui in sacrarium provehuntur, sic de collatis sibi donis caelitus gratias referant, ut non sicut Phariseus[d] in alterius derogationem temere
cf. Ps. 63, 4. linguas exacuant; periculosum est enim taliter omnes ecclesiae ministros spernere et eis improvisum[e] et non optatum praeponere. Quod quia crebro praesumptum esse nonnullis querimoniis[f] ex hoc gementium didicimus[2], vos merito diligentes, ut ad tantam transgressionem neminem impellatis, exposcimus[3]. Alioquin nos sanctarum minime regularum
cf. Eph. 6, 14; 1. Petr. 1, 13. immemores nec segnes executores admodum existentes adversus temerarios succinctis lumbis illas defendere procurabimus et auxiliante Christo nobis et ecclesiae consulentes ipsius de cetero aequanimiter violatores earum nullo modo sustinebimus. Usquequo tamen eandem praevaricationem incipiamus generalis decreti nostri[4] ligone de regionibus vestris radicitus extirpare, parcendum huic fratri iam et coepiscopo nostro praevidimus. Unde et pallium iuxta consuetudinem antecessorum suorum utendum ei secundum postulationem vestram direximus[5]. Sed petimus, ut, sicut nos vos audientes id ei concessimus, ita pietas vestra pro eo, quod poscimus, ipsi largiri munifica dapsilitate dignetur, res videlicet et quaeque ab ecclesia Sennensi ablata quoquo modo dinoscuntur, quatinus, sicut idem per nos concesso tanto munere exterius decoratur, ita quoque[g] de redditis ecclesiae sibi commissae per clementiam vestram interius gratuletur. Quod pietatis opus vobis suadere cupimus etiam circa reliquas regni vestri ecclesias exercendum, scilicet ut nec[h] hoc innumeris mirificisque actionibus vestris deesse bonum pacto quolibet agnoscatur. Nam quantum sit detestandum res a piis regibus et devotis hominibus[i] Deo donatas permissu vestro subtrahi et mundialibus usibus deputare, quia epistolaris locutionis modum excessimus, vestrae sapientiae subtiliter considerandum relinquimus.

126.

Nicolaus Salomoni regi Britannorum denuo pallium pro Festiniano episcopo Dolensi petenti Turonensem ecclesiam metropolim Britanniae esse rescribit. Si aliquibus auctori-

---

a) super *C.* b) areat *C.* c) uti *C.* d) Pharisęus *C.* e) inprovisum *C.* f) quęrimoniis *B, C.* g) qq̄ *B.* h) ne *C.* i) a *add. B, C.*

1) *Wenilo, Egilonis decessor, a. 837 nondum Senonensis archiepiscopus ordinatus erat, sed a. 838—840 promotus esse videtur. Mortuus est a. 865 Mai. 3. Cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 421.* 2) *Maxime contra Photium ex laico patriarcham factum Nicolaum pugnasse constat.* 3) *Cf. Dümmler et Imbart de la Tour locis supra p. 644 in ann. 7 laudatis.* 4) *Hoc* generale decretum *a Nicolao non esse prolatum videtur. V. etiam supra ep. n. 124 p. 645 l. 8 sqq.* 5) *V. epistolam praecedentem.*

tatibus apud Britannos propriam metropolim fuisse probare valeat, Romam eas dirigat; simulque Turonensis ecclesia auctoritates sua iura testantes transmittat. 865—866. 865—866.

Cod. Turonensis hodie latet (cf. supra p. 620).

Edd. Martène, Veterum scriptorum et monumentorum collectio nova I, 45 (1700), qui annotat: 'Haec epistola uti et sequens ad Festinianum [infra n. 127] in ms. membrana [Turonensi] desumta notatur ex fine Regesti *Nicolai papae'; Martène et Durand, Thesaurus novus anecdotorum III, 863; Morice, 'Preuves de l'histoire de Bretagne' I, 319; Mansi, Conc. coll. XV, 471; Migne, Patr. lat. CXIX, 970. — Cf. J.-E. Reg. n. 2807 (2118).*

Lectis[1] gloriae vestrae litteris, quas nostro praesulatui sine impressione signaculi alicuius dirigere visi estis, reperimus in eis vos nobis mandasse, quod et ante vos saepe mandastis[2], scilicet ut pallium Festiniano venerabili Dolensi[3] antistiti ab apostolica sede, cui divinitus praesumus, mitteremus. Sed antequam ad haec consulta aliqua rescriberemus, convenerat nobis pro hoc, quod nomen vestrum apostolico nomini scribendo praeposuistis[4], vos modesta increpatione corrigere. Tamen quia apostolica mansuetudo neminem repentina umquam invectione redarguit et per negligentiam forte scriptoris hoc evenisse utcumque cognovit, distulit vos modo pro meritis coercere; quod tantum volumus emendetis, quantum correctioni ecclesiasticae pro tam praesumptiva factione subiacere formidatis.

De pallii[a] vero directione, quam dicitis, simulque Turonensi metropoli saepius vobis ea, quae rationis sunt, scripsimus[5]; sed, sicut in litteris vestris relegimus, ad scripta nostra auris, non[b] cordis[b] inclinastis intuitum. Restat ergo, ut tandem, quae sit apud vos antiquitus metropolis, intueamini. Metropolis enim vestra est, sicut dudum vobis significavimus[6], Turonensis ecclesia, ut sese habent munimenta praedecessorum nostrorum et priorum exempla ostendunt, ad quam vestrae regionis episcopos oportet recurrere et eius iudicii sententiam, reservata sedis apostolicae potestate, exquirere modis omnibus non detractare; quoniam reprehensibile esse videtur, ut ob divisionem regni quis sibi talia, qualia inter vos audiuntur, vindicare nitatur. Quapropter, fili mi, ne praebeatis ista volentibus assensum, sed et alios ad verba vestra per exemplum oboedientiae accendatis et, sicut ait apostolus, 'humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore tribulationis'. Quia, si monitis nostris oboedientes extiteritis, omnibus bonis replebimini et post finem huius saeculi regnum, quod vivit in aeternum, orantibus sanctis apostolis capietis. Porro si aliquas auctoritates habetis, quae apud Britannos metropolim fuisse declarent, aut decessorum nostrorum pontificum quaecumque scripta id ostendentia retinetis, ad nos ea dirigite. Mittat etiam et Turonensis ecclesia nobis similiter, si habet, auctoritates, quae illam suffraganeam suam extitisse testentur, quatenus utrisque partibus auditis, inter utramque quae sit metropolis, cognoscamus, quia, sicut vos clamatis, et illa clamat metropolitanatus iura apud Britannos regni istius tenuisse atque tenere. Aut si forte saepedicta ecclesia auctoritates aut vestra, quas habuit, perdidit, amissionis illius modum reserate aut ex utrisque partibus idoneos praecipuosque legatos, qui sciant plenam de omnibus reddere nobis rationis integritatem, nobis transmittite, ut, sicut praediximus, inter vos adiuvante Domino finem ponamus.

1. Petr. 5, 6.

---

126. a) pallei *Mart.* b) cordis non *Mart.*

1) *Anno 865 Analecta iur. pontif. X, 62, exeunti a. 865 vel ineunti a. 866 de la Borderie, 'Histoire de la Bretagne' II, 97 hanc epistolam attribuunt.* 2) *V. supra ep. n. 122 p. 640.* 3) *V. supra p. 640 ann. 3.* 4) *Ad hoc cf. W. Michael, 'Die Formen des unmittelbaren Verkehrs zwischen den deutschen Kaisern und souveränen Fürsten' (1888) p. 77.* 5) *Cf. supra ep. n. 122 p. 640.* 6) *Cf. supra ep. n. 107 p. 621sq. Levillain in 'Le Moyen Age' 1902 p. 233.*

127.

866 Mai. 17. *Nicolaus Festinianum Dolensem episcopum propter formam epistolae eius reprehendit; pallium ei renuit, donec ius metropolitanatus illius ecclesiae contra antiquitus firmatum ius Turonensis ecclesiae probatum sedes apostolica cognoverit.* *866 Mai. 17.*

Cod. Turonensis hodie latet (cf. supra p. 620).

Edd. Martène, Veterum scriptorum et monumentorum collectio nova I, 47 (1700) (v. etiam supra p. 647 l. 5 sq.); Martène et Durand, Thesaurus novus anecdotorum III, 864; Morice, 'Preuves de l'histoire de Bretagne' I, 320; Mansi, Conc. coll. XV, 472; Migne, Patr. lat. CXIX, 969. — Cf. J.-E. Reg. n. 2806 (2117).

Dilectionis[1] vestrae, quamquam sine impressione signaculi nominis alicuius, susceptis apicibus, multo aliter, quam apostolatus nostri monueramus litteris[2], in eis vos scripsisse, immo egisse cognovimus. Nam in fronte paginae vestrae vestrum apostolico nomini non veriti estis praeponere[a], temeritate potius quam simplicitate prorsus utentes. Sed cum iam pro hoc ipso factum vestrum reprehenderimus, valde miramur, cur non resipiscitis, modum vestrum minime transcendentes et, quo non congruit, gressus ducentes; pro quibus sine congrua invectione non iam evaderetis, nisi nos, utrum a vobis an non idem[b] apices destinati essent, qui signo vestro carere videbantur, intentio dubios redderet, et apostolica mansuetudo correctionis adhuc tempus more solito protelaret; quod tantum[c] emendetis[c], quantum correctioni ecclesiasticae pro tam praesumptiva factione subiacere pavescitis.

cf. Hebr. 9, 10.

Monueramus[3] siquidem vos, qui pallii usum quaeritis Dolensi ecclesiae destinari, ut scripta illa, quae ab apostolica nostra sede praedecessores vestri in susceptione pallii perceperant, nobis direxissetis, quatenus nos eisdem diligenter inspectis per decessorum nostrorum vestigia gauderemus[d], subiungentes, ut epistolae, quatenus magis creduli redderemur, cum episcopali et regia bulla signatae, et missus vester idoneus scripta ipsa subsequerentur. Sed vos facere id distulistis. Postremo contentione apud Britannos, quis fuerit metropolitanus, oborta statuimus[4], ut ad Turonicam sedem, quam metropolim vestram esse plurium iudicia demonstrant, recurreretis aut ad apostolatum nostrum destinare contenderetis, quatenus, quae fuerit apud vos metropolitana ecclesia, appareret. Sed neutrum horum perficere voluistis. Quapropter, quia Turonensis ecclesia, quantum comperimus, metropolis vestra est[5], restat, necesse est, ut ipsam vestri sequantur episcopi ipsamque in suis negotiis adeant et ipsius iudicium exquirere non detractent, sicut se habent monumenta decessorum nostrorum pontificum et priorum exempla evidenter ostendunt. Quia[6] vos, qui tantum septem episcopos habetis[7], quae causa ecclesiasticae traditionis vos sinat habere metropolim, ignoramus; praecipue cum episcopus non a septem, sed a duodecim audiri praecipiatur[8], et, cum alicuius negotii inter vos causa ventilanda emerserit, quae duodenario numero episcoporum debeat audiri, cum ob divisionem regni vicini non possint vocari antistites: unde fit, ut damna ecclesiae pro talibus generentur, quemadmodum factum in illis de episcoporum deiectione[9] reminiscimur

---

127. a) proponere *Mart. et Durand.* b) iidem *Mart.* c) *sic emendavimus secundum supra p. 647 l. 16 sq.;* tamen evidenter *edd.* d) *sic Mart.; sed annotat: l.* graderemur.

1) *De his litteris cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 271 sqq.* 2) *V. supra ep. n. 122 p. 640.* 3) *V. supra ep. n. 122 p. 640.* 4) *Significatur ep. supra n. 107, cf. p. 622.* 5) *Cf. supra p. 621 sq. (ep. n. 107), p. 647 l. 22 sq. cum ann. 6 (ep. n. 126).* 6) *Ad haec cf. Levillain in 'Le Moyen Age' 1902 p. 229 contra de la Borderie, 'Histoire de Bretagne' II, 98. F. Lot, 'Mélanges d'histoire Bretonne' p. 88 sq. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 271 ann. 4. Lesne, 'La hiérarchie épiscopale' p. 88 sq.* 7) *'Quimper', 'Vannes', 'Léon', 'Alet', 'Dol', 'Saint-Brieuc', 'Tréguier'.* 8) *Cf. conc. African. c. 12, Migne, Patr. lat. LXVII, 188. V. etiam supra ep. n. 107 p. 621 l. 9 sq., p. 622 l. 5 sq.* 9) *Cf. supra ep. n. 107 p. 620 cum ann. 2.*

regionibus. Vos tamen ne vocemini metropolitanus, quousque scripta decessorum vestrorum praesulum, quae in acceptione pallii vestri perceperunt praedecessores, nobis mittatis: quia, si pallii munus ab hac sancta sede vestra promeruit ecclesia, sine scriptione aliqua, quam in archivis vestris recondere debuistis, tantae dignitatis donum concessum minime vobis fuit. Scripsistis praeterea nobis, ut huius Romanae sanctae ecclesiae praesul Severinus Restoaldum[a] decessorem vestrum, sicut in nostris legitur gestis[1], in archiepiscopum consecrasset et Adrianus[2] cuidam Iuthinaelo[b] pallium dedisset. Sed nos utrorumque gestis revolutis nihil in eis super his penitus valuimus reperire. Tamen ut anceps intentio e medio auferatur, si adeo contentiosius agere vultis, ut Turonensem sedem vestram metropolim non esse dicatis, sancimus, ut diximus, mandantes fratri et coepiscopo nostro Herardo[c 3], qui ei praesidet, ut ad nostrum pontificium legatum suum transmittat; cum eo strenuos vestros dirigatis legatos pariterque scripta, quae protulimus, destinantes, quatinus utrisque partibus coram nobis auditis aequa lance causa librata, quae sit apud vos metropolitana ecclesia, luce clarius agnoscatur.

858—867 (863?).

cf. Deut. 13, 5.

Datum XVI. Kalendas[d] Iunias indictione XIV.

128.

Fragmentum epistolae Nicolai ad Hincmarum Remensem archiepiscopum directae. 858—867 (863?).

Collectiones canonum: Coll. trium partium I, 62 n. 33 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 85); Decr. Grat. c. 21 C. 3 q. 9 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1123 n. 120). — Cf. J.-E. Reg. n. 2838 (2146).

Necesse*[4] est secundum sacrarum omnia[a] scripturarum documenta ac secundum iustitiae trutinam et accusatum et accusatorem simul adesse; oportet[b] etiam[b] unam partem, quantacumque[c] et qualicumque praedita[d] sit auctoritate[e], sic prorsus audiri, ut alteri parti nullum praeiudicium irrogetur.

cf. Act. 25, 16

---

*) *Lemmata:* Nicolaus Higmaro Remorum archiepiscopo. Quod necesse sit accusatorem et accusatum simul adesse *Coll. tr. p.;* Accusator et accusatus simul debent adesse. Item Nicolaus papa Igmaro Remorum archiepiscopo *Grat.*

a) *al.* Bestovaldum *annot. Mart.* b) *al.* Iunemeno *annot. Mart.;* Iuthinaleo *Mart. et Durand.* c) Heraldo *edd.* d) Calendas *Mart.*

128. a) *om. Grat.* b) et *Grat.* c) quantamcumque *Coll. tr. p.* d) prodita *Coll. tr. p.* e) veritate *Coll. tr. p.*

1) *Festinianum errore constrictum in hoc significare voluisse vitam Sergii I. papae (687—701) — non Severini papae (638?—640) —, qui* ordinavit Bertoaldum — *non* Restoaldum — Britanniae *(i. e. Cantuariensem)* archiepiscopum *(cf. Lib. pontif. ed. Duchesne I, 376. 381 sq. ann. 48, ed. Mommsen I, 216), sagaciter coniecit Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 271 sqq. Cuius coniecturam refutabat de la Borderie, 'Histoire de la Bretagne' II, 99 cum ann. 6; assentiuntur autem ei — et recte, ut videtur — L. Levillain in 'Le Moyen Age' 1902 p. 229 sqq., F. Lot, 'Mélanges d'histoire Bretonne' p. 25 sq. V. etiam quae ipse respondit L. Duchesne in 'Revue celtique' XXII, 244 sqq. (1901).* 2) *I. (772—795). De re cf. Duchesne 'Fastes' II², 273 sq.* 3) *Turonensi archiepiscopo (855/856—871).* 4) *Certo dici non potest, ad quam rem quodque tempus hoc fragmentum, quod a. 858—867 a Jaffé-Ewald in Regestis, a. 863 labenti autem in Anal. iuris pontif. X, 64 attribuitur, spectet. Sed, si coniecturam proferre licet, fortasse ex epistola quadam, quam de causa Rothadi Nicolaus Hincmaro a. 863 medio vel mense Oct. in. scripsit, hodie deperdita haustum est. Cf. supra p. 374 l. 7 sqq. — et praecipue verba:* quia unam partem sine altera audire non possumus — *cum ann. 6 et 7.*

129.

858—(864?) 867. *Nicolaus Rivoladrum episcopum de poenitentia, quam agere debeat Cumarus, certiorem facit.* *858—(864?) 867.*

Codd. Paris. lat. 1458 fol. 187—187' (B); Paris. lat. 1453 fol. 1 (C). — Cf. Collectiones canonum: Coll. Britannica Var. I, 31 (cod. Mus. Brit. addit. 8873 fol. 98') cum inscriptione: Nicholaus papa Livoladro; *Ivon. Decr. X, 33 cum inscriptione:* De poenitentia eius, qui tres filios occiderat. Nicolaus papa Rivoladro episcopo. *Insunt in eis initio epistolae omisso haec:* Istum Cumanum (Wimarum *Ivo*) ad apostolorum limina — paganos non ferat *(l. 16—36).*

Edd. Baronii Ann. eccles. a. 867 n. 131; Sirmond, Conc. Gall. III, 188; Mansi, Conc. coll. XV, 388; Migne, Patr. lat. CXIX, 1130. — Cf. J.-E. Reg. n. 2852 (2162).

NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO RIVOLADRO EPISCOPO[1].

Dominici gregis curam caelesti dogmate plenam ita convenit episcopis observare, quatenus pro suscepti[a] ovilis[a] neglectu[b] aliquod periculum non incurrant. Undique etenim venientes admodum plurimi suorum facinorum proditores, quantum dolorem inferant pectori nostro, plus singultu[c] reminiscimur, quam calamo scribi queat[d]. Inter quos videlicet istum Cumarum ad apostolorum limina festinasse cognoscite et paenitentiae modum pro perpetrato trium filiorum[e] homicidio sibi impositum manifestasse. Quorum quaedam temperavimus, eo quod suffragia apostolorum principis nutritoris[f] nostri postulare devote festinavit[g]. Nam eundem ad beati archangeli oraculum ire volentem instantia temporis[h] revocavit atque constitutionis sibi impositae modum continentem[i] epistolam vestrae sanctitati deferendam apostolica sollicitudo transmisit. In ea igitur, hoc est in ista, ita statutum est, ut triennio ante fores ecclesiae pro peccatis suis oraturus consistat et deinde inter auditores permaneat quadriennio; ut septem annorum curricula absque communione dominici corporis ac sanguinis ducat[k], ita quidem, ut omnibus diebus vitae suae carnem[l] non manducet et in isto septennio vinum non sumat nisi diebus dominicis et festivitatum; abinde quinquennio[m] tribus diebus per septimanam a vino abstineat, ut duodecim annis quantitas paenitentiae extendatur. Liceat itaque illi uxorem propriam non deserere[2], ne forte incidat in adulterium[n] et pro occasione unius delicti praecipitetur fragilitate carnis in peius. Concessimus etenim ei calciatum ad vos pervenire ac deinde triennio discalciatum ire debere et vestimentis secundum quantitatem[o] temporis et aeris[p] temperiem indui atque lacte perfrui. Ceterum vero ita actus[q] ipsius discernentes per omnia considerate atque disponite, quatenus et ewangelica[r] misericordia in[s] illo agnoscatur et canonica auctoritas[s] conservetur. Attamen permittimus eum caseum sumere[t] atque possessionem suam habere et post septimum annum usque ad diem mortis perseveret in iam dicta paenitentia[u] atque arma nisi contra paganos non ferat. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere.

cf. Matth. 5, 7.

---

129. a) susceptio vilis *B.* b) neglecti *B, C.* c) *corr. ex* singulti *al. atram. B;* singulti *C.* d) *ras. corr. ex* queat *B.* e) suorum *add. C.* f) *verbum eras. ante* nostri *B.* g) temptaverit *coll. Brit.* h) *verbum eras. post* temporis *B.* i) *sic coll. can. et edd.;* continentiae *B, C.* k) *ss. al. m. B; om. C;* transeat *coll. can.* l) panem *C.* m) nq *ss. al. m. B.* n) *corr. ex* adulterio *B;* adulterio *C.* o) *sic codd.;* qualitatem *edd.* p) a *ss. al. m. B.* q) *corr. ex* actis *B;* actis *C.* r) *lacuna inter* n *et* g *B.* s) in — auctoritas *ead. m. scr. in marg. C.* t) sūmere *B, C.* u) penitentia *B.*

1) *Nomine Rivoladri, quem Livoladrum vocat collectio Britannica (v. supra l. 4 sq.), significari fortasse Rethwalatrum episcopum Aletensem ('Alet'), cuius a. 856—864 saepius mentio fit, conicit Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 384.* 2) *Cf. infra p. 658 sq. ep. n. 139 cum ann. 3.*

130.

Nicolaus Karolum Calvum regem opus Dionysii Areopagitae a Iohanne Scotto e Graeco translatum sine ulla cunctatione ad approbationem sibi mittere iubet. 858—867 [860—861].

858—867 [860—861].

Codd. vel coll. canonum: Ivon. Decr. IV, 104. Cf. cod. Cantabrigiens. univ. 893 fol. 1 (B). V. etiam infra l. 43.

Edd. Forma genuina (ex Ivone): Sirmond, Conc. Gall. III, 352; Mansi, Conc. coll. XV, 401; Migne, Patr. lat. CXIX, 1119; CXXII, 1025; MG. Poetae lat. III, 519 ann. 5. — Cf. J.-E. Reg. n. 2833. Forma conficta: Bulaeus, Historia universitatis Parisiensis I, 184 (Parisiis 1665); Migne, Patr. lat. CXXII, 1025; MG. Poetae lat. III, 520 ann. — In J.-E. Reg. non notatur.

Forma genuina.

Relatum*[a] [1] est apostolatui nostro, quod opus beati Dionysii Ariopagitae, quod de divinis nominibus vel caelestibus ordinibus Graeco descripsit eloquio, quidam vir Iohannes genere Scottus [2] nuper in Latinum transtulerit [3]. Quod iuxta morem nobis mitti et nostro debuit iudicio approbari, praesertim cum idem Iohannes, licet multae scientiae esse praedicetur, olim non sane sapere in quibusdam [4] frequenti rumore diceretur. Itaque quod hactenus omissum est vestra industria suppleat et nobis praefatum opus sine ulla cunctatione mittat, quatenus[b], dum a nostri apostolatus iudicio fuerit approbatum, ab omnibus incunctanter nostra auctoritate acceptius habeatur[b].

Forma conficta.

NICOLAUS S. S. D. DILECTO FILIO CAROLO GLORIOSO FRANCORUM REGI.

Sane plurimum nos laetificat, quod in imperio et regno vestro et specialiter Parisius bonarum artium studia praedecessorum vestrorum cura stabilita repullulent, quarum seminibus ecclesia Dei fructificat et animi vegetantur ad illius defensionem. Sed nuper doluimus, ut relatum est apostolatui nostro, quod opus Dionysii Areopagitae, quod de divinis nominibus et coelestibus ordinibus Graeco descripsit eloquio, quidam vir Ioannes natione Scotus nuper transtulit in Latinum, quod iuxta morem ecclesiae nobis mitti et nostro iudicio debuit approbari, praesertim cum idem Ioannes multae scientiae esse praedicetur olim, sed non sane sapere in quibusdam frequenti rumore dicatur. Hinc est, quod dilectioni vestrae vehementer rogantes mandamus, quatenus apostolatui nostro praedictum Ioannem repraesentari faciatis aut certe Parisius in

---

*) *Lemma:* De Ioanne Scoto, quod in quibusdam bene non senserit. Nicolaus Carolo regi maiori *Ivo.*

130. [a]) Nunciatum *B.* [b]) quatenus — habeatur *(l. 28) desunt B.*

1) *De hoc epistolae fragmento cf. Th. Christlieb, 'Leben und Lehre des Joh. Scotus Erigena (Gotha' 1860) p. 27. Lapôtre, De Anastasio bibliothecario p. 278. Langen, 'Geschichte der römischen Kirche' III, 99. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 535 sq. ann. 8. M. Manitius, 'Geschichte der lateinischen Litteratur des Mittelalters' I, 326. 333 (1911). De forma autem uberiori a Bulaeo (v. supra l. 8) 'ex collectaneis ultimis Naudaei [Mazarini bibliothecarii], quam hausisse videtur ex Bibliotheca Oxoniensi vel Oxomensi' (Bulaeus, l. l. I, 183) edita recte iudicavit L. Traube (MG. Poetae lat. III, 520 ann.) his verbis: 'Primo', inquit, 'obtutu apparet (et dudum perspectum est, cf. Staudenmaier, Iohannes Scotus Erigena I, 159 adn. 5) ea, quae in Bulaei textu uncinis cinxi, aut a Bulaeo aut a Naudaeo esse ficta — nam neque per se fidem merentur et aperte repugnant veritati non fucatae, quam servavit Ivo, et cursus rhythmusque orationis in iis vitiosus est —; quamquam hodieque sunt, qui stolido Bulaei commento utantur tamquam documento genuino. Erat igitur Karoli Calvi temporibus nec 'studium' Parisiis nec eius 'capital' Iohannes Scottus'. Cf. etiam Lapôtre, l. l. p. 278 ann. 2.* 2) *Clarissimus ille noni saeculi philosophus.* 3) *Iohannis Scotti praefatio ad translationem illius operis Ps.-Dionysii Areopagitae supra p. 158 sqq. edita est, translatio ipsa ap. Migne, Patr. lat. CXXII, 1035—1194.* 4) *Sentire videtur papa praecipue Iohannis 'librum de divina praedestinatione adversus Gottescalcum' a. 851 editum, cf. Traube, l. l. III, 520 cum ann. 1. V. etiam Christlieb, l. l. p. 27, Lapôtre, l. l. p. 278 ann. 3.*

858—867. *Forma genuina.* *Forma conficta.*

studio, cuius capital iam olim fuisse perhibetur, morari non sinatis, ne cum tritico
cf. Matth. 13, 25. sacri eloquii grana zizaniae et lolii miscere
cf. Matth. 7, 9. dignoscatur et panem quaerentibus venenum porrigat.

Datum an. 3.

131.

Nicolaus Donno episcopo (et Karolo regi) mandat, ut Hugo quidam fratricida poenitentiae subiectus maneat, possessiones autem proprias legitimamque uxorem recipiat.

858—867.

Coll. canonum: Ivon. Decr. X, 184 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1119 n. 116). — Cf. J.-E. Reg. n. 2834 (2142).

Quidam* vestrae dioeceseos[1] vir Hugo nomine venit, qui lacrimoso affatu nostro pontificio retulit, qualiter fratricidium antiquo hoste cogente fecerat et qualiter sub poenitentiae iugo pro tanto facinore a vestra fuerat constitutus beatitudine. Nos autem tantae adversitatis piaculum et fraterni sanguinis audientes effusionem non paucas fundentes lacrimas contristati sumus. Tamen quia, ut aiebat, tantae maculae culpam
cf. Ier. 9, 1. lacrimarum fonte abluere fraterna iubente gratia malit, sancimus, ut proprias possessiones, quae ab eo pro hoc facto ablatae sunt, incunctanter recipiat, ne paupertatis inopia constrictus ad peiora deducatur. Nam et propria legitimaque uxor illius, a qua separatus est, vestra sanctitas illi ut statim reddatur satagat, ne in fornicationis voraginem, quod noluimus, incidere videatur. In reliquis vero secundum poenitentiae modum, quam illi instruxistis peragere, maneat.

132.

Nicolaus omnibus episcopis in regno Ludovici (Germanici) constitutis praecipit, ne Lambertus clericus invitus monasticis regulis subiciatur neve per hanc occasionem hereditate parentum privetur. *858—867.*

Collectiones canonum: Coll. trium partium I, 62 n. 28 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 84'); Ivon. Decr. VI, 356; Decr. Grat. c. 4 C. 20 q. 3 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1120 n. 117). — Cf. J.-E. Reg. n. 2835 (2143).

Praesens** clericus nomine Lambertus una cum patre suo nomine Atho[a], quondam videlicet comite[2], nunc autem clerico, ad limina apostolorum properans adiit prae-

---

*) *Lemma:* De quodam, qui fratrem suum occiderit. Nicolaus Donno episcopo et Carolo regi *Ivo.*

**) *Lemmata:* Nicolaus omnibus episcopis, qui sunt in regno Ludouici. De quodam clerico, qui invitus monachus factus est *Coll. tr. p.;* De puero sine propria voluntate cucullato. Nicolaus papa omnibus episcopis in regno Ludovici *Ivo;* Unde Nycolaus papa scribit omnibus episcopis in regno Lodoici. Monasterialibus disciplinis nullus subiciatur invitus *Grat.*

132. a) Atto *Grat.*

1) *Quam ignoramus sicut etiam Donnum episcopum. De cetero perperam in inscriptione (v. supra l. 32 sq.)* et Carolo regi *legi videtur, cum fragmenti textus episcopum tantum attingat; fortasse in altera epistola similis tenoris decretum papae de ista re Karolo quoque directum erat.* 2) *Ato quidam comes pagi q. d. 'Erichgau' in Alamannia inter Danubium et lacum Brigantinum siti, cuius filii a. 903 occisi sunt, occurrit in Herimanni Augiens. Chron. a. 902, MG. SS. V, 111; v. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' III², 527.*

sentiam nostram asserens, qualiter idem pater eius in laicali adhuc[a] ordine[a b] in praediis propriis aedificasset monasteria[c] duo[c], voluntatem gerens, ut post suum decessum[d] praesens filius[e] eius[e] Lambertus in locum ei succederet, quem infra teneram aetatem inter octavum et undecimum[f] annum constitutum memoratus pater proprio arbitrio absque regulari institutione extra omnem illius[g] voluntatem[g] cucullam induit. Igitur post quoddam illius[h] temporis spatium, ut ipse dicit, Salomon episcopus[i 1] cum quibusdam aliis eidem[k] Lamberto[k] absque patris oblatione vel abbatis percepta benedictione[l] monasticum[m] illum[n] induere fecit habitum[o], ut fertur[p], invitum. Et sub hac occasione paterna seu materna hereditate a fratribus suis privatum esse atque contra omnem, ut dictum est, voluntatem suam[q] regularem illum quasi[r] permanere voluit[s] monachum[t]. Super qua re diligenti cura investigantes etiam sub adiuratione patrem ipsius, si verum diceret, interrogavimus. Sed isdem[u] clericus Atho[v] respondit se talem habuisse et habere voluntatem, ut filius[w] suus[w] verus monachus[x] fuisset[x] et in locum ei successisset[y], sed[z] sub testificatione[a] iurando[b] firmabat[c], quod, quando primitus ei cucullam induit, idem Lambertus semper restitit et numquam se monachum[d] fieri[d] consensit, sed demum ab insequentibus monachico[e] habitu violenter indutus fuerit[f], asserens, quia numquam regulam aliquando promisit, neque ego pater eius palla[g] altaris indutum[h] illum obtuli[2] neque a quocumque[i] sacerdote vel abbate, ut mos deposcit[k], benedictione percepta regulae umquam subactum[l] monachum[l] fuisse[l]. Super his etiam[m] omnibus[m] protestatus est praefatus clericus Atho[n], quia, si eo tempore tam durae observantiae monasticam intellexisset regulam, numquam eundem[o] filium suum Lambertum[o] coegisset portare cucullam. Quapropter psalmographi[p] consulte[p] verba recolentes, quibus voluntarie se Deo sacrificare pronuntiat et[q] voluntaria oris sui beneplacita fieri in conspectu Dei obsecrat, praesentem, ut dictum est, clericum nomine Lambertum minime debere existimamus[r] sub tali violentia fieri monachum[3]. Quod enim quis non eligit[s] nec optat, profecto non diligit; quod autem non diligit, facile contempnit. Nullum quippe[t] bonum nisi voluntarium. Idcirco[u] et Dominus non ferendam in via virgam, per quam violentia ulli inferatur, praecepit. Quapropter consultius agitur, si piis suasionibus contemptum mundi et amorem Dei praedicando quam violentiam inferendo ad caelestem amorem illum accenderitis. Unde omnium vestrum caritati hanc nostri apostolatus mandare decrevimus epistolam, monentes atque praecipientes, quatinus — si ita verum[v] est[v], ut isti dicunt — nullus episcopus vel abbas seu monachorum reliquorum conventus monasticis illum[w] regulis[w] invitum[w] subiacere compellat neque ullo modo fratres illius[x] per hanc occasionem licentiam habeant paterna seu materna illum[y], quod[z] absit[z], hereditate privare, sed, usque dum divina inspiratione compunctus propria voluntate regulis[a] se subdat, liceat illum[b] a mundanis et laicalibus remotum vagationibus vel negotiis inter

858—867.

cf. Ps. 53, 8.

cf. Ps. 118, 108.

cf. Philem. 14.

cf. Matth. 10, 10.

---

a) ordine adhuc *Coll. tr. p.* b) habitu *Ivo.* c) duo monasteria *Grat.* d) discessum *Ivo.* e) eius filius *Grat.* f) decimum *Grat.* g) voluntatem illius *Ivo.* h) ipsius *Ivo, Grat.* i) eum *add. Ivo.* k) *om. Grat.* l) eundem Lambertum *add. Grat.* m) monastico *Grat.* n) *om. Grat.* o) habitu *Grat.* p) ferunt *Grat.* q) quasi *add. Ivo, Grat.* r) monachum *Ivo, Grat.* s) volt *Coll. tr. p.* t) *om. Ivo, Grat.* u) idem *Ivo, Grat.* v) Atto *Grat.* w) suus filius *Ivo.* x) fieret monachus *Grat.* y) succederet *Grat.* z) *om. Grat.* a) autem *add. Grat.* b) iureiurando *Ivo.* c) firmavit *Grat.* d) fieri monachum *Grat.* e) est *add. Grat.* f) *om. Grat.* g) *corr. ex* pallia *Coll. tr. p.* h) involutum *Ivo.* i) quo *Coll. tr. p.* k) poscit *Grat.* l) subactum fuisse monachum *Ivo;* se monachum subiectum futurum promisit *Grat.* m) omnibus etiam *Ivo;* etiam *om. Grat.* n) Atto *Grat.* o) eidem filio suo Lamberto *Coll. tr. p.* p) consulte psalmographi *Grat.* q) *om. Coll. tr. p.* r) existimavimus *Ivo, Grat.* s) elegit *Ivo, Grat.* t) ergo *Coll. tr. p., Grat.* u) Iccirco *Coll. tr. p.* v) est verum *Ivo.* w) regulis invitum illum *Grat.* x) eius *Grat.* y) illud *Coll. tr. p.* z) *desunt Grat.* a) regulae *Grat.* b) *om. Coll. tr. p.;* eum *Grat.*

1) *Constantiensis (839—871).* 2) *Cf. Benedicti regulam c. 59 ed. Woelfflin p. 58.* 3) *Ad haec cf. etiam F. Lenz in 'Deutsche Zeitschrift für Kirchenrecht' XX, 293 (1911).*

858—867. religiosos et ecclesiasticos viros in canonica degere vita. Non enim putamus[a], quod absit, religiosos canonicos a sanctorum monachorum vita[c] et[b] consortio seiunctos,
1. Cor. 3, 8. quia 'unusquisque' secundum apostolum 'propriam mercedem accipiet secundum suum laborem'.

133.

Nicolaus Hincmarum Remensem archiepiscopum de poenitentia duodecim annorum Eriarth (monacho), qui presbyterum atque monachum quendam interfecerat, iniuncta certiorem facit. *858—867.*

Cod. S. Germani (quem investigare nequivimus).

Edd. Sirmond, Conc. Gall. III, 352 (ex codice S. Germani); Mansi, Conc. coll. XV, 398; Migne, Patr. lat. CXIX, 1122. — Cf. J.-E. Reg. n. 2837 (2145).

NICOLAUS [EPISCOPUS][a] SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO HINCMARO ARCHIEPISCOPO[1].

Quibus gemitibus quantisque lacrimis filiorum discrimina paternus affectus condolere soleat, verum etiam oporteat, vestram satis novimus[b] experiri prudentiam. Quapropter
cf. 1. Cor. 3, 2. infulatum vestri ardoris ecclesiastico lacte nutriti et ad solidos praedicationis[c] profectus perducti volumus nosse, quod iste Eriarth ad apostolorum limina confugerit, indulgentiam postulando super ea quam incurrit homicidii noxam. Ferebat se utique quendam presbyterum atque monachum nihil eum morte dignum occidisse. Unde et humiliter ostendebat se poenitentiae velle colla submittere. Ideoque nos ei iniunximus, ut duodecim annorum meta terminum poenitentiae sibi iniunctae includeret. Quorum tribus prioribus ante fores ecclesiae lugendo, singultus edendo misericordiam a Domino consequi festinare procuret; quarto deinde atque quinto inter auditores omnipotentem exorare studeat, absque corporis et sanguinis Domini susceptione; residuis praeterea septem annorum curriculis communionem dominici sacramenti suscipere liceat celeberrimis festivitatum diebus, oblationes quidem nullatenus offerendo. Verumtamen omnibus praedictis temporibus, excepto festivitatum diebus et resurrectione dominica, continue quadragesimali more usque ad vesperam ieiunus perseveret et, si alicubi opportunus habuerit iter, nullo vehiculo deducatur, sed pedestri itinere utatur. Usque ad mortem denique poenitentiae eius quantitas extendi debuerat; sed devotionem eius fidei considerantes, sive quia ad suffragia apostolorum festinaverit, humanius cum illo peregimus. Interea hortamur vos, ut reverentissimo Hilmerado episcopo[2] suffraganeo vestro praecipiatis, quatenus permittat monachos monasterii sui sub monastico habitu quiete degere et poenitentiae fructus exercere. Hos itaque apostolatus nostri apices suscipientes ita spiritali oculo vitam futuram poenitentiae ipsius discutite et catholica pietate manu discretionis quae oportuerit perpendentes sic cum illo peragatis, quatenus et canonica auctoritas observetur et ovis dominica raptoris vulnere sauciata nullo neglectu perdatur, sed in examine divini iudicii ad dexteram Christi remuneranda inveniatur. Optamus sanctitatem vestram in Christo bene valere. _____

---

a) putavimus *Coll. tr. p.* b) *desunt Coll. tr. p., Grat.*

133. a) *deest Sirm.* b) nominus *Sirm.* c) prędicationes *Sirm.*

1) *Remensi (845—882).* 2) *Ambianensi (849—871). — Cf. Flodoardi Hist. Remens. eccl. lib. III c. 23, qui inter epistolas ab Hincmaro diversis episcopis directas enumerat etiam hanc:* Hilmerado Ambianensi pro quodam monacho, qui presbiterum et monachum in monasterio Sancti Richarii occidit, pro quo domnus papa Nicolaus litteras eidem domno Hincmaro direxerat, poenitentiae tenorem continentes *(MG. SS. XIII, 529). Alteram Hincmari de eadem re epistolam Magenardo praeposito et fratribus monasterii S. Richarii missam commemorat Flodoardus, l. l. lib. III c. 25 (MG. SS. XIII, 538). — Cf. Schrörs, 'Hinkmar von Reims' p. 532 nn. 200, 201.*

134.

Nicolaus Herardo archiepiscopo Turonensi mandat, ut Christophorum presbyterum iniuste eiectum restituat. 858—867. 858—867.

Collectiones canonum: Coll. trium partium I, 62 n. 59 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 87'); Ivon. Decr. VI, 429; Decr. Grat. c. 10 C. 2 q. 1. Ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1123 n. 121. — Cf. J.-E. Reg. n. 2839 (2147).

Notum* sit tuae fraternae caritati, quod iste presbyter pauper nomine Christoforus[a] de sua angustia ad nostram clementiam lacrimabiliter[b] sit[b] conquestus, dicens se falsis criminibus impetitum et ab ecclesia sua[c] non convictum neque confessum irrationabiliter fuisse eiectum[d]. Nam, ut ipse refert, tua diligentia per tres vices inquisitione facta nulla in se neque de fornicationis crimine neque de homicidii consensione[e], de[f] quibus[f] impetebatur[f], potuit[g] culpa[g] repperiri[g], nisi quia suae paupertatis causa quod[h] petebatur[i] aut consentire noluit aut adimplere non potuit. Quod suus tamen aemulus ultroneus egit, qui illius[k] ecclesiam[k] iniuste praeripuit. Idcirco[l] magnopere monemus reverentiam tuam, ut, quae te[m] forte[m] ignorante Gieziaca[n] cupiditate peracta esse videntur, tuae fraternitatis censura celeri emendatione corrigantur, scilicet restituendo ecclesiae propriae iam dictum sacerdotem atque ei[o] reddendo tua pietate quem perdidit pristinum honorem. Et nullatenus canonica instituta alicuius temeritate contempni permittas[p], quia facientem et consentientem par poena constringit. cf. 4. Reg. 5, 20—27. cf. Rom. 1, 32.

135.

Fragmentum epistolae Nicolai ad Iohannem archiepiscopum Ravennatem directae. 858—867.

Collectiones canonum: Ivon. Decr. I, 87 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1124 n. 123); Ivon. Panorm. I, 40; Coll. q. d. Caesaraugustana (cod. Paris. lat. 3875 fol. 86'); Decr. Grat. c. 57 D. 4 de cons. — Cf. J.-E. Reg. n. 2841 (2149). Kehr, Reg. pontif. Roman., Italia pontificia V, 41 n. 110.

Catechismi** baptizandorum a sacerdotibus uniuscuiusque ecclesiae possunt fieri, sicut in sancta[a] hac[a] Romana[b], cui Deo auctore ministerium famulatus[c] nostri[c] exhibemus, ecclesia[d] sollemniter[e] fieri comprobatur[ef].

---

*) *Lemmata:* Nicolaus Airardo Turonensi archiepiscopo[1]. De quodam presbytero neque convicto neque confesso irrationabiliter reiecto *Coll. tr. p.;* De presbytero, qui sine culpa perdiderat ecclesiam suam. Nicolaus Airardo Turonensi archiepiscopo *Ivo;* Restituendus est, quem neque confessum neque convictum constat esse eiectum. Item Nicolaus papa Airardo Turonensi archiepiscopo *Grat.*

**) *Lemmata:* Nicolaus papa Iohanni archiepiscopo Ravennae[2] *Ivon. Decr., Pan.;* De eodem. Nicholaus Iohanni archiepiscopo Ravennae *Coll. Caesaraug.;* In unaquaque ecclesia baptizandi catecizari possunt. Item Nykolaus papa *Grat.*

134. a) Christophorus *Ivo.* b) sit lacrimabiliter *Coll. tr. p.* c) *om. Grat.* d) reiectum *Coll. tr. p., Grat.* e) consensu *Ivo.* f) *desunt Coll. tr. p., Grat.* g) repperiri potuit culpa *Coll. tr. p.* h) quae *Coll. tr. p., Grat.* i) petebantur *Grat.* k) ecclesiam illius *Grat.* l) Iccirco *Coll. tr. p.* m) forte te *Grat.* n) *prima littera erasa exstat:* iezi*ti*ca *(sic) Coll. tr. p.;* Giezica *Ivo.* o) eidem *Ivo.* p) permittatis *Ivo.*

135. a) hac sancta *Ivon. Pan.* b) ecclesia *add. Pan., Grat.* c) nostri famulatus *Grat.* d) *om. Pan., Grat.* e) sollemniter — comprobatur *desunt Coll. Caesaraug.* f) conprobantur *Pan., Grat.*

1) *855/856—871. Cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 311 sq.* 2) *A. 850—878.*

136.

858—867. *Fragmentum epistolae Nicolai ad Iohannem Ravennatem archiepiscopum directae.* *858—867.*

Collectiones canonum: Deusdedit I, 259 [209] (ed. Wolf von Glanvell p. 148) [ed. Martinucci p. 137]; Coll. Britannica Var. II, 54 (cod. Mus. Brit. addit. 8873 fol. 189'). — Cf. J.-E. Reg. n. 2842. Kehr, Reg. pontif. Roman., Italia pontificia V, 42 n. 111.

[NICOLAUS] PAPA IOHANNI EPISCOPO [RA]VENNATI.*

Certe nos episcopos in aliis festivitatibus populum sibi commissum deserere[a] nullomodo permittimus. Quomodo ergo in tanto die Paschae creditam sibi episcopus[b] ecclesiam[b] deserat, ut alii ecclesiae[c] ministret, ratio minime patet, praesertim cum canones nil tale praecipiant[1].

137.

Nicolaus (Iohanni) archiepiscopo Ravennati praecipit, ut de senatoris coniuge propter adulterium dimissa atque monacha facta denuo examen fiat. *858—867.*

Coll. canonum: Ivon. Decr. VIII, 221 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1125 n. 124). — Cf. J.-E. Reg. n. 2843 (2150). Kehr, Reg. pontif. Roman., Italia pontificia V, 42 n. 112.

De**[2] senatoris coniuge, quam adulteram esse dicitis et propter adulterii reatum disiunctam a viro suo esse iudicatam et monachicam vestem iudutam atque velatam, nescimus, utrum iuste an aliter hoc sit terminatum iudicium. Et si adultera apparuit, hoc magis a viro suo debuit esse inquisitum, et si a viro suo requisitum fuit, indagativorum[3] vel iudicum praesentia debuerat examinatum esse atque terminatum et post terminationem et approbationem atque manifestationem tunc aut legali calculo aut canonico iudicio ipsius causae sententiae diffiniri. Et si nec hoc nec illud factum est, quis eam ausus est religiosa induere veste et sacro cooperire velamine? Tamen id subtilius Dei prae oculis habentes timorem praecipimus, ut praesentia missi vel vicarii vestri in vero examine praesente viro suo examinatio fiat. Et si iusta et rationabilis eorum causa apparuerit, maneat; et si aliter apparuerit, ut praetulimus, secundum Dei omnipotentis voluntatem atque timorem eorum definiatur causa.

138.

Nicolaus quinque capitibus ad Salomonis Constantiensis episcopi consulta respondet. *858—867.*

Codd. Monac. lat. 6241 (Fris. 41) fol. 81—82 (B); Monac. lat. 6242 (Fris. 42) fol. 1—2 (C); Monac. lat. 6245 (Fris. 45) fol. 7'—9 (D); Bamberg. P. I. 9 fol. 194'—195' (E); Vindobon. lat. 2198 fol. 76—77 (F). Ex his quinque codicibus, qui epistolam integram asservant (cf. M. Sdralek in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 184 sqq. [1882]), textum constituimus. — Enumerare licet canonum quoque col-

---

*) *Quae uncis inclusimus desunt Coll. Brit.; Deusdedit tota hac inscriptione omissa hoc lemma praebet:* Idem *[scil.* Nicolaus*]* ad eumdem in registro.

**) *Lemma:* De illis, qui uxoribus suis dimissis ad alias nuptias transierint. Nicolaus archiepiscopo Ravennae *Ivo.*

136. a) deferre *(sic) Coll. Brit.* b) aecclesiam episcopus *Coll. Brit.* c) ipse *add. Coll. Brit.*

1) *Cf. etiam ad hoc decretum supra ep. n. 105 p. 615 l. 17 sqq.* 2) *Nicolao II. papae (1059—1061) hanc epistolam attribuere volunt Analecta iuris pontif. X, 395, quod non satis probari nobis videtur. — Cf. etiam M. Sdralek, 'Hinkmars von Rheims kanonistisches Gutachten über die Ehescheidung des Königs Lothar II. (Freiburg i. B.' 1881), p. 122 sq.* 3) *I. e. indagatorum, sicut fortasse corrigendum est.*

lectiones nonnullae, guae partem harum responsionum exhibent; c. 1—3. 5 exstant in Ivon. Decr. I, 137 (= IX, 35). I, 136. VI, 122. X, 185; c. 1—3 in Decr. Grat. c. 1 C. 30 q. 4, c. 3 C. 30 q. 1, c. 2 C. 15 q. 5; c. 1. 2 in Ivon. Pan. VII, 63. VI, 124. Coll. q. d. Caesaraugustana X, 131. X, 71 (cod. Paris. lat. 3875 fol. 83', 78'). Cod. Vatic. lat. 1345 fol. 192; c. 2. 3 in coll. XII partium V, 73. IX, 208 (cod. Berolin. Savin. 2 fol. 100, 147'); c. 1 in Coll. Britannica Var. II, 132. Cod. Vatic. Pal. lat. 584 (cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 724). Coll. trium partium III, 1, 18; c. 2 in cod. Taurin. 903 (E. V. 44) fol. 64'; c. 3 in Coll. trium partium I, 62, 55; finis cap. 3 in cod. Monac. lat. 27246 fol. 71' (cf. Sdralek, l. l. XLVII, 212). Denique notandum est in Pseudo-Liutprandi vit. Roman. pontif. huius epistolae c. 1—4, quorum ultimum alias nonnisi in integrae formae codicibus continetur, significari (Migne, Patr. lat. CXXIX, 1253 sq.). 858—867.

Edd. Capitula 1—3 et 5 edita (ex Ivone) sunt ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1127 sq. nn. 130, 132, 129, 131; c. 4 invenitur ap. Sdralek, l. l. XLVII, 186 sq.: integram epistolae editionem solus praebuit Hinschius (ex C) in 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' II, 471 sqq. (1863). — Cf. J.-E. Reg. n. 2849 (2156. 2158. 2155. 2157). Ladewig, Reg. episcop. Constant. I, 20 n. 138.

REVERENTISSIMO* ET SANCTISSIMO SALOMONI EPISCOPO SANCTAE CONSTANTIAE ECCLESIAE[1].

Cap. I. Sciscitatur a nobis sanctitas tua[a], si aliquis homo duas spiritales commatres habere valeat, unam post alteram. In quo fraternitas tua meminisse debet scriptum esse: 'Erunt duo in carne una'. Itaque[b] cum[c] constet, quia vir et uxor[b] una caro per conubium efficiuntur, restat nimirum virum compatrem[d] constitui[e] illi mulieri, cuius in matrimonio assumpta uxor[f] commater esse videbatur; et idcirco liquet virum non posse illi feminae iungi in copula, quae commater erat eius, cum qua idem una fuerat[g] caro[g] effectus. Gen. 2, 24.

Cap. II. Nosse desideras, utrum mulier, quae viri filium ex alia femina genitum de sacro[h] fonte levaverit, postmodum possit cum eodem viro iterum copulari[2]. Quos ideo iungi posse decernimus, quia secundum sacros canones[i 3] nisi ex amborum consensu[k] nullius religionis obtentu[l] debet coniunx[m] dimittere coniugem. Pertinet autem ad ingens uxoris exitium[n], quae habens[o] odio[o] virum[p] vel infirmitatem ipsius non considerans quasi causa pietatis operatur impietatem; maxime cum praecipiat apostolus: 'Nolite', inquiens, 'fraudare invicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: et iterum revertimini in id ipsum[q], ne temptet vos satanas propter incontinentiam[r] vestram'. Ergo si non ex consensu utriusque coniugis hoc factum fuisse probatur, non fraudentur invicem, sed revertantur in id ipsum, ne temptentur a satana propter incontinentiam, praesertim[s] cum, iuxta quod alias idem testatur apostolus, 'uxor sui corporis potestatem non habet, sed vir, sicut nec vir potestatem sui[t] corporis[t] habet[t], sed mulier'. 1. Cor. 7, 5. ibid. 7, 4.

Cap. III. Presbyter[u] vel diaconus, quem asseris crimina nolle[v] publice confiteri, sed velle cum sacramento defendere se, et tamen notum est episcopo esse scelus ipsius[w] perpetratum[x], non potest per aliquam poenitentiam[y] sacerdotali vel diaconatus officio potiri. Sed mirandum, si ipse confessus non[z] fuerit, quomodo notum possit esse episcopo scelus ab ipso perpetratum, nisi accusatore forte per testes idoneos approbante. Unde, si examinante episcopo causam presbyteri vel diaconi[a] non fuerit per testium approba-

---

*) *Lemma:* Item *(om. C)* responsiones beatae memoriae Nicholai *(*Nicolai *C, E)* papae ad Salomonem venerabilem Constantiensae sedis episcopum *codd.*

138. a) vestra *E.* b) Itaque — uxor *in ras. F.* c) *om. E.* d) cōpatrem, *ras. inter* o *et* p *B;* conpatrem *E.* e) costitui *F.* f) x *suprascr. F.* g) caro fuerat *E.* h) *corr. ex* taro *F.* i) kanones *C.* k) *sequitur lacuna ca. 10 litterarum C.* l) *corr. ex* abtentu *F.* m) *ss. corr. ex* coniux *D, F;* coniux *E.* n) exicium *E.* o) odio habens *E.* p) *corr. F.* q) *part. in ras. F.* r) *corr. suprascr. F.* s) p *in ras. B.* t) habet sui corporis *E.* u) Prespiter *E.* v) *corr. ex* nulle *E.* w) esse *add., sed del. C.* x) *corr. ex* perpetratam *F.* y) penitentiam *E.* z) *suprascr. E.* a) co *suprascr. F.*

1) *A. 839—871.* 2) *V. supra ep. n. 117 p. 635 c. V. Cf. etiam Iohannis VIII. papae (872—882) ep. n. 195, MG. Epist. VII, 156 (J.-E. Reg. n. 3258).* 3) *Cf. conc. Roman. a. 826 c. 36, MG. Concil. II, 582.*

858—867. tionem ille presbyter vel diaconus[a] forte convictus[b], non est scelus episcopo legitime manifestum, nisi forte ipse presbyter vel diaconus sua sponte scelus ipsum confiteatur. Quod nisi fecerit, interim non videmus suo debere presbyterum[c] vel diaconum officio privari. Sola ergo spontanea confessio vel canonicus numerus et qualitas testium decernentibus episcopis et accusatore quod obiecerat comprobante clericum gradu proprio privat.

Cap. IIII. Monachum[d], qui semel se Deo vovit et secundum normam sacrorum canonum et regulam sanctorum patrum, praecipue Basilii atque[e] Benedicti, coenobio[f] sua sponte causa in Dei servitio[g] ibidem usque ad ultimum vitae suae diem permanendi adhesit[h] et in eo per diuturna tempora conversatus est, non posse retro reverti manifestum est[1].

Cap. V. Constat patricidas, fratricidas et incestuosos, de quibus consulis, utrum possint coniugio copulari, poenitentiam[i] agere et ideo non posse carnali copulae iungi. Quos oportet in castitate omnibus diebus[k] vitae suae permanere mentis et corporis, servata dumtaxat propter misericordiam etiam circa hos beati papae Leonis vicesima quinta[l] decretalium regula*[2].

139.

Nicolaus Rataldo Argentoratensi episcopo scribit, quem modum poenitentiae matricidae Diothare imposuerit. *858—867.*

Codd. Guelferbyt. Helmst. 454 fol. 78—78' (B); Monac. lat. 27246 (olim Fris. B. H. 1) fol. 85'—86 (C). E quibus textum epistolae constituimus. — Cf. etiam Collectiones canonum: Burchard. Decr. VI, 46; Anselm. XI, 43; Coll. VII librorum (cod. Vindobon. 2186 [iur. can. 80] s. XII. fol. 271, cod. Vatic. lat. 1346 s. XII. fol. 145); Ivon. Decr. X, 173; Caesaraug. q. d. (cod. Paris. lat. 3876 [olim Colbert. 4048] fol. 134, quo usus est Baluzius loco infra laudando); Decr. Grat. c. 15 C. 33 q. 2. Annotamus denique codd. Vatic. lat. 1354 s. XIII. ex. fol. 145; 3832 s. XII.—XIII. fol. 142' (cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 721. 723); cod. Vallicell. B 66 s. XII.—XIII. fol. 95'.

Edd. Baluze, Miscellan. V, 487 (Paris. 1700), ed. Mansi (1761) I, 402; Mansi, Conc. coll. XV, 458; Grandidier, 'Histoire de l'église de Strasbourg' (1778) II, cod. diplom. p. CCXLIX; Migne, Patr. lat. CXIX, 1129. — Cf. J.-E. Reg. n. 2850 (2159). Wentzcke, 'Regesten der Bischöfe von Straßburg' I, 237 n. 93.

NICOLAUS** EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO RATALDO[a] EPISCOPO SANCTAE ARGENTARIENSIS[b] ECCLESIAE[3].

Dum[4] de[c] universis mundi partibus credentium agmina ad[d] principis apostolorum limina[e] properarent[f], quidam vir nomine Diothare[g] venit, vestrae beatitudinis epistolam[5] deferens[h],

---

*) Finiunt responsiones Nicholai (Nicolai *E, F*) *B, D, E, F. De eis, quae subsequuntur in C, cf. Sdralek, l. l. XLVII, 192 cum ann. 3.*

**) *Lemma:* Epistola domni (*om. C*) Nicolai (*corr. ex* Nicalai *B*) pape ad Rataldum (Radoldum *C*) episcopum de eo, qui matrem suam occidit, qualiter penitere (pęnitere *C*) debeat *codd.*

a) nisi *add. suprascr. E.* b) *corr. ex* convinctus, *al. man. ss. add.* sit *E.* c) presbiterum *D, E, F.* d) *corr. in* monachem *F.* e) et *B.* f) cenobio *E.* g) servicio *E.* h) adhęsit *F.* i) penitentiam *E.* k) *om. E, F.* l) n *ss. al. man. C.*

139. a) Radoldo *C.* b) Argenteę retensis *C.* c) *om. C.* d) *om. C.* e) liminibus *C.* f) properant *C.* g) Thiothart *C.* h) gerens *C.*

1) *V. etiam Leonis I. decr. c. 26, Migne, Patr. lat. LXVII, 290 (J.-K. Reg. n. 544).* 2) *In qua continetur,* quod adolescens, si urguente quocumque periculo poenitentiam gessit et se non continet, uxoris potest remedio sustineri, *Migne, Patr. lat. LXVII, 290 (J.-K. Reg. n. 544). De re cf. Sdralek in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 196 (1882).* 3) *'Strassburg'; a. 840—874, cf. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 787. — De hac epistola, quae subesse videtur can. 30 Wormatiensi a. 868, Mansi XV, 874 sq., cf. Sdralek in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 211 sqq. (1882). V. etiam supra ep. n. 129 p. 650, ep. n. 131 p. 652, ep. n. 138 p. 658 c. V.* 4) *Cf. epistolam, quam de poenitentia patricidae eidem Rataldo episcopo direxit Benedictus III. papa (855—858), von Pflugk-Harttung, Acta pont. Roman. ined. III, 3 (J.-W. Reg. n. 2671 a).* 5) *Quae non exstat.*

quam nostro optulit[a] praesulatui. Cuius paginam perlegentes matricidam illum esse cognovimus. Quod[b] factum[b] multis fletibus lacrimisque profusis valde doluimus. Idcirco praecipimus et patrum almorum censuris statuimus, ut sub poenitentiae[c] iugo permaneat, ita ut unum per annum ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores[d] basilicae orans ac deprecans Deum perseveret, qualiter a[e] tanto eripiatur piaculo; completo vero anni circulo introeundi in ecclesiam licentiam habeat, tamen inter audientes stet et nondum[f] communicet. Completis autem trium annorum curriculis sacrae communionis illi gratia concedatur, oblationes vero non offerat, nisi postquam aliorum septem annorum curricula expleta[g] fuerint[g]. In his autem omnibus annis atque temporibus carnem non comedat[h] nec vinum bibere praesumat, exceptis festis diebus atque[i] dominicis et a Pascha usque ad[k] Pentecosten; et, quocumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur[l], arma non sumat nisi[m] contra paganos, ieiunet autem tres dies per ebdomadam[n] usque ad vesperum. A propria quidem ac legitima sua coniuge[o] non separetur, ne in[p] fornicationis voraginem[q] corruat, quod ne fiat optamus. Si autem ante trium annorum cursum finis vitae illius appropinquaverit, corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi particeps fiat; sin vero[r] non[r], ut supra statuimus, efficiatur. Tamen si illius conversationem et lacrimarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus et optimis operibus pullulare, humanius circa eum vestra sollicitudo[s] appareat mitisque in[t] omnibus demonstretur[u]. Optamus vos in Christo bene valere. 858—867. cf. Ier. 9, 1.

140.

Fragmentum epistolae Nicolai clero et plebi Nonensis ecclesiae destinatae.

858—867.

Collectiones canonum: Deusdedit I, 155 [128] (ed. Wolf von Glanvell p. 101) [ed. Martinucci p. 96]; Anselm. V, 39 (cuius textum debemus benevolentiae v. cl. F. Thaner); Coll. Britannica Var. II, 34 (cod. Mus. Brit. addit. 8873 fol. 185'); Decr. Grat. c. 8 D. 1 de cons. (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1130 n. 135). — Cf. J.-E. Reg. n. 2851 (2161).

NICOLAUS*[a] EPISCOPUS[b] CLERO ET PLEBI NONENSIS[c] ECCLESIAE[1].

Ecclesia[d], id est catholicorum[e] collectio[e], quomodo[f] sine apostolicae sedis instituetur nutu, quando[g] iuxta sacra decreta[2] nec ipsae[h] debent[i] absque praeceptione papae[k] basilicae[l] noviter construi, quae ipsam[m] catholicorum intra semet amplecti catervam dinoscuntur[n]?

---

*) *Lemmata:* Quod basilica vel catholicorum congregatio non debet institui sine nutu apostolicae sedis *Ans.;* Sine nutu sedis apostolicae ecclesia non debet institui *Grat.*

a) contulit *C.* b) Quo facto *C.* c) pęnitentię *C.* d) foras *B.* e) *om. C.* f) non *B.* g) expleantur *C.* h) manducet *C.* i) *om. B.* k) *om. C.* l) proficiscat *C.* m) sed *C.* n) epdomadam *B.* o) *corr. ex* coniunge *B.* p) *om. C.* q) voragine *C.* r) autem *C.* s) pervigil *add. C.* t) *om. C.* u) demonstraretur *B.*

140. a) icholaus *Coll. Brit.;* Item Nykolaus *Grat.* b) papa *Grat.* c) Nocensis *Deusd.;* Nolensis *Ans.* d) Ecclesiastica *Coll. Brit.* e) collectio catholicorum *Coll. Brit.* f) *non recte Wolf von Glanvell corrigit* quando *in coll. Deusdedit.* g) quomodo *Deusd.* (*'eigentümlich gekürzt' annotat Wolf von Glanvell).* h) ipse *Deusd., Coll. Brit.;* ipsa *Grat.* i) debet *Grat.* k) $\overline{\text{pp}}$ *Coll. Brit.* l) basilica *Grat.* m) ipsa *Deusd., Coll. Brit.* n) dinoscitur *Ans., Grat.*

1) *'Nona' in Dalmatia.* 2) *Cf. Gelasii I. ep. ad episcopos per Lucaniam etc. constitutos c. 4, Migne, Patr. lat. LXVII, 304, Thiel, Epist. Rom. pontif. gen. I, 364 (J.-K. Reg. n. 636). V. etiam supra ep. n. 123 p. 643 cum ann. 3.*

141.

858—867. *Fragmentum epistolae Nicolai ad Ieremiam episcopum directae.* *858—867.*

Collectio canonum: Ivon. Decr. IX, 12 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1131 n. 137). — Cf. J.-E. Reg. n. 2853 (2163).

Qui*[1] consanguinitatis copulas diligunt summopere se cavere oportet, ne in la-
cf. 1. Tim. 3, 7. queum diaboli cadant; quamque sit nefarium sanctimoniales, quae mundi contempto coniugio Christo se devoverunt, aut consobrinam vel de propria consanguinitate uxores ducere, omnibus in recta fide Christi permanentibus patet.

142.

Nicolaus Osbaldo chorepiscopo Carantano consulenti praecipit, ut de culpa presbyteri illius, qui diaconum percussisse suspectus habebatur, canonicum fiat examen; suadet, ut clericus, qui paganum occiderit, ab officio sacerdotali recedat. *858—867.*

Collectiones canonum: Coll. trium partium I, 62 nn. 43. 44 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 85'—86); Decr. Grat. c. 39 D. 50, c. 6 D. 50. Alterum tantummodo fragmentum (1) invenitur in Ivon. Decr. X, 24.

Edd. Migne, Patr. lat. CXIX, 1131 nn. 139. 138; von Jaksch, Monumenta historica ducatus Carinthiae III, 11 n. 24, III, 10 n. 23. — Cf. J.-E. Reg. n. 2854 (2165. 2164). Kehr-Brackmann, Regesta pontif. Romanorum, Germania pontif. I, 263 n. 4.

(1) Studeat**[2] sanctitas tua persuadere episcopo tuo sibi canonicum[3] sociare numerum collegarum, id est sex ex vicinis provinciis fratres et coepiscopos suos[a]; quibus tecum iunctis et decernentibus diligenter investigare et omni annisu scrutari procurate, quatinus invenire valeatis, utrum percussione iam nominati presbyteri[b] an cervicis fractione idem diaconus, ut fertur, extinctus est. Et si quidem a saepefato presbytero non ad mortem percussus est, sed ex equo cadens cervice fracta interiit, secundum arbitrium vestrum[c] pro percussione incaute agenti[d] presbytero paenitentiam competentem indicite, et aliquanto tempore a missarum sollempniis suspendatur, denuo ad[e] sacerdotale post haec[e] rediturus officium. Quodsi veraciter qualicumque percussione istius[f] presbyteri ille mortuus est[g] diaconus, nulla hunc ratione ministrare sacerdotis[h] more[h] decernimus, quoniam, etsi voluntatem occidendi non habuit, furor tamen et indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodiit, in omnibus, sed[i] praecipue in Dei ministris multipliciter inhibentur[k]

---

*) *Lemma:* Quam nefarium sit consanguineis copulari. Nicolaus Ieremiae episcopo *Ivo.*

**) *Lemmata:* Item Osbaldo corepiscopo Quadrantano de quodam presbytero, cuius percussione diaconus extinctus dicebatur *Coll. tr. p.;* De poena presbyteri, qui diaconum percusserit. Nicolaus Hosbaldo episcopo Quadrantino *Ivo;* Unde Nicolaus papa scribit Osbaldo corepiscopo Quadrantino. Perpetuo careat offitio presbiter, qui ira conmotus, licet extra animum, aliquem interfecerit *Grat.*

142. a) tuos *Ivo.* b) episcopi *Coll. tr. p.* c) nostrum *Coll. tr. p.* d) agendi *Coll. tr. p.* e) post haec ad sacerdotale *Grat.* f) *om. Coll. tr. p., Grat.* g) fuerit *Grat.* h) more sacerdotis *Grat.* i) et *Grat.* k) inhibetur *Grat.*

1) *Ieremiae episcopi sedes ignoratur. Notandum est Leonem IV. papam (847—855) cuidam huius nominis episcopo, item sedis ignotae (cf. Ewald in 'Neues Archiv' V, 376 ann. 12), epistolam direxisse, MG. Epist. V, 586 n. 3 (J.-E. Reg. n. 2604).* 2) *Duo fragmenta hic primum uno sub numero edita coniungenda esse docet collectio trium partium. V. etiam Analecta iuris pontif. X, 170 sq. Sdralek, 'De Nicolai codicibus' p. 27 ann. 5. J.-E. Reg. l. l. — Cf. 'excerptum de Karentanis' s. XII., MG. SS. XI, 15, ubi laudantur his verbis:* Huic Osbaldo scripsit Nicolaus papa duos canones, qui in corpore decretorum inveniuntur. *De Osbaldo chorepiscopo Carinthiae satis noto et de praesenti epistola cf. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 175. Hauck, 'Kirchengeschichte Deutschlands' II², 469 ann. 1, 689 ann. 4, 722 cum ann. 3. Kehr-Brackmann, Germania pontificia I, 123.* 3) *Cf. conc. African. c. 20, Migne, Patr. lat. LXVII, 190.*

atque ubique[a] dampnantur[b]. Verum si presbyter adeo vestro studio noxius[c] forte 858—867.
claruerit, praecipimus, ut tale beneficium sibi ecclesiae suae concedatur, quo et ipse et sui sufficiens[d] possint habere suae sustentationis solacium.

(2) De*[1] his vero[e] clericis, pro quibus consuluisti[f], scilicet qui se defendendo paganum occiderunt, si postea per paenitentiam emundati[g] possint[h] ad pristinum[h] gradum redire aut ad altiorem ascendere, scito nos nullam occasionem dare nec ullam tribuere licentiam[i] eis quemlibet hominem[k] quolibet modo occidendi. Non[l] igitur licentiam damus militibus Christi aliter se defendere quam ipse in se monstravit Christus, illis dumtaxat, qui clericatus funguntur officio quique familiarius in castris militantur eius, nec occidendi eis prorsus tribuimus facultatem[l]. Verum si contigerit et[m] clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occiderit, multum sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit, satiusque est[n] illi[n] in[o] hac vita Domino sub inferiori habitu inreprehensibiliter famulari quam alta indebite appetendo dampnabiliter[p] in profundum[p] cf. Matth. 18, 6.
dimergi.

143.

Fragmentum epistolae Nicolai. *858—867.*

Collectio canonum: Deusdedit IV, 177 [101] (ed. Wolf von Glanvell I, 485) [ed. Martinucci p. 417]. — J.-E. Reg. deest.

P[etrus]** in Domini passione nichil in Malcho nisi auriculam abscidit, ut nobis cf. Ioh. 18, 10.
eius vicem gerentibus daret intelligi nullos nos magis debere consequi[a] quorumlibet inobedientium surdos auditus[2].

144.

(Nicolaus) episcopo cuidam praecipit, ut Gerelando presbytero incunctanter officii communionem et titulum reddere procuret sicque demum causam illius canonico examine inquirat. *858—867.*

Collectio canonum: Collectio Britannica Var. II, 131 (cod. Mus. Brit. addit. 8873 fol. 210—210') (B).

Edit. Loewenfeld, Epistolae pontificum Romanorum ineditae (Lipsiae 1885) p. 23 n. 44. — Cf. J.-E. Reg. n. 2855.

[N]overit sanctitas tua[3], quia hic praesentium[a] lator[b] Gerelandus presbiter dioceseos tuae apostolatum nostrum adiens questus[c], quod quorundam vulgarium populorum iniquis fuisset criminationibus apud sanctitatem tuam impetitus, unde commotus[d] ab eo titulum,

---

*) *Lemmata:* De clericis, qui se defendendo paganum occiderunt *Coll. tr. p.;* Qui se defendendo paganum occiderit, sacerdotali careat offitio. Idem *[scil.* Nicolaus papa*]* Osbaldo corepiscopo Quadrantino *Grat.*

**) *Lemma:* Idem in registro. *Praecedunt in Deusd. IV, 176 fragmenta epistolae Nicolai supra n. 46 (p. 325).*

a) *om. Grat.* b) dampnatur *Grat.* c) obnoxius *Grat.* d) sufficienter *Ivo.* e) *om. Grat.* f) consuluistis *Grat.* g) emendati *Grat.* h) ad pristinum possint *Grat.* i) *om. Coll. tr. p.* k) hominum *Grat.* l) Non — facultatem *(infra l. 10) desunt Grat.* m) ut *Grat.* n) illi est *Grat.* o) ut in *Coll. tr. p.* p) in profundum dampnabiliter *Grat.*

143. a) quam *add. Martinucci.*

144. a) psentium *B.* b) *corr. ex* lartor *B.* c) est *add. Loewenfeld.* d) comotus *B.*

1) *Cf. simile decretum in ep. supra n. 104 p. 613 l. 16 sqq.* 2) *V. etiam supra ep. n. 123 p. 641 l. 21 sq.* 3) *Cui episcopo directa sit haec epistola, nescimus. Cf. etiam Loewenfeld, l. l. p. 23 ann. 1. Praecedit autem in collectione Britannica fragmentum quoddam incerti auctoris — quamvis fortasse Nicolai —, quod infra (n. 160) inter epistolas dubias edemus.*

858—867. in quo canonice ordinatus fuerat, abstulisses, insuper a communione officii sui illum suspendisses. Quod si ita est, non nobis canonice[1] actum fuisse prorsus apparet. Primum, quoniam non minus quam a sex episcopis audiri in[a] causa[a] criminis presbiterum convenit; deinde cum accusatores crimen illi nullum probaverint nec ipse id minime proprio fuerit ore confessus, nec tituli nec officii debuit ullam sustinere iacturam. Nunc vero hac nostra apostolica auctoritate tibi praecipimus, ut, cum hanc nostram epistolam susceperis, mox omnis tarditatis mora cessante iam fato praesentium portitori et proprii officii communionem et titulum suum reddere incunctanter procures sicque demum iuncto[b 2] tibi integro numero collegarum[c], id est sex tecum episcoporum, causam illius diligenter inquiras. Et, si per idoneos[d] testes aliquo crimine convictus fuerit vel si sua sponte id manifestus[e] fuerit, poterit utique non tantummodo a titulo, sed et ab officio removeri proprio. Quodsi de aliquo crimine accusatus est et convictus a quadraginta quatuor[f] testibus[3] non fuerit et ipse se hoc perpetrasse[g] negaverit[h], superest[i], ut hic presbiter positis sacrosanctis[k] ewangeliis per ea solus iureiurando affirmet se coram sancto concilio ab ipso crimine, quod illi obicitur, esse prorsus immunem, sicque[l] de illa calumpnia sibi illata cum sacerdotio et titulo suo maneat omnino securus. Agat igitur de hoc sanctitas tua, ut pro hoc apostolatus noster[m] istius presbiteri denuo pulsetur querela, et nostris diffinicio[nibus][n], sicut decet, obedienter obtemperetis.

145.

Nicolaus Frotario Burdegalensi archiepiscopo consulente decernit, quae poenitentia Burgaudo ecclesiasticarum rerum invasori imponenda sit. *858—867.*

Collectiones canonum: Coll. trium partium I, 62 n. 18 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 83—83'); Decr. Grat. c. 17 C. 12 q. 2 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1124 n. 122). — Cf. J.-E. Reg. n. 2840 (2148).

De* viro nefando Burgaudo[a] nomine, qui rabie insana commotus diabolicis se irretire laqueis non dubitavit atque gentilium more per abrupta[b] itinera et compita insidians vobis, proh[c] dolor[c], in vestrae ecclesiae villa una cum clericis[d] manentibus et populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus paneque spirituali[e] verbi vacua hominum corda reficientibus atque laudabile salutis propriae desiderium habentibus sancta beatorum[f] apostolorum Petri et Pauli limina visitare, collectis maliciae suae sequacibus et iniquitatis complicibus, nefarias invasiones et depraedationes violen-

---

*) *Lemmata:* Idem Frotario archiepiscopo Burdegalensi[4]. Qui modus pęnitentię fuerit indicendus Burgaudo et malitię suę sequacibus, qui nefarias praesumptiones facere praesumpserat *Coll. tr. p.;* Que vero penitencia huiusmodi invasoribus atque predonibus, qui vasa sacra et reliqua divino cultui dedicata pollutis manibus arripiunt et quasi profana contractant, sit indicenda, Nicolaus papa diffinit scribens Frontario archiepiscopo Burdegalensi. Invasoribus rerum ecclesiasticarum que penitencia sit inponenda *Grat.*

a) *bis in B.* b) iucto *B.* c) collega *B.* d) ideoneos *B.* e) *sic B.* f) $\overset{\text{or}}{\text{IIII}}$ *B.* g) perpetsse *B.* h) *corr. ead. man. ex* nequiverit *B.* i) sup hest *(sic) B.* k) sacrosancti *B.* l) si que *B.* m) *codice mutilato evanuerunt 5—6 litterae post* noster *B;* non amplius *supplevit Bishop.* n) *cognosci tantum potest* diffinicio *B.*

145. a) Burgando *Grat.* b) arrupta *Coll. tr. p.* c) *desunt Grat.* d) vestris *add. Grat.* e) spiritualis *Grat.* f) *om. Grat.*

1) *V. ann. sequentem.* 2) *Cf. conc. African. c. 20, Migne, Patr. lat. LXVII, 190. — V. etiam supra ep. n. 142 p. 660.* 3) *Cf. conc. Roman. II. Silvestri I. (314—335) spurium c. 3, Mansi II, 623, Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 449:* Presbiter autem cardinalis nisi quadraginta quatuor testibus non dampnabitur. 4) *'Bordeaux', sed. 860; 876 Bituricensis ('Bourges') archiepiscopus factus est. Cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 62.*

tas[ab] inferre[b] demonico[c] ausu praesumpsit[d] et, ut epistolae vestrae[1] textus eloquitur, sacrum altare sacraque dominici corporis et sanguinis vasa, insuper et sanctum chrisma pollutis arripere manibus quasi vilia et ad usum communem apta praesumpsit, dilectio[e] nos vestra consuluit, si ipse vel qui cum eo in[f] tam[f] impio et iniquo scelere fuerunt ad paenitentiam quandoque gratia tacti[g] divina venire voluerint, quo eos paenitentiae vinculo constringatis, nostrae institutionis censuram exposcere curastis. De quibus, si tamen ita est, iubemus, cum ad paenitentiam reverti acceleraverint, uno anno extra ecclesiam Dei consistere, cuius sacratissima vasa extra ritum fidei Christianae diripiendo auferre non dubitarunt[h], secundo vero anno ante fores ecclesiae[i] sine communione manere[k], tercio vero anno ecclesiam Dei ingredi[l] et inter audientes sine[m] oblatione[m] astare[m], non manducantes[n] carnes[o] neque bibentes vinum praeter natalis et dominicae[p] resurrectionis[p] dies. Quarto praeterea anno, si his tribus[q] prioribus[q] eorum fructuosus fuerit paenitentiae labor, communioni fidelium restituantur totaque mentis devotione[r] spondentes talia se ulterius numquam facturos corpus et sanguinem Domini suscipere mereantur; et usque ad septimum annum tribus in ebdomada diebus sine esu carnium et vini potatione maneant paenitentes. 859—867.

146.

Nicolaus Adalwino Iuvavensi archiepiscopo respondit: feminam, quae post obitum mariti velamen super caput imposuerit, postea vero ad nuptias redierit, poenitentiam agere et ad id, quod spoponderit, reverti debere. *859—867.*

Collectiones canonum: Reginon. libri duo de synodalibus causis et disciplinis ecclesiasticis app. II, 30 (ed. Wasserschleben p. 443); Burchardi Decr. VIII, 47 (cf. cod. Vatic. lat. 1355 s. XI. fol. 161); Coll. XII partium III, 269 (cod. Berolin. lat. Savin. 2 fol. 64[1]); Ivon. Decr. VII, 65. 152; Ivon. Panorm. III, 205. 206; Decr. Grat. c. 6. 7 D. 27; cod. Udalrici Babenberg. (ed. Jaffé, Bibl. rer. Germ. V, 374 n. 206); cod. Vindobon. 354 fol. 115; cod. Vatic. lat. 3832 fol. 147. — Textum edimus ex Reginone et Burchardo.

Edd. Mansi, Conc. coll. XV, 459. 473; Migne, Patr. lat. CXIX, 1125 n. 125. — Cf. J.-E. Reg. n. 2844 (2151); Kehr-Brackmann, Regesta pontificum Romanorum, Germania pontificia I, 12 n. 20.

NICOLAUS* EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADALWINO SANCTAE IUVAVENSIS[2] ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO[3].

Quod autem interrogasti de femina, quae post obitum mariti sui velamen sacrum super caput suum imposuit et finxit se sub eodem velamine sanctimonialem feminam[a] esse, postea vero ad nuptias rediit, bonum mihi videtur, quia per hypocrisin ecclesiasticam regulam conturbare voluit et non legitime in voto suo permansit, ut poenitentiam agat de illusione nefanda et revertatur ad id, quod spopondit et in sacro ministerio inchoavit. Nam si consenserimus, quod omnia sacramenta ecclesiastica quisque, prout vult, fingat et non vere faciat, omnis ordo ecclesiasticus conturbatur nec catholicae fidei iura consistunt nec canones sacri rite observantur. Quid enim profuit Simoni mago

---

*) *Lemma:* De vidua, quae sub obtentu religionis velum ad tempus sibi imposuerit. Cap. V (Ex epistola Nicolai papae cap. V *Burch.*) *Regino, Burch.*

a) violentias *Coll. tr. p.* b) inferre violentas *Grat.* c) demoniaco *Grat.* d) presumpserit *Grat.* e) ut dilectio *Coll. tr. p.* f) *corr., ut videtur, ex* uitam *Coll. tr. p.* g) tracti *Grat.* h) dubitaverunt *Grat.* i) ęcclesię *Coll. tr. p.* k) maneant *Grat.* l) ingrediantur *Grat.* m) astent sine oblatione *Grat.* n) maducantes *Coll. tr. p.* o) carnem *Grat.* p) resurrectionis dominicae *Grat.* q) prioribus tribus *Grat.* r) intentione *Grat.*

146. a) *om. Burch.*

1) *Non iam exstantis.* 2) *Hodie 'Salzburg'.* 3) *859—873.*

860(863)—867. baptismum sacrum ficte suscipere et in Christianitate permansurum se finxisse, cum per apostolum fraus[a] eius detecta, quod sibi futurum esset, pronunciatum[b] est? Ait enim:
Act. 8, 20–23. 'Pecunia tua tecum sit in perditione; cor enim tuum non est rectum coram Deo. Poenitentiam itaque age ab hac nequitia tua et roga Deum, ut[c] forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.' Ideo[d] tales[d], nisi resipiscant, spirituali gladio percutere censemus; non enim
cf. Act. 5, 1–10. fas est spiritui sancto mentiri, sicut Ananias et Saphira mentiti sunt et statim perierunt.

147.

Nicolaus (Adoni Viennensi) archiepiscopo octo decreta canonica dirigit.

860 (863)—867.

Codd. Vatic. Reg. lat. 566 fol. 52'—53' (B); Rochell. 387 fol. 93—93' (C).

Edd. Labbe, Concilia VIII, 566 (1671); Mansi, Conc. coll. XV, 451; Migne, Patr. lat. CXIX, 1121. — Cf. J.-E. Reg. n. 2836 (2144).

I.* Ut[1] archiepiscopi canonicos conventus in provintiis sibi commissis cum timore Dei faciant[a]; ubi omnes cum venerabilibus episcopis nobiliores provintiae conveniant ibique integritatem fidei et canonicarum regularum observantiam audiant et ad tenendum, ne excusari possint, subscribere doceantur.

II. Ut metropolitani vigorem ecclesiasticum reverentius servent et sive in vita sive in doctrina singulari[b] auctoritate praecellant, saeculares discursus et negotia vitent, zelo pietatis inflammati adversus mundialium hominum malitiam fortius et verius insurgant, principes regni adulando non decipiant, provintiarum suarum munere divino sibi commissarum in omnibus curam habeant.

III. Ut suffraganei reverentiam et oboedientiam condignam metropolitanis suis exhibeant, ad metropolitanam sedem oboedienter occurrant, causas ecclesiasticas cum metropolitano suo fideliter pertractent et ab ipso formam, qualiter ipsi in ecclesia sua agant, accipiant.

IV. Ut archiepiscopi et episcopi plebes, id est baptismales[c] ecclesias[2], in diocesibus[d] suis more antiquo constituant, et laici[e] a[f] talibus[f] cavere doceantur. Ad quas[g] reliquarum ecclesiarum tituli pertineant, ut ibi conventus celebrior populorum fiat et
cf. Ioh. 11, 52. doctrina fidei ac[h] Christianitatis[i] in unum congregatis liberius praedicetur.

V. Ut archiepiscopi cum coepiscopis suis auctoritate patrum nostrorum muniti procurent, ut sacris locis dignae personae praeferantur et saecularium habitacula loca Deo dicata et sacrata non fiant. Unde et nos pios principes, ubi oportunum fuit, monuimus, ut propter honorem Christianitatis suae, quod diebus illorum depravatum et destructum est, sollicitius et melius recorrigant[3]. Ipsi quoque archiepiscopi et episcopi

---

*) *Lemma:* De sententiis atque (adque *C*) interdictis sedis apostolicae ad supradictum archiepiscopum inter alia *B, C; numeros capitulorum om. C.*

a) fraude *Burch.* b) praenuntiatum *Burch.* c) si *exhibet cod. Vat. lat. 1355.* d) *pro his exstant in cod. Vat. lat. 1355:* Quapropter huiusmodi mulieres, quę conversę sunt post sathanan *(cf. 1. Tim. 5, 15).*

147. a) *vel* fatiant *B.* b) regulari *corr., ut vid., ex* segulari *B.* c) babtismales *B.* d) dyocesibus *B.* e) layci *hic et infra B.* f) actibus *C.* g) quos *B.* h) a *C.* i) crhistianitatis *B.*

1) *Adoni Viennensi haec capitula directa esse codices docent, in quibus sequuntur supra ep. n. 118 (p. 637). Cf. etiam W. Kremers, 'Ado von Vienne' p. 39 sq. ann. 21. — De tempore eorum dici possunt haec: Non recte ponuntur ap. J.-E. Reg. l. l. ad a. 858—867, cum a. 860 demum Ado archiepiscopatum obtinuerit; nec rectius cum ep. infra n. 154 ea coniungentes a. 861 attribuunt Anal. iur. pontif. X, 60. 80. Revera a. 860—867 vel respecto infra c. VIII a. 863—867 data sunt.* 2) *Cf. Anal. iur. pontif. X, 80.*
3) *Cf. supra ep. n. 43 p. 317 sq., ep. n. 125 p. 646.*

cupiditatem suam cohibeant, ut laicos postmodum ab inlicita praesumptione liberius castigare valeant neque, sicut hactenus factum est, ad scandalum et ruinam multorum aliena[a] appetant et locis ad ius suum et episcopatum non pertinentibus dominari non expostulent, sed contenti terminis suis sicque potentialius laicorum[b] avaritiam et incautelam reprimere poterunt[c]. 861—867.

VI. De excommunicatis publice propter publicum crimen, ut per publicam poenitentiam recipiantur[1] et secundum modum facti canonica auctoritate singulis poenitentia prolongetur.

VII. Ut non temere excommunicationes fiant[2], ne[3] auctoritas episcopalis vilescat, neque absolutiones inordinate, nisi satisfactio ordinabiliter regulis patrum consentiens praecedat.

VIII.[d] Si[4] quis dogmata[e], mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro catholica fide, pro ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum[f] vel interdictione imminentium vel futurorum malorum a sedis apostolicae praesule salubriter promulgata[g] contempserit, anathema sit.

148.

Nicolaus Tadoni archiepiscopo Mediolanensi scribit, quomodo occisores presbyterorum coerceantur. *861—867.*

Collectiones canonum: Ivon. Decr. X, 20 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1134 n. 141); Coll. trium partium III, 20 n. 8 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 163—163'); Decr. Grat. c. 23 C. 17 q. 4. — Cf. J.-E. Reg. n. 2864 (2167).

De* presbyterorum flagellatoribus et occisoribus, praedonibus scilicet, qui saeculari brachio minime coercentur, iuxta praeceptum Domini placet fraterno amore conveniantur secundo ac tertio[5]. Quique[a] si te[b] non audierint, conveniente ecclesia eos eucharistia[c] privare atque, si in sua obstinatione parvipendentes[d] sacerdotalia monita forte permanserint[e], ab ecclesiae compage sub anathematis interdictione resecare licentiam tribuimus. Quos etiam resipiscentes tandem digna satisfactione praemissa in gremio sanctae matris ecclesiae revocari noveris posse. cf. Matth. 18, 16. 17.

---

*) *Lemmata:* Nicolaus (papa *add. Coll. tr. p.)* Tadoni archiepiscopo Mediolano[6] (archiep. Mediol. *om. Coll. tr. p.).* De flagellatoribus et occisoribus presbyterorum *Ivo, Coll. tr. p.*; Flagellatores presbiterorum, post tertiam ammonitionem si non resipuerint, excommunicentur. Item Nicolaus papa Thadoni archiepiscopo Mediolani *Grat.*

a) *sequitur rasura 3 litterarum B;* non *add. C.* b) laycorum *B, C.* c) potuerunt *C.* d) VIII *om. B, C.* e) docmata *B.* f) scelaeratorum *C.* g) promulta *C.*

148. a) Qui *Grat.* b) *om. Coll. tr. p.* c) sacra communione *Grat.* d) permanentes *Grat.* e) contempserint *Grat.*

1) *Cf. conc. Mogunt. a. 847 c. 31, MG. Capit. II, 184:* qui publice peccat, oportet, ut publica multetur poenitentia et secundum ordinem canonum pro merito suo et excommunicetur et reconcilietur. 2) *Cf. Kremers, l. l. p. 39. V. etiam conc. African. c. 133, Migne, Patr. lat. LXVII, 223.* 3) *Cf. conc. Sardic. c. 6 (Mansi III, 24).* 4) *Hoc caput sumptum videtur esse ex statutis synodi Romanae a. 863 c. Oct. 30, quae etiam Adoni transmissa sunt, v. supra p. 286 c. V. Ubi etiam inscriptionem totius huius epistolae (cf. supra p. 664 l. 35) invenies, p. 286 l. 18:* De sententiis atque interdictis sedis apostolicae. 5) *Cf. Hinschius, 'Kirchenrecht' V, 1 p. 11 ann. 2.* 6) *861—869.*

149.

861—867. *Fragmentum epistolae Nicolai ad Tadonem Mediolanensem archiepiscopum directae. 861—867.*

Collectio canonum: Ivon. Decr. IX, 14 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1134 n. 142). — Cf. J.-E. Reg. n. 2865 (2168).

Eos*, qui cum amitae suae filia vel patrui vel avunculi heu forte peccaverint, iuxta gradus cognationis statuimus modum culpae tractari, sicuti pridem tibi per apostolicam epistolam[1] de his, qui cum spirituali matre huiusce flagitium commiserint, innotuimus.

150.

Nicolaus Tadoni archiepiscopo Mediolanensi scribit de poena presbyteris, qui non sponte homicidium perpetraverunt, imponenda. 861—867.

Collectio canonum: Ivon. Decr. X, 29 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1134 n. 142 [lege 143]). — Cf. J.-E. Reg. n. 2866 (2169).

Propterea** de presbyteris, qui non sponte homicidium perpetrarunt et tamen homicidii noxam, qua revera homicidae sunt, incurrunt, sancimus, ut subducti a sacerdotali ministerio[2] poenitentia iuxta sacros ordines macerentur[3] et post, emensis temporibus poenitentiae indictae, dignam satisfactionem praebentes communionis gratiam consequantur, intemeratis dumtaxat in omnibus sacrosanctis canonibus ac apostolicae sedis pontificum decretis, quibus conversis et poenitentibus misericordiam largiri posse et ecclesiae aditum non denegamus, immo hortamur salubriter atque iubemus.

151.

Nicolaus Tadoni archiepiscopo Mediolanensi corporibus nondum divinitus revelatis sanctorum imagines nominaque nequaquam aptari debere scribit. 861—867.

Collectio canonum: Coll. trium partium I, 62 n. 27 (cod. Berolin. lat. fol. 197 fol. 84—84' [B]).

Edd. Analecta iuris pontificii X, 174 n. 164 (= Sdralek, 'Die Briefe des Papstes Nikolaus' I.' in 'Tübinger theologische Quartalschrift' LXII, 244 ann. 1 [1880]) ex codice Iosaphateo collectionis trium partium. — Cf. J.-E. Reg. n. 2867.

Quod*** ais apud diocesim tuam[4] non esse sanctorum corpora nisi Christi martyris Afrae matrisque eius Hilariae seu puellarum earum[5], esse tamen plura, quae spetialibus indiciis ac nominibus minime clareant, quorum nonnulla nimirum integra manere feruntur, quae etiam auctoritate apostolica praemissis ieiuniis et orationibus aliorum sanctorum apta[a] nominibus in basilicis honorabiliter recondere niteris, penitus[b] excusamus vehe-

---

*) *Lemma:* Ut iuxta gradus cognationis modus culpae tractetur. Nicolaus Tandoni *(sic)* archiepiscopo Mediolano *Ivo.*

**) *Lemma:* Ut presbyter homicida sacerdotali officio careat. Nicolaus Tadoni archiepiscopo Mediolano *Ivo.*

***) *Lemma:* Idem Radoni *(sic pro* Tadoni*)* archiepiscopo Mediolano. Non debere aptari imagines sanctorum et nomina corporibus nondum divinitus revelatis *B.*

151. a) *sic B;* aptatis *Analecta.* b) pęnitus *B.*

1) *Quae non exstat.* 2) *Cf. etiam supra epp. nn. 104, 142 (p. 613, 661).* 3) *Cf. concil. Ancyran. c. 22, Mansi II, 527.* 4) *Cf. Anal. iur. pontif. X, 175 ann. 2.* 5) *Dignae, Eumeniae, Euprepiae. Cf. Wetzer und Welte, 'Kirchenlexikon' I², 299.*

menterque fieri inhibemus. Quippe cum invocatio sanctorum nominum sufficiat, etiam ubi corpora desunt, fidelibus ad salutem, indignum procul dubio est nondum divinitus per gloriosos agones corporibus revelatis sanctorum imagines nominaque aptari. Quae tamen, licet forte sanctorum sint, operae[a] precium est tam diu in incerto suae conditionis manere, quam diu eos Dominus more solito revelando ad summam sanctorum provexerit libertatem. 862—867.

152.

Nicolaus Iohannem archiepiscopum Ravennatem loco Oleoberti necati episcopi episcopum successorem consecrare vetat, priusquam reis detectis et punitis de electione concordia cleri et plebis ducisque celebrata sedi apostolicae nuntiatum sit. *862—867.*

Collectio canonum: Ivon. Decr. X, 19 (ex quo ed. ap. Migne, Patr. lat. CXIX, 1134 n. 144). — Cf. J.-E. Reg. n. 2868 (2170). Kehr, Regesta pontif. Romanorum, Italia pontificia V, 41 n. 109, cf. V, 197 n. 1.

De* Oleoberti episcopi Gravellensis[1] crudelissima nece multum apostolatus noster condoluit et magno moerore affectus est; sed rursus non minus prudentiam tuam miramur, utrum verum sit, quod illuc vestrum factura episcopum sine nostra licentia transmiserit, cum licitum non sit, sicut dicitis, missum. Certe etsi aliud non impediret, saltem vos tantum scelus paululum retardare debuerat, ne cito in tali et de tali populo episcopum constitueretis, ubi oves morbidae Iudaeorum in dominum salvatorem imitantes[a] flagitium proprium ausi sunt truncare pastorem. Sustinete igitur paulisper et causam, quam nescitis, secundum beatum Iob diligentissime investigate, ne forte, nisi digna examinatio praevenerit, manus super caput sanguine plenum posuisse, quod absit, inveniamini. Cum autem detectis reis atque punitis qui dignus sit apparuerit et cleri plebisque et ducis nostri nostram habentis auctoritatem, qui utique unus e plebe eadem esse dinoscitur, concordia effecta fuerit, celebretur electio, sicque demum, sicut in synodo deliberatum est atque constitutum[2], nobis hoc innotescite. Et, cum de electo nostro apostolatui nunciatum fuerit, adiuvante Domino sanctione praemissa episcopus a vestra beatitudine consecretur. cf. Iob 29, 16.

153.

Nicolaus Adoni (Viennensi) archiepiscopo Gratianopolim, Valentiam, Genavam, Tarentasiam suffraganeas civitates confirmat, ita tamen, ut Tarentasiensis ecclesia nullam privilegii concessionem amittat. *867 Iun. 13.*

Cod. Vatic. Reg. lat. 566 fol. 62—62' (B).

Edd. Labbe, Concilia VIII, 567 (1671); Mansi, Conc. coll. XV, 452; Migne, Patr. lat. CXIX, 1151. — Cf. J.-E. Reg. n. 2876 (2178).

---

*) *Lemma:* Ut, si episcopus occisus fuerit, alter non subrogetur nisi reis detectis et punitis. Nicolaus Iohanni archiepiscopo Ravennae[3] *Ivo.*

a) opere *B.*

152. a) imitans *Ivo.*

1) *Aliunde ignoti. Pro* Gravellensis *autem* Gavellensis *('Gavello') legendum esse apte proponit Kehr, Reg. l. l.* 2) *Significatur decretum synodi illius a. 861. Nov. 18 habitae (cf. supra p. 614 ann. 1), quod in Libro pontificali ed. Duchesne II, 157 laudatur his verbis:* Item sancimus, ut episcopos per Emiliam non consecres, nisi post electionem ducis, cleri et populi per epistolam apostolicae sedis presulis acceperis eos consecrandi licentiam. *V. etiam Duchesne, l. l. II, 169 ann. 30 c. I (= Mansi XV, 599).* 3) *850—878.*

867 Iun. 13. NICHOLAUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADONI ARCHIEPISCOPO[1].

Decretum perpetuum Viennensis ecclesiae, quod reverenter petiit sanctitas tua a sede apostolica et humiliter expostulavit, ut privilegium antiquum a patribus et praedecessoribus nostris Viennensi sacrae sedi concessum[a] renovaremus, auctoritas huius sanctae sedis, quia digna res petebatur, non abnuit. Sicut ergo ab antecessoribus nostris, beatissimo scilicet Leone[2] et a reliquis pene ad nostra tempora, tuis antecessoribus praestitum est largitione apostolica, ut iuri Viennensis ecclesiae quattuor civitates vel oppida, Gratianopolis[b 3] scilicet, Valentia[4], Genava[5], Darentasia[6], perpetue subiectae manerent[7], ita n[unc][c] noster praesulatus futuris temporibus firmum et inconvulsum durare praesenti decreto[d] constituit et, ut ad potestatem et dispositionem Viennensis metropolis pertineant, immobiliter definivit. Neque tamen praeterea Darentensis ecclesia[8], si aliquod munus privilegii illi concessum est, perdat, quia nec hoc modo Viennensis archiepiscopus et primas ipsius a nostra auctoritate postulavit, ut isdem in tribus oppidis vel civitatibus, quae nunc additae et commissae videntur, non ordinaret et episcopos eorum ad se, cum oportunum videret, non advocaret; sed ut sub iure Viennensis ecclesiae ita se positum semper sciat, ut per dispositionem ipsius haec omnia ecclesiastice[e] agat et ad synhodum eiusdem archiepiscopi et primatis[f] vocatus pariter cum eisdem ipsis sibi concessis occurrat et, quantum ad generalem observationem adtinet, nihil praeter auctoritatem Viennensis praesulis definire praesumat, sitque humiliter, sicut a sanctae recordationis praedecessoribus nostris salubre firmatum et statutum est, Viennensi ecclesiae ita subpositus[g], ut postmodum liberius dignitatem suam a nobis sibi concessam habere et tenere praevaleat, ne forte, si aliter fecerit aut praesumpserit, non solum aliqua sibi concessa amittat, sed etiam propter transgressionem et inoboedientiam durius damnatus in futurum humilietur.

Data Id. Iun. indictione XV.

---

153. a) concessis *B.* b) Grationopolis *B.* c) n *tantum legi potest B.* d) *corr. ex* decretum *B.* e) ecclesiasticę *B.* f) *corr. ex* primittus *B.* g) b *suprascr. B.*

1) *Viennensi (860—875). — De hac epistola cf. W. Kremers, 'Ado von Vienne' p. 41 sq. (1911).* 2) *I. (440—461). MG. Epist. III, 20 n. 13 (J.-K. Reg. n. 450). Leonis ordinationem confirmavit Symmachus (498—514), MG. Epist. III, 35 n. 25 (J.-K. Reg. n. 765). — Cf. etiam conc. Francofurtense a. 794 c. 8, MG. Concilia II, 167.* 3) *'Grenoble'.* 4) *'Valence'.* 5) *'Genf'.* 6) *'Tarantaise'.* 7) *De suffraganeis Viennensis ecclesiae ecclesiis cf. praecipue Duchesne, 'Fastes épiscopaux' I², 212 sqq.* 8) *Cf. Kremers, l. l.; Gundlach in 'Neues Archiv' XV, 73 ann. 1; Lesne, 'La hiérarchie épiscopale' p. 100 sqq. ann. 3.*

V.

NICOLAI I. PAPAE EPISTOLAE SPURIAE ET DUBIAE.

154.

Nicolaus Adoni archiepiscopo Viennensi pallium ea conditione concedit, ut statim sibi scribat, qualiter de quinta et sexta synodis, quas quattuor synodos observans in litteris praetermiserit, sentiat. Dirigit ei synodi Romanae mense Martio celebratae acta, quae etiam ceteris archiepiscopis transmittat. (861.) (861.)

Codd. non exstant.

Edd. Iohannes a Bosco (Jean du Boys), Veteris Floriacensis bibliothecae regiae laevum xyston p. 53 (1605); Baronii Ann. eccles. a. 863 n. 1; Jean le Lièvre, 'Histoire de l'antiquité et saincteté de la cité de Vienne en la Gaule Celtique' p. 207 (1623); Mansi, Conc. coll. XV, 469; Migne, Patr. lat. CXIX, 796; MG. Epist. III, 99. — Cf. J.-E. Reg. n. 2693 (2032).

NICHOLAUS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO ADONI VIENNENSI CONFRATRI NOSTRO ARCHIEPISCOPO[1].

Sanctioni[b] et institutioni canonicae obtemperantes vestrae dilectionis apices destinare curastis. Quibus cordi apostolico laetitiam dedimus, licet eisdem perlectis moerore affecti fuerimus, eo quod quatuor synodos observantes quintam et sextam praetermiseritis[2]. Nam in petitione pallii vobis annuimus. Verumtamen istiusmodi occasione nacta non fuerat postulatio vestra implenda, nisi recensita intentione directae scripturae cognovissemus vos per omnia tenere velle quod sancta dogmatisat ecclesia. Ideoque volumus pariterque sanctitatem vestram rogamus, ut sub omni celeritate dirigatis, qualiter vos[c] de ipsis quinta et sexta synodis sentiatis.

Gratia sancti spiritus adhortante atque adiuvante in mense Martio pro diversis ecclesiae utilitatibus synodum Romae celebravimus[3]. Ubi etiam quaedam capitula statuimus ipsaque vestrae sanctitati custodienda seu confratribus vestris archiepiscopis per vos transmittenda direximus et suffraganeis vestris, ut hoc instruatis, observare hortamur.

---

154. a) Nicolaus *le Lièvre.* b) Sanxioni *le Lièvre.* c) *sic corr. inter errata pro* nos *Bosco;* nos *le Lièvre. Cf. 'Neues Archiv' XV, 17.*

1) *860—875. — De huius epistolae fide dubitasse iam videntur Maurini, cf. Analecta iuris pontif. X, 79 sq.; tamen inter genuinas eam receperunt in Regestis pontificum l. l. Jaffé et Ewald. Epistolis autem Viennensibus spuriis (de quibus cf. etiam Duchesne, 'Fastes épiscopaux' I², 162 sqq.) annumeratur a W. Gundlach, 'Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne um den Primatus Galliarum' in 'Neues Archiv' XV, 70 sq. 82.* 2) *Falsario in hoc Arelatenses epistolas genuinas (cf. MG. Epist. III, 67, 77, 80, 81 = J.-K. Reg. nn. 925, 946, 939, 938) usui fuisse opinatur Gundlach, 'Neues Archiv' XV, 82. — Revera Adonem septimam generalem synodum reiecisse recte annotant Anal. iur. pont. X, 80, W. Kremers, 'Ado von Vienne' p. 42 ann. 26 (1911).* 3) *Synodi Romanae a. 861. m. Martio celebratae nusquam mentio fit. Neque tamen recte ad synodum a. 862. m. Martio congregatam (cf. J.-E. Reg. I, 344 sq. et 'Neues Archiv' XXVI, 630) haec referre ideoque huic anno epistolam attribuere videntur J.-E. Reg. n. 2693. Cf. etiam Anal. iur. pont. X, 60. 80.*

155.

858—863. *Nicolaus Karolo archiepiscopo Moguntino de poenitentiis pro diversis criminibus imponendis respondet.* *858—863.*

Codd. Salisburg. S. Petri a. IX. 32 fol. 141—142 (B); Colon. metrop. 118 (olim Darmst. 2117) p. 49—51 (C); Bruxell. reg. 495—505 fol. 215' (D).

Edd. Wasserschleben, 'Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen (Leipzig' 1839), p. 165; Floss apud Migne, Patr. lat. CXIX, 811. — Cf. J.-E. Reg. n. † 2710 (2046).

NICOLAUS*[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO KAROLO[b] ARCHIEPISCOPO[1] SANCTAE[c] MAGONTIACENSIS[d] ECCLESIAE[e 2].

Qui sacrorum dogmatum[f] nitore intacto cupiunt[g] certamine rutilare, superni luminis[h] cernuntur favoribus procul dubio coruscare, quia perfectae actus normae exquirunt et beatificae sanctionis augmentum. Quibus, ut remur[i], compulsi apicum vestrorum[3] nectare nos pro quibusdam salubribus maluistis causis interrogare, ut gregis vobis[k] commissi integritatem salutari valeatis gubernaculo[l] perornare et delinquentium[m] temeritates et criminosae perpetrationis[n] insidias sollerti corrigere censura quaesitae[o] probabilisque[p] promulgationis effectui[q] mancipare. In his enim magis letamur et alacribus[r] cumulati[s] apostolico instituimus famine[t].

Qui[4] sacerdotem[u] morti voluntate[v] tradiderit vel parricidium perpetraverit, omnibus[w] diebus vitae suae carnem non comedat nec vinum bibere praesumat. Ieiunet[x] autem usque ad vesperum, exceptis festis diebus atque dominicis. Arma non sumat et, ubicumque ire voluerit, nullo vehiculo[y] deducatur, sed[z] propriis pedibus proficiscatur. Ecclesiam[a] per quinquennii[b] tempus non ingrediatur, sed, cum sacrarum[c] orationum officia vel missarum sollempnia[d] celebrantur, ante fores[e] basilicae perseveret, orans ac[f] deprecans Dominum, ut tanto crimine abluatur[g]. Post expletum vero quinquennii[h] tempus ingrediatur ecclesiam, nondum vero communicet, sed inter audientes tantummodo stet vel, dum facultas conceditur, sedeat. Cum autem duodecimi[i] anni fuerit[k] cursus finitus, communicandi ei licentia concedatur et equitandi tribuatur medela. Maneat autem in reliquis observationibus tres dies per ebdomadam, ut perfectius[l] purificationis mereatur pervenire ad culmen.

Illi[5] scilicet, qui pro[m] diversis erratibus[n] vel quibuscumque piaculis poenitentiae[o] fuerint iugo summissi[p], legitimo nullatenus matrimonio separentur, ne fornicationis[q] voragine demergantur

---

*) *Lemmata:* VIIII. Epistola Nicolai pape ad Carolum archiepiscopum sancte Mogontiacensis eclesiae *B;* Incipit epistola Nichalai papae ad Charolum archiepiscopum sanctum Mogonciacensis eclesiae VIIII. *C;* Epistola Nicolai papae ad Carolum archiepiscopum sanctae Magociacensis ecclesiae *D.*

155. a) Nichalaus *C.* b) Carolo *C.* c) *om. D.* d) Mogontiacensis *C, D.* e) eclesiae *B, C.* f) docmatum *D.* g) *corr. ras. et ss. C.* h) lumilis *C.* i) *al. m. corr. ex* remor *C.* k) nobis *B.* l) o *in ras. C.* m) delinquentum *corr. ex* delinquentem *C;* delinquentum *D.* n) *corr. ex* perpetrationes *C.* o) possitis *corr. al. man. pro* quaesitis *C;* queatis *D.* p) probabilis *D.* q) *corr. pro* effectu *C;* effectum *D.* r) alacrius *D.* s) i *corr. ras. C.* t) *corr. ex* faminę *B; corr. pro* femine *C.* u) sacerdote *D.* v) *corr. ex* voluntati *C.* w) in omnibus *D.* x) *corr. ex* ieiunat *C.* y) h *suprascr. al. m. C.* z) se *D.* a) eclesiam *hic et infra B, C.* b) *corr. ras. in fine C;* quinquennium *D.* c) sacrorum *B.* d) solemnia *B.* e) foras *C.* f) et *C, D.* g) *corr. ex* obluatur *C.* h) *corr. ras. in fine C.* i) i *in fine add. al. man. C;* XII^{cimi} *D.* k) fuerint *C.* l) *corr. ss. al. man. ex* perfectus *C.* m) *om. D.* n) erratis *C, D.* o) paenitentiae *hic et infra D.* p) submissi *C, D.* q) *corr. ex* fornicationes *C.*

1) *A. 856—863.* 2) *Hanc et sequentem epistolam non a Nicolao compositam, sed a falsario quodam ex canonibus Wormatiensis concilii a. 868 celebrati confictam esse accurate demonstravit M. Sdralek, 'Handschriftlich-kritische Untersuchungen über eine Gruppe von Briefen Papst Nikolaus I.' in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 193 sqq. 203 sqq. (1882). Cf. etiam Wasserschleben, l. l. Dümmler, 'Ostfränkisches Reich' II², 410 sq. ann. 4.* 3) *Non exstant.* 4) *Cf. concil. Wormat. c. 26, Mansi XV, 874.* 5) *Cf. conc. Wormat. c. 37, Mansi XV, 876. — V. etiam supra p. 659 ep. n. 139 et Sdralek, l. l. p. 213 sqq.*

et, dum ad alta[a] sublevari sperantur, corruantur[b] in coeno[c]. Homicidae[d] autem[e] post peractam poenitentiam arma non sumant[f] nisi contra paganos. De non sponte homicidium perpetrantibus promulgamus, ut[g] per quinquennii[h] temporis spacium non communicent, ieiuniis et orationibus assiduis vacare omni sollicitudine studeant, carnem non comedant tres dies in ebdomada neque vinum bibere praesumant, usque dum decennii tempus expleverint. 858—863.

Mulieres[1] autem, quae ante temporis plenitudinem[i] conceptos utero infantes voluntate excutiunt, ut homicidae procul dubio iudicandae sunt. Illae[k] vero, quae dormiendo filios suos suffocare videntur, leviter de his iudicare oportet, quia nolentes et non sentiendo[l] ad hunc devolutae sunt casum.

Si[2] vir viduam duxerit in coniugium[m] ex[n] priore[n] habentem[o] marito filiam et cum eadem filia postmodum concubuerit, coniugium modis omnibus matrimonii[p] dissolvatur, et vir ille poenitentiae subiaceat sanctionibus, ita ut per triennii tempus a[q] sacro corpore domini nostri Iesu[r] Christi suspendatur et[s] sanguine; carnem non manducet, abstineat[t] a vino atque pulmento[u] et singulis diebus ieiunium celebrare[v] festinet, exceptis festis[w] diebus[w] atque dominicis; orationibus omni[x] insistere sollicitudine studeat. Cum vero[y] trium annorum finis pervenerit, sacrae consors communionis[z] efficiatur[a] aliorumque[b] trium[c] annorum[d] circula[e], ut protulimus[f], integriter observare atque perficere summopere curet. Similiter autem de mulieribus, quae se clanculo patri in concubitu[g] substernerunt et[h] filio, observandum est. Taliter[i] quidem et[k] de his sancimus[l], qui[m] duabus[n] se[o] absconse[p] sororibus[p] pollutos[q] cognoscunt[r].

Haec breviter pro celeri vestrae exposuimus portitoris epistolae necessitate, qui festinus vestros cupiebat[s] remeare[s] ad fines, et pro quibusdam ecclesiasticis[t] utilitatibus, in quibus occupati eramus. Congruo pro quibus tempore idoneum vestrae legatum beatitudinis atque apices nostro[u] praesulatui destinare satagite; et tunc plenius perfectiusque de his omnibus superna iuvante gratia promulgare studebimus[v] vestraeque sanctitati[w] dirigere procurabimus[x]. Optamus sanctitatem vestram in Christo nunc et semper bene[y] valere.

156.

Nicolaus Karolo archiepiscopo Moguntino aliisque Germaniae episcopis et abbatibus scribens negat se in Salomonem episcopum sententiam protulisse; decernit Abbonis coniugium, in quarto gradu cognationis copulatum, esse dissolvendum; de nonnullis peccatis poenitentiisque imponendis praecepta dat. *858—863.*

---

a) *partim in ras. C.* b) obruantur *B;* corruant *D.* c) caeno *D.* d) *corr. ex* Homicida *C.* e) *om. D.* f) *ead. m. ss. corr. ex* sumat *C.* g) *corr. ex* et *C; om. D.* h) triennii *C, D.* i) plenitudine *D.* k) Ille *B;* Illę *C, D.* l) senciendo *D.* m) *corr. pro* coniugio *C;* coniugio *D.* n) *corr. pro* priorem *C.* o) *post* habentem *al. man. suprascr. add.* eiusque, *quod rursus eras. C.* p) matrimonio *B; corr. pro* matrimonio *C.* q) *om. C.* r) ihū *B, C.* s) a *D.* t) autem *add. C, D; post* abstineat *2—3 litterae eras. C.* u) *corr. ex* pulmentum *C.* v) caelebrare *C.* w) diebus festis *C, D.* x) *bis in C, sed primum eras., secundum part. in ras.* y) ergo *B.* z) communioni *D.* a) effitiatur *C.* b) alia vero *D.* c) per trium *C, D,* (pȧtrium *C*). d) *part. in ras. C.* e) curricula *C, D.* f) procolimus *B.* g) concubitum *B.* h) vel *D.* i) Aliter *B.* k) *om. B, C.* l) sanccimus *D.* m) se absconse *hic add. D.* n) *om. D.* o) de *D.* p) sororibus absconse *B;* absconse *hic om. D.* q) pollutas *C.* r) cognocunt *C.* s) remeare cupiebat *C, D.* t) eclesiasticis *B, C.* u) *part. in ras. C.* v) studemus *C, D.* w) sanctitate *D.* x) procuramus *C, D.* y) *al. man. add. suprascr. C.*

1) *Cf. conc. Wormat. c. 35, Mansi XV, 876.* 2) *Cf. conc. Wormat. c. 36, Mansi XV, 876.*

858—863.

A. Forma brevior.

Codd. Monac. lat. 5541 fol. 82—85' (B^1); Monasteriensis VII. 5201 (olim Corbeiensis, deinde Patherbrunnensis) p. 159—164 (B^2); Colon. metrop. 120 fol. 160'—162 (B^3).

Edd. Martène et Durand, Veterum scriptorum et monumentorum amplissima collectio I, 149 (Parisiis 1724) ex B^2; Hartzheim, Concilia Germaniae II, 244 (1760); Mansi, Conc. coll. XV, 141; Migne, Patr. lat. CXIX, 809. — Cf. J.-E. Reg. n. † 2709 (2045).

Epistola[a] Nicolai pontificis Romani[a 1].

NICOLAUS EPISCOPUS[b] SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO KAROLO ARCHIEPISCOPO[2] EIUSQUE[c] SUFFRAGANEIS ALTFRIDO[3], SALOMONI[4], HILTIGRIMO[5], THEODERICO[d 6], CUNZONI[e 7], GEBEHARDO[8], ARN[9], WITGARIO[10], EGIBERTO[f 11] REVERENTISSIMIS EPISCOPIS ATQUE GRIMALDO[g 12], EGILPERTO[h 13], THIOTONI[i 14], AMALI[15], ADALGARIO[16] RELIGIOSIS ET VENERABILIBUS ABBATIBUS[c].

Divinorum fulgentes dogmatum diffinitiones scientiae[k] sacro sedis nostrae alvo procedunt semperque descendunt, quia rectitudinis et aequitatis[l] species gignere novit et instituta dilectionis[m] disponere ac demonstrare. Pacis enim atque[n] iustitiae amatrix cognoscitur et benignitatis amica. Cuius consuetudine fulti atque industria vestrae beatitudini[o] apices destinavimus[17] rectitudinis fundentes dulcedinem et probabili sanctione ornatos, cum[p] Abbonis causam, de quo fertis, vestra praesentia episcoporum coetu[q] subtili inquisitione examinare[r] decrevimus, ut de ea certitudinis per vos valuissemus[s] scire[t] cognitionem. In Salomonem quippe episcopum nec criminis neque[u] facinoris sententiam certe protulimus, nisi ut commissam sibi a Domino plebem, sicut audieramus, non constringeret iuramentis. Epistola vero, quam vobis quasi a nobis missam Grimaldus[v] obtulit abbas, numquam nostro est scrinio scripta neque a nobis edita neque a nostra sede directa, sed[w] omnimodis falsitatis argumento plena et mendacii constructa demonstratur tenore. En[x] quia[x] Abbonis[y] iam dicti causam atque intentionem secundum nostrae institutionis deliberationem synodali examinatione inquirere studuistis nobisque gestis rei veritatem significastis, ingentes vestrae agimus beatitudini grates et, quia tantae claritatis erga sedem polorum[z] clavigeri habetis devotionem, ovantes vestram spiritalibus ulnis amplectimur almitatem[a]. Et quia ipsi Abboni veridicis, ut fertis[b], testibus in vestro[c] concilio[d] comprobatum est, quod contra sacrorum canonum[18] sanctiones uxorem accipere praesumpsisset in quartaque[e] etiam generatione sibi copulasset, sancimus[f] et apostolica promulgatione decernimus: huius infausti coniugii omnimodis copula[g] dissolvatur, quia propriae consanguinitatis et cognationis demonstratur atque cognoscitur esse[p]. Et hoc vobis interrogantibus statuimus[19], ut nulli liceat Christiano de propria con-

---

156. a) Epistola Nicolai papae ad Karolum archiepiscopum sanctae Mogontiacensis ecclesiae VIIII. B^3. b) *om.* B^1. c) eiusque — abbatibus *(infra l. 12) desunt* B^3, *ubi additur* sanctae Magontiacensis aeclesiae. *Cf. Sdralek, l. l. XLVII, 184. 203.* d) Thiodrico B^2. e) Guntioni B^2. f) Egiberdo B^2. g) Grimalto B^2. h) Egilberhtto B^2. i) Thidoni B^1. k) scientia B^3. l) aequalitatis B^3. m) dilectione B^1. n) ac B^2. o) beatitudit B^1. p) *sequentia:* cum Abbonis — cognoscitur esse *(infra l. 34) desunt* B^3. *Cf. Sdralek, l. l. XLVII, 184. 203.* q) *om.* B^2. r) exanimare B^1. s) maluissemus B^2. t) scrire B^1. u) nec B^1. v) Grimoldus B^2. w) set B^1. x) In qua B^1. y) *rasur. corr.* abboris B^1. z) apostolorum B^1. a) almenitatem B^1. b) festis B^1. c) nostro B^1. d) consilio B^1. e) quarta B^2. f) santimus B^1, B^2. g) *om.* B^1.

1) *Cf. supra p. 670 ann. 2. Huius epistolae fidem iam denegavit Binterim, 'Pragmatische Geschichte der deutschen Nationalconcilien' III, 7 sqq. (1837).* 2) *Moguntino (856—863).* 3) *Hildesheimensi (852—874).* 4) *I., Constantiensi (839—871).* 5) *II., Halberstadtensi († 886).* 6) *Mindensi († 880).* 7) *Wormatiensi († 872).* 8) *Spirensi (sed. 847, 877).* 9) *I. e. Arnoni Wirzeburgensi († 892), non Arnulfo Tullensi (sed. 869); cf. Sdralek, l. l. XLVII, 183 ann. 1.* 10) *Augustano (sed. 867, † 887). V. etiam Dümmler, l. l. I², 411 ann.* 11) *Osnabruggensi († 885).* 12) *Sangallensi.* 13) *Laureshamensi.* 14) *Fuldensi.* 15) *Campidonensi.* 16) *Corbeiensi.* 17) *Non exstant.* 18) *V. infra p. 673 l. 3.* 19) *Cf. conc. Wormat. c. 32, Mansi XV, 875.*

sanguinitate sive cognatione uxorem accipere, usque dum[a] generatio[a] recordatur[b], cognoscitur aut memoria retinetur[c]. Laetamur autem vestramque laudamus industriae observantiam, quia sententias[d] in hac re beatissimorum[e] antecessorum nostrorum Gregorii[1] et Zachariae[2] pontificum hactenus in vestris parrochiis[f], ut vestris protulistis in litteris, observando tenetis. Dixistis enim[g], in quota generatione sibi fideles iungantur. Nos autem generationum[3] in hac re numerum non diffinimus[h], sed, ut supra protulimus[i], incunctanter observare monemus. 858—863.

Sacerdotes[4] vero si in fornicationis ceciderint[k] laqueum et criminis et manifestus sive ostensus[l] fuerit[l] actus, sacerdotii[m] non possunt habere honorem secundum canonicae[n] institutionis[o] auctoritatem[o].

Sacerdotes[5] illi[p], qui in crimine fornicationis fuerint[q] accusati[q] et[q] crimen[q] illis non fuerit comprobatum aut ipsi non manifestaverint[r], quid aliud agendum est, nisi quod in nono[s] Caesariensis[s] sancti concilii capitulo[6] legitur ac demonstratur? Tamen si ipsi iuramento se voluerint purificare, licentiam habeant. Similiter autem et diaconi, si fuerint accusati, peragant.

Feminae[t 7] scilicet, quae sacro sunt velamine[u] consecratae[u], si fuerint, quod nolumus, fornicatae, velamen deponere non praesumant, sed poenitentiae iugo submissae[v] summopere decertare festinent, ut[w] ad indulgentiae et remissionis valeant gratiam pervenire.

De patricidis[8] et fratricidis praecipimus, ut per unius anni circulum ante fores basilicae orantes Domini clementiam perseverent. Completo vero anni circulo introducantur ecclesiam[x], tamen[y] inter audientes, usque dum unius anni spatium finiatur, stent, cum ad missarum solemnia[z] vel[a] alia sacra audire officia venerint. His ita peractis si poenitentiae fructus in eis conspicitis[b], corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi participes fiant, ut desperantiae non indurentur caligine. Carnem non manducent omnibus diebus vitae illorum; ieiunent[c] autem usque ad nonam[d] diei[d] horam[d] cotidie, exceptis festis diebus atque dominicis[c]. Vinum atque pulmentum sumere non praesumant nisi tres dies per ebdomadam[c]. Arma gerere non audeant vel sumere nisi contra paganos et, ubicumque ire maluerint, nullo vehiculo deducantur, sed pedestri more proficisci studeant. Tempus autem huius poenitentiae[e] in vestrae beatitudinis[f] arbitrio ponimus, ut secundum conversationem[g] illorum aut extendere vel minuere valeatis. Ab uxoribus, si habuerint, non separentur[h]; si autem non habuerint et se continere[i] non valuerint, legitimas accipiant in coniugio feminas, ne fornicationis voraginem incidere videantur. Si autem, antequam duorum praedictorum[k] annorum finiantur[l] curricula[l], finis vitae[m] illorum pervenerit, viaticum illis non negetur.

Si[9] quis[n] cum duabus fuerit sororibus fornicatus aut cum his personis, de[o] quibus sacra scriptura prohibet, si dignam egerit[o] poenitentiam et castitatis[p] non valuerit[q] continentiam

---

a) degeneratione B^3. b) recondatur B^2. c) *ead. m. corr. ex* reticetur B^3. d) *om.* B^2. e) beatorum B^1. f) parroechiis B^2. g) *suprascr.* B^3. h) *corr.* deffinimus B^2. i) retulimus B^2. k) cederint B^1. l) fuerit ostensus B^1. m) sacerdotis B^3. n) canoce B^3. o) auctoritatis institutionem B^1. p) eius B^1. q) accusationis B^1. r) manifestaverit B^3. s) neocesariensis B^3 *et edd.* t) Foeminae B^2. u) consecrate velamine B^3. v) submisissę B^1. w) et B^1. x) ęccleseam B^1. y) ut *add.* B^1. z) sollempnia B^1. a) ad *add.* B^2. b) conspiciuntur B^2. c) ieiunient B^1; ieiunent — dominicis *(l. 24) hic desunt, sequuntur autem infra post* hebdomadam *(l. 25)* B^2. d) horam diei nonam B^1. e) pęnitentię B^1; penitentiae B^2. f) beatitunis B^1. g) conversionem B^2. h) separantur B^1. i) sustinere B^1. k) *om.* B^3. l) curricula finiantur B^1. m) *om.* B^1. n) autem *add.* B^3. o) de — egerit *(l. 34) desunt* B^3. p) tamen *edd.* q) valuerint B^1; maluerit B^2.

1) *II. (715—731); cf. supra ep. n. 123 p. 642 c. II cum ann. 1.* 2) *741—752; cf. supra p. 642 ann. 2.* 3) *Cf. conc. Wormat. c. 32, Mansi XV, 875.* 4) *Cf. conc. Wormat. c. 11, Mansi XV, 871. — V. Decr. Grat. c. 33 D. 50.* 5) *Cf. conc. Wormat. c. 12, Mansi XV, 872.* 6) *Mansi II, 544 sq. c. 9.* 7) *Cf. conc. Wormat. c. 20, Mansi XV, 873.* 8) *Cf. conc. Wormat. c. 30, Mansi XV, 874 sq.* 9) *Cf. conc. Wormat. c. 33, Mansi XV, 875. — V. etiam ad haec caput illud Triburiensi concilio a. 895 addictum (MG. Capit. II, 247 [3]), cuius finis est:* Visum est humanae fragilitatis intuitu, ut post penitentiam non

858—863. sustinere, liceat ei[a] legitimam coniugio uxorem accipere. Similiter et mulier, quae tali fuerit scelere lapsa, ut fornicationis[b] non[c] perducatur ad chaos[c], perficiat. Sed hoc de laicis viris ac mulieribus solummodo statuimus.

Si[1] quis[d] cum commatre[e] spiritali[f] fuerit fornicatus, anathematis, ut scitis, percutitur ictibus. Similiter autem et illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de sacro fonte[g] baptismatis[g] susceperit, aut cum illa, quam ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate[h] fuerit uncta, fornicationis[i] perpetraverit scelus. Legitimam autem, si habuerit, non dimittat uxorem[k].

Inter[2] haec sanctitas[l] vestra[l] addere studuit: Si cuius uxor adulterium perpetraverit, utrum marito[m] ipsius liceat secundum mundanam legem eam interficere. Sancta Dei ecclesia mundanis numquam constringitur legibus; gladium non habet nisi spiritalem[n] atque divinum[o]; non occidit, sed vivificat.

De his, qui non sponte homicidium commiserint[p], in vicesimo secundo capitulo Ancirani[q] concilii[3], qualiter poenitentiam[r] agere debeant, definitum[s] habetis[t]. Homicidae post unius anni spatium liceat ecclesiam introire[u].

Vidua[4] quidem[v], quae sacrum capiti velamen imposuerit et inter ceteras velatas feminas[w] in ecclesia oraverit et oblationem cum illis obtulerit, si professa est in eodem habitu permanere, spondens numquam religionis deponere velamen, a[x] religionis[y] observantia[y] discedere non praesumat.

Optamus sanctitatem[z] vestram in Christo[a] bene valere[5].

B. Forma uberior.

Codd. Monac. lat. 6241 fol. 77'—80' (C^1); Monac. lat. 6245 fol. 3'—7' (C^2); Bamberg. P. I. 9 fol. 169'—173' (C^3); Vindobon. 2198 fol. 43—46' (C^4).

Edd. desunt. Cf. M. Sdralek, 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 185 sq. J.-E. Reg. n. †2709.

---

a) *om.* B^2. b) fornicatio B^3. c) ad chaos non perducatur B^2. d) quisquam B^2. e) conmatre B^1; matre B^2. f) spirituali B^2. g) baptismatis fonte B^1; *corr. pro* baptismatis fonte B^3. h) crismate B^1. i) crimen *add.* B^2. k) *om.* B^3. l) vestra sanctitas B^1, B^2. m) *corr. ras.* B^3. n) spiritualem B^2. o) divinam B^2. p) miserint B^3. q) Ancyrani B^3. r) pęnitentiam B^2. s) diffinitum B^3. t) habeatis B^1. u) intrare B^2. v) quidam B^3. w) fe | feminas B^3. x) *om.* B^2, B^3. y) *desunt* B^3. z) sanctionem B^2. a) nunc et semper *add.* B^3.

quidem penitus priventur coniugio, durissime tamen tam inmanis fornicatio vindicetur, sicut sanctus papa Nicholaus et alii Romani pontifices statuerunt, ne forte desperata conscientia multiplicius peccent. *Sdralek, l. l. XLVII, 196 sq. 206 sq. Econtra conferatur supra ep. n. 123 c. I (p. 641 sq.). — Cf. Decr. Grat. c. 16 C. 33 q. 2.*

1) *Cf. conc. Wormat. c. 34, Mansi XV, 875. — V. Decr. Grat. c. 17 C. 33 q. 2.* 2) *Haec verba:* Inter haec — vivificat *(infra l. 11) — saepe laudata — perperam* Aluino *vel* Albino *(i. e. Adalvino Iuvavensi)* archiepiscopo *inscribuntur in Ivonis Decr. VIII, 333, Pan. VII, 14, Decr. Grat. c. 6 C. 33 q. 2 necnon in collectione canonum codicis Vatic. lat. 1345 s. XIII. fol. 195' (cf. 'Neues Archiv' III, 148; XXVIII, 719). Huius erroris causa fuit, quod in collectione trium partium I, 62, ad quam collectores illi redeunt, capitula 19—21* Aluino *quidem recte (v. supra ep. n. 115 p. 630 sq.) inscripta, capitula autem 22—24 revera ex praesenti epistola spuria hausta sunt, sed propria inscriptione carent; qua re illi, qui hoc fonte utebantur, decepti sunt. Cf. M. Sdralek, 'De Nicolai papae I. codicibus' (Wratislawiae 1882) p. 23 sq. et p. 24 ann. 1. Delenda sunt igitur J.-E. Reg. n. 2845 et Kehr-Brackmann, Reg. pontif. Rom., Germania pontificia I, 12 n. 21. — Cf. praeterea M. Sdralek in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 197 sq. ann. 3.* 3) *Mansi II, 527; Migne, Patr. lat. LXVII, 156.* 4) *Cf. conc. Wormat. c. 21, Mansi XV, 873. — Cf. Decr. Grat. c. 34 C. 27 q. 1. Non recte haec:* Vidua quidem — bene valere *(infra l. 18) apud Reginonem, Libri duo de synodal. causis app. II c. 22 ed. Wasserschleben p. 436 inscripta sunt:* Ex concilio Africano, cap. LXXXIX. 5) *Addimus hoc loco fragmentum in Ivon. Decr. IX, 30 (ed. Fronto p. 298) cum inscriptione:* Quod idem sentiendum sit de materna linea consanguinitatis, quod de paterna. Nicolaus Carolo archiepiscopo Maguntino *insertum*: De consanguinitatis propinquitate atque coniunctione, quam apud vos fieri dicitis, quam illicitam iudicamus, hoc de materna sentimus linea, quod et de paterna: quibus talem coniunctionem modis omnibus inhibemus.

Capitula[1] Nicholai papae. Epistola Nicholai papae. Capitulum I. 858—863.
Cap. II. Ut nulli liceat de propria consanguinitate uxorem accipere.
Cap. III. De sacerdotibus lapsis.
Cap. IIII. De sanctimonialibus, quod absit, fornicantibus.
Cap. V. De his, qui sacerdotes occiderint.
Cap. VI. De parricidis et fratricidis.
Cap. VII. De his, qui cum duabus sororibus fornicantur.
Cap. VIII. De[a] his, qui cum commatre spiritali vel filiola fornicantur[a].
Cap. VIIII. Quod non liceat marito fornicantem interficere uxorem.
Cap. X. De homicidis.
Cap. XI. De viduis velatis.

Finiunt Capitula Nicholai[b] papae.

Incipit epistola Nicholai papae ad Karolum Magontiacensem archiepiscopum et ad eius suffraganeos tam episcopos quam abbates. Cap. I.

NICHOLAUS[c 2] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO KAROLO ARCHIEPISCOPO EIUSQUE SUFFRAGANEIS ALTFRIDO[d], SALOMONI, HILTIGRIMO, THEOTERICO, CUNZONI, KEBEHARTO, ARN, UUITGARIO, EGIBERTO REVERENTISSIMIS EPISCOPIS ATQUE GRIMALDO, EGILBERTO, THIETONI, AMALI, ADALGARIO[d] RELIGIOSIS[e] ET[f] VENERABILIBUS[f] ABBATIBUS.

Divinorum fulgentes dogmatum diffinitiones[g] scientiae sacrae sedis nostrae alvo procedunt semperque descendunt, quia rectitudinis et aequitatis species[h] gignere novit et instituta dilectionis disponere ac demonstrare. Pacis enim atque iustitiae amatrix esse cognoscitur atque amica. Cuius consuetudine fulti atque industria vestrae beatitudini apices destinavimus rectitudinis fundentes dulcedinem et pro sanabili sanctione ornatos, cum Abbonis causam, de quo fertis, vestra praesentia[i] episcoporum[i] coetu[k] subtili inquisitione examinare[l] decrevissemus[m], ut de eo certitudinis per vos valuissemus scire cognitionem. In Salomonem quippe episcopum nec criminis neque facinoris sententiam certe protulimus, nisi ut commissam sibi a Domino plebem, sicut audieramus, non constringeret[n] iuramentis. Epistola vero, quam vobis quasi a nobis missam Grimaldus obtulit abbas, numquam nostro est scrinio scripta neque a nobis edita neque a nostra sede directa, sed omnimodis falsitatis argumento plena et mendacii[o] constructa demonstratur tenore. En quia Abbonis causam iam dicti atque intentionem secundum nostrae institutionis deliberationem synodali examinatione inquirere studuistis nobisque rei gestae veritatem significastis, ingentes vestrae beatitudini agimus grates et, quia tantae caritatis erga sedem polorum clavigeri[p] habetis devotionem, ovantes vestram spiritalibus ulnis amplectimur almitatem. Et quia ipsi Abboni veridicis[q], ut fertis, testibus in vestro concilio comprobatum est, quod contra sacrorum canonum sanctiones uxorem praesumpsisset accipere in quartaque etiam generatione copulasset, sancimus et apostolica promulgatione decernimus, ut huius infausti coniugii omnimodis copula dissolvatur, quia propriae consanguinitatis et cognationis demonstratur atque cognoscitur esse.

II.[r] Ut nulli liceat de propria consanguinitate uxorem accipere.

Et hoc vobis interrogantibus statuimus, ut nulli liceat Christiano de propria consanguinitate sive cognatione uxorem accipere, usque dum generatio recordabitur, cognoscitur atque in memoria retinetur. Laetamur autem vestramque laudamus industriae observantiam, quia sententias in hac

---

a) De — fornicantur *sign. appos. in infer. marg. add.* C^4. b) Niholai C^3. c) Nicolaus C^2. d) Altfrido — Adalgario *(infra l. 18) desunt* C^3, *ubi additur* episcopis. e) et religiosis C^3. f) venerabilibusque C^3. g) definitiones C^1; diffiniciones C^3. h) speties C^2, C^3, C^4. i) episcoporum presentia C^3. k) cetu C^3. l) exanimare C^3. m) decrevimus C^3. n) confringeret C^1. o) mendatii C^3. p) g *ss.* C^2; clavieri C^3. q) veredicis C^1. r) Cap. II *(sic etiam infra)* C^2, C^3, C^4.

1) *De altera hac epistolae falsatae recensione diffusiore, ex epp. supra nn. 156 A et 155 composita et in capitula divisa, cf. Sdralek, l. l. XLVII, 184 sqq. 206 sqq.* 2) *Cf. supra ep. n. 156 A p. 672.*

858—863. re beatissimorum antecessorum nostrorum Gregorii et Zachariae[a] pontificum actenus in vestris parrochiis[b], ut in vestris protulistis litteris, observando tenetis. Dixistis enim, in quota generatione fideles sibi iungantur[c]. Nos autem generationum in hac re non diffinimus numerum, sed, ut supra protulimus, incunctanter observare monemus.

III. De sacerdotibus lapsis.

Sacerdotes vero si in fornicationis[d] laqueum inciderint et criminum manifestus fuerit vel ostensus actus, sacerdotii habere non possunt honorem secundum canonicae institutionis auctoritatem. Sacerdotes illi, qui in crimine fornicationis accusati fuerint et crimen illis non fuerit comprobatum aut ipsi non manifestaverint, quid[e] agendum est, nisi quod in[f] Neocaesariensis[f] sancti concilii capitulo[g] legitur ac demonstratur? Tamen si ipsi iuramento se purificare voluerint[h], licentiam[i] habeant. Similiter autem diaconi, si fuerint accusati, peragant.

IIII. De sanctimonialibus, quod absit, fornicantibus.

Feminae scilicet, quae sacro sunt consecratae velamine, si fuerint, quod nolumus, fornicatae, velamen deponere non praesumant, sed poenitentiae[k] iugo submissae[l] summopere[m] decertare festinent[n], ut ad indulgentiae et remissionis gratiam valeant pervenire.

V. De his, qui sacerdotes occiderint.

Qui[1] sacerdotem morti voluntate tradiderint, praecipimus, ut ecclesiam per quinquennii tempus non ingrediantur, sed, cum sacrarum orationum officia[o] aut missarum solemnia[p] in ecclesiis celebrantur[q], ante fores basilicae perserverent, orantes et deprecantes Dominum, ut a tanto crimine abluantur. Post expletum vero quinquennii tempus ingrediantur ecclesiam, nondum vero communicent, sed inter audientes stent vel, cum facultas conceditur, sedeant. Omnibus[2] autem diebus vitae suae carnem non manducent nec vinum bibere praesumant. Ieiunent autem usque ad vesperum, exceptis dominicis atque diebus festis. Arma non sumant et, ubicumque ire voluerint, nullo vehiculo deducantur, sed propriis pedibus proficiscantur. Cum autem duodecimi anni cursus fuerit finitus, communicandi eis licentia concedatur et equitandi tribuatur medela. Maneant autem in reliquis observationibus tres dies per ebdomadam, ut perfectius purificationis pervenire mereantur ad culmen.

VI. De parricidis et fratricidis[r].

De[3] parricidis et fratricidis praecipimus, ut per unius anni circulum ante fores basilicae orantes Domini clementiam perseverent. Completo[s] vero anni circulo introducantur ecclesiam, tamen inter audientes, usque dum unius anni spatium[t] finiatur, stent, cum ad missarum solemnia[u] vel alia sacra audire venerint officia. His ita peractis si poenitentiae[v] in eis[w] fructus conspicitis, corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi participes fiant, ut[x] desperantiae[y] non indurentur caligine. Carnem non manducent omnibus diebus vitae illorum; ieiunent autem usque ad nonam diei horam cotidie[z], exceptis dominicis atque diebus festis. Vinum et pulmentum sumere non praesumant nisi tres dies per ebdomadam. Arma gerere non audeant vel sumere nisi contra paganos. Ubicumque vero ire maluerint, nullo vehiculo deducantur, sed pedestri more

---

a) Zharię C^3. b) parroechiis C^3. c) iunguntur C^3. d) fornicacionis C^3. e) qđ C^1. f) in eocesariensis C^3. g) capitolio C^3. h) voluerit C^3. i) licenciam C^3. k) penitentię C^3. l) summissę C^2, C^3, C^4. m) sommopere C^1. n) festinant C^3. o) offitia C^4. p) sollemnia C^3. q) cęlebrantur C^1, C^2, C^4. r) fratribus C^3. s) Conpleto C^3. t) spacium C^1, C^3. u) sollemnia C^3. v) penitentię C^3. w) *corr. ras.* C^2. x) in C^3. y) disperantię C^2, C^3, C^4. z) cottidie C^3, C^4.

1) *Hoc capitulum sumptum est ex ep. supra n. 155; v. supra p. 670 l. 17. Cf. Sdralek, l. l. XLVII, 208.* 2) *Praecedunt haec in ep. supra n. 155 (p. 670 l. 17 sqq.).* 3) *Dehinc usque ad finem falsarius ad ep. n. 156 A (cf. supra p. 673 l. 18) fontem revertitur.*

proficisci[a] studeant. Tempus autem huius poenitentiae[b] in vestrae beatitudinis arbitrio ponimus, ut secundum conversationem eorum aut extendere vel minuere valeatis. Ab uxoribus, si habuerint, non separentur; si autem non habuerint et se continere non valuerint, legitimas accipiant in coniugio feminas, ne fornicationis voraginem incidere videantur. Si autem, antequam duorum praedictorum annorum finiantur curricula[c], finis vitae illorum pervenerit, viaticum illis non negetur. 858—863.

VII. De his, qui cum duabus sororibus fornicantur.

Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit aut cum his personis, de quibus sacra scriptura prohibet, si dignam egerit poenitentiam[d] et castitatis continentiam non valuerit sustinere, liceat[e] ei legitimam in coniugio uxorem accipere. Similiter et mulier, quae tali fuerit scelere lapsa, perficiat, ut[f] fornicationis non perducatur ad chaos. Sed hoc de laicis viris ac mulieribus solummodo statuimus[g].

VIII. De his, qui cum commatre spiritali vel filiola fornicantur.

Si quis cum commatre[h] spiritali fuerit fornicatus[i], anathematis, ut scitis, percutiatur ictibus. Similiter autem et illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa, quam ante episcopum habuerit, cum sacro crismate fuerit uncta, fornicationis perpetraverit scelus. Legitimam tamen, si habuerit, non dimittat uxorem.

VIIII. Quod non liceat marito fornicantem interficere uxorem.

Inter haec sanctitas vestra addere studuit: Si cuius uxor adulterium perpetraverit, utrum marito illius liceat secundum mundanam legem eam interficere. Sancta Dei ecclesia numquam mundanis constringitur[k] legibus; gladium non habet nisi spiritalem atque divinum; non occidit, sed vivificat.

X. De homicidis.

De his, qui non sponte homicidium perpetraverint, in vicesimo secundo capitulo Ancirani concilii, qualiter poenitentiam agere debeant, definitum[l] habetis. Homicidae post unius anni spatium liceat ecclesiam introire.

XI. De viduis velatis.

Vidua quidem, quae sacrum capiti velamen imposuerit[m] et inter ceteras velatas feminas in ecclesia oraverit et oblationem cum illis obtulerit, si professa est in eodem habitu permanere, spondens numquam religionis deponere velamen, religionis observantia discedere non praesumat.

Optamus sanctitatem vestram in Christo[n] bene valere.

Finit epistola Nicholai[o] papae.

157.

Fragmentum epistolae Nicolai Karolo archiepiscopo Moguntino directae.

858—863.

Collectiones canonum: Burchard. Decr. IX, 28; Anselm. coll. (cod. Vatic. lat. 1364 fol. 222'); Coll. septem librorum VI, 20 (cod. Vindobon. 2186 fol. 241, cod. Vatic. lat. 1346 fol. 131); Ivon. Decr. VIII, 166; Ivon. Pan. VI, 93; Coll. q. d. Caesaraugust. (cod. Paris. lat. 3875 fol. 79); Decr. Grat. c. 25 C. 32 q. 7; cod. Taurin. 903 (E. V. 44) fol. 17; cod. Vatic. lat. 1345 fol. 189'. — Damus fragmentum e Burchardo; posteriorum varias lectiones omittere licet, nisi notandum est initium Hi qui *pro* Si qui *exstare in collectione Anselmi, in Ivonis Panorm., in coll. Caesaraugustana, apud Gratianum autem legi* Hii qui. — *Cf. J.-E. Reg. n. † 2711.*

---

a) *corr. ex* proficiscere C^2; proficiscere C^3, C^4. b) penitencię C^3. c) *corr. ras.* C^1. d) penitentiam C^3. e) leceat C^3. f) in C^3. g) ta *ss.* C^3. h) conmatre C^3. i) r *ss. ead. m.* C^1. k) confringitur C^1. l) diffinitum C^2, C^3, C^4. m) inposuerit C^2, C^3, C^4. n) $\overline{\text{xp}}$, *in fine littera erasa* C^1. o) *corr. ss. ex* Nicolai C^3.

(863.) Si*[1] qui matrimonium sani contraxerint et uni ex duobus amentia aut furor aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solvi non possunt. Similiter sentiendum de his, qui ab adversariis excaecantur[a] aut membris detruncantur[b].

158.

Nicolaus Karolo (Calvo) regi omnibusque regnis et ecclesiis decretum de libertate monasteriorum intra Gallias sitarum mittit. *(863.)*

Cod. Trever. 1709 (Lib. aur. Prumiens.) fol. 75—77 (B).

Edd. Martène et Durand, Veterum scriptorum et monumentorum amplissima collectio I, 152 (1724); Mansi, Conc. coll. XV, 675; Migne, Patr. lat. CXIX, 844; 'Neues Archiv' XXVIII, 50. Priorem partem etiam publicavit Beyer, 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' I, 112, posteriorem Forst in 'Westdeutsche Zeitschrift' XX, 284. — Cf. J.-E. Reg. n. 2733.

Quam**[2] sit necessarium monasteriorum quieti prospicere et de eorum perpetua securitate tractare, ante actum nos officium, quod in regimine coenobii exibuimus, informat. Et ideo quia in plurimis monasteriis multa a praesulibus praeiudicia atque gravamina pertulisse cognovimus, oportet, ut nostrae fraternitatis provisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione, quatenus conversantes in illis in Dei servicio gratia ipsius suffragante mente libera perseverent. Sed ne ex ea, quae magis emendanda est, consuetudine quisquam monachis quicquam molestiae praesumat inferre, necesse est, ut haec, quae inferius enumeranda curavimus, ita studio fraternitatis episcoporum debeant custodiri, ut ex eis non possit ulterius inferendae[a] inquietudinis occasio repperiri. Interdicimus igitur in nomine domini nostri Iesu Christi et ex auctoritate beati Petri principis apostolorum prohibemus, cuius vice huic ecclesiae[b] Romanae auctore Deo praesidemus, ut nullus episcoporum ultra praesumat de reditibus, rebus, cartis monasteriorum vel de cellis seu villis, quae ad ea pertinent, quocumque modo qualibet exquisitione minuere nec dolos vel inmissiones aliquas facere. Descriptiones quoque rerum aut cartarum monasterii ab episcopo ecclesiasticas[c] fieri omnino negamus. Missas quoque publicas ab eo in cenobio omnimodo prohibemus, ne in servorum Dei recessibus ulla popularis detur occasio. Obeunte autem abbate episcopus in[d] describendis[d] providendisque ac quaesitis vel datis quaerendisve rebus monasterii nulla se occasione permisceat. Non audeat ibi cathedram collocare vel quamlibet potestatem imperandi nec aliquam ordinationem quamvis levissimam faciendi, nisi ab abbate loci fuerit rogatus, quatinus monachi semper maneant in abbatum suorum potestate et omne monasterium[3] propriam

---

*) *Lemma:* De legitime coniunctis, si alter eorum in amentiam devenerit. Ex epistola Nicolai ad Carolum Moguntinum episcopum missa *Burch.*

**) *Lemma:* Istud decretum missum est a sancto papa Nicolao et a sede sancta Romana Karolo regi Francorum gloriosissimo, omnibus regnis et ecclesiis sub anathemate omnium episcoporum confirmandum et corroborandum *B.*

157. a) caecantur *Regino.* b) aut a barbaris exsecti fuerint *add. Grat.*

158. a) inferendo *B.* b) ęcclęsię *B.* c) ęcclęsiasticas *B.* d) inde scribendis *B.*

1) *Recte hoc caput inscribit Regino, Libri duo de synodal. causis II, 129 ed. Wasserschleben p. 264:* Ex eadem *i. e.* Ex lege Romana *(ibid. II, 128), cum verba* Si qui — solvi non possunt *(l. 2) hausta sint ex lege Romana Visigothorum (Pauli sentent. lib. II t. 20 c. 4) ed. Haenel p. 368; reliqua autem incerti originis sunt. 'Sed', sicut dicit M. Sdralek, 'De Nicolai codicibus' p. 40, 'iam Burchardus (IX, 28) Nicolao illud tribuit et ex Burchardi decreto per omnes fere canonum collectiones ad Gratianum usque Nicolai nomine circumferebatur.' V. etiam P. Fournier, 'Études critiques sur le décret de Burchard de Worms (Paris' 1910) p. 107, M. Conrat in 'Neues Archiv' XXXVI, 719 ann. 2.* 2) *Hoc decretum genuinum minime esse exposuit A. Werminghoff in 'Neues Archiv' XXVIII, 49 sqq. V. etiam de tempore, quo confectum sit, H. Forst in 'Westdeutsche Zeitschrift' XXI, 384 sq. Exordium haustum est ex statutis — etiam ipsis spuriis — synodi Romanae a Gregorio I. papa a. 595 celebratae, Gregorii M. opp. ed. Maurin. II, 1294 sq., Migne, Patr. lat. LXXVII, 1340 sqq. (J.-E. Reg. n. † 1366).* 3) *Sequentia sumpsit falsarius ex privilegio infra (n. 159) edendo; cf. infra p. 683 l. 29 sqq. 'Neues Archiv' XXVIII, 52.*

possit suae libertatis munitionem habere, et pontificale decretum regumque emunitates Romanique (863.)
pontificis constitutum inviolabilem perpetuis[a] obtineant temporibus firmitatem. Fiat.

Decernimus*[1] apostolatus nostri auctoritate, ut omne[b] monasterium intra Gallias situm rerum suarum habeat liberam in omnibus secundum ecclesiae[c] ipsius utilitatem et servorum Dei compendiosam dispensationem et[2] in abbatis de semetipsis electione. Nullam[3] ulla alia persona sive secularis sive ecclesiastica[d] obtineat in omni monasterio possessionis dominationem nec ullam optineat vel sibi vindicet portionem, sed maneant omnia in abbatis et fratrum ibidem Deo militantium[e] dispensatione, ut quicquid secundum monasterii utilitatem regulariter et canonice voluerint agere, situm sit potestate. Neque episcopus ipsius regionis[f] ad monasterium quasi propriae potestatis abutens iure ni vocatus ab abbate vel fratribus accedat, ne sui adventus pressura fratrum quietem perturbet neque dolos aut machinationes ullas vel abbati vel fratribus sive per se sive per suos aliquando facere praesumat; quin pocius quicquid Dei servis[g] in monasterio commorantibus conferre ad ordinis sui conservationem utiliter et modeste et benigne poterit, id pro Dei amore et sempiternae remunerationis gratia perficiat. Nec violenter aut callide mali quicquam aut perturbationis moliatur in illos, sicut audivimus quosdam facere voluisse. Nullus in monasterio quicquam evindicet sibi regionis[h] episcopus neque per se neque per ministros suos neque ex clericis neque ex monachis neque ex canonicis neque ex laicis potestatis iure aut episcopali fastu sine voluntate abbatis ipsius loci et fratrum ibi degentium praesumat aliquid vel ad ordinandum. Ordinationes vero, quas pecierit abbas vel ipsi fratres, vel ecclesiarum[i] consecrationes vel altaris benedictionem, crismatis quoque oleique sanctificationem, prout pecierit abbas et loci illius habitatores, non moretur praestare, quia communis officii sui causa episcopus non pro lucri gratia, sed pro creditae sibi dispensationis ministerio debet impendere, et providentiae pastoralis existit, ut decretis sibi ovibus ex amore pocius quam potestate consulere quaerat. Abbatem vero de se eligendi semper fratres habeant potestatem neque in eius electione episcopi respiciant constitutionem aut dispositionem. Et quoniam multi per pravorum hominum insidias servis saepe Dei fabricantur doli, decernimus, ut ordinatus deponi non possit, nisi criminalis causa eum monstraverit reum. Quodsi fuerit infamia denotatus, ex regali providentia archiepiscoporum vel episcoporum habeantur non minus quam decem conventus[4]. Non est aequum enim, ut electus et ordinatus ecclesiae[k] pastor fortuitu et sine iudicio absque ullius manifesti criminis denotatione pellatur. Nullus enim apud regem seculi dampnatur, nisi in criminali causa deprehensus veritatis testimonio apparuerit. Sic abbas et electus a pluribus et ordinatus sacerdotali benedictione nullo modo debet sui ordinis honore privari. Quodsi quis constitutionis parum ducens decretum omni coenobio[l] sancto vel abbati vel fratribus violentiam fecerit et vel in ipsis vel in famulis eorum vel in omni ipsius monasterii possessione invasor apparuerit, reum se in divino iudicio non dubitet apparere et divinae censurae puniendum dampnatione.

cf. 1. Petr. 5, 2.

Universi[5] episcopi responderunt: Libertati monachorum congaudemus et quae nunc de his statuit beatitudo vestra firmamus.

---

*) *Lemma:* Item in decretis eiusdem Nicolai papae *B.*

a) perpętuis *B.* b) *corr. man. s. XV.—XVI. in* Pumiē (= Prumiense) *B.* c) ęcclesię *B.* d) ęcclęsiastica *B.* e) militantibus *B.* f) *in ras. scr. man. s. XV.—XVI. B.* g) servus *B.* h) *in ras. scr. man. s. XV.—XVI. B.* i) ęcclęsiarum *B.* k) ęcclesię *B.* l) cęnobio *B.*

1) *Cf. infra ep. n. 159 p. 681 l. 1 sqq.* 2) *Cf. infra ep. n. 159 p. 680 l. 20.* 3) *Cf. infra ep. n. 159 p. 681 sqq.* 4) *Cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 57 sq.* 5) *Redit hic in fine falsarius ad conflictam synodum a. 595, cf. Gregorii M. opp. ed. Maurin. II, 1295, Migne, Patr. lat. LXXVII, 1342. V. 'Neues Archiv' XXVIII, 57.*

159.

(863—864.) *Nicolaus omnibus episcopis et principibus Galliarum decretum confirmationis monasterii sancti Karilefi libertatis — a Cenomannensis episcopi potestate — transmittit.* *(863—864.)*

Codd. Paris. lat. 1557 fol. 37'—39 (B); Vallicell. C. 15 fol. 168—171 (C); Paris. lat. 3859 A.

Edd. Editio Romana (1591) III, 224; Sirmond, Conc. Gall. III, 223; Mansi, Conc. coll. XV, 346; Migne, Patr. lat. CXIX, 846; Froger, 'Cartulaire de Saint-Calais' p. 44. — Cf. J.-E. Reg. n. 2735 (2064).

NICOLAUS ROMANAE SEDIS EPISCOPUS GALLIARUM EPISCOPIS UNIVERSIS ET PRINCIPIBUS SEMPITERNAM[1] IN DEO PATRE ET DOMINO IESU CHRISTO SALUTEM[2].

Regum[a] corda divinitus inspirata quando pro religiosis locis sollicitudinem gerunt, divinitati gratiae sunt agendae et in omnibus, quae pie[b] religioseque procurant, eorum voluntati cum omni devotionis alacritate est parendum. Orandi denique essent, ut de sanctorum locis pietatis affectum et sollicitudinis curam susciperent. Nunc autem ultro se ad haec peragenda praebentes et illis est congratulandum et quae iusserint sine retractatione perficiendum. Gloriosus itaque rex Francorum Karolus[3] caelitus animum inspiratus inter cetera suae devotionis studia, quae circa Dei ecclesiam prompta semper impendit devotione, curam quoque dignatus est assumere[c] de monasterio sancti Karilefi[d] confessoris[4], quod est in pago Cinnomannico[e 5] constructum super fluvium Anisola[6], in quo a prima suae conditionis die, ex quo beatus confessor Christi Karilefus[f] in eo corpore quievit[g], religiosum monachorum[h] habitavit examen. Habuitque libertatis privilegium et in rerum suarum dispositione et in abbatis de semetipsis electione. Verum quia impugnare ecclesiam Christi numquam hostis humani generis obmittit[i], securitatem libertatis, quam ex multis iam annis possederat[k], etsi non penitus abscidit, concussit tamen et convellere conatus est, et paucis quidem ante iam annis et praesentibus quoque, id est ipsius Karoli regis temporibus. Quia vero divina clementia deserit numquam in se confidentes, principis animum ad hoc movit[l], ut[m] non solum inimici persuasio[n] non praevaleret[o], sed etiam procurare voluit, ut sequentibus temporibus libertatis privilegium olim monasterio[p] illi concessum a nullo deinceps nec everti posset nec violari[7].

Unde dignatus est ad nos pius[q] princeps[q] praefatus[q] et missum dirigere suum, id est venerabilem Odonem Beluacensem[r 8] episcopum[9], et litteras[10] suae dignationis destinare, quibus postulavit, ut libertatem illi monasterio et ab episcopis et a regibus Francorum concessam nostra[s] firmaremus[s] auctoritate et futuris[t] mansuram[u] temporibus roboraremus[v]. Considerantes itaque piam esse postulationem et servorum Dei quieti pernecessariam et quae a pastoribus ecclesiarum postulanda esset atque procuranda, si

---

159. a) *corr. ex* Regnum *B.* b) pio *B.* c) assummere *B.* d) Carelefi *C.* e) Cenomannico *C.* f) Carilefus *hic et infra C.* g) *om. C.* h) manachorum *B.* i) obmitit *B; dimittit C.* k) possiderat *B.* l) monuit *C.* m) *om. B.* n) presuasio *B.* o) praevalet *C.* p) manasterio *B.* q) praedictus princeps *C.* r) Belluacensem *C.* s) *corr. al. m. pro* illi monasterio *C.* t) frutis *C.* u) mensuram *C.* v) laboraremus *C.*

1) *Non 'Septimaniae' (cf. J.-E. Reg. l. l. et von Pflugk-Harttung, 'Iter Italicum' p. 101).* 2) *Inter genuinas Nicolai epistolas hoc privilegium non recepimus, cum fides eius, de qua iam dubitavit B. von Simson in 'Zeitschrift für Kirchenrecht' XXI (N. F. VI) p. 163 sq. (v. econtra J. Havet, 'Bibliothèque de l'école des chartes' XLVIII, 15 sq.), certe suspecta, nisi penitus abiudicanda, esse nobis videatur, id quod in tomo XXXVIII annalium nostrorum ('Neues Archiv') fusius demonstrare conabimur. Cf. supra p. 624 sqq. epp. nn. 109—113 — manifestum est, quantum quae illic et quae hic statuuntur inter se repugnent — et p. 624 ann. 1, necnon placitum Vermeriense (863 Oct. 29), Mansi XV, 670, Froger, l. l. p. 36. Analecta iuris pontif. X, 94.* 3) *Qui dicitur Calvus.* 4) *'Saint Calais.'* 5) *'Le Mans.'* 6) *'Anille.'* 7) *A. 855 in synodo apud Bonoilum villam celebrata, a. 862 et a. 863 in synodis Pistensi et Vermeriensi monasterio sancti Karilefi libertatis privilegium confirmatum est, cf. Froger, l. l. p. 27—40.* 8) *'Beauvais.'* 9) *A. 861—881.* 10) *Quae non exstant.*

minus eam mundi principes procurarent, decernimus[1] apostolatus nostri auctoritate, ut (863–864.)
monasterium sancti Karilefi confessoris, intra Gallias situm in pago Cinnomannico[a] super fluvium Anisola, ut rerum suarum habeat liberam in omnibus secundum ecclesiae ipsius utilitatem et servorum Dei compendia dispensationem, ut episcopus Cinnomannicae[b] urbis sive Rotbertus[c 2], qui nunc illi sedi praeest, sive successores eius nullam obtineant in[d] eo[d] monasterio possessionis dominationem neque praefatum monasterium ad suae urbis[e] inclinare conentur subiectionem, sed abbas ille, qui nunc ibi est Engilgarius[f], et fratres eiusdem monasterii dominationis ius[g] secundum ecclesiastica statuta et praesentibus et futuris obtineant semper temporibus; videlicet ut, quicquid oblatum est vel fuerit deinceps illi coenobio vel in auro vel in argento vel in agris et famulis vel in quacumque rerum substantia, nec episcopus Cinnomannicus[h] sive Rotbertus, qui nunc illi[i] urbi[i] praeest, sive qui post eum Cinnomannicam ecclesiam rexerint[k], nec ulla alia persona sive secularis sive ecclesiastica ullam optineant vel sibi vindicent portionem, sed maneant omnia in[l] ipsius abbatis et fratrum ibidem Deo militancium dispensatione, ut quicquid secundum ipsius monasterii utilitatem regulariter et canonice voluerint agere, in eorum situm[m] sit potestate. Neque episcopus ad praefatum monasterium quasi propriae potestatis abutens iure nisi vocatus ab abbate vel[n] fratribus accedat, ne sui adventus pressura fratrum quietem perturbet, neque[o] dolos aut machinationes ullas vel abbati vel fratribus sive per se sive per suos aliquando facere praesumat, quin[p] potius quicquid Dei servis[q] in praefato monasterio commorantibus conferre ad ordinis sui conservationem utiliter et modeste et benigne potuerit, id pro Dei amore et sempiternae remunerationis gratia perficiat. Nec violenter aut callide mali quicquam aut perturbationis moliatur in illos, sicut audivimus quosdam facere voluisse quasi inscriptiones quasdam monstrantes, quibus monasterium suae civitati possessionis iure subditum fieri conati sunt; quas constat omnino falsas fuisse[3], quandoquidem privilegia regum, quae ex antiquorum regum Francorum temporibus olim monasterio[r] illi concessa sunt, hoc destruant, sicut et ipsa testantur[s], quae in archivis monasterii ob testimonium sibi concessae libertatis hodieque servantur[t]. Quodsi fortassis contigisset, ut aliquando monasterium illud sub potestate Cinnomannici[u] fuisset episcopi, quod rebus ipsis probatur et testimoniis monasterio conlatis numquam fuisse, tamen secundum leges[v] saeculi post tot iam saecula et annorum spatia repeti nullatenus iure[w] potuisset et, quod semel acceperat libertatem, iam subditioni nequaquam mancipari denuo potuisset. In legibus enim habemus, ut omnes quaestiones intra triginta annos terminum accipiant; de ecclesiasticis autem causis post quadragesimum annum nulla querela moveri potest, si non intra hoc spatium annorum fuerit mota[4]. Et ecce hoc monasterium a primo rege Francorum Christiano, id est Chlodoveo[x], filioque eius Childeberto[y 5] cum habuerit libertatem et deinceps ab omnibus regibus semper manserit[z] liberum et in rerum suarum dispositio-

---

a) Cenomannico *C.* b) Cennomannicae *C.* c) Robertus *hic et infra C.* d) meo *B.* e) *corr. dl. m. pro* videlicet *C.* f) Engillarius *C.* g) *om. C.* h) Cinomannicus *C.* i) urbi illi *C.* k) rexerit *C.* l) *om. C.* m) *om. C.* n) et *C.* o) Ne quo *B.* p) cum *C.* q) seruus *C.* r) manasterio *B.* s) attestatur *C.* t) servatur *C.* u) Cinomanici *C.* v) *inter* e *et* s *littera erasa B.* w) iurę *B.* x) Clodoveo *corr. C.* y) hildeberto *B.* z) mansit *C.*

1) *Cf. etiam quae sequuntur cum Nicolai privilegio pro Trasulfo abbate Corbeiensi dato, Migne, Patr. lat. CXIX, 815 sqq., L. Levillain, 'Chartes de Corbie' in 'Memoires et documents publiés par la société de l'école des chartes' V, 282 n. 32 [1902] (J.-E. Reg. n. 2717), cuius tenor ex parte cum praesentis decreti textu concordat.* 2) *Sed. 859, † 883, cf. Duchesne, 'Fastes épiscopaux' II², 343.* 3) *Cf. placitum Vermeriense, Mansi XV, 672, Froger, l. l. p. 39.* 4) *Cf. Iuliani epitome Latina novellarum Iustiniani const. 104, 1 § 366 ed. Haenel (1873) p. 122 (v. M. Conrat in 'Neues Archiv' XXXVI, 720 ann. 2). Cf. etiam Iustinian. nov. 131 c. 6; Gregorii M. Registr. I, 9, MG. Epist. I, 11 (J.-E. Reg. n. 1076).* 5) *Cf. MG. Diplom. Merov. p. 3 n. 2, Froger, l. l. p. 1.*

(863–864.) nibus et in abbatis electione, nunc repetitur quasi in proprii[a] iuris dominationem, cum, si terrena possessio fuisset et per tot annos possessoris[b] sui dominatione caruisset, nullo modo secundum leges sive[c] mundi sive ecclesiasticas antiquus possessor eam sibi vindicare[d] potuisset. At[e] vero, quod est dictu nefas, Christi possessionem et servorum Dei contubernium, quod terrena potestas liberum esse concessit, episcopalis ambitio in servitutis ius evindicare[f] conatur. Apparet itaque, quisquis haec perverse molitur, non lucrum requirere quod velit animarum, sed magis dominationis[g] fastum et lucra[h] cupiditatis inhiare. Unde omnibus modis hanc pernitiosam reprimentes ambitionem praecipimus, ut Rotbertus episcopus Cinnomannicus[i] et quicumque successor eius fuerit nullam in praefato[k] monasterio sibi vindicet[l] ditionis potestatem, sed maneat secundum concessam sibi iam multis annis absolutionem ab omni episcopali pressura et dominatione remotum. Nullus in[m] eo[m] quicquam evindicet[n] sibi praefatae civitatis episcopus neque per se neque per ministros suos neque ex clericis neque ex monachis neque ex canonicis neque ex laicis potestatis iure aut episcopali fastu sine voluntate abbatis ipsius loci et fratrum ibi degentium praesumat aliquid vel ad ordinandum vel ad disponendum vel ad dominandum. Ordinationes vero, quas petierit abbas vel ipsi fratres, vel ecclesiarum consecrationes vel altaris benedictionem, chrismatis[o] quoque oleique sanctificationem, prout petierint abbas et loci illius habitatores, non moretur praestare, quia munus offitii
cf. 1. Petr. 5, 2. sui episcopus non[p] pro lucri gratia, sed pro creditae sibi dispensationis ministerio debet impendere, et providentiae pastoralis existit, ut creditis sibi ovibus ex amore potius quam ex potestate consulere quaerat, licet utraque[q] in subiectos[q] secundum tempus sint necessaria; sed amor debet generare solertiam, potestas vero temperanda est amore, ut potius Christi caritas ferveat quam potestatis rigor insolescat. Abbatem vero de se eligendi fratres coenobii[r] sancti Karilefi semper habeant potestatem neque in eius electione[s] episcopi Cinnomannici[t] respiciant[u] constitutionem aut dispositionem, sed, quemcumque dignum vita, moribus atque doctrina prospexerint pastorali offitio et sibi utilem et aptum dispensatorem esse[1], ipsum eligant regisque in notitiam deferant, ut eius et concessu[v] et consensu[w] potestatem regiminis accipiat. Neque pro eius vel ordinatione vel constitutione munus aliquod accipiatur vel detur, quoniam spiritus sancti
cf. Act. 8, 18–20. donum non debet pretio, sed gratia promereri. Et quoniam multi per pravorum insidias hominum servis saepe[x] Dei fabricantur doli, decernimus, ut ordinatus deponi non possit, nisi criminalis eum causa monstraverit reum. Quodsi fuerit infamiae calumniis denotatus, ex regali providentia episcoporum habeatur non minus quam sex conventus, quorum de numero Cinnomannicus[y] constituatur episcopus, et eorum in iuditio secundum canones[2] illius causa discussa[z] non aliter deponi possit, nisi reus manifestis certisque paruerit[a] indiciis. Non est enim aequum, ut electus et ordinatus ecclesiae pastor fortuitu et sine iuditio absque ullius manifesta criminis denotatione pellatur. Nullus enim apud leges saeculi dampnatur, nisi in criminali causa deprehensus veritatis testimonio paruerit[b], et nullus ecclesiae qui[c] fuerit ordinibus consecratus merito deponendus erit, si non certis criminibus apparuerit convictus. Sic itaque abbas et electus a pluribus et ordinatus sacerdotali benedictione nullo modo debet sui ordinis honore privari, nisi manifestis criminibus fuerit denotatus atque convictus. Unde sub hac auctoritate praecipimus, ut abbas coenobii[d] sancti Karilefi, postquam electus regulariter atque canonice fuerit et

a) propriis *C.* b) *corr. al. m. pro* possessionis *C.* c) *om. B.* d) undicare *B;* uendicare *C.* e) Ad *B.* f) uindicare *corr., ut vid., ex* euindicare *C.* g) donationis *B.* h) lucro *C.* i) Cenomanicus *C.* k) prędicto *C.* l) uendicet *C.* m) ineo *B.* n) vindicet *C.* o) *post* chrismatis *eras.* vero *B.* p) *corr. al. m. pro* enim *C.* q) in subiectos utraque *C.* r) canobii *C.* s) *corr. ex* electionem *B.* t) Cinnomanici *C.* u) respicient *B; corr. C.* v) concessione *C.* w) *corr. ex* concensu *C.* x) sepę *B.* y) Cinomanicus *C.* z) *corr., ut vid., ex* discusa *B.* a) patuerit *C.* b) patuerit *corr. C.* c) *suprascr. al. m. C.* d) *corr. ex* coenubii *B;* Cōnobii *C.*

1) *Cf. Benedicti regulam c. 64 ed. Woelfflin p. 62.* 2) *Cf. conc. African. c. 20, Migne, Patr. lat. LXVII, 190.*

ordinatus, a nullo nec episcoporum nec regum nec alia qualibet persona deponi possit, (858–867.)
si non criminalis intercesserit causa, pro qua merito secundum regulam sancti Benedicti et canonum instituta deponi debeat.

Haec autem constituta volumus omnibus omnino modis inviolabilia praesentibus et futuris temporibus permanere et a nemine vel regum vel episcoporum vel alicuius ordinis violari. Quodsi quis constitutionis nostrae parum[a] ducens decretum coenobio sancti Karilefi vel abbati vel fratribus violentiam fecerit[b] et[c] vel[d] in ipsis vel in famulis eorum vel in omni[e] ipsius[d] monasterii possessione invasor apparuerit, reum se in divino iuditio non dubitet apparere et divinae censurae puniendum dampnatione. Unde constituimus, ut primum, quisquis hoc molitus fuerit, sui honoris dignitate privetur, sive sit secularis sive ecclesiastica persona; deinde ecclesiasticae[f] communionis[g] societate fiat alienus, corporis quoque sanguinisque Christi participatione non communicet, donec vel quod inique gessit corrigat vel digna paenitentia satisfactionem[h] emendet. Fratres vero ipsius monasterii, si quid horum, quae constituimus, violatum esse cognoverint, id[i] est[i], si abbatis electionem quis eis prohibere molitus fuerit vel ipsius monasterii possessiones aut, quae ibi oblata fuerint, suo iuri[k] mancipare decreverit vel ipsum monasterium episcopus Cinnomannicus[l] ad civitatis suae[m] subditionem subiugare temptaverit, licentiam habeant metropolitanum episcopum Turonensem convenire et pressuram innotescere suam. Et metropolitanus[n] causa cognita personam, per quam vexantur, conveniat et, cui periculo tradita sit, ex praesenti auctoritate relecta edicat, utque[o] emendare velit quae prave gessit moneat. Quodsi non libenter audire et reatum corrigere suum maluerit, secundum praesentis[p] constitutionis decretum eum a communione Christianorum et corporis sanguinisque Christi participatione efficiat alienum, quaecumque[q] fuerit persona et cuiuscumque[r] fuerit[s] dignitatis. Quodsi metropolitanus episcopus eorum precibus et adclamationibus adiutorium praestare detrectaverit[t], licentiam[1] habeant sancti Karilefi monasterii fratres apostolicam, id est Romanam sedem, adire et necessitudinis suae causam ante episcopum, qui tunc fuerit, urbis Romae deponere et praesentis edicti constitutionem manifestare: ut Romanus pontifex cognita causa iustam anathematis condempnationem in reum exercere[u] non moretur, ut monasterium praefatum propriam[v] possit suae libertatis munitionem habere, et pontificale decretum regumque emunitates[w] Romanique pontificis constitutum inviolabilem perpetuis obtineant temporibus firmitatem.

160.

Fragmenta epistolae. *(858—867.)*

Coll. canonum: Coll. Britannica Var. II, 130 (cod. Mus. Brit. addit. 8873 fol. 209—210 = B). Edd. desunt. — J.-E. Reg. deest.

Porro[2], sicut scripsisti, mos est apostolicae sedis pontificibus, ut verba praedecessorum suorum quasi propria[a] in suis ponant epistolis, quatinus, sicut Simacus papa ait[3], roborando[b] quae gesta sunt fäciant recta esse quae gesserint.

---

a) *sic B, C.* b) fecerint *C.* c) *om. C.* d) vel — ipsius *(l. 8) signis appositis in infer. marg. al., ut videtur, man. add. B.* e) omnibus *C.* f) ecclesiasticis *C.* g) *corr. ex* communionibus *C.* h) satisfactione *B.* i) *al. m. in marg. scr.* idem *C.* k) iure *C.* l) Cinomanicus *C.* m) *om. C.* n) metropolit̄ *B.* o) Ut quae *B.* p) pr̨senti *B.* q) quaeq. *corr. al. m. pro* quodcumque *C.* r) cuiuslibet *C.* s) *om. C.* t) detractaverit *C.* u) exerere *B.* v) *om. C.* w) immunitates *C.*

160. a) p̄a *B.* b) roboranda *B.*

1) *Cf. privilegium pro Trasulfo datum (v. supra p. 681 ann. 1), Migne, Patr. lat. CXIX, 818 C.* 2) *Sequuntur haec fragmenta — descripta quondam a v. cl. E. Bishop, sed nusquam, nisi erro, edita — in collectione dicta Britannica finem epistolae supra n. 71* (Quisquis contra — certificare, *p. 400 l. 4 sqq., cf. etiam P. Ewald in 'Neues Archiv' V, 592 cum ann. 1), tamquam ipsis illis litteris adhaerentia; ad quas autem revera pertinere non possunt. Tamen ea recte Nicolao attribuenda fortasse videntur, praesertim cum aliis Nicolai epistolarum fragmentis praecedant.* 3) *In epist. ad Aeonium Arelatens. episcop., Thiel, Epist. Rom. pont. gen. I, 655, MG. Epist. III, 35 (J.-K. Reg. n. 754).*

(858–867.) [S]i solummodo inter primates et inter metropolitanos, nisi adderet: nullusque reliquorum episcoporum, diceretis fore observandum, in paroechiis coepiscoporum vestrorum auctoritate archiepiscopali[a] presbiteros ac diaconos ordinaretis ac de eis eorumque causis sine voluntate eorum[b] soli praeter sinodum iudicia terminaretis atque aliarum rerum dispositiones vobis evindicaretis, quod nulla invenimus patrum synodo constitutum[c], nec ad episcopum, si archiepiscopus non sit, pertinere poterit.

[Q]uod[d]* dicitur[1]: Hic habeat potestatem, qui abiectus est, ut episcopos finitimos interpellet, et causa eius audiatur ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negare audientiam roganti, patet, quia non ad metropolim [secundum][e] Antiocenum concilium[2] concurrerit ac audientiam rogabit ab episcopo, qui sollicitudinem provinciae gerit, ille, qui abiectus est, potestatem habens finitimos episcopos interpellandi[f], per archiepiscopalem[g] vocationem eos episcopos ad hoc debere aggregari, qui negotium discutientes aut probaverint sententiam episcopi aut emendabunt; quae a plurimis[h] est mutanda, non solius archiepiscopi deliberatione destruenda.

[N]on* ulli archiepiscoporum potestas datur, ut sua sola auctoritate episcopi[i] sententia evacuetur; soli debetur hoc privilegium Romanae sedis pontifici, utpote[3] qui de omni aecclesia fas habet iudicandi.

[N]onquid* non coepiscopi eumdem ordinant episcopum[k]? Nunquid aliorum verborum benedicio[l] archiepiscopalis quam episcopalis conponitur? Numquid non benedicionis summa episcopo munere divino largitur? An valet episcopus ab archiepiscopo solo ordinari, ut ab eo solo merito debeat de suis iudiciis iudicari? Nam Simacus papa testatur[4]: Ad trinitatis instar, cuius una est at[que indivi]dua[m] potestas, unum est per diversos antistites sacerdocium[n], . . . ctius[o] in iusto nec minus in peccatore.

161.

Fragmentum epistolae. *(858—867.)*

Cod. Rhenaugiensis 131 (nunc archivi Turicensis) s. X. p. 94 (B), cf. MG. Formul. p. 391.

Edd. F. von Wyss, 'Alamannische Formeln und Briefe' in 'Mitteilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zürich' VII fasc. 2 p. 50 n. 34; de Rozière, 'Recueil général des formules' n. 535; MG. Formulae p. 433. — Cf. Jaffé-Wattenbach Reg. n. 2856 γ.

. . . . . non[5] fuit accessus, ibique nunc usque aegre f[erunt[a] incur]sionis et depraedacionis erumnam. Tales et tam vehementer oppressos relevare et consolari sanctitas vestra deberet, non super mala praedicta excommunicacionis molestiam irrogare. Semper

---

*) *Praecedit:* Item *B.*

a) archiepali *B.* b) sine voluntate ipsorum *add. B.* c) constitum *B.* d) q *in marg. not. B.* e) *deest B.* f) intpellandi *B.* g) archiepi | cōpalē *B.* h) plumis *B.* i) ẽpi *B.* k) epm *B.* l) ab *add. del. B.* m) *quae uncis inclusimus cognosci non possunt in B.* n) do *ss. ead. m. B.* o) *desunt 3—4 litterae ante* ctius *B;* sanctius *conicit Bishop.*

161. a) *lacuna B.*

1) *Conc. Sardic. c. 17, Mansi III, 28 sq.* 2) *Cf. conc. Antioch. c. 9, Mansi II, 1323.* 3) *Cf. Gelasii I. papae ep. ad episcopos per Dardaniam constitutos, Mansi VIII, 54, 66, Thiel, l. l. I, 399, 416 (J.-K. Reg. n. 664).* 4) *L. l. (supra p. 683 in ann. 3).* 5) *Ad hoc 'additamentum e codicibus collectionis Sangallensis' — in qua exstat inter capp. 42 et 43 — annotat K. Zeumer l. l. p. 433 ann. 1: 'Fragmentum epistolae pontificalis Nicolai I. seu Hadriani II., ut videtur, ad metropolitam quendam de episcopo quodam Antonio a synodo provinciali iniuste excommunicato datae. Cogitavi de Antonio episcopo Brixiensi, ad quem etiam capp. 39. 40 ipsius collectionis spectant.' Nos tamen, Zeumeri editionem sequentes et repetentes, de Nicolao auctore fragmenti valde dubitamus, qui tam palam decretales Pseudo-Isidorianas laudare nusquam solebat.*

etenim illa[a] sacratissima sedes perfugium extitit miserorum et patientes iniusta materno affectu ac solita pietate adiuvit. Quod utinam vestris temporibus esse non desinat! Providete igitur huic vulneri adhibere remedium et amicos, quos in partibus istis plures et fidos habetis, ne offendatis, cavete! Non est enim dubium, quod, nisi facti huius flamma fuerit consopita, quod ea diversarum parcium episcopos sollicitabit[b] atque succendet; quippe cum maior pars eorum etiam episcoporum, qui in praefata sinodo fuerunt, ad excommunicationem non sponte proruperint, sed Widonis instinctu et violentia sunt ad eandem compulsi. De talibus quid a sanctis santcitum sit patribus, omnibus constat esse notissimum. Sixtus namque Romane urbis episcopus refert[1]: Nemo pontificum aliquem suis rebus exspoliatum aut a sede pulsum excommunicare aut diiudicare praesumat, quia non est privilegium, quo expoliari[c] possit iam nudatus[d]. Zeferinus quoque praefate urbis antistes hoc inquid[2]: Praeceptum est in antiquis statutis episcopos eiectos atque suis rebus exspoliatos ecclesias proprias recipere et primo sua [omnia][e] eis reddi et ita demum, si quis iuste [eos][f] accusare voluerit[g], aequo periculo facere, nec prius eos respondere debere, quam omnia sua eis et ecclesiis eorum legibus integerrime restituantur. Felix etiam papa in eundem modum iubet universa restitui et respondendi inducias usque in mensem septimum praebet[3]. Cum ab his et aliis hec similia multa constat esse statuta, et iam dictus Antonius ne accusatus in aliquo fuerit et quae supra sunt conprehensa perpessus, mirum, quomodo in eum temeraria est promulgata sentencia. Decernendum igitur et statuendum de hoc est, ne huiuscemodi fama latius evagetur quietosque conturbet; fieri enim potest, nisi fuerit cito comprehensa, ut per hanc occasionem excommunicationem episcopi plurimi parvi pendant. Hec omnia propter nimiam fidelitatem et amorem, quem erga[h] vos habemus, exsequimur, quia nolumus vestro tempore illa fieri, que vobis esse obprobrio possunt, aut unde Romana vilescat ecclesia, quae omnium ecclesiarum semper extitit caput et ex qua equitatis et iustitiae norma ab inicio hucusque processit. Verum tamen nos inducias 70 dierum, intra quas prefatus episcopus apostolicam iussus est petere sedem, parvas admodum estimamus, quia multa scrutantes tam breves . . . . .

(858–867.)

162.

Fragmentum. *(858—867.)*

Coll. canonum: Cod. Taurin. 903 (E. V. 44) fol. 57' (B).

Ed. von Pflugk-Harttung, Acta pont. Rom. ined. II, 33 n. 65. — Cf. J.-W. Reg. n. 2856 δ.

Cum*[4] dicit scriptura: Deus est testis et iudex, de his archanis constat intellegi peccatis, quae sic occulte solent patrari, ut non facile possint cognosci, sicut adulteria, fornicationes et maleficia; pro talibus archanis lex zelotiphiae inter virum et uxorem fuit praecepta. Hinc est, quod in Deuteronomio difficilia et ambigua iudicia, de quibus verba inter iudices variabantur, iussa sunt ire ad locum, quem elegerit Dominus, id est ad divinum experimentum, quod oratione peragitur. Hoc idem plerumque innuitur per hoc, quod Moises pro difficilioribus quaestionibus tabernaculum ingrediebatur Dominum consulens et non ex suo corde, sed secundum Domini responsum populo respondebat.

cf. Ier. 29, 23. cf. Num. 5, 29. cf. Deut. 17, 8.

*) *Lemma:* Nicholaus. De divino experimento *B.*

a) s. i. *signis appositis corr.* i. s. *B.* b) sollititabit *Zeumer.* c) expoliare *B.* d) nudatur *B.* e) *periit B.* f) *deest B.* g) voluerint *B.* h) ergo *Zeumer.*

1) *Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 109 (J.-K. Reg. n. § 32).* 2) *Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 133 (J.-K. Reg. n. § 81).* 3) *Hinschius, Decr. Ps.-Isid. p. 201 (J.-K. Reg. n. § 143).* 4) *Hoc fragmentum Nicolao I. abiudicare non dubitamus; sed, unde depromptum sit, ignoramus.*

163.

(858–867.) *Fragmentum.* *(858—867.)*

Coll. canonum: Cod. Taurin. 903 (E. V. 44) fol. 70' (B).

Ed. von Pflugk-Harttung, Acta pont. Rom. ined. II, 33 n. 66. — Cf. J.-E. Reg. n. †2863.

Nitendum*[1] summopere est, ut ecclesiasticae personae maneant semper inconcussae a litibus, quatenus possint assidue cultibus vacare divinis. Sed si casu faciente quaelibet oritur controversia inter ecclesiasticam et laicam personam, quae aliis deficientibus regularibus probationibus[a] necesse sit iuramento vel examine divino finiri, non clericus, sed persona saecularis talem inhonestam subeat claritudinem vel purificationem, ut exinde sumat scandalum finem et utilem satisfactionem. Attamen personae, cuius fama non videtur criminosa, satis est credendum, si iuret. Illa vero, quae nota est infamiis, divinis est purificanda iudiciis.

164.

Fragmentum epistolae Nicolai Epiphanio episcopo destinatae. *(858—867.)*

Collectiones canonum: Ivon. Decr. XIV, 39; Panorm. V, 102. — J.-E. Reg. deest.

Sancimus**[2], ut[3], si quis presbyter[a] pro aliquo neglectu aut[b] crimine a proprio excommunicatus fuerit[c] episcopo[c], ab alio episcopo non communicetur. Si vero ante audientiam communicare praesumpserit, damnationis in[d] se[d] illatam cognoscat sententiam.

165.

Fragmentum epistolae Nicolai Karolo imperatori directae. *(858—867.)*

Coll. canonum: Decr. Grat. c. 3 C. 33 q. 2. — Cf. J.-E. Reg. n. †2859.

Istoria***[4] ecclesiastica ab Eusebio Cesariensi episcopo confecta de muliere quadam, quae de castitate a marito accusabatur, ait: Praeceptum est ab inperatore lege lata, ut primo permitteretur ei libere rem familiarem diutius ordinare, tunc deinde responderet obiectis. Hoc

---

*) *Lemma:* Nicholaus primus *B.*

**) *Lemma:* Item de eadem re Nicolaus Epiphanio episcopo *Ivon. Decr.;* De his, qui tempore suae excommunicationis communicare praesumunt. Nicolaus Epiphanio episcopo in concilio Africano *Ivon. Pan.*

***) *Lemma:* Absque causae cognitione a viro suo dimissa ad omnia restituatur. Item Nykolaus papa Karolo inperatori *Grat.*

163. a) -bus *suprascr. B.*

164. a) *om. Ivon. Pan.* b) et *Ivon. Pan.* c) episcopo fuerit *Ivon. Pan.* d) suae *Ivon. Pan.*

1) *Etiam huius fragmenti inscriptio falsa videtur esse.* 2) *Hoc decretum magna ex parte ex canone quodam Africano compositum inter genuinas epistolas recipere dubitavimus, quamquam fortasse a Nicolao epistolae hodie deperditae insertum fuisse non negaverimus (cf. etiam supra ep. n. 90 p. 498). Quod tamen valde dubium manet, neque de Epiphanio episcopo quidquam scimus.* 3) *Cf. conc. African. c. 29, Migne, Patr. lat. LXVII, 192, Mansi III, 729. V. etiam conc. Antioch. c. 6, Mansi II, 1322.* 4) *Hausta sunt haec ex praefatione Pseudo-Isidori (ed. Hinschius p. 18). Hoc quoque fragmentum Karolo imperatori inscriptum perperam a Gratiano Nicolao attribui persuasum habemus nec assentimur A. Lapôtre ('De Anastasio bibliothecario' p. 154 sq. cum ann. 1), qui contra Paulum Ewald, Reg. l. l. genuinae Nicolai epistolae partem in eo conspicit. Cuius opinionem refutat etiam P. Fournier, 'Étude sur les fausses décrétales (Louvain' 1907), p. 90 ann. 4.*

omnes leges tam ecclesiasticae quam vulgares publicaeque praecipiunt. Si[1] autem de mulieribus et secularibus viris haec constituta sunt, multo magis ecclesiasticis hominibus et sacerdotibus sunt concessa[2]. (858–867.)

166.

Fragmentum epistolae Nicolai. *(858—867.)*

Coll. canonum: Decr. Grat. c. 2 C. 2 q. 2. — Cf. J.-E. Reg. n. †2861.

Omnes*[3] leges tam ecclesiasticae quam vulgares et publicae praecipiunt, ut omnia sibi ablata restituantur ei, qui suis est rebus expoliatus.

167.

Fragmentum epistolae Nicolai. *(858—867.)*

Coll. canonum: Decr. Grat. c. 4 C. 12 q. 1. — Cf. J.-E. Reg. n. †2862.

Nulla**[4] edificia in atrio ecclesiae ponantur nisi tantum clericorum.

168.

Decreta Nicolai de poenitentia fornicatorum. *(858—867.)*

Coll. canonum: Addition. cod. Burchardi Biblioth. Lucan. Cathed. 124 s. XII.; pars prior etiam exstat in collectione VII librorum (cod. Vatic. lat. 1346 fol. 186—187, cod. Vindob. 2186 fol. 308'—309) et in Polycarpo (cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 721: cod. Vatic. lat. 1354 s. XIII ex. fol. 139).

Edd. Mansi, Conc. coll. XV, 473 (ex cod. Lucan.) = Migne, Patr. lat. CXIX, 1132. — Cf. J.-E. Reg. n. †2857 (2166).

Si***[5] quis fornicatus[a] fuerit[a] cum duabus sororibus vel cum noverca sua, hoc est cum relicta patris sui, vel cum amita[b] seu[c] cum[c] matertera sua vel cum filia patrui sui[d] sive avunculi vel cum filia amitae sive[e] materterae suae aut cum filia filii[f] vel filiae suae[f] sive etiam cum ava sive etiam[g] proava sua aut cum filia fratris sive sororis suae sive cum uxore fratris

---

*) *Lemma:* De eodem. Item Nicolaus [Papa] *Grat.*

**) *Lemma:* Unde Nicolaus papa: In atrio ecclesiae nisi clericorum edificia minime ponantur *Grat.*

***) *Lemmata:* Ex decretis Nicolai papae *Mansi, Vindob.;* [Nicholaus papa in] decreto *Vatic. (cf. 'Neues Archiv' XXVIII, 720).*

168. a) fuerit fornicatus *Vat., Vindob.* b) amitę *Vat.* c) sive *Vat., Vindob.* d) *om. Vindob.* e) suae *Mansi.* f) filiae vel filii sui *Mansi.* g) cum *add. Mansi.*

1) *Sequentia desunt Ps.-Isidoro.* 2) *Annotamus hoc loco fragmentum in collectione canonum cod. Taurin. 903 (E. V. 44) fol. 79 Karolo imperatori inscriptum et ex ea a von Pflugk-Harttung, Acta pont. Rom. ined. II, 34 n. 68 editum:* Denique hi — ignoramus *non ex spuria epistola, sed ex genuina et optime nota ep. supra n. 88 p. 485 l. 36 — p. 486 l. 2 Michaeli imperatori directa originem sumpsisse. Delendum est igitur etiam Regestum numerusve J.-E. †2860.* 3) *Ex Nicolai epistolis cum hoc fragmento conferatur tantum supra p. 495 cum ann. 4. Haec autem non ex Nicolao, cui perperam adscribuntur a Gratiano, sed ex Pseudo-Isidori praefatione c. 6 (ed. Hinschius p. 18) sumpta sunt.* 4) *Haec sunt excerpta non ex Nicolao, sed ex concilio Seligenstadensi a. 1023 c. 12, MG. Const. I, 638, Mansi XIX, 398; cui etiam sub inscriptione* Ex eodem *recte attribuuntur in Ivon. Decr. XV, 178.* 5) *De his canonibus poenitentialibus spuriis, quos Nicolao papae abiudicavit iam Aemil. Ludov. Richter, 'De emendatoribus Gratiani dissertatio historico-critica' (Lipsiae 1835), p. 5 ann. 12, conferantur imprimis Wasserschleben, 'Die Bussordnungen der abendländischen Kirche' p. 91 sq. et M. Sdralek, 'De Nicolai codicibus dissertatio' p. 42 sq. Prior pars horum decretorum praecipue hausta est ex Hrabani Mauri epistola Heribaldo Autissiodorensi episcopo directa c. 20, Hartzheim, Conc. German. II, 206 vel ex Burchardi Decreto XVII, 8; cf. etiam Reginon. libr. de synodal. causis II, 200 ed. Wasserschleben p. 291 sq.*

(858–867.) aut filii sui. Similiter si quae[a] mulier per supradictos consanguinitatis gradus se fornicari permiserit, unusquisque eorum singillatim per se XIIII[b] annis[b] in hunc modum peniteat: In primis quidem toto illo anno inclusus maneat ad ingressum[c] domus Dei et eodem anno, exceptis dominicis diebus et festis, solummodo pane, aqua et sale utatur. Secundo anno ingrediantur quidem domum Domini[d], sed carnibus et vino aut[e] siccera[f] minime utantur nisi[g] festis et dominicis diebus. Postea vero aliis duobus sequentibus annis per totum anni circulum, quando carne vescitur[h], ab omni potu, quo inebriari potest, se contineat[i] et, si potum biberit[k], minime carne vescatur[l] infra ebdomadam, scilicet tertia[m] feria[m] et quinta[n] et sabbato; aliae autem feriae sint purae, id est secunda et quarta et sexta. Dominici vero dies sint absoluti. Deinde usque ad[o] finem decimi anni tres legitimas[p] ferias per tres quadragesimas in[q] anno[q] legitime custodiat, sextam vero[r] feriam, quamdiu vixerit, in pane et aqua observet. Arma non ferat nisi contra paganos. Osculum nulli praebeat. Sacrificium nisi pro viatico minime[s] sumat[s] et, si sine uxore est[t], numquam[u] coniugio[u] copuletur[u]. Si vero coniugatus est, post quinque annorum poenitentiam non quidem penitus privetur coniugio[1]. Qui autem in aliis gradibus usque ad septimam lineam incestum perpetraverit, decem annis, sicut supra dictum est, peniteat[v]. Sane sacerdoti considerandum est, si semel peccavit aut quanto tempore quis in vitio perduravit aut si casu aut si non sponte aut nescienter[w] incestum perpetravit et considerata qualitate sive quantitate peccati provida mente lapso poenitentiam iniungat[x].

Si quis fornicatus fuerit cum matre sua aut cum sorore sua sive cum filia sua, in primis septem annos in solo pane et aqua vivat, sicut supra dictum est, exceptis dominicis et festis diebus, et in eisdem septem annis domum Domini minime ingrediatur; dein usque ad expletionem vigesimi primi anni tres legitimas ferias observet in pane et aqua; postea vero omnibus diebus vitae suae sextam feriam in pane et aqua custodiat et, si sine uxore est, nunquam aliquando copuletur. Quodsi uxorem habet, post septimum annum uxori reddatur. De armis vero et pace et sacri corporis perceptione, sicut supra dictum est, fiat.

Si[2] cum amita vel matertera, si consobrinus cum consobrina, secundum antiquam diffinitionem in duodecim annis poeniteat excommunicatus, humanius diffiniere decem. Si cum agnata vel cognata a tertia usque ad septimam propinquitatem, secundum antiquam et humanam diffinitionem, si tertia fuerit, duodecim annis poeniteat, si quarta, decem, si quinta, octo, si sexta, septem, si septima, quinque. Si socer cum nuru, si gener cum socru, si vitricus cum privigna, si privignus cum noverca, si cognatus cum cognata, quae est uxor germani sui aut germana uxoris suae, secundum antiquam et humaniorem diffinitionem decem annis poeniteat, si secunda uxoris suae, septem annis poeniteat, si tertia, septem, si quarta, sex. Si pater et filius aut duo fratres cum una muliere aut cum matre et filia aut cum duabus sororibus aut cum duabus commatribus, secundum antiquam et humaniorem diffinitionem octo annis poeniteat. Si cum sacrata virgine vel cum sanctimoniali sive cum uxore alterius, si compater cum commatre vel frater cum sorore in Christo, secundum antiquam diffinitionem decem annis poeniteat, humana diffinitione septem. Cum devota, quae est veste mutata,

---

a) qua *Vindob.* b) XVI *Mansi.* c) ingressus *Mansi.* d) Dei *Vindob.* e) ac *Vindob.* f) sicera *Mansi.* g) in *Mansi, Vat.* h) vescint *Mansi.* i) contineant *Mansi.* k) biberint *Mansi.* l) vescant *Mansi.* m) tertiae feriae *Mansi.* n) quintae *Mansi.* o) in *Vindob.* p) *om. Vindob.* q) *om. Vat., Vindob.* r) *om. Vat., Vindob.* s) non accipiat *Vat., Vindob.* t) esse *Mansi.* u) minime accipiat *Vat., Vindob.* v) *explicit Vat.* w) nesciente *Mansi.* x) *explicit Vindob.*

1) *Cf. Sdralek, l. l. p. 43.* 2) *Sequentia profluxerunt ex 'defloratiuncula de incestis vel diversis commixtionibus' in collectionibus 'synodo Chalcedonensi DCXXX sacerdotum sub Marciano principe habitae' attributa, cuius sub titulo 'Poenitentiale Vallicellanum III.' ex cod. Vallicell. F. 92 notitiam dedit Wasserschleben, l. l. p. 682 sqq.; cf. p. 683 sq. Anselmi autem Lucensis collectioni — hoc debemus benignitati Friderici Thaner v. cl. —, ex cuius exemplari S. Germani 939 Aem. Richter l. l. hanc defloratiunculam ex parte edidit, postea demum addita est.*

si cum electa vidua vel desponsata alterius, si cum presbytera vel diacona, si cum vidua vel pagana, secundum antiquam diffinitionem decem annis poeniteat, humana diffinitione septem. Si cum vidua aequali vel publica meretrice aut ancilla alterius, secundum antiquam et humanam diffinitionem annis quinque poeniteat. Si cum laica virgine, quam nec quoniam accipit uxorem, secundum antiquam et humanam diffinitionem quatuor annis poeniteat. His autem feminis, cum quibus omnibus suprascriptis personis incestis et nefandis commixtionibus commisceretur, similiter, ut ordo est mulierum, ita poeniteat. Sic tantum et is, qui hoc malum consenserit; alioquin, sicut fuerit modus culpae, ita a prudentissimo sacerdote iudicentur. Praeterea si, quod absit, de ordine clericorum forte ex his omnibus personis, quae supra commemoratae sunt, in aliqua ruerit, quae incestae dicuntur, notandum, quod unumquemque laicus quinque annis iudicatur, subdiaconus septem, diaconus et monachus decem, presbyter quatuordecim, episcopus decem et octo, et his similia, quae sequuntur. 863—867.

169.

Nicolaus Liutberto archiepiscopo Moguntino scribit de poenitentia homicidarum.

863—867.

Cod. Vindob. 354 (Salisb. 282) fol. 112'—113 (B).

Ed. Sdralek in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 209 sq. (1882) ex codice praenotato. — Cf. J.-E. Reg. n. †2869.

NICOLAUS* PAPA LIUTPERTO MOGONTIACENSI ARCHIEPISCOPO[1].

Si[2] quis non in bello, sed vel odii[3] meditatione vel propter avariciam paganum occiderit, quia non levi vitio committitur, ut homicidam convenit penitere; quandoquidem nec exteris gentibus, nisi oblatam pacem respuerint, bellum erat populo antiquo penitus inferre praeceptum.

Si quis arcum tendens causa probandae chordae[a] sagitta casu, non ex voto, prosiliente filium suum interemerit, ita debet penitere, ut Anciranum concilium[4] statuit de homicidio [non][b] sponte commisso. Esset autem ei severior indicenda penitentia, quia filius eius extitit. Sed, quanto carne proximior visus erat, tanto de morte illius in corde suo acrior dolor exortus est. Non enim hoc sponte perpetratum est.

Si[5] quis insanus hominem occiderit, licet penitentia ei sit iniungenda, quia ipsa infirmitas causa peccati fuisse creditur, tantum tamen levior quam ei, qui tale quid sanus committit, quantum inter sanum et insanum et rationabile et irrationabile constat esse discriminis.

---

*) *Lemma:* De diversis homicidiorum modis *B.*

169. a) h *add. ead. m. B.* b) *om. B.*

1) *A. 863—889.* 2) *Hanc quoque epistolam vel epistolae fragmenta sicut epistolas supra nn. 155, 156 (p. 670 sqq.) ex canonibus synodi Wormatiensis a. 868 conficta esse ostendit M. Sdralek in 'Archiv für katholisches Kirchenrecht' XLVII, 209 sq. — Auctiorem epistolae formam novisse videtur Pseudo-Liutprandus, qui ex ea haec profert (opuscul. de vitis Roman. pontif. ed. Busaeus (1602) p. 114):* In alia epistola, quam Luitberto archiepiscopo idem pontifex direxit, praecepit illum, qui paganum non in bello, sed odii meditatione vel propter avaritiam occiderit, ut homicidam debere poenitere. Item iuxta morem Romanae ecclesiae a quinquagesima usque in Pascha etiam laicis a carne abstinendum esse praecepit. Item de eo, in cuius lancea alter se interemit, ita praecepit: 'Si eius voluntate, qui lanceam tenuit, gestum est, homicidii reus habetur; si autem eo ignorante patratum est, innoxius esse videtur.' Item illum, qui causa probandae chordae sagittam emittens filium proprium nolens interemit, iussit poenitere ut de homicidio non sponte peracto. De eo, qui insaniens aliquem occiderit, dicit: 'Si ad sanam mentem pervenerit, levius poenitere debet, quam si quis sanae mentis hoc faceret.' 3) *Conc. Wormat. c. 27, Mansi XV, 874. — V. etiam supra ep. n. 104 p. 613 (2).* 4) *C. 22, Mansi II, 527.* 5) *Conc. Wormat. c. 28, Mansi XV, 874.*

867. Si aliquo incidente[1] arborem quilibet sub eius casu opprimitur, incisor arboris ut homicida peniteat, si eius voluntate vel negligentia factum est. Quodsi non voto, non incuria illius, non denique scientia contingit, sed, dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste inspiratus occurrit sub arborem et ex inproviso oppressus est, incisor arboris homicidae non est comparandus.

170.

Nicolaus Adoni Viennensi archiepiscopo septem provincias ad vicariatum Viennensis ecclesiae pertinentes et septem civitates iuri Viennensis ecclesiae subiectas confirmat.

867.

Codd. non exstant.

Edd. Iohannes a Bosco (Jean du Boys), Veteris Floriacensis bibliothecae regiae laevum xyston p. 53 (1605); Jean le Lièvre, 'Histoire de l'antiquité et saincteté de la cité de Vienne' p. 208 (1623); Migne, Patr. lat. CXXIX, 1015; MG. Epist. III, 100. — Cf. J.-E. Reg. n. †2877 (CCCXLV).

NICHOLAUS[a 2] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO CONFRATRI NOSTRO ADONI ARCHIEPISCOPO.

Decretum perpetuum Viennensis ecclesiae, quod reverenter petiit sanctitas tua a sede apostolica et humiliter expostulavit, ut privilegium antiquum a patribus nostris et praedecessoribus Viennensi sacrae sedi renovaremus, authoritas huius sanctae sedis, quia digna res petebatur, non abnuit. Sicut ergo ab antecessoribus nostris, beato scilicet Leone vel a reliquis pene ad nostra tempora, tuis antecessoribus praestitum est[b] largitione apostolica, ut ad privilegium Viennensis ecclesiae septem provinciae pertinerent[3], in quibus praesul ipsius vices nostras agens conventus synodales indiceret et iura ecclesiastica iuste et regulariter definiret, et iuri Viennensis ecclesiae septem oppida vel civitates, Gratianopolis scilicet, Valentia, Dia[4], Alba Vivarium[5], Geneva et Tarentasia[c] perpetuo subiectae manerent, ita et Mauriana[6] nunc noster praesulatus futuris temporibus firmum et inconvulsum durare praesenti decreto constituit et, ut ad potestatem et ditionem Viennensis metropolis pertineant, inviolabiliter definivit. Neque tamen propterea Tarentasiensis[d] ecclesiae pontifex ius sibi collatum perdat, quia nec hoc Viennensis archiepiscopus, primas ipsius, a nostra auctoritate postulavit, ut in aliquibus oppidis sibi commissis non ordinet et ad se, cum opportunum viderit, non advocet; sed sub iure Viennensis[e] archiepiscopi ita se positum semper sciat, ut per dispositionem illius omnia haec agat et ad synodum ipsius vocatus pariter cum ipsis sibi concessis occurrat et, quantum ad generalem observantiam attinet, nihil praeter authoritatem Viennensis praesulis definire praesumat, sitque humiliter subditus, sicut ab antecessoribus nostris salubriter institutum est, Viennensi ecclesiae, ut liberius dignitatem suam a nobis sibi concessam postmodum habere[f] et tenere praevaleat, ne, si aliter fecerit aut praesumpserit, non solum concessa amittat, sed etiam propter inobedientiam durius damnatus in futurum humilietur.

---

170. a) Nicolaus *le Lièvre.* b) *om. le Lièvre.* c) Tharentasia *le Lièvre.* d) Tharentasiensis *le Lièvre.* e) Viennensi *Bosco;* Vienn. *le Lièvre.* f) habeat *le Lièvre.*

1) *Conc. Wormat. c. 29, Mansi XV, 874. — V. etiam supra ep. n. 115 p. 631 (3).* 2) *Cf. supra p. 668 ep. n. 153, ex qua hoc spurium confectum est. Cf. W. Gundlach, 'Arles und Vienne' in 'Neues Archiv' XV, 59, 71 ann. 2, 75.* 3) *Ad hunc locum cf. Gundlach, 'Neues Archiv' XV, 71 cum ann. 3.* 4) *'Die.'* 5) *'Viviers.'* 6) *'Maurienne.'*